

Pater . . . Fr. A

Fr. Angelus

[redacted] Uno Scritto.

= Capuccino =

Tornatto.

So Nome cognome Balvi. e Torle

Ilozofra

BIBLIA,

Ad vetustissima exemplaria nunc recens castigata, Romæq; reuisa.

IN QVIBVS PRÆTEREA, Quæ subsequens Præfatio indicat, capita singula ita versibus distincta sunt,

VT NVMERI PRÆFIXI, Lectorem non remorentur, & loca quæsita tanquam digito demonstrent.

Pertinet ad
S. Francisci
Ex industria



Bibliothecam
ad Ripas.
P. F. Zacharię
a Roma

VENETIIS,
Ex Officina Iuntarum. M D LXXI.



V'M multi pij & studiosi homines quotidie petant, in suam, & aliorum ædificationem Biblia, (quæ propter eorum penur iam plurimi vendunt) sibi concedi, quousque ea quæ corriguntur in lucem exeant. Nos iustis eorum petitionibus annuentes rogauimus, & per præsentes rogamus D. Lucam Antonium Iuntam, de cuius fide, & integritate plurimum in Domino confidimus, vt Biblia impressa Antuerpiæ in officina Christophori Plantini sub Anno. 1569. & non alia suis typis excudere curet: deletis tamen his, quæ notauimus delenda. Et subinde volentes, quantum in nobis est, consulere indemnitati dicti D. Lucæ Antonij, hortamur omnes alios typographos, per quinquēnium abstinere à dictorum Bibliorum impreßione, sine nostra speciali, & expressa licentia in scriptis. In quorum omnium fidem has fieri iußimus, & eisdem propria manu subscripsimus.

Dat. Romæ in Vaticano in Camera nostræ solitæ residentiæ. Anno Domini. M. D. LXXI. die verò. V. mensis Aprilis: Pontificatus Sanctißimi D. N. Domini Pij. diuina prouidentia. PP. Quinti Anno sexto.

F. Thomas Manriquez sacri Palatij Magister

F. IOHANNIS HENTENII NECHLINIENSIS in Biblia Louanij Anno M. D. XLVII. Excusa atq; castigata,

PRÆFATIO.



IRABITVR *fortasse quispiam cur post tam multiplicia Biblia toties excusa, conati simus alia facie hæc in lucem edere. Quare nõ inutile facturus mihi videor, si nostri consilij rationẽ, quã in hac noua Bibliorũ editione adornanda sequuti sumus, paucis exposuero. Primũ nemini obscurũ esse arbitror, quot technis ac cuniculis horũ tẽporum hæretici id efficere conẽtur, vt sacræ literæ ab ipsis stare videãtur: potissimũ autẽ dictionib. q̃busdã textui temere additis vel adẽptis: aut præfationibus, varijsq; marginũ annotationibus adiectis, vel cõfarcinatis prauis indicibus. Quibus ludificationibus adeo studẽt nõnulli: vt his etiã quosdã irretierint, q̃ toti in hoc erãt, vt rẽpub. Christianã ꝓmouerẽt. Quũ igitur his imposturis optimos quosq; libros, tam sacrarũ literarũ q̃ catholicorũ doctorũ corruperint, statuit optimo iure Cæsarea Maiestas, ꝑnitiosos huiusmodi cuiuscũs idiomatis codices, è ppli manibus auferri. In quibus primas facile obtinẽt Biblia: nõ ea solũ quæ temeraria quarundã vocũ trãspositione, adiectione aut mutilatione apertè corrupta sunt: verũ illa etiã in q̃bus, quod ad textũ attinet, nihil prorsus immutatũ est: indices tamen, ꝑfationes, additiones marginales, seu librorũ aut capitũ argumẽta huiusmodi sunt: vt, si penitus q̃s introspiciat, atq; ad hæreticorũ doctrinã ista diligẽter cõferat: facilè intelligat, etiãsi nihil p̃ter ipsa scripturæ verba contineãt, eò esse pniciosiora, quò occultius ꝓpinatur sub melle venenũ. Quis enim nesciat ad errores populariter stabiliẽdos longè primã esse viã falsũ scripturarũ prætextũ? nihilq; securius credi, q̃ q̃d scriptura docere, vel suis ipsa verbis expressè videtur? Hæc igitur cõsiderãtes: simulq; ꝙ tota Latina Ecclesia tot seculis vulgata editione, in œcumenicis etiã cõcilijs semꝑ vsa sit, tã in fidei dogmatis definiẽdis, q̃ in hæresibꝰ condẽnandis: atq; idcirco immotã esse oporteat, aut potius ad primæua sua exẽplaria reuocari: è medio iã hic sublatis edicto Cæsareo vniuersis Biblijs, q̃ quoquo modo aduersari Christianæ pietati videbãtur: sũmo studio curauimus, ex iussu, ĩstructione ac iudicio grauissimorũ, lõgeq; eruditissimorũ, et acerrimi iudicij Theologorũ huius academiæ Louaniẽsis, ut cõparatis vndiq; nõ solũ q̃ castigatius excusa erãt exẽplaribus, verũ alijs quoq; plus minus viginti: quorũ recentissimũ ante ducẽtos annos manu scriptũ erat, alia ante trecẽtos, quadringẽtos, imò & sexcẽtos vel plures etiã annos: ex horũ collatione restitueremus, quoad fieri posset, veterẽ ac vulgatã editionẽ synceritati suæ atq; puritati: nõ miscẽtes nos interim q̃stioni, Nũ Græcis et Hebræis vbiq; respõdeat. Hac eñi in re abũdè nobis esse debet, ꝙ ipsã reliquis oĩbus semꝑ ꝓtulerit tota Latina Ecclesia, sicuti iã ꝑdiximus: maximè cũ innumeris locis, nõ veteris modò testamẽti, q̃d passim ostẽdit Hieronymus, sed & noui, Græca nũc deprauata cõperiãtur, q̃d apertius est q̃ vt ab eo negari possit, qui veterũ auctorũ tã Græcorũ q̃ Latinorũ, Græcè tamen peritorũ, monumenta ꝑlegerit: quos frequẽtissimè aliter legisse constat q̃ hodie Græci codices habeãt. Id autẽ factũ est, quũ tp̃s diuturnitate, ac frequẽti exẽplaris ĩ exẽplar trãsfusione, tũ maximè studio contẽtionis suborietibus subinde nouis in Græcia hæresibus: in q̃bus id accidere solet, vt dũ q̃s ꝓpria auctoritate vti nõ potest (diui eñi Ambrosij verba sequar) ad victoriã verba legis adulteret, quò sensũ suũ quasi verba legis asserat: vt non ratio, sed auctoritas ꝑscribere videatur. Quòd si Ambrosij seculo, atq; etiã Origenis Græci codices variabãt, sicut docet vterq; in quintũ ad Romanos caput: q̃d de nostri seculi Græcis codicibꝰ iure existimes? Hebræa verò quẽ in modũ sequi possimus? quũ etiã ante Hieronymi tẽpora, plurima vario modò aut legerint aut itellexerint, Septuaginta iterpretes, Theodotio, Symmachus, Aqla, Hieronymus, et is demũ q̃ q̃ntã siue vulgatã ante ipsũ dederat editionẽ? siue id acciderit ob quorũdã Hebraicorũ elemẽtorũ silitudinẽ, siue ob diuersorũ pũctorũ sitũ: siue ꝙ paulatim de inemẽdatis inemẽdata scriberẽtur, vt habet Hieronymus: nec nostrũ est de singulis versionibus ferre cẽsurã, aut ĩ tantã venire temeritatẽ, vt speremus nos exactius quicq̃ posse vertere, q̃ hactẽnus verterint cũcti interpretes. Verũ de his alias fortassis latius, vbi cõmodius ociũ ac locũ nacti fuerimus. Nũc quadã dũtaxat obiter loca citabimus, vbi idẽ nobiscũ sentit Hieronymus, ne q̃s opinetur hæc nos è ꝓprio cerebro cõminisci. Videantur itaq; illius cõmentarij super Cap. 8. Isaiæ, vbi dicitur, Cõgregamini populi et vincimini. Cap. 9. Verbũ misit Dominus in Iacob. Cap. 14 iuxta finẽ, Quid respõdebit nũtijs gẽtis, tã libro cõmẽtariorũ q̃nto q̃ sexto. Cap. 15. ĩ initio, Quia nocte vastata est Ar. Cap. 17. Et dolebit grauiter: idemq; sup illud Iere 17. Praue est cor omniũ & inscrutabile. Cap. 21. Isaiæ, Onus dama. Cap. 24. Et erubescet luna. Cap. 25. Sicut æstus in siti. Cap. 26. Et pdidisti oẽm memoriã eorũ. Eodẽ. Et terrã gigantũ detrahes in ruinã. Cap. 38. Sicut pullus hirũdinis. Cap. 44. iuxta finẽ, Qui dicit Cyro, Pastor meus es. Cap. 49. Et Israël nõ cõgregabatur. Cap. 63. In oĩ tribulatione eorũ nõ est*

*tribulatus: alijsq́; locis innumeris. Nõ hac dico ꝙ astruere velim Latina, p̃ cæteris, exẽplaria nusq̃ eẽ deprauata: sed ꝙ nõ nostrũ fuerit, imò nec expediat ad Græcos aut Hebræos codices semel illa castigare. Quòd si alio quouis modo videãtur corrigẽda, id potius foret sũmi Põtificis aut œcumenici cõcilij auctoritate tentandũ, cui parere oẽs tenẽtur, q̃ priuatæ alicuius p̃sonæ, aut vnius cuiusuis academiæ. Itaq; acceptis, vt p̃fati sumus, varijs exẽplaribus, ex cõpluriũ cõsensu nõnulla è textu sustulimus aut immutauimus: frequẽter id in margine reponẽtes, p̃fixo asterisco * ei q̃d è textu adẽptum erat, aut binis huiusmodi stigmatis * priori textus lectioni p̃notatis, idq́; absq; vllo exẽplariũ numero. Vt autẽ priorẽ textus lectionẽ in margine reponeremus, mouerũt nos quorundã ingenia: q, si nusquã ea inuenirẽt q̃ in nõnullis adhuc legũt exẽplaribus, fortassis id nõ æquo ferrẽt aĩo. In Prouerbijs autẽ Salomonis, quãquã versus integros nõ paucos videremus esse sup̃fluos aut aliũde infartos, quos plurima eaq́; vetustissima Latina exẽplaria nõ haberẽt, imò ne ipsa quidẽ Hebraica, nec Sãctes Pagninus, illis tamen obeliscũ dũtaxat p̃fiximus, addito margini numero codicũ, in q̃bus versus illos nõ inuenimus. Nã si eos è textu serie trãstulissemus in marginẽ, alijs annotãdis margines sufficere nequiuissẽt: si verò in totũ resecuissemus, verendũ erat ne plures offenderẽtur, q̃bus visi fuissemus nõ pœnitendã voluminis partẽ detruncasse: quẽadmodũ de se ait Hieronymus in p̃logo sup̃ Danielẽ. Qua etiã ratione moti, vniuersos quatuor Esdræ libros lectori tradidimus: quãquã in paucissimis manuscriptis exẽplaribus tertiũ inuenerimus, quartũ verò in nullis: sicut ne in Græcis quidẽ, vt nõ dicã in Hebræis. Quin & Hieronymus ipse in horũ librorũ p̃fatione monet, ne q̃s apocryphorũ tertij & quarti libri somnijs delectetur. Quibus id, q̃d maioris adhuc momẽti est, accedit: q̃d nec Origenes, nec Augustinus, nec Damascenus, nec demũq́; tertiũ Cartaginẽse conciliũ sacræ scripturæ libris tertiũ et quartũ Esdræ annumerẽt. Ob id tamen, vt p̃fati sumus, illos adiũximus, ne q̃s vociferaretur mãca nos Biblia euulgare maximè quũ & Cyprianus epistolã ad Põpeianũ ex tertio Esdræ citet testimoniũ: et Ambrosius de bono mortis aduersus Ethnicos seriò citet testimoniũ ex quarto Esdræ de prõptuarijs aĩarum. In locis autẽ ijs, vbi nõ tot exẽplaria a cõmuni lectione dissedebãt, vt q̃cq̃ immutandũ duceremus, hic diuersam lectionẽ in margine annotauimus, p̃fixo asterisco, q̃d plus in alijs: q̃d minus, obelisco: q̃d verò diuersum, duobus stigmatis lectori significãtes: adiũcto vbiq; discrepantiũ exemplariũ numero: Superfluũ siquidẽ fuisset hos ipsos noĩatim recensere codices, quũ neminẽ facilè hanc operã sibi sumpturũ putem, vt singula, quæ tot locis dispersa sunt, cõsulat exẽplaria, sed nobis fidẽ potius habiturũ. Quin si etiã id oĩno cupiuissemus: cõpluribus in locis, per marginũ angustiã, qui alijs occupandi erant minimè licuisset. Ne quis tamen falsò nos putet exemplariũ iactare multitudinẽ, tum etiã ne p̃ merita laude illos fraudemus, qui candidè suos codices nobis impertiti sunt: recensebimus nunc vnde singulos accepierimus, q̃bus in hac editione vsi sumus: p̃ter Roberti, Colinæi ac Tilmãni Keruer Biblia q̃ nobis domi suppetebãt.*

In primis in hac vniuersitate hi libri nobis subministrati sunt.

Ex collegiata diui Petri Ecclesia; quæ prima est ĩ hac Louaniẽsi Academia; accepimus tria miræ vetustatis exemplaria, septem voluminibus distincta: & alia insuper tria, quorum primũ quatuor tantùm Euangelistas continebat: secundum Euangelia iuxta Lucam & Iohannem: tertium verò, solos Psalmos.

A Franciscanis, duo exemplaria in quatuor tomos diuisa: & tertium in solos Psalmos.

Ex Parcensi abbatia ordinis Præmonstratẽsis, vnum exemplar.

Ex cœnobio Bethlehemitico canonicorũ regularium diui Augustini, qui Reformati dicũtur, duo exẽplaria: alterũ scriptũ, in varia volumina distinctũ: alterum olim excusum, in duos item tomos diuisum.

Ex cœnobio Martinensium eiusdem instituti vnum exẽplar, & aliud in quatuor tantùm Euangelistas.

A diuæ Gertrudis abbatia canonicorũ regularium, siue clericorũ veteris instituti diui Augustini, duo exemplaria in varios tomos diuisa.

Ex hoc Theologorum collegio nobis subministrata sont duo exemplaria: vnum scriptum, olim reuerendissimi domini cardinalis Bessarionis: & alterum ex ipsius tipographiæ infantia.

Ex Castrensis collegij bibliotheca, duo exemplaria.

Ex Atrebatensis collegij bibliotheca, duo exemplaria: & tertium in solos Psalmos.

Hi codices ab exordio castigationis ex hac Louaniẽsi academia nobis fuerunt exhibiti: sequentes autem temporis progressu nacti sumus.

Præbuit abbatia diui Berthini ordinis diui Benedicti apud S. Odomarum, vnum exemplar.

Abbatia Tongherlẽsis ordinis Præmõstratensis, ex illa sua ĩ his regionibus longè instructissima ac famatissima bibliotheca, vnũ exẽplar ad nos transmisit.

Abbatia diui Egidij ordinis canonicorum regulariũ veteris instituti apud Leodium, duo exemplaria in quatuor tomos diuisa exhibuit.

Abbatia quoque Aluensis ordinis diui Bernardi, vnũ commodauit exemplar.

Abbatia à Gardineto eiusdẽ ordinis, vnũ exemplar.

Similiter & abbatia Liriensis, ordinis diui Benedicti, duo misit exemplaria.

Abbatia Affliginiẽsis eiusdẽ instituti, vnũ exemplar.

Abbatia demũ Geblacẽsis eiusdẽ quoq; instituti, cõmodato dedit vnũ exẽplar ĩ q̃tuor dũtaxat Euãgelia.

Quantum autem laborum subierimus vt sacra hæc Biblia, quàm maximè syncera in lucẽ ederemus, expendendum cuique relinquimus: Deum Opt. Maxim. obnixè precantes, vt hos nostros labores benignus respiciat: & si non opus ipsum, at saltem conatũ probare dignetur: quem speramus Ecclesiæ ipsius commodum nequaquam pœnitendum allaturum.

HIERONYMI PROLOGVS GALEATVS.



IGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebrçæ magna ex parte cõfinis est. nã & ipsi viginti duo elementa habent eodẽ sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiã Pentateuchũ Moysi totidem literis scriptitãt, figuris tantũ & apicibus discrepãtes. Certũq; est Esdram scribã, legisq; doctorem, post captã Ierosolymã & instaurationem tẽpli sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc vtimur: cùm ad illud vsque tẽpus ijdem Samaritanorũ & Hebræorũ characteres fuerint. In Libro quoque Numerorũ hçc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrãmaton in quibusdam Græcis voluminib⁹, vsq; hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus vndecimus, & centesimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quãquã diuerso scribãtur metro, tamẽ eiusdem numeri texũtur alphabeto. Et Ieremię Lamẽtationes, & oratio ei⁹, Salomonis quoq; in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? ijsdẽ alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Num, Pe, Sade, aliter enim scribũtur per has principia, medietatesq; verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisq; libri duplices existimãtur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim. Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorũ initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quib⁹ quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.

Primus apud eos Liber, vocatur בראשית Beresith: quem nos Genesin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veellesemoth qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא Vaijcra, id est, Leuiticus.

Quartus, וידבר Vaiedabber, quem Numeros vocamus.

Quintus. אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronòmiũ prænotatur. Hi sunt quinque Libri Moysi, quos propriè תורה Thora, id est Legem appellant.

Secundum Prophetarũ ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos יהושע בן נון Iehosua bin Nun dicitur.

Deinde subtexũt שפטים Sophetim, id est, Iudicũ Librum, Et in eundẽ compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur שמואל Samuel, quẽ nos Regũ primũ & secũdum dicimus.

Quartus מלכים Melachim, id est, Regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliusq; multo est מלכים Melachim, id est Regũ, quàm ממלכות, id est, regnorũ, dicere. Non enim multarum gentium describit regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, est ישעיה Isaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, Liber duodecim prophetarũ, qui apud illos vocatur תרי עשר Thereasar.

Tertius ordo, Hagiographa possidet, Et primus Liber incipit à איוב Iob.

Secundus à דוד Dauid: quem quinq; incisionibus & vno Psalmorũ volumine comprehendunt.

Tertius est שלמה Salomõ, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi משלי Misse, id est, Parabolas appellant.

Quartus, Ecclesiasten, id est, קוהלת Coheleth.
Quintus, Canticū Canticorum, quē titulo שיר השירים Sir hasirim prenotant.
Sextus, est דניאל Daniel.
Septim⁹, דברי הימים Dibréhaiamim, id est, Verba dierū: qđ significātius, Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui Liber apud nos Paralipomènon primus & secundus inscribitur
Octauus, עזרא Esdras: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos Libros diuisus est.
Nonus, אסתר Esther.
Atq; ita fiunt pariter Veteris Legis Libri vigintiduo: id est, Moysi quinque, & Prophetarū octo, Hagiographorū nouem. Quanquam nonnulli רות Ruth & קינות Cinóth, inter Hagiographa scriptitēt, & hos Libros in suo putent numero supputādos: ac per hoc esse priscæ Legis libros viginqnatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorū Apocalypsis Iohānis inducit adorantes Agnum, & coronas suas prostratis vultibus offerētes: stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro, id est, in præteritum, & in futurum respiciētibus, & indefessa voce clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotēs, qui erat, & qui est & qui venturus est.
Hic Prologus, scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Syrach Liber & Iudith, & Tobias & Pastor, nō sunt in canone. Machabæorum primum Librū, Hebraicum reperi. Secūdus, Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ cùm ita se habeāt, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorū. In tēplo Dei offert vnusquisq; quod potest: alij aurum, argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpurā & coccum offerunt & hyacinthū: nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarū pilos. Et tamē Apostolus cōtemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species, Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio? pellibus tegitur & ciliciis: ardoremque solis & iniuriam imbrium ea quę viliora sunt, prohibent.

EPISTOLA S. HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBYTERVM de omnibus diuinæ Historię Libris.



RATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enī illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, nō præsentia tantum corporum, non subdola & palpans adulatio: sed Dei timor, & diuinarum scripturarum studia conciliant. Legimus in veteribus historiis, quosdam lustrasse prouincias, nouos adisse populos, maria transisse: vt eos quos ex libris nouerāt corā quoq; viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Ægyptum & Architam Tarentinum, eāque oram Italiæ, quæ quondā magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit: vt qui Athenis magister erat & potens, cuiusque doctrinā Academiæ Gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundè discere, quàm sua impudēter ingerere. Denique cùm literas quasi toto fugientes orbe persequitur, captus à pyratis & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus & seruus: tamen quia Philosophus, maior emente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legim⁹: & quos ad contemplationē sui Roma nō traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis: celebrandumq; miraculum, vt vrbē tantā ingressi, aliud extra vrbē quęrerent. Apollonius, siue ille magus (vt

vulgus

vulgus loquitur) siue Philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertrāsiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulētissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremū, latissimo Phison amne transmisso, peruēnit ad Brachmanas, vt Hiarchā in throno sedētem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldęos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriā, perrexit Æthiopiā, vt Gymnosophistas, & famosissimā Solis mensam videret ī sabulo. Inuēnit ille vir vbique quod disceret, & semp proficiēs. semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostrat⁹,

Quid loquar de seculi hominibus? cū Apostolus Paulus, vas electionis, & magister Gentium, qui de cōscientia tanti in se hospitis loquebatur, an experimentū quæritis eius, qui in me loquitur Christus? post Damascū Arabiamq; lustratam ascēderit Ierosolymam, vt videret Petrum, & māserit apud eum diebus quindecim. Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gentium prædicator instruendus erat. Rursumq; post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito exposuerit Apostolis Euangelium, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de Authoris ore transfusa fortius sonat. Vnde & Æschines, cùm Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quam aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem?

II. Act. 9. c. 1. Cor. 13 a. Gal. 1. d. Gal. 2. d.

III.

Hæc non dico, quòd sit in me aliquid tale, quod vel possis a me audire vel velis discere, sed quòd ardor tuus & discendi studiū etiam absq; nobis p se pbari debeat. Ingenium docile, & sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quęras considerans. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus: tamen virtute totū est quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legē Moysi, & prophetas didicisse se gloriat᷑, vt armatus spiritalibus telis, postea diceret confidenter, Arma nostræ militiæ, nō carnalia sunt: sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuātes omnem intellectum ad obediendū Christo, & parati subiugare omnē inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditū, & hortatur ne studium lectionis, negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoq; in eo eligat scripturarum, Obtinentem, inquit, eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere.

Act. 22. a 2. Cor. 10. b. 2. Tim. 3. d. 1. Tim. 4. d. Tit. 1. b.

IIII.

Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest, & quantū ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantū nocet si destruentibus non resistat. Malachias Propheta, imò per Malachiam Dñs interrogauit sacerdotes Legem, intantū sacerdotis officium est interrogatū respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuū, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi, in Psalmo quoque centesimo decimo octauo, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meę. Et in descriptione iusti viri, cùm eum Dauid arbori vitę, quæ est in paradiso, cōpararet Inter cęteras virtutes, & hoc intulit, In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabit᷑ die ac nocte. Daniel in fine sacratissimę visionis ait, iustos fulgere sicut stellas: & intelligentes, id est, doctos, quasi firmamentū. Vides quantū inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquā iuxta Hebraicam veritatē vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiā erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas ęternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia legis & scripturarum erat sanctarū armariū. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Iohanne quomodo legem sciant, cùm literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere solet, illis hoc spiritus sanctus suggerebat, & erant, iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus Legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat.

Mal. 2. b. Deu. 32. a. Psa. 1. a Dan. 12. b. Act. 4. c. Isa. 54. d. Ioh 6. e. Luc. 2. f. 2. Co. 12 b.

Iohan.1.a. Nisi fortè rusticum Petrũ, rusticum dicimus Iohannem: quorum vterq; dicere poterat, Et si imperitus sermone, non tamen scientia. Iohannes rusticus, piscator: indoctus? & vnde illa vox, obsecro, In principio erat Verbum, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum? λόγος enim Græcè multa significat, nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusq; rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa rectè intelligimus in Christo.

V. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam (inquit) sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapiētia perdet falsam sapientiam, & quanquã stultitia prædicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem nõ seculi huius, nec principũ seculi istius, qui destruuntur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula: Dei sapientia Christus est. Christus enim, Dei virtus & Dei sapientia, hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiæ Dei absconditi. Et q in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autē & præfiguratus in lege & Prophetis. Vnde & prophetæ appellabantur Videntes: quia videbant eũ quem cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erāt. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enĩ spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriã contemplemur. Liber in Apocalypsi septē sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respondebit tibi: Non possum, signatus est enim. Quanti hodie putāt se nosse literas, & tenent signatũ Librũ: nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauē Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit? In Actibus Apostolorũ sanctus Eunuchus, imo vir (sic enĩ eum Scriptura cognominat) cùm legeret Isaiam Prophetã, interrogatus à Philippo: Putásne intelligis quæ legis? respōdit: Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est, de extremis mundi finibus venit ad tēplũ: reliquit aulã regiam: & tantus amator legis diuinæq; scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret literas sacras. Et tamen cùm librum teneret, & verba Domini cogitatione cōciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum, quē in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus; Eadē hora credidit Eunuchus, baptizatᷣ, & fidelis & sanctus factꝰ est, ac magister de discipulo: plus in deserto fonte Ecclæ, quàm in aurato synagogæ templo repperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sacris sine præuio, & monstrante semitam non posse ingredi.

Abd.1.c. Isa.29.c. 1.Cor.1.c. Col.2.a. Ioh.8.g. Ezec.1.a Psa.118. Rom.7.c 2.Cor.3.d. Apo.5.a. Isa.29.d Apo.3.b. Act.8.a.

VI Taceo de Grãmaticis, Rhetoribus, Philosophis, Geometris, Dialecticis, Musicis, Astronomis, Astrologis, Medicis, quorũ sciētia mortalibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditᷣ, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniã, & quæ non tam lingua, q̃ manu administrantᷣ. Agricolę, cæmentarij, fabri metallorũ, lignorũq; cęsores, lanarij quoq; & fullones, & cęteri qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore esse nõ possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim oēs vendicant. Scribimus indocti doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumũt, lacerant, docent antequã discant. Alij adducto supercilio grandia verba trutinātes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadã facilitate verborũ, imò audacia edisserunt alijs qđ ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si fortè ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone cōposito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant: nec scire dignãtur quid ꝓphetę, qđ Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Vergilio-

centonas:

centonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo possumus dicere christianũ, quia scripserit: Iam redit & virgo, redeũt Saturnia regna, Iá noua ꝓgenies cælo demittitur alto. Et Patrem loquentem ad Filium: Nate meę vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorans, fixusq; manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorum ludo similia docere quod ignores: imò, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum. VII. Genesis.

Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisq; pręceptis. Exodus.

In promptu est Leuiticus Liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ penè syllabę, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta. Leuiticus.

Numeri verò, nónne totius Arithmeticæ, & Prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent? Numeri.

Deuteronomium quòque secunda Lex, & Euangelicę legis præfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusq; Pentateuchus: quibus quinq; verbis loqui se velle, Apl's in Ecclesia gloriatur. Deuteronomii. 1. Cor. 14. d. 15.

Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: oésq; leges dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de cæteris sileam) resurrectionem corporũ sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit. Scio (inquit) ꝙ redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob. Cap. 19. d. 15.

Veniam ad Iesum Naue, qui typum Dñi non solum gestis, verum etiam nomine præfert, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atque confinia, Ecclesiæ cælestisque Ierusalem spiritualia regna describit. Iosue siue Iesus Naue.

In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt. Lib. Iudicum.

Ruth Moabitis, Isaię explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion. Ruth. Isa. 16. a. 1.

Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, noui sacerdotij, nouiq; imperij sacramenta testatur. Reg I. & II

Malachim, id est tertius & quartus Regum liber, à Salomone vsq; ad Iechoniam, & à Ieroboam filio Nabath vsq; ad Osee qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnũ describit Israël. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis sensum latentem inspexeris, Ecclesię paucitas, & hęreticorũ cõtra Ecclesiam bella narrantur. Reg. III. & IIII.

Duodecim prophetę in vnius voluminis angustias coarctati, multo aliud quàm sonant in litera, præfigurant.

Osee crebrò nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari. Osee.

Ioël filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: & post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritũ sanctum super seruos Dei & ancillas, id est super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsq; ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mysticè continentur. Ioël. Act. 2. a.

Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudę & Israël? Hic loquitur ad vaccas pingues, quę sunt in Samariæ monte, & ruituram domũ maiorem, minoremq; testatur. Ipse cernit fictoré locustę, & stantem dominum super murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem supplicia pecca- Amos.

toribus: & famem in terrã, nõ famem panis, nec sitim aquæ: sed audiẽdi verbũ Dei.

Abdias. Abdias, qui interpretatur seruus Dei, pérsonat cõtra Edom sanguinem terrenumq; fratrem, fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

Ionas. Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionẽ Dñi præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, Gentibus salutem nuntiat.

Michæas. Michæas de Morasthi cohæres Christi, vastationem annuntiat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis Israël.

Nahum. Nahum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc. Cap. 3. a 5. Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradũ super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cęlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Sophonias. Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta pisciũ, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanáan, dispierierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

Aggæus. Cap. 2. b 7. Aggæus festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret, destructum templum ædificat, Deumq; patrem inducit loquentem. Adhuc vnum modicũ & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.

Zacharias. Zacharias memor Dñi sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoq; oliuas à sinistris lampadis cernit & à dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephráim, & equũ de Ierusalẽ, pauperem regem vaticinetur & prędicet, sedentem super pullũ filiũ asinę subiugalis.

Malachias. Malachias apertè, & in fine oium prophetarum, de abiectione Israël, & vocatione Gẽtium, Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dñs exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsq; ad occasum, magnũ est nomen meũ in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Cap. 1. c 11

Isaias. Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium.

Ieremias. Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie Aquilonis, & pardũ spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Ezechiel. Tertius principia & finem tantus habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur.

Daniel. Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas temporum conscius & totius mundi Philihistoricus, lapidem pręcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat.

Dauid. Dauid Simonides noster, Pindarus & Alcęus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentẽ.

Prouerb. Ecclesiastes. Canticũ. Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit, & Christum, sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium.

Liber. Esther in Ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in posteros.

Paralipomenon. Paralipomenon liber, id est instrumenti veteris ἐπιτομή, tantus ac talis est, vt absque illo siquis scientiam scripturarũ sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasq; verborum, & prætermissę in Regum libris tanguntur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæstiones.

Esdras. Nehemias. Esdras & Nehemias, adiutor videlicet, & consolator à Dño, in vnũ volumẽ coarctantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis, oisq; illa turba populi redeũtis in patriam, & descriptio sacerdotum, leuitarum, Israëlis, proselytorũ, ac per singulas familias murorum, ac turrium opera diuisa, aliud in cortice pręferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantũ quid nosse, quid cupere debeamus,

vt &

vt & nos quoque possimus dicere; Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterum illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantum scio, quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum. Ps.118.

Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos & in sublime tendentes, terga pennata & vbique volitantia tenent se mutuò, sibique perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus Spiritus sancti perduxerit. Matthæus Marcus Lucas Iohãnes

Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias, octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur. Timotheum instruit ac Titum, & Philémonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere. Paulus Apostolus

Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animę languentis esse medicinam. Actus Apostolorum

Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in sententijs: vt rarus sit, qui non in earum cæcutiat lectione. Iacobus Petrus Iohãnes Iudas

Apocalypsis Iohannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentię. Oro te frater carissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse: nihil quærere: nónne tibi videtur iam hîc in terris regni cælestis habitaculũ? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretũ, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent, & in vna eademq; sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorum radices in cælo fixę sunt: sed velle fateor. Sedenti me præfero, magistrum renuens, comitem spõdeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo, obuijs te manibus excipiam, & (vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiã) quicquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitię, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquij venustatem, etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hęrentis in salo nauiculæ funem magis pręscinde, quàm solue. Nemo renuntiaturus seculo bene potest vendere quæ contempsit vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictũ est, Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & vestitus diuitię Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende. Si nõ habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper retrastinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas possessiúculas vendideris, non habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit: Apostoli nauem tantum & retia reliquerunt, vidua duo æra misit in gazophylacium, & pręfertur Crœsi diuitijs. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

Ps.118. · Mat.7.a · Lu.11.b. · VIII. · 2.Cor.6.b. · Mat 5.g. · Mat.4.c. · Mar.12.d · Lu.21.a.

INDEX TESTIMONIORVM A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO CITATORVM EX VETERI,

Quæ huc in id congesta sunt, vt pij lectores natiuam quorundam intelligentiam facilè assequi valeant, quę ab ipso Christo vero interprete & spiritu eius, per Apostolos sit tradita: perspiciantque in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

5 b Non concupisces. Rom.7.c.13.c
5 b Non occides. Mat.5.c.Luc.18.d
5 b Nō mœchaberis. Mat.5.d. Lu.18.d
5 b Nō furtū facies. Luc.18.d.Ro.13.c
5 b Nō loquêris cōtra ꝓximū tuū falsū testimoniū. Luc.18.d.Ro.13.c.
5 b Honora patrem & matrē. Mat.15.a Mar.7.b. Ephe.6.a.
6 a Audi Israël, Dñs Deus tuus Deus vnus est. Mar.12.c
6 a Diliges Dñm Deū tuū &c. Matt. 22.d. Marc. 12.c. Luc.10.e.
6 c 10 d Dñm Deū tuū adorabis, & illi soli seruies. Mat.4.b.Luc.4.b.
6 c Non tentabis Dñm Deum tuum. Mat.4.b.Luc.4.b.
8 a Nō in solo pane &c. Mat.4.a.Lu.4.a
10 d De⁹ personā hoīs nō accipit.Gal.2.b
18 c Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus. Act.3.d.7.e
19 d In ore duorum vel triū testium stabit omne verbum. 2.Cor.13.a Mat. 18.b.Ioan.8.c.
19 d Oculū ꝓ oculo, dētē ꝓ dēte. Mat.5.f
21 d Maledict⁹ oīs q pēdet in ligno.Ga.3.b
25 b Non alligabis os boui trituranti. 1.Cor.9.a.1.Timoth.5.c.
25 b Siqs mortuus fuerit nō habēs filiū. Matth.22.c.Mar.12.b.Luc.20.e
27 d Maledictus oīs q nō permanserit in omnibus quæ, &c. Galat.3.b
30 c Quis ascendet in cælum? Rom.10.b
30 c Prope est v̄bū ī ore tuo, &c.Ro.x.b
32 c Ego ad æmulationē vos adducā in non gentem. &c. Rom.10.d
32 c Mihi vīdictā, ego retribuā.Ro.12.d.

IOSVE.

1 a Nō te deserā, neq; derelīquā.He.13.a.

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrē, & ipse erit mihi in filium. Heb.1.b

REG. III.

19 b Dñe, prophetas tuos occiderūt, &c. Rom.11.a
19 b Reliq mihi septē millia virorū.Ro. 11.a.

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum. 1.Cor.3.d.

LIBER PSAL.

2 a Quare fremuerunt gentes. Act.4 e
2 b Filius meus es tu, ego hodie genui te. Act.13.e.Heb.1.b.5 b
2 c Reges eos ī virga ferrea. Ap.2.g.19.c
4 b Irascimini & nolite peccare.Eph.4.f
5 c Sepulchrū patēs ē guttur eorū. Ro.3.b
6 c Discedite à me oēs q operamini iniquitatem. Matth.7.d.25.d.Luc.13.f
8 b Ex ore īfantiū & lactētiū, &c. Mat.21.b
8 c Quid ē homo ꝙ memor es ei⁹? He.2.a
8 c Oia subiecit sub pedibus ei⁹.1.Co.15.d
9 c Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Rom.3.c
13 a Nō est iustus quisquā, &c. Rom.3.b
13 b Veloces pedes eorū ad effundendū sanguinem. Rom.3.c
15 c Prouidebā Dñm ī cōspū, &c. Act. 2.d
15 d Non dabis sanctum tuū videre corruptionem. Act.2.e.13.e
17 a Ego ero fidens in eum. Heb.2.c
17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine. Rom.15.b
18 a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Rom.10.d
21 a Eli, Eli, lamma sabacthani. Matt.27.e Mar.15.c.
21 c Diuiserūt sibi vestimēta mea. Mat.27d Iohan.19.e
21 c Nūtiabo nomē tuū frīb⁹ meis. He.2.c
23 a Dñi ē terra & plenitudo ei⁹.1.Co.10.f
24 c Odio habuerunt me gratis. Ioh.15.d
30 a In manus tuas commendo spiritum meum. Luc.23.f
31 a Beati quorū remissę sunt iniqtates. Rom.4.a
33 c Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos. 1.Pet.3.b
39 b Hostiā & oblationē noluisti. He.10.b
40 c Qui manducat mecū panē. Ioh. 13.b
43 d Propter te mortificamur tota die. Rom.8.g.
44 b Thron⁹ tu⁹ De⁹ ī seculū seculi. He.1.c
50 a Vt iustificeris ī sermonib⁹ tuis Ro.3.a
54 d Iacta super Dñm curā tuā. 1.Pet.5.b.
61 d Vnusquisque autē propriam mercedem accipiet. 1.Cor.3.b
67 d Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Eph.4.b.
68 b Zelus dom⁹ tuę comedit me. Ioh.2.d
68 b Improperia improperātium tibi ceciderunt super me. Rom.15.a
68 c Fiat mēsa eorū corā ipsis &c. Ro.11.b
68 c Fiat cōmoratio eorū deserta. Act.1.d
68 c In siti mea potauerunt me aceto. Iohan.19.f.
77 a Aperiā in parabolis os meū. Mat.13.e
77 c Panem cæli dedit eis. Ioh.6.d
81 b Ego dixi, dij estis. Ioh.10.g
88 d Inueni Dauid seruū meū. Act.13.d
90 c Angelis suis mādauit de te. Mat.4.a. Luc.4.b.

Matt.

Mat.21.b.Mar.11.c.Luc.19.g
59 b Cõtritio & infelicitas in vijs eorum. Rom.3.c.
59 c Galeam salutis assumite. Ephe.6.c. 1.Thess.5.b.
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Rom.11.d
60 c Et portę ei⁹ nõ claudẽt̃ p̃ diẽ. Ap.21.g
61 a Spiritus Domini super me. Luc.4.c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit. Mat.21.a
64 b Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c. 1.Cor.2.b
65 a Inuentus sum à nõ quęrentibus me. Rom.10.d.
65 a Tota die expãdi manus meas ad populum non credentem. Rom.10.d
65 c Nouos verò cęlos & no.ter. 2.Pet.3.c. Apoc.21.a.
66 a Cælum mihi sedes est. Actor.7.f
66 g Vbi vermis eorũ non morit̃. Mar.9.g
60 d Et ciuitas nõ eget sole neq; lu. Ap.21.g
60 d Nox vltra non erit. Apoc.22.a

IEREM.

7 b Vos aũt fecistis illã speluncã latronũ. Matth.21.b. Marc.11.c. Luc.19.g.
9 g Qui gloriatur, in Domino glorietur. 1.Cor.1.d.2.Cor.10.d.
10 a Quis non timebit te Dñe. Apoc.15.b
17 d Ego sũ scrutãs renes & corda. Ap.2.f.
31 c Vox in Rama audita est. Matth.2.d
31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios. 2.Cor.6.d
31 e Ecce dies veniẽt, dicit dñs, & cõsũmabo super domũ Isrl̃ & sup̃ domũ Iuda testamentum nouum. Heb.8.c.
31 f Hoc aũt testm̃ qđ testabor ad illos, &c. Dabo leges meas ĩ cordib⁹ eorũ. Heb.10.c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna. Apoc.18.a.

EZECH.

3 a Accipe Librũ, & deuora illũ. Apo.10.d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea. ro.10.b
32 b Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Matth.24.c
36 e Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Rom.2.d

DANIEL.

9 g Cũ videritis abominationẽ desolutionis quæ dicta est à Daniele propheta. Matth.24.b. Marc.13.b. Luc.21.d.

OSEE.

1 d Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos. Rom.9.c
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam. Rom.9.c.1.Pet.2.b
6 c Misericordiam volo, & non sacrific. Matt.9.b 12.a.
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Luc.23.d.
11 a Ex Ægypto vocaui filiũ meũ. Mat.2.c
13 d Absorpta ẽ mors ĩ victoria. 1.Cor.15.g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus, dicit Dñs, effundam de Spiritu meo. Acto.2.c.
2 g Oĩs enim quicunq; inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit. Rom.10.c

AMOS.

5 g Nunquid victimas &c. Act.7.e
6 a Væ vobis diuitibus. Luc.6.d
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid. Actor.15.c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti trib⁹ dieb⁹ & tribus noctibus. Mat.12.c. Luc.11.d
3 b Pœnitentiam egerunt in p̃dicatione Ionæ. Mat.12.d. Luc.11.e.

MICHÆ.

5 a Et tu Bethlehem terra Iuda. Matt.2.a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem. Matt.10.d. Luc.12.g.

AGGÆ.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo nõ solũ terram sed & cælum. Heb.12.g

HABAC.

1 b Videte contẽptores, & admiramini, & disperdimini: q̃a opus operor ego in diebus vestris. Actor.13.f.
2 a Iustus aũt ex fide viuit. Ro.1.c. Ga.3.b

NAHVM.

1 d Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacem? Rom.10.c
4 b Quid est quod scribæ dicunt, q̃ Eliam oporteat primum venire. Mat.17.b Marc.9.b.
4 b Vt cõuertat corda patrũ ĩ filios. Lu.1.b

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Ephe.4.f.

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Ro.9.c
3 a Ecce, ego mitto angelũ meũ. Mat.11.b. Mar.1.a. Luc.7.d. Ioh.1.c
4 b Ipse est Elias q̃ vẽturus erat. Matt.11.b.
9 b Ecce rex tuus venit. Mat.21.a. Ioh.12.b
11 c Et acceperũt trigita argẽteos. Mat.27.a
12 c Videbũt in quẽ cõpunxerũt. Ioh.19.g
13 c Percutiã pastorẽ. Mat.26.c. Mar.14.b.

ORDO LIBRORVM VETERIS TESTAMENTI.



ORDO LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.



LIBER GENESIS, HEBRAICE BERESITH.

CAPVT PRIMVM.



1 N PRINCIPIO
A creauit Deus cęlum
2 & terrá. ¶Terra au-
tem erat inanis, &
vacua, & tenebræ
erant super faciem
abyssi: & spiritus
dñi ferebatur super
3 aquas. ¶Dixitq; Deus, Fiat lux. Et facta
4 est lux. ¶Et vidit Deus lucé quod esset
5 bona: & diuisit* lucé à tenebris. ¶Appel
lauitq; lucem dié, & tenebras noctem:
factũ q; est vespere & mane dies vnus.
6 ¶Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentum
in medio aquarũ: & diuidat aquas ab
7 aquis. ¶Et fecit Deus firmamẽtum, di-
uisitq; aquas q̃ erant sub firmamento,
ab his || quę erant super firmamentum.
8 Et factum est ita. ¶Vocauitq; Deus fir-
mamentũ, cœlum: & factum est vespe
9 re & mane Dies secundus. ¶Dixit vero
Deus: Congregentur aquæ quę sub cęlo
sunt, in locũ vnum: & appareat arida.
10 Et factũ est ita. ¶Et vocauit Deus aridã
B terram: congregationesq; aquarum,
appellauit maria. Et vidit Deus q; esset
11 bonũ. ¶Et ait, Germinet terra herbam
virenté, & facienté semen, & lignũ po-
miferũ faciens fructũ iuxta genus suũ,
cuius semen in semetipso sit sup terrá.
12 Et factũ est ita. ¶Et protulit terra herbã
virenté, & faciẽtem semen iuxta genus
suum, lignumq; faciens fructũ, & ha-
bens vnumquodq; semẽtem secũdùm
specié suá. Et vidit Deus q; esset bonũ.
13 ¶Et factũ est vespe & mane dies terti⁹.
14 ¶Dixit aũt Deus, Fiant luminaria in fir
mamento cęli, & diuidant diem ac no
ctem: & sint || in signa, & tpa, & dies, &
15 annos. ¶Vt luceant in firmamẽto cęli,
& illuminent terram. Et factũ est ita.
16 ¶Fecitq; Deus duo luminaria magna:
luminare maius, vt pręesset diei: & lu-
minare minus, vt pręesset nocti: & stel
17 las. ¶Et posuit eas* in firmamẽto cœli,
18 vt lucerent sup terram, ¶Et præessent
diei ac nocti, & diuiderẽt lucem ac te-
nebras. Et vidit Deus q; esset bonum.
19 ¶Et factũ est vespere & mane dies quar
20 tus. ¶Dixit etiã Deus, Producant aquæ
C reptile aię viuentis, & volatile sup ter-
21 ram sub firmamento cęli. ¶Creauitq;
Deus cete grandia, & oẽm animam vi-
uentem atq; motabilé, quam produxe
rant aquæ in species suas, & oẽ volatile
sẽm genus suũ. Et vidit Deus q; esset bo
22 num, ¶Benedixitq; eis, dicés: Crescite,
& multiplicamini & replete aquas ma
ris: auesq; multiplicent̃ super terram.
23 ¶Et factum est vespere, & mane dies
24 quintus. ¶Dixit quoq; Deus Producat
terra animam viuẽtem in genere suo,
iumenta, & reptilia, & bestias terræ se-
cundùm species suas. Factumq; est ita.
25 ¶Et fecit Deus bestias terræ iuxta spe-
cies suas, & iumenta & omne reptile
terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd
26 esset bonum, ¶Et ait. Faciamus homi-
nem ad || imaginem & similitudinem || Col.3.b.
nostram, & præsit piscibus maris, & vo 10.
latilib⁹ cęli & bestijs, *vniuersęq; *ter- Infra 5.a
ræ, *omniq; reptili qđ mouet̃ in terra. 1.9.a.6.
27 ¶Et creauit Deus hominem ad imaginé 1.Co.11.
D & similitudinem* suá, ad imaginem b.7.
Dei creauit illum, || masculum & fęmi * terrę 8.
28 ná creauit eos. ¶Benedixitq; illis Deus, * creatu-
& ait: || Crescite, & multiplicamini, & rę. 10.
replete terram, & subijcite eam, & do- -11.
minamini piscibus maris, & volatili- Sap. 1. d.
bus cęli, & vniuersis animantibus quę 3.
29 mouent̃ super terram. ¶Dixitq; Deus, || Mat.19.
Ecce dedi vobis omnem herbam affe- a.4.
rentem semen super terram, & vniuer- || Ecc.17.
sa ligna quæ habent in semetipsis se- a.1.
menté generis sui, || vt sint vobis ĩ escá, Infra 8.
30 ¶Et cunctis animãtibus terræ, omniq; e.17.9.a.
volucri cęli, & vniuersis quæ mouen- 1.
tur in terra, & in quibus est anima vi- || Infra 9.
uens, vt habeant ad vescendum. Et fa- a.3.
31 ctum est ita. ¶|| Viditq; Deus cũcta quæ || Exo.31.
fecerat: & erant valde bona. Et factum d.17.
est vespere & mane dies sextus. Eccl. 39.
e.21.
Mat.7.d.
37.

CAP. II.

1 IGitur perfecti sunt cęli & terra, & oĩs
A ornatus eorum. ¶Compleuitq; Deus
2 die septimo opus suum q̃ fecerat: &

‖Exo.20. b.11.31. d.17. Deute.5. b.14. ‖Hebr.4 b.4.

‖requieuit die septimo ab vniuerso ope
3 re quod patrarat. Et bñdixit diei septi
mo, & sanctificauit illum: quia in ipso
cessauerat ab oï opere suo qd creauit
4 Deus vt faceret. Istę sunt generationes
cęli & terræ, qñ creatæ sunt, in die quo
5 fecit Dñs Deus cęlum & terram, & oé
virgultum agri anteq̃ oriretur in terra,
oémq; herbam regionis priusq̃ germi-
naret: non enim pluerat dñs Deus sup
terram, & homo non erat qui operaret͛
6 *terram: Sed fons ascendebat è terra, (*eam 3.)
irrigans vniuersam superficiem terræ.
7 Formauit igitur Dñs Deus hoïem de
limo terræ, & inspirauit in faciem eius
spiraculum vitæ, & ‖factus est homo in (‖1. Cor. 15. f.45.)
8 aïam viuentem. Plantauerat aũt Dñs
B De⁹ Paradisum voluptatis à principio:
in quo posuit hoïem qué formauerat.
9 Produxitq; dñs De⁹ de humo oé lignũ
pulchrum visu, & ad vescendum sua-
ue: lignũ etiam vitę in medio Paradisi,
10 lignũq; scientiæ boni & mali. Et flu-
uius egrediebat͛ de loco voluptatis ad
irrigandum paradisum, q inde diuidit͛
11 in quatuor capita. Nomé vni ‖Phison: (‖Eccl.24. e.35.)
ipse est qui circuit oém terrã Heuilath.
12 vbi nascit͛ aurum. Et aurum terræ il-
lius optimum est, ibiq; inuenitur bdel
13 lium, & lapis onychinus. Et nomen
fluuij secundi Gehon, ipse est q circũit
14 oém terram Æthiopiæ. Nomen verò
C fluminis tertij, Tigris: ipse vadit cõtra
Assyrios. Fluuius aũt quartus, ipse est
15 Euphrates. Tulit ergo Dñs Deus ho-
minem, & posuit eũ in Paradisum vo-
luptatis, vt operaret͛, & custodiret illũ:
16 Præcepitq; ei, dicens: Ex omni ligno
17 Paradisi comede: De ligno aũt scien-
tiæ boni & mali ne comedas. In quocũ
que enim die comederis ex eo, morte
18 morieris. Dixit quoq; Dñs Deus, Non
est bonum hoïem esse solũ: faciamus
19 ei adiutorium simile sibi. Formatis igi
tur dñs Deus de humo cunctis aïanti-
bus terræ, & vniuersis volatilib⁹ cęli,
adduxit ea ad Adam, vt videret qd vo-
caret ea. oé enim quod vocauit Adam
aïæ viuentis, ipsum est nomen eius.
20 Appellauitq; Adam nominibus suis
D cuncta aïantia, & vniuersa volatilia cę
li, & oés bestias terræ: Adę verò nõ in-
21 ueniebat͛ adiutor similis eius. Immi-
sit ergo Dñs Deus soporem in Adam:
cumq; obdormisset, tulit vnam de co-
22 stis eius, & repleuit carnem pro ea: Et
ædificauit Dñs Deus costam, quam tu-
lerat de Adam, in mulierem: & addu-
23 xit eam ad Adam. Dixitq; Adã: ‖Hoc (‖1. Cor. 11.b.9 Mat. 19. a 5. Mar. 10. a.7. Ephe. 5. g 31. 1.Cor.6. d.16.)
nunc os ex ossibus meis, & caro de car-
ne mea: hæc vocabitur virago, qñ de
24 viro sumpta est. Quam ob rem relin-
quet homo patrem suũ, & matrem, &
adhærebit vxori suæ: & erũt duo in car
25 ne vna. Erat aũt vterq; nudus, Adam
scilicet & vxor eius: & nõ erubescebãt.

CAP. III.

1 Sed & serpens erat callidior cunctis
A aïantibus terræ, quæ fecerat Dñs
Deus. Qui dixit ad mulierem. Cur pce-
pit vobis Deus vt non comederetis ex
2 omni ligno Paradisi? Cui rñdit mu-
lier, De fructu lignorũ quæ sunt in Pa-
3 radiso vescimur: de fructu verò ligni
qđ est in medio paradisi pcepit nobis
Deus ne comederemus, & ne tãgerem⁹
4 illud, ne fortè moriamur. Dixit aũt
serpens ad mulieré: ‖Nequaquã morte (‖2.Cor. 11.a 3.)
5 moriemini. Scit enim De⁹ ꝙ in quocũ
que die comederitis ex eo, aperientur
oculi vestri, & eritis sicut dij sciétes bo
6 nũ & malum. Vidit igit͛ mulier quòd
bonũ esset lignum ad vescendũ, & pul
chrũ oculis, aspectuq; delectabile: &
tulit de fructu illius, & ‖comedit, de- (‖Eccl.25 d 33. 1.Tim.2. d.14.)
7 ditq; viro suo, q comedit. Et apti sunt
B oculi amborũ: cumq; cognouissent se
esse nudos, consuerũt folia ficus, & fe-
8 cerũt sibi perizomata. Et cũ audissent
vocé Dñi Dei deambulantis in paradi-
so ad aurã post meridiem, abscondit se
Adã & vxor eius à facie Dñi Dei in me
9 dio ligni paradisi. Vocauitq; Dñs De⁹
10 Adã, & dixit ei, Vbi es? Qui ait: Vocé
tuã* audiui in paradiso: & timui, eò ꝙ (*Dñe.)
11 nudus essem, & abscõdi me. Cui dixit
–Dñs? Quis enim îdicauit tibi ꝙ nudus (–8.)
esses, nisi ꝙ ex ligno de quo pceperam
12 tibi ne comederes, comedisti? Dixitq;
Adam: Mulier quã dedisti mihi sociã,
13 dedit mihi de ligno, & comedi. Et di
C xit dñs Deus ad mulierem, Quare hoc
fecisti: Quæ rñdit, Serpés decepit me, &
14 comedi. Et ait Dñs –Deus ad serpenté: (–8.)
Quia fecisti hoc, maledict⁹ es inter oïa
aïantia, & bestias terrę: sup pectus tuũ
gradieris & terram comedes cũctis die
15 bus vitæ tuæ. INIMICITIAS ponã
inter te & mulierem, & semé tuũ & se
men illius: *ipsa conteret caput tuũ, & (*Ipse.2.)

tu insidia-

16 tu insidiaberis calcaneo eius. ¶Mulieri
quoque dixit: Multiplicabo ærumnas
tuas & cōceptus tuos: in dolore paties
filios, & sub viri potestate eris, & ‖ipse
17 dn̄abit̄ tui. ¶Adæ verò dixit, Quia au-
disti vocē vxoris tuæ, & comedisti de li
gno ex quo pceperā tibi ne comederes,
maledicta terra ī ope tuo, in laboribꝰ
comedes ex ea cunctis diebus vitę tuę.
18 ¶Spinas & tribulos germinabit tibi, &
19 comedes herbas terrę. ¶In sudore vultus
D tui vescēris pane tuo, donec reuertaris
in terrā de qua sumptus es: qa puluis
20 es, & in puluerē reuertēris. ¶Et vocauit
Adā nomē vxoris suæ, Heua: eò ꝙ ma-
21 ter esset cūctorū viuētiū. ¶ Fecit quoq;
Dn̄s Deus Adę & vxori eius tunicas pel
22 liceas, & induit eos. ¶Et ait, Ecce Adam
quasi vnus ex nobis factus est sciēs bo-
nū & malū. nunc ergo ne fortè mittat
manū suā, & sumat etiā de ligno vitæ,
23 & comedat, & viuat ī æternū. ¶Emisit
eū Dn̄s Deus de paradiso voluptatis vt
24 operar̄ terrā de qua sumptꝰ est. ¶Eiecitq;
Adā: & collocauit ante paradisum vo-
luptatis cherubī. & flāmeū gladiū, atq;
versatilē ad custodiendā viā ligni vitę.

CAP. IIII.

1 ‖ADam verò cognouit vxorē suā He-
A uā: quæ cognouit, & peperit Cain.
2 dicēs: Possedi hoīem per Deum. ¶ Rur-
sumq; peperit fratrē eius Abel. Fuit aūt
3 Abel pastor ouiū, & Cain agricola. ¶Fa-
ctum est aūt post multos dies vt offer-
ret Cain de fructibꝰ terrę munera Dn̄o.
4 ¶Abel quoque obtulit de primogenitis
gregis sui, & de adipibus eorum: & re-
spexit Dn̄s ad Abel, & ad munera eius.
5 ¶Ad Cain aūt, & ad munera illius non
respexit, iratusq; est Cain vehementer,
6 & cōcidit vultus eius. ¶Dixitq; Dn̄s ad
eum: Quare iratus es? & cur concidit fa
7 cies tua? ¶Nōne si bene egeris, recipies:
sin aūt malè, statim in foribus pecca-
B tum tuum aderit? sed sub te erit appe
8 titus eius, & tu dn̄aberis illiꝰ. ¶Dixitq;
Cain ad Abel fratrē suū: Egrediamur
foras. Cumq; essent in agro, cōsurrexit
Cain aduersus fratrē suū Abel, & ‖in-
9 terfecit eū. ¶Et ait Dn̄s ad Cain. Vbi est
Abel frater tuus? Qui rn̄dit, Nescio: nū-
10 qd custos fratris mei sum ego? ¶Dixitq;
ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fra
11 tris tui clamat ad me de terra. ¶ Nunc
igit̄ maledictus eris sup terrā: quæ ape-
ruit os suum, & suscepit sanguinē fra-
12 tris tui de manu tua. ¶ Cùm operatus
fueris eā, nō dabit tibi fructus suos: va-
13 gus & profugus eris sup terrā. ¶Dixitq;
Cain ad Dn̄m. Maior est iniqtas mea,
14 quàm vt veniā merear. ¶ Ecce eijcis me
hodie à facie terræ, & à facie tua abscō-
C dar, & ero vagus & profugus in terra:
15 oīs igit̄ q inuenerit me, occidet me. ¶Di
xitq; ei Dn̄s: Nequaq̄ ita fiet: sed oīs
qui occiderit Cain, septuplùm punier̄.
Posuitq; Dn̄s in Cain signū, vt non in-
terficeret eum oīs qui inuenisset eum.
16 ¶Egressusq; Cain à facie dn̄i, habitauit
profugus in terra ad orientalē plagam
17 Eden. ¶ Cognouit aūt Cain vxorē suā:
q̄ cōcepit, & peperit Henoch: & ędifica-
uit ciuitatē, vocauitq; nomē eius ex no
18 mine filij sui, Henoch. ¶Porrò Henoch
genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, &
Mauiael genuit Mathusael, & Mathu-
19 sael genuit Lamech. ¶Qui accepit duas
vxores, nomen vni Ada, & nomē alteri
20 Sella. ¶Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pr̄
habitantiū in tentorijs, atq; pastorum:
21 ¶Et nomē fratris eius Iubal, ipse fuit pr̄
D canētiū cithara & organo. ¶ Sella quo-
22 que genuit Tubal-cain, q fuit mallea-
tor & faber in cuncta opa ęris & ferri.
23 Soror verò Tubal-cain, Noëma. ¶ Di-
xitq; Lamech vxoribus suis Adę, & Sel
læ. Audite vocē meā vxores Lamech, au
scultate sermonē meū: qm̄ occidi virū
in vulnus meum, & adolescentulū in
24 liuorem meum. ¶Septuplùm vltio da-
bit̄ de Cain: de Lamech verò septuagies
25 septies. ¶Cognouit quoq; adhuc Adam
vxorem suā & peperit filiū, vocauitq;
nomē eius Seth: dicēs, Posuit mihi Deꝰ
semē aliud p Abel, quem occidit Cain.
26 ¶Sed & Seth natꝰ est filius, quē vocauit
Enos. iste cœpit īnuocare nomen Dn̄i.

CAP. V.

1 HIc est liber gn̄ationis Adā. In die
A quā creauit Deus hoīem, ‖ad simi
2 litudinem Dei fecit illum. ¶ Masculū
& fœminā creauit eos: & bn̄dixit illis:
& vocauit nomen eorū Adā, in die quo
3 creati sunt. ¶Vixit aūt Adā centū trigin
ta annis: & genuit filium ad imaginē
& similitudinē suam, vocauitq; nomē
4 eius Seth. ¶Et facti sunt dies ‖Adā postq̄
genuit Seth, octingēti anni, genuitq; fi-
5 lios & filias, ¶ Et factū est omne tēpus
qd̄ vixit Adam, anni nōgenti triginta,

‖Sap. 2. d. 24.
Eccl. 17. a. 1.
Sup. 1. d. 28.
Infra 9. a. 6.
‖1. Par. 1 a. 1.

6 & mortuus eſt. ¶Vixit quoq; Seth cen-
7 tũ qnq; annis, Et genuit Enos. ¶Vixitq́;
Seth poſtq̃ genuit Enos, octingentis ſe-
8 ptẽ annis, genuitq́ue filios & filias. ¶Et
B facti ſunt oẽs dies Seth nõgentorũ duo
9 decim annorũ, & mortuus eſt. ¶Vixit
verò Enos nonaginta annis, & genuit
10 Cainan. ¶Poſt cuius ortum vixit octin-
gẽtis quindecim annis, & genuit filios
11 & filias. ¶Factiq́; ſunt oẽs dies Enos nõ-
12 genti quinq; anni, & mortuus eſt. ¶Vi-
xit quoq; Cainã ſeptuaginta annis, &
13 genuit Malaleel. ¶Et vixit Cainã poſtq̃
genuit Malaleel, octingẽtis quadragin-
14 ta annis, genuitq́; filios & filias. ¶Et fa-
cti ſunt oẽs dies Cainan nongenti decẽ
15 anni, & mortuus eſt. ¶Vixit aũt Mala-
leel ſexagintaquinque annis, & genuit
16 Iared. ¶Et vixit Malaleel poſtq̃ genuit
Iared, octingentis triginta annis: & ge-
17 nuit filios & filias. ¶Et facti ſunt oẽs
dies Malaleel octingenti nonagintaqn
18 que anni, & mortuꝰ eſt. ¶Vixitq́; Iared
centũ ſexaginta duobꝰ annis, & genuit
19 Henoch. ¶Et vixit Iared poſtquã genuit
C Henoch octingentis annis, & genuit fi
20 lios & filias. ¶Et facti ſunt oẽs dies Ia-
red nõgenti ſexagintaduo anni, & mor
Eccle. 44 c.15. 21 tuus eſt. ¶Porrò Henoch vixit ſexagin-
taquinq; annis & genuit Mathuſalam.
Heb. 11. a.5. 22 ¶Et ambulauit Henoch cum Deo: & vi
xit Henoch poſtq̃ genuit Mathuſalam,
trecẽtis annis, & genuit filios & filias.
23 ¶Et facti sũt oẽs dies Henoch trecẽti ſe-
24 xagintaqnq; anni. ¶Ambulauitq́; cũ
Deo, & non apparuit: q̃a tulit eũ Deus.
25 ¶Vixit quoq; Mathuſala cẽtum octo-
ginta ſeptem annis, & genuit Lamech.
26 ¶Et vixit Mathuſala poſtq̃ genuit La-
mech, ſeptingentis octoginta duobꝰ an
27 nis, & genuit filios & filias. ¶Et facti
D ſunt oẽs dies Mathuſalæ nongenti ſexa
28 gintanouẽ anni, & mortuus eſt. ¶Vixit
aũt Lamech centum octoginta duobus
29 annis, & genuit filium: ¶Vocauitq́; no
men eius Noë, dicens: Iſte cõſolabitur
nos ab operibus & laboribus manuũ
noſtrarum in terra cui maledixit Dñs.
30 ¶Vixitq́; Lamech poſtquã genuit Noë,
quingentis nonagintaquinq; annis, &
31 genuit filios & filias. ¶Et facti ſunt om
nes dies Lamech, ſeptingẽti ſeptuagin-
32 taſeptem anni, & mortuus eſt. ¶Noë
verò cum quingentorum eſſet anno-
rum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

CAP. VI.

1 CVmq́; cœpiſſent hoĩes multiplica
A ri ſup terrã, & filias procreaſſent,
2 ¶Videntes filij Dei filias hoĩum quòd
eſſent pulchrę, accẽperũt ſibi vxores ex
3 oĩbus quas elegerãt. ¶Dixitq́; Deus: Nõ
permanebit ſpũs meus in hoĩe in æter-
num, quia caro eſt: eruntq́; dies illius
4 centũ viginti annorũ. ¶Gigãtes autem
erant ſup terrã in diebus illis. Poſtquã
enim ingreſſi ſunt filij Dei ad filias ho
minũ, illæq́; genuerũt, iſti ſunt poten-
5 tes à ſeculo viri famoſi. ¶Vidẽs autem
Deus ꝙ multa malitia hominum eſſet
in terra, & cũcta cogitatio cordis inten
6 ta eſſet ad malũ oĩ tpe, ¶Pœnituit eum
B quòd hoĩem feciſſet in terra. ‐Et pręca -2.
uens in futurũ ˈ & tactus dolore cordis
7 intrinſecus, ¶‖Delebo, inq̃t, hoĩem quẽ ‖Infrà 8. d.21.
creaui, à facie terrę, ab hoĩe vſq; ad ani Mat. 18. d.19.
mantia, à reptili vſq; ad volucres cæli.
8 pœnitet enĩ me feciſſe eos. ¶Noë verò
9 inuenit gratiã coram Dño. ¶Hę ſunt ge
nerationes Noë ‖ Noë vir iuſtus atq; p- ‖Eccl. 44. c.17.
fectus fuit in gñationibus ſuis: cũ Deo
10 ambulauit. ¶Et genuit tres filios, Sem,
11 Cham, & Iapheth. ¶Corrupta eſt autẽ
terra corã Deo, & repleta eſt iniq̃tate.
12 ¶Cumq; vidiſſet Deus terrã eſſe corru-
C ptã (oĩs quippe caro corruperat viã ſuã
13 ſuper terram) ¶Dixit ad Noë, Finis vni-
uerſæ carnis venit corã me: repleta eſt
terra iniquitate à facie eorũ, & ego di-
14 ſperdam eos cum terra. ¶Fac tibi arcã
de lignis leuigatis: mãſiunculas ĩ arca
facies, & bitumine linies intrinſecus &
15 extrinſecus. ¶Et ſic facies eam: Trecen-
torum cubitorum erit longitudo arcæ,
quinquaginta cubitorũ latitudo, & tri
16 ginta cubitorũ altitudo illius. ¶Fene-
ſtrã in arca facies, & ĩ cubito cõſumma
bis ſummitatẽ eius: oſtiũ aũt arcæ po-
nes ex latere, deorſum, cœnacula, & tri
17 ſtega facies in ea. ¶Ecce ego adducã a-
quas diluij ſup terrã, vt interficiã oẽm
carnem in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter
cęlum, & vniuerſa q̃ in terra ſunt, cõſu
18 mentur. ¶Ponamq́; fędus meũ tecum: &
D ingredieris arcã tu & filij tui, vxor tua,
19 & vxores filiorũ tuorũ tecũ. ¶Et ex cun-
ctis animantibus vniuerſę carnis bina
induces in arcã, vt viuant tecũ: maſcu-
20 lini ſexus & fęminini. ¶De volucribus
iuxta genus ſuũ, & de iumẽtis in gene-
re ſuo, & ex oĩ reptili terræ ſcḋm genus

ſuũ;

suũ: bina de oĩbus ingredient̃ tecũ, vt
21 possint viuere. Tolles igit̃ tecũ ex oĩb⁹
escis q̃ mandi possunt, & comportabis
apud te: & erũt tã tibi q̃ illis in escam
22 Fecit igit̃ Noë oĩa q̃ pceperat illi De⁹.

Hebr.11. b.7.

CAP. VII.

1 Dixitq; Dñs ad eum, Ingredere tu
A & omnis Domus tua in arcã: te
enim vidi iustũ corã me in generatiõe
2 hac. Ex oĩbus animantibus mũdis tol
les septena & septena, masculũ & fœ-
minã. De animãtibus verò immũdis,
duo & duo, masculum & fœminam.
3 Sed & de volatilib⁹ cęli septena & se-
ptena, masculũ & fœminam: vt saluet̃
4 semen super faciẽ vniuersæ terræ. Ad-
huc enim, & post dies septẽ ego pluã su
per terrã quadraginta dieb⁹ & quadra-
ginta noctibus: & delebo oẽm substan
5 tiam quã feci, de supficie terræ. Fecit
ergo Noë oĩa quæ mandauerat ei Dñs.
6 Eratq; sexcentorum annorum qñ di-
B luuij aquæ inũdauerũt super terrã. Et
7 ingressus est Noë & filij eius, vxor eius
& vxores filiorum eius cũ eo in arcam
8 pp aquas diluuij. De aĩantibus quo-
que mũdis & immũdis, & de volucri-
bus, & ex oĩ quod mouet̃ sup terram.
9 Duo & duo ingressa sunt ad Noë in
arcã masculus & fęmina, sicut præcepe
10 rat Dñs Noë. Cũq; transissent septem
dies, aquæ diluuij, inundauerunt sup
11 terrã. Anno sexcẽtesimo vitę Noë, mẽ
se secũdo, septimodecimo dies mensis,
rupti sunt oẽs fontes abyssi magnæ, &
12 cataractæ cœli apertæ sunt. Et facta est
pluuia sup terrã quadraginta diebus,
13 & quadraginta noctibus. In articulo
C diei illius ingressus est Noë, & Sem, &
Cham, & Iapheth filij eius: & vxor il-
lius, & * vxores filiorum eius cũ eis in
14 arcam: ipsi & oẽ aĩal ſm genus suum,
vniuersaq; iumẽta in genere suo, & oẽ
quod mouetur sup terrã in genere suo,
cunctũq; volatile ſm genus suum, vni
15 uersæ aues, oẽsq; volucres. Ingressæ
sunt ad Noë in arcã, bina & bina ex oĩ
16 carne, in qua erat spũs vitę. Et quę in-
gressa sunt, masculus & fœmina ex oĩ
carne introierũt, sicut pceperat ei De⁹:
17 & inclusit eũ Dñs de foris. Factumq;
est diluuium quadraginta diebus *sup
terrã: & multiplicatæ sunt aquæ, & ele-
18 uauerũt arcã in sublime à terra. Vehe
menter enim inundauerũt, & oĩa reple-
uerũt in supficie terræ: porrò arca fere-
19 bat̃ super aquas. Et aquæ pualuerunt
D nimis sup terrã: opertiq; sunt oẽs mon-
20 tes excelsi sub vniuerso cælo. Quinde
cim cubitis altior fuit aqua sup mõtes
21 quos operuerat. Consumptaq; est oĩs
caro q̃ mouebat̃ super terrã, volucrũ,
aĩantiũ, bestiarũ, oĩumq; reptiliũ quæ
22 reptãt sup terrã. Vniuersi hoĩes. Et cũ-
cta in q̃bus spiraculũ vitæ est in terra,
23 mortua sunt. Et deleuit *oẽm substan
tiã quæ erat super terrã, ab hoĩe vsq; ad
pecus, tã reptile q̃ volucres cęli, & dele
ta sunt de terra: remãsit aũt solus Noë,
24 & q cũ eo erãt in arca. Obtinuerũtq;
aquę terrã centũ quinquaginta diebus.

2. Pet.2 a.5.

Infra 8 d.21. Mat. 15 d.19.

Eccl.44 c.17.

Mat.24 d.32. Luc. 17. f.26. 1. Pet.3. d.20.

tres 3.

& quadraginta noctibus 7.

Sap.10. a.4. Eccl.39. c.28.

Deus

1. Pet.3. d.20.

CAP. VIII.

1 Recordatus aũt Deus Noë, cuncto-
A rumq; aĩantium & oĩum iumen-
torũ quæ erant cũ eo in arca, adduxit
spũm sup terrã, & ĩminutæ sunt aquę.
2 Et clausi sunt fontes abyssi, & catara-
ctę cæli: & prohibitæ sunt pluuię de cę
3 lo. Reuersæq; sunt aquæ de terra eun
tes & redeũtes, & cœperunt minui post
4 centum quinquaginta dies. Requie-
uitq; arca mẽse septimo, vicesimosepti
5 mo die mẽsis sup mõtes Armeniæ. At
verò aquæ ibant & decrescebãt vsq; ad
decimũ mensem: decimo *enim* mẽse
prima die mensis apparuerũt cacumi-
6 na montiũ. Cũq; transissent quadra-
B ginta dies, aperiens Noë fenestrã arcæ
7 quã fecerat, Dimisit coruũ: qui egre-
diebat̃, & non reuertebat̃, donec sic-
8 carent̃ aquę sup terrã. Emisit quoq; co
lũbam post eũ, vt videret si iã cessasset
9 aquæ sup faciem terræ. Quę cùm non
inuenisset vbi requiesceret pes eius, re-
uersa est ad eũ in arcã: aquæ enim erãt
sup vniuersam terrã: extenditq; manũ
10 suã & apprehẽsam intulit ĩ arcã. Ex-
pectatis aũt vltra septẽ diebus alijs, rur
11 sum dimisit columbã ex arca. At illa
venit ad eũ ad vesperã, portãs ramũ oli
uę virentib⁹ folijs in ore suo. intellexit
ergo Noë ꝙ cessassent aquæ sup terrã.
12 Expectauitq; nihilominus septẽ alios
C dies: & emisit colũbã, q̃ non est reuersa
13 vltra ad eũ. Igit̃ sexcentesimo primo
anno primo mẽse prima die mẽsis im-
minutæ sunt aquę sup terrã: & aperiẽs
Noë tectũ arcę, aspexit, viditq; ꝙ exic-
14 cata esset supficies terrę. Mẽse secũdo,
septimo & vicesimo die mẽsis arefacta

autẽ 4.

-4.

-7.

15 est terra. ¶Locutꝰ est aũt Deus ad Noë,
16 dicẽs. ¶Egredere de arca tu & vxor tua,
filij tui & vxores filiorũ tuorũ tecum.
17 ¶ Cuncta aĩantia q̃ sunt apud te, ex oĩ
carne, tam in volatilibus q̃ in bestijs
& vniuersis reptilibus q̃ reptãt sup ter-
rá, educ tecũ, & ingredimini sup terrá:
‖crescite & multiplicamini super eam.
18 ¶Egressus est ergo Noë & filij eiꝰ: vxor
D illius, & vxores filiorum eius cum eo.
19 ¶Sed & oĩa aĩantia, iumẽta, & reptilia
quæ reptant super terram secũdum ge-
20 nus suum, egressa sunt de arca. ¶Ædi-
ficauit autem Noë altare Dño, & tollẽs
de cunctis pecoribus & volucribus
mundis, obtulit holocausta super alta
21 re. ¶ Odoratusq; est Dominus odorem
suauitatis, & ait ad eum: Nequaquam
vltrà maledicam terræ propter homi-
nes: ‖sensus enim & cogitatio humani
cordis in malum prona sunt ab adole
scentia sua: nõ igitur vltrà percutiam
omnem animam viuentem sicut feci.
22 ¶Cunctis diebus terræ, sementis & mes
sis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox
& dies non requiescent.

‖Sup.1 e.d. Intra 9. a.1.
‖Supr.6. a.5. Mat. 15. b.19.
–6.

CAP. IX.

1 BEnedixitq; Deus Noë & filijs eius.
A Et dixit ad eos, ‖Crescite, & multi-
2 plicamini, & replete terrá. ¶Et terror ve
ster ac tremor sit sup cũcta aĩalia terræ,
& sup oẽs volucres cœli, cũ vniuersis q̃
mouent sup terrá: oẽs pisces maris ma
3 nui vr̃æ traditi sunt. ¶Et oẽ qđ mouetur
& viuit, erit vobis in cibũ: quasi olera
4 virentia tradidi vobis oĩa. ¶Excepto q
5 carnẽ cũ sanguine nõ comedetis. ¶San-
guinẽ enim aĩarũ vestrarũ requirá de
manu cunctarũ bestiarũ: & de manu
hoĩs, de manu viri, & de manu fratris
6 eius reqrá aĩam hoĩs. ¶Quicũq; ‖effude
B rit humanũ sanguinẽ, fundet sanguis
illius: ‖ad imaginẽ q̃ppe Dei factꝰ est ho
7 mo. ¶‖Vos aũt crescite & multiplicami
ni, & ingredimini sup terrá, & implete
8 eam. ¶Hæc quoq; dixit Deꝰ ad Noë, &
9 ad filios eius cum eo: ¶Ecce ego statuá
pactũ meum vobiscũ, & cũ semine ve-
10 stro post vos: ¶Et ad oẽm aĩam viuẽtẽ q̃
est vobiscum, tam in volucribus q̃ in
iumentis & pecudibus terræ. cunctisq;
q̃ egressa sunt de arca, & vniuersis be-
11 stijs terræ. ¶‖Statuá pactum meũ vobi-
scũ, & nequaquá vltrà interficietur oĩs ca
ro aquis diluuij, neq; erit deinceps di-

‖Supr.1. d.18. & c. 27.
Suprà 1. g.29.
Iere. 17. d.14.
–10.
‖Mat. 26 e.52.
‖Ap. 13. c.10.
‖Supr.1. d.18. & c. 27.
‖Isa. 54. c.9.

12 luuium dissipans terrá. ¶Dixitq; Deus:
Hoc est signum fœderis, quod do inter
me & vos, & ad oẽm aĩam viuentẽ quæ
est vobiscũ in gñationes sempiternas:
13 ¶Arcũ meũ ponã i nubibꝰ, & erit signũ
14 fœderis inter me & inter terrá. ¶‖Cùm
C que obduxero nubibꝰ cælũ, apparebit
15 arcus meus in nubibꝰ: ¶ Et recordabor
fœderis mei vobiscũ, & cum oĩ aĩa vi-
uente q̃ carnẽ vegetat: & nõ erũt vltrà
aquæ diluuij ad delendũ vniuersam
16 carnẽ. ¶Eritq; arcus meus in nubibꝰ,
& videbo illũ, & recordabor fœderis
sempiterni, qđ pactũ est inter Deum &
oẽm aĩam viuentẽ vniuersæ carnis q̃
17 est super terram. ¶Dixitq; Deus ad Noë
Hoc est signũ fœderis qđ constitui in-
18 ter me & oẽm carnẽ sup terrá. ¶ Erant
ergo filij Noë qui egressi sunt de arca,
Sem, Cham, & Iaphet: porrò Cham ipse
19 est pr̃ Chanáá. ¶Tres isti filij sunt Noë
& ab his disseminatũ est omne genus
20 hoĩum sup vniuersam terrá. ¶Cœpitq;
Noë vir agricola exercere terrá, & plan
21 tauit vineá. ¶Bibẽsq; vinũ inebriatꝰ est
D & nudatus in tabernaculo suo. ¶Quod
22 cũ vidisset Cham pater Chanáan, verẽ-
da scilicet patris sui esse nudata, nũtia-
23 uit duobus fratribꝰ suis foras. ¶At verò
Sem & Iaphet palliũ imposuerunt hu-
meris suis, & incedẽtes retrorsum, ope-
ruerũt verenda pr̃is sui. faciesq; eorum
auersæ erant, & pr̃is virilia nõ viderũt.
24 ¶Euigilans autẽ Noë ex vino, cũ didi-
cisset quæ fecerat ei filius suus minor,
25 ¶Ait: Maledictus Chanáan, seruus ser-
26 uorũ erit fratribus suis. Dixitq;: ¶ Bene
dictus Dñs Deus Sem, sit Chanáan ser-
27 uus eius. ¶Dilatet Deus Iaphet, & habi
tet in tabernaculis Sem, sitq; Chanáan
28 seruus eius. ¶ Vixit autẽ Noë post di-
luuiũ trecentis quinquaginta annis,
29 ¶Et impleti sunt oẽs dies eius nõgento
rũ q̃nquaginta annorũ: & mortuꝰ est.

‖Ecc. 43. b.12.
–1.
*inter &.
*erit &.
*inter omnẽ aĩam viuẽtẽ 3.
*iacuit.
*puer.

CAP. X.

1 HÆ sunt generationes filiorum
A Noë, Sem, Chã, & Iapheth: natiq;
2 sunt eis filij post diluuiũ. ¶Filij Iapheth
Gomer, & Magog, & Madai, & Iauã, &
3 Thubal, & Mosoch, & Thiras. ¶Porrò fi
lij Gomer Ascenez & Riphath, & Tho
4 gorma. ¶Filij aũt Iauan: Elisa & Thar-
5 sis, Cethim & Dodanim. ¶Ab his diuisæ
sunt insulæ gentiũ in regionibus suis,
vnusquisq; s̃m linguã suã & familias

–6.–3. 1. Par. 1. a.5.
–9.

suas

6 suas in nationibus suis. ¶Filij aũt Cham:
Chus,& Mesráim,& Phut,& Chanaan.
7 ¶Filij aũt Chus: Saba, *Heuila,& Saba- *& 12.
tha,& Regma,& Sabathacha. Filij Reg
8 ma: Saba,& Dadã. ¶Porrò Chus genuit
B Nemrod: ipse cœpit esse potés in terra,
9 ¶Et erat robustus venator corã Dño. *ab *ob hoc 5.
hoc exiuit prouerbiũ, Quasi Nẽrod robu
10 stus venator corã Dño. ¶Fuit aũt princi
pium regni eius Babylon,& Arach, &
Achad,& Chalanne, in terra Sennaar.
11 ¶De terra illa egressus est Assur,& ędifi
cauit Niniuen & plateas ciuitatis, &
12 Chale. ¶Resen quoq; inter Niniuen &
13 Chale: hæc est ciuitas magna. ¶At verò
Mesráim genuit Ludim, & Anamim,
14 & Laabim,& Nephtuim, ¶Et Phethru
sim,& Chasluim: de q̃bus egressi sunt
15 Philisthijm,& Chaphtorim: ¶Chanáan
aũt genuit Sidónem primogenitũ suũ,
16 Hethæũ, ¶& Iebusæũ,& Amorrhæũ, &
C Gergesæũ, ¶Et Heuæũ,& Aracæum, Si
17 næũ, ¶Et Aradiũ, Samaręum & Hama-
18 thæũ: & p̃ hos disseminati sunt populi
19 Chananæorum. ¶Factiq; sunt termini
Chanáã venientib⁹ à Sidóne Gerarã vsq;
ad Gazam, donec ingrediaris Sodomã
& Gomorrhã, & Adamã & Seboim vs-
20 que Lasa. ¶Hi sunt filij Cham in cogna
tionibus,& linguis,& generationibus,
21 terrisq; & gétibus suis. ¶De Sem quoq;
nati sũt, pre oĩum filiorũ Heber, fratre
22 Iaphet maiore. ¶Filij Sé: Ælã & Assur, 1. Par. 1. b.17.
23 & Arphaxad,& Lud,& Arã, ¶Filij Arã:
24 Hus & Hul & Gether,& Mes. ¶At verò
Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est
25 Heber. ¶Natique sunt Heber filij duo.
D nomen vni Phaleg, eò q̃ in dieb⁹ ei⁹ di
uisa sit terra: & nomé fratris eius Iectã,
26 ¶Qui Iectã genuit Elmodad & Saleph,
27 & Asarmoth, Iare, ¶Et Adorã, & Vzal
28 & Decla, ¶Et Hebal, & Abimaël, Saba
29 ¶& Ophir,& Heuila & Iobab. oés isti
30 filij Iectã. ¶Et facta est habitatio eorũ
de Messa pergentibus vsq; Sephar mon
31 tem orientalem. ¶Isti sunt filij Sem f̃m
cognationes & linguas, & regiones in
32 gentibus suis. ¶Hę familiæ Noë iuxta
populos & nationes suas. Ab his diui-
sæ sunt gentes in terra post diluuium.

CAP. XI.

1 ERat auté terra labij vni⁹,& sermo- Sap. 10. a.5.
A nũ eorundé. ¶Cumq; proficisceren
2 tur de oriente, inuenerũt campũ in ter
3 ra Sénaar,& habitauerũt i eo. ¶Dixitq;
alter ad p̃ximum suũ, Venite: faciam⁹
*lateres, & coquamus eos igni. Habue- *nobis 6
runtq; lateres pro saxis,& bitumen pro
4 cęmento. ¶Et dixerũt, Venite, faciamus
nobis ciuitaté & turrim, cuius culmen
pertingat ad cęlũ: & celebrem⁹ nomé no
strũ anteq̃ diuidamur in vniuersas ter-
5 ras. ¶Descédit aũt dñs vt videret ciuitaté
& turré quã ędificabãt filij Adã,& dixit
6 ¶Ecce vnus est pp̃s, & vnũ est labiũ oĩ-
bus: cœperuntque hoc facere, nec desi-
stét à cogitationib⁹ suis, donec eas ope
7 cõpleant. ¶Venite igit̃, descẽdamus, &
B cõfundamus ibi linguã eorũ, vt nõ au-
8 diat vnusquisq; vocẽ p̃ximi sui. ¶Atq;
ita diuisit eos Dñs ex illo loco in vni-
uersas terras,& cessauerũt ędificare ci-
9 uitaté. ¶Et idcirco vocatũ est nomé eius
Babel, q̃a ibi confusum est labium vni
uersę terrę: & inde dispersit eos dñs su- -6.
10 per faciẽ cunctarũ regionũ. ¶Hæ sunt 1. Par. 1
gñationes Sem: Sem erat cẽtũ annorũ b.17.
q̃n genuit Arphaxad, biénio, post dilu-
11 uium. ¶Vixitq; Sé postq̃ genuit Arpha-
xad quingẽtis annis: & genuit filios &
12 filias. ¶Porrò Arphaxad vixit triginta-
13 quinq; annis,& genuit Sale: ¶Vixitque
Arphaxad postq̃ genuit Sale, *trecẽtis *quadrin gentis.5.
tribus annis: & genuit filios & filias.
14 ¶Sale quoq; vixit triginta annis, & ge-
15 nuit Heber. ¶Vixitq; Sale postq̃ genuit
C Heber, quadringentis trib⁹ annis: & ge
16 nuit filios & filias. ¶Vixit aũt Heber tri
ginta quatuor annis, & genuit Phaleg,
17 ¶Et vixit Heber postquã genuit Phaleg,
quadringẽtis triginta annis: & genuit fi
18 lios & filias. ¶Vixit quoq; Phaleg trigin
19 ta annis,& genuit Reu. ¶Vixitq; Pha- 1. Par. 1. b.19.
leg postq̃ genuit Reu, ducẽtis noué an-
20 nis,& genuit filios & filias. ¶Vixit aũt
Reu triginta duob⁹ annis,& genuit Sa-
21 rug. ¶Vixit quoq; Reu postq̃ genuit Sa-
rug, ducentis septem annis: & genuit fi
22 lios & filias. ¶Vixit verò Sarug triginta
23 annis,& genuit Nachor. ¶Vixitque Sa-
rug postq̃ genuit Nachor, ducentis an-
24 nis: & genuit filios & filias. ¶Vixit auté
Nachor vigintinouem annis,& genuit
25 Thare. ¶Vixitque Nachor postq̃ genuit
Thare, cétum decé & noué annis: & ge
26 nuit filios & filias. ¶Vixitq; Thare sep-
D tuaginta annis: & genuit Abrã & Na- 1. Par. 1. b.26.
27 chor,& Arã. ¶Hę sunt aũt gñatiões Tha Iosu. 24. a.2.
re: Thare genuit Abrã, Nachor,& Aran.
28 Porro Aran genuit Lot. ¶Mortuusq; est

Aran ante Thare patrē suū, in terra na-
29 tiuitatis suæ in vr Chaldeorū. ¶ Duxe-
runt aūt Abrā & Nachor vxores: nomē
vxoris Abrā, Sarai: & nomē vxoris Na-
chor, Melcha filia Aran pr̄is Melchę, &
30 patris Ieschæ. ¶ Erat autē Sarāi sterilis,
31 nec habebat liberos. ¶ ‖ Tulit itaq; Tha-
re Abrā filiū suum, & Lot filiū Aran fi-
lium filij sui, & Sarāi nurū suā, vxorē
Abrā filij sui, & eduxit eos de Vr Chal-
dęorū, vt *irent in terrā Chanáan: vene-
runtq; vsq; Haran, & habitauerūt ibi.
32 ¶ Et facti sunt dies Thare ducentorum
quinq; annorū, & mortu⁹ est i Haran.

‖ Ios. 24. a.2. Neh. 9. b. 7. Iudit 5. a.6. *irēt 6. Act. 7. a 2

CAP. XII.

1 DIxit aūt Dn̄s ad Abrā: Egredere de
A terra tua, & de cognatione tua, &
de domo patris tui, & veni in terrā quā
2 monstrauero tibi. ¶ Faciamq; te in gen-
tem magnā, & benedicā tibi, & magni-
3 ficabo nomē tuū, erisq; bn̄dictus. ¶ Be-
nedicā benedicentibus tibi & maledi-
cā maledicentib⁹ tibi, atq; ‖ IN TE be-
nedicent̄ vniuersę cognationes terræ.
4 ¶ Egressus est itaq; Abrā sicut præcepe-
rat ei Dn̄s, & iuit cū eo Lot: septuagin-
taquinq, annorū erat Abrā cūm egre-
5 deret̄ de Haran. ¶ Tulitq; Sarāi vxorem
B suā, & Lot filiū fratris sui, vniuersamq;
substantiā quā possederāt, & aīas quas
fecerāt in Haran: & egressi sunt vt irēt
in terrā Chanáan. Cūmq; venissent in
6 eam. ¶ Pertrāsiuit Abrā terrā vsq; ad lo-
cū Sichem, & vsq; ad conuallē illustrē:
7 Chananæus aūt tunc erat in terra. ¶ Ap-
paruit aūt Dn̄s Abrā & dixit ei? ‖ Semi-
ni tuo dabo terrā hanc. Qui ædificauit
8 ibi altare Dn̄o, qui apparuerat ei.* ¶ Et
inde trāsgrediēs ad montē qui erat cō-
tra orientē Bethel, tetendit ibi taberna-
culū suū, ab occidente habens Bethel,
& ab oriente Hai: ædificauit quoq; ibi
altare Dn̄o, & inuocauit nomen eius.
9 ¶ Perrexitq; Abrā vadens, & vltrà ꝓgre-
C diens ad meridem. ¶ Facta est autem fa-
10 mes in terra: descēditq; Abrā in Ægy-
ptū, vt peregrinaretur ibi: præualuerat
11 enim fames i terra. ¶ Cūmq; propè esset
vt ingrederet̄ Ægyptū, dixit Sarāi vxo-
12 ri suæ: Noui ꝙ pulchra sis mulier: ¶ Et
quod cūm viderint te Ægyptij, dicturi
sunt, Vxor illius est, & interficient me,
13 & te reseruabūt. ‖ ¶ Dic ergo, obsecro te,
ꝙ soror mea sis: vt bn̄ sit mihi ꝓpter te
14 & viuat aīa mea ob gratiam tui. ¶ Cūm

Act. 7. a 3
‖ Gal. 3. b 8. Infra 18. c. 18. 22. c. 17. Hebr. 11. b.d.
‖ Inf. 13. d. 14. 15. d. 18. 26. a.1. Deu. 34. b.4. * & inuocauit ibi nomē ei⁹
‖ Inf. 20. c. 11.

itaq; ingressus esset Abram Ægyptū, vi-
derūt Ægyptij mulierē, ꝙ esset pulchra
15 nimis. ¶ Et nūtiauerūt principes Pharao-
ni, & laudauerūt eā apud illū: & subla-
16 ta est mulier i domū Pharaonis. ¶ Abrā
D verò bene vsi sunt ꝓp illā. Fuerūtq; ei
oues & boues & *asini & serui, & famu-
17 læ & asinę & cameli. ¶ Flagellauit aūt
Dn̄s Pharaonem plagis maximis, & do-
18 mū ei⁹ ꝓp Sarāi vxorē Abrā. ¶ Vocauit-
que Pharao Abrā, & dixit ei: Quidnā
est hoc qđ fecisti mihi? quare non indi-
19 casti mihi ꝙ vxor tua esset? ¶ Quam ob
causam dixisti esse sororem tuā, vt tol-
lerem eā mihi in vxorē? Nunc igit̄ ecce
20 coniux tua, accipe eā. & vade. ¶ Præce-
pitq; Pharao sup Abrā viris: & deduxe-
rūt eū, & vxorē illius & oīa q̄ habebat.

*asinæ 3. *familiæ 5. -5.

CAP. XIII.

1 ASCendit ergo Abrā de Ægypto, ipse
A & vxor eius, & oīa quę habebat, &
2 Lot cū eo ad australē plagā. ¶ Erat aūt di-
ues valde *in possessione auri & argēti.
3 ¶ Reuersusq; est per iter quò venerat, à
meridie i Bethel vsq; ad locū vbi prius
fixerat tabernaculū iter Bethel & Hai:
4 ¶ In loco altaris ‖ qđ fecerat prius, & inuo-
5 cauit ibi nomē Dn̄i. ¶ Sed & Lot q erat
cum Abram, fuerunt greges ouiū, & ar-
6 mēta, & tabernacula. ¶ Nec poterat eos
capere terra, vt habitarent simul: ‖ erat
B qppe substantia multa eorū, & nequi-
7 bant habitare cōiter. ¶ Vnde *facta est ri-
xa inter pastores gregum Abrā & Lot.
Eo aūt tpe Chananęus, & Phærezeus
8 habitabāt i terra illa. ¶ Dixit ergo Abrā
ad Lot, Ne q̄so sit iurgium inter me &
te, & inter pastores meos, & pastores
9 tuos: fratres enim sumus. ¶ Ecce vniuer-
sa terra corā te est: recede à me, obsecro:
si ad sinistrā ieris, ego dexterā tenebo:
si tu dexterā elegeris, ego ad sinistram
10 pgam. ¶ Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit
oēm circa regionē Iordanis, q̄ vniuersa
irrigabat̄ anteq̄ subuerteret Dn̄s Sodo-
mā & Gomorrhā, sicut Paradisus Dn̄i,
C & sicut Ægyptus venientibus in Segor.
11 ¶ Elegitq; sibi Lot regionē circa Iorda-
nem, & recessit ab oriēte, diuisiq; sunt
12 alterutrū á fratre suo. ¶ Abrā habitauit
in terra Chanáan: Lot verò moratus est
in oppidis q̄ erant circa Iordanem, &
13 habitauit in Sodomis. ¶ Hoīes aūt Sodo-
mitæ pessimi erant, & peccatores corā
14 Dn̄o nimis. ¶ Dixitque Dn̄s ad Abram

*Abrā 6.
‖ Sup. 12. b.8.
‖ Inf. 36. a.7. * & 14.

postq̄

‖Sup. 12 b.7. Infr. 15. c.18. 26. a.4.

postq̃ diuisus est ab eo Lot, ‖Leua ocu-
los tuos in directum & vide à loco in
quo nunc es ad aqlonē & meridiē, ad
15 orientē & occidentē. ꝰOēm terram quā
conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsq;
16 in sempiternū. ꝰFaciamq; semē tuum
sicut puluerē terrę: si quis potest hoīum
numerare puluerē terræ, semen quoq;
17 tuum numerare poterit. ꝰSurge ergo,
& perambula terram in longitudine,
& in latitudine sua: quia tibi daturus
18 sum eam. ꝰ Mouens igitur tabernacu-
lum suum Abram, venit, & habitauit
iuxta conuallem Mambre, quæ est in
Hebron: ędificauitq; ibi altare Dño.

—10 a ad 6. a afinæ 3. b familiæ 5. —5. Deu. 34. b.4. —5. c numer. 5. —10.

CAP. XIIII.

1 FActum est aūt in illo tpe, vt Amra-
A phel rex Sēnaar, & Arioch rex Pōti,
& Chodorlahomor rex Elamitarū, &
2 Thadal rex gentium ꝰinirent bellū cō-
tra Bara regē Sodomorū, & cōtra Bersa
regē Gomorrhæ, & contra Senaab regē
Adamæ, & contra Semeber regē Sebo-
im, contraq; regē Balę, ipsa est Segor.
3 ꝰOēs hi conuenerunt in vallē Syluestrē
4 quæ nunc est mare salis. ꝰ Duodecim
enim annis seruierāt Chodorlahomor,
& tertiodecimo anno recesserūt ab eo.
5 ꝰIgitur quarto decimo anno venit Cho
dorlahomor, & reges q̄ erāt cū eo: pcus-
serūtq; Raphaim in Astaroth & Car-
naim, & Zuzim cū eis, & Emim in Sa-
6 ne Cariathaim, ꝰEt Corrhæos in mōti-
bus Seir, vsq; ad Cāpestria Pharan, quæ
7 est in solitudine. ꝰReuersiq; sunt & ve
nerunt vsq; ad fontē Misphat, ipsa est
Cades & pcusserūt oēm regionē Ama-
lecitarū & Amorrhęorū q̄ habitabant
8 in Asasonthamar. ꝰ Et egressi sunt rex
B Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexq;
Ad[illegible]æ, & rex Seboim, necnon & rex
Balæ, q̄ est Segor: & direxerūt aciē con-
9 tra eos ī valle Syluestri, ꝰScilicet aduer-
sus Chodorlahomor regē Elamitarū, &
Thadal regē gentium, & Amraphel re-
gem Sennaar, & Arioch regē Pōti qua-
10 tuor reges aduersus qnq;. ꝰVallis autē
Syluestris habebat puteos multos bitu
minis. Itaq; rex Sodomorū, & rex Go-
morrhæ terga verterunt, cecideruntq;
ibi: & q̄ remāserant, fugerunt ad mon-
11 tem. ꝰ Tulerunt aūt oēm substantiam
C Sodomorū & Gomorrhęorū, & vniuer-
sa quę ad cibum ptinent, & abierunt.
12 ꝰNecnon & Lot, & substantiam eius,

*Abrā 6. ‖Sup. 13. b.8. ‖Inf. 36. a.7. *& 14. —12. —10. —6.

filiū fratris Abram, q̄ habitabat in So-
13 domis. ꝰEt ecce vnus q̄ euaserat, nūtia-
uit Abrā Hebręo, q̄ habitabat in con-
ualle Mābre Amorrhæi fratris Eschol,
& fratris Aner: hi enim pepigerant fœ-
14 dus cū Abrā. ꝰQd̄ cùm audisset Abrā,
captū videlicet Lot fratrem suū, nume-
rauit expeditos vernaculos suos trecen
tos decem & octo: & persecutus est eos
15 vsq; Dan. ꝰEt diuisis sociis, irruit super
eos nocte: pcussitq; eos, & psecutus est
eos vsq; Hoba & Phœnicen q̄ est ad lę —13.
16 uā Damasci. ꝰReduxitq; oēm substan-
tiam, & Lot fratrem suū cum substātia
illius, mulieres quoque & populum.
17 ꝰEgressus est aūt rex Sodomorū in oc-
cursum eius postquā reuersus est à cęde
Chodorlahomor, & regum qui cum eo
erant in valle Saue, quæ est vallis regis.
18 ꝰ‖At verò Melchisedec rex Salem, pfe- Heb. 7. a.3.
D rens panem & vinum (erat enim sacer-
19 dos Dei altissimi) ꝰ Benedixit ei, & ait:
Bñdictus Abram Deo excelso q̄ creauit
20 cęlū & terrā. ꝰ Et bñdictꝰ Deꝰ excelsus,
quo protegente hostes in manibus tuis
21 sunt. Et dedit ei decimas ex oībus. ꝰDi-
xit aūt rex Sodomorum ad Abram, Da
22 mihi animas, cętera tolle tibi. ꝰQui rñ-
dit ei: Leuo manū meā ad Dñm Deum
23 excelsū possessorē cęli & terrę. ꝰQuòd
à filo subtegminis vsq; ad corrigiam ca
ligæ, nō accipiam ex oībus q̄ tua sunt,
24 ne dicas, Ego ditaui Abrā: ꝰExceptis his
q̄ comederūt iuuenes, & partibus viro-
rum q̄ venerunt mecum, Aner, Eschol,
& Mambre: isti accipient partes suas.

CAP. XV.

1 HIs itaq; transactis, factus est sermo
A Dñi ad Abram p̄ visionē dicens:
Noli timere Abram, ego protector tuus
2 sum, & merces tua magna nimis. ꝰDi-
xitq; Abrā, dñe Deus, qd̄ dabis mihi?
ego vadam absq; liberis, & filius pcu-
ratoris domꝰ meæ iste Damascus Eliē-
3 zer. ꝰAddiditq; Abram, Mihi aūt non
dedisti semen: & ecce vernaculus meꝰ,
4 hæres meus erit. ꝰStatimq; sermo Dñi
factus est ad eū, dicens: Non erit hic hæ ‖Ro. 4. c. 18.
res tuus: sed q̄ egredieť de vtero tuo, ip-
5 sum habebis hæredē. ꝰ Eduxitq; eū fo- ‖Rom. 4. a. 3.
ras, & ait illi. ‖Suspice cęlum, & nume-
B ra stellas, si potes. Et dixit ei, Sic erit se- Gal. 3.
6 men tuū. ꝰ‖Credidit Abram Deo, & re- 16.
7 putatū est illi ad iustitiam. ꝰDixitq; ad Iac. 2. d 23.
eum: Ego Dñs q̄ eduxi te de Vr Chal-

dæorũ, vt darẽ tibi terrã istã, & posside-
8 res eã. ¶ At ille ait, Dñe Deus, vnde scire
9 possum ꝙ possessurus sim eã? ¶ Et rñdẽs
Dñs, Sume, inquit, mihi vaccam trien-
nem, & caprã trimã, & arietẽ annorum
10 triũ, turturem quoq; & columbã. ¶ Qui
‖ Iere. 34. d. 18.
tollens vniuersa hæc, ‖ diuisit ea ꝑ me
diũ, & vtrasq; partes contra se altrinse-
-5.
11 cus posuit: aues aũt non diuisit. ¶ Descẽ
C deruntq; volucres sup cadauera, & abi
12 gebat eas Abrã: ¶ Cũq; * sol occũberet,
* occubuisset 4.
sopor irruit sup Abrã, & horror magnꝰ
13 & tenebrosus ĩuasit eũ. ¶ Dictũq; est ad
‖ Act. 7. a. 6.
eũ; Scito ꝑnoscens ꝙ ‖ peregrinũ futurũ
sit semen tuũ in terra non sua: & subii-
cient eos seruituti, & affligent quadrin
14 gentis annis. ¶ Veruntñ gentẽ cui serui-
Exo. 12. f. 36.
turi sunt, ego iudicabo: & post hęc egre
15 diẽtur cũ magna substãtia. ¶ Tu aũt ibis
ad patres tuos in pace sepultus in sene-
16 ctute bona. ¶ Generatione aũt quarta re
D uertentur huc: needũ enim cõpletę sũt
iniquitates Amorrhæorum vsq; ad præ
17 sens tẽpus. ¶ Cũm ergo occubuisset sol,
facta est caligo tenebrosa, & apparuit
clibanus, fumãs, & lãpas ignis trãsiens
18 inter diuisiones illas. ¶ In illo die ‖ pepi-
‖ Sup. 12. b. 7. 13. d. 15. Inf. 26. a. 4. Deut. 34. b. 4. 2. Par. 9. f. 26. 3. Reg. 4. e. 20.
git Dominus fœdus cũ Abrã, dicens: Se
mini tuo dabo terrã hãc à fluuio Ægy-
pti vsq; ad fluuium magnum Euphrã-
19 ten, ¶ Cinęos, & Cenezęos, Cedmonęos,
20 ¶ Et Hethæos, & Phærezæos, Raphaim,
21 quoq;, ¶ Et Amorrhæos, & Chananæos,
& Gergesæos, & Iebusæos.

CAP. XVI.

1 IGitur Sarai, vxor Abrã, non genuerat
A sibi liberos: sed habẽs ancillã Ægy
-8.
2 ptiã noĩe Agar. ¶ Dixit marito suo: Ecce,
cõclusit me Dñs, ne parerẽ ingredere ad
ancillã meam, si fortè saltẽ ex illa susci
piã filios. Cũq; ille acquiesceret depre-
3 canti, ¶ Tulit Agar Ægyptiã ancillã suã
post annos decẽ quã habitare cęperat i
terra Chanáan: & dedit eã viro suo vxo
4 rẽ. ¶ Qui ingressus est ad eam. At illa cõ
B cepisse se videns, despexit dñam suam.
5 ¶ Dixitq; Sarai ad Abrã: Iniquè agis con
tra me: ego dedi ancillã meã in sinum
tuũ, q̃ videns ꝙ cõceperit, despectui me
6 habet, iudicet Dñs inter me & te. ¶ Cui
rñdẽs Abrã: Ecce ait, ancilla tua in ma-
nu tua est, vtere ea vt libet. Affligẽte igi
7 tur eã Sarai, fugã iniit. ¶ Cũq; inuenisset
eã angelus Dñi iuxta fontẽ aquæ in so-
8 litudine, ‖ est in via Sur in deserto. ¶ Di
xit ad illã: Agar ancilla Sarai, vnde ve-
nis? & quo vadis? Quæ rñdit: A facie Sa
9 rai dñe meę ego fugio. ¶ Dixitq; ei ange
C lus Dñi, Reuertere ad dñam tuã, & hu
10 miliare sub manu illius. ¶ Et rursum:
Multiplicans, inquit, multiplicabo se-
men tuũ, & non numerabit præ multi
11 tudine. ¶ Ac deinceps: Ecce ait, concepi-
sti, & paries filiũ: vocabisq; nomẽ eius
Ismahel, eò ꝙ audierit Dñs afflictionẽ
12 tuã. ¶ Hic erit ferus homo: manus eius
contra omnes, & manus omnium con
tra eum, & è regione vniuersorũ fratrũ
13 suorũ figet tabernacula. ¶ Vocauit aũt *
* Agar.
D nomen Domini qui loquebatur ad eã:
Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim,
Profectò hic vidi posteriora vidẽtis me.
14 ¶ Propterea appellauit puteũ illum: Pu
Inf. 24. g. 62.
teũ viuentis & videntis me. Ipse est in-
15 ter Cades & Barad. ¶ Peperitq; Agar A-
Gal. 4. e. 22.
braę filiũ: q vocauit nomẽ eiꝰ Ismahel.
16 ¶ Octoginta & sex annorum erat Abrã
quando peperit ei Agar Ismahelem.

CAP. XVII.

1 POstq̃ verò nonaginta & nouem an
A norũ esse cęperat, apparuit ei Dñs:
dixitq; ad eum, Ego Dñs ops: ambula
2 corã me, & esto ꝑfectus. ¶ Ponamq; fœ
dus meum inter me & te: & multiplica
3 bo te vehementer nimis. ¶ Cecidit Abrã
4 pronus in faciẽ. Dixitque ei Deus: ¶ Ego
sum, & * pactũ meũ tecũ, ‖ erisq; pater
* ponam.
5 multarum gentiũ. ¶ Nec vltrà vocabit
‖ Eccl. 44. c. 20.
nomẽ tuũ Abrã: sed appellaberis Abra
Rom. 4. c. 17.
ham: qa prẽm multarum gentium cõ-
6 stitui te. ¶ Faciamq; te crescere vehemẽ-
tissimè, & ponã te in gentibus, regesq;
-6.
7 ex te egredientur. ¶ Et statuã pactũ meum
inter me & te, & inter semẽ tuũ post te
in generationibus suis fędere sempiter
B no: vt sim Deus tuꝰ, & seminis tui post
8 te. ¶ Daboq; tibi & semini tuo * terrã pe-
* post te 4.
regrinationis tuę, oẽm terrã Chanáan
in possessionẽ ęternã, eroq; Deus eorũ.
9 ¶ Dixit iterũ deus ad Abraham. ‖ Et tu
‖ Act. 7. a. 8.
ergo custodies pactũ meum, & semen
10 tuũ post te in gñationibꝰ suis. ¶ Hoc est
pactum meũ quod obseruabitis inter
-6.
me & vos & semen tuũ post te: Circun-
11 cidetur ex vobis oẽ masculinũ. ¶ Et cir
cũcidetis carnem ꝑputij vestri, vt sit ‖ in
‖ Rom. 4. b. 11.
12 signũ fęderis inter me & vos. ¶ ‖ Infans
‖ Leu. 12. a. 3.
octo dierum circũcidetur in vobis, oẽ
masculinum in generationibus vestris
Luc. 2. d. 21.
tam vernaculus q̃ emptitius circũcide-

tur, &

tur, & quicunq; non fuerit de stirpe ve
13 stra: ¶ eritq; pactum meum in carne ve
14 stra in fœdus æternū. ¶ Masculus cuius
ꝑputij caro circuncisa non fuerit, dele-
bitur aīa illa de populo suo, qa pactū
15 meū irritum fecit. ¶ Dixit quoq; Deus
C ad Abrahā, Sarái vxorem tuā non voca
16 bis Sarái, sed Saram. ¶ Et bndicam ei, &
ex illa dabo tibi filiū cui benedicturus
sum, eritq; in nationes, & reges populo
17 rum oriētur ex eo. ¶ Cecidit Abraham
in faciē suā, & risit in corde suo dicens,
Putásne centenario nascetur filius? &
18 Sara nonagenaria pariet? ¶ Dixitq́ue ad
19 Deū: vtinam Ismahel viuat corā te. ¶ Et
ait de⁹ ad Abrahā, ‖Sara vxor tua pariet
tibi filiū, vocabisq; nomē eius Isaac, &
constituā pactū meū illi in fœdus sem-
20 piternū, & semini eius post eū. ¶ Super
Ismahel quoq; exaudiui te, ecce, bndi-
cā ei, & augebo, & multiplicabo eū val
de. Duodecim duces generabit, & faciā
21 illū in gentē magnā. ¶ Pactū verò meū
D statuā ad Isaac quē pariet tibi Sara tpe
22 isto in anno altero. ¶ Cumq́; finit⁹ esset
sermo loquentis cū eo, ascēdit Deus ad
23 Abrahā. ¶ Tulit aūt Abraham Ismael fi
liū suū, & oēs vernaculos domus suæ:
vniuersosq; quos emerat, cūctos mares
ex oībus viris domus suæ: & circūcidit
carnē ꝑputij eorum statim in ipsa die,
24 sicut pceperat ei Deus. ¶ Abrahā nona-
ginta & nouē erat annorum qn circun
25 cidit carnem ꝑputij sui. ¶ Et Ismahel fi-
lius suus tredecim annos impleuerat
26 tpe circūcisionis suæ. ¶ Eadē die circūci
27 sus est Abrahā & Ismahel filius ei⁹. ¶ Et
oēs viri dom⁹ illius, tā vernaculi, q̄ em
ptitij & alienigenę pariter circūcisi sūt.

*Agar. ‖Infr. 18. b. & 21. a. 2. Inf. 24. f. 62. Gal. 4. c. 22. *ponam. Eccl. 44. c. 20. Rom. 4. c. 17.

CAP. XVIII.

1 APparuit aūt ei Dñs in cōualle Mā-
A bre sedēti in ostio tabernaculi sui
2 in ipso feruore diei. ¶ Cumq; eleuasset
oculos, apparuerunt ei tres viri stātes ꝓ
pè eū: quos cùm vidisset, cucurrit in oc
cursum eorū de ostio tabernaculi su.
3 & adorauit in terrā. ¶ Et dixit. Dñe, si in
ueni gratiā in oculis tuis, ne transeas
4 seruū tuū: ¶ Sed afferā pauxillū aquę, &
lauentur pedes vestri, & requiescite sub
5 arbore. ¶ Ponamq; buccellā panis, & cō
fortet cor vestrū, postea trāsibitis: idcir
co enim declinastis ad seruū vestrum.
6 Qui dixerunt: Fac vt loquutus es. ¶ Festi
nauit Abrahā in tabernaculū ad Sarā,
dixitq; ei: Accelera, tria sata similę cō
7 misce, & fac subcinericios panes. ¶ Ipse
verò ad armentū cucurrit, & tulit inde
vitulū tenerrimū & optimū: deditq́ue
8 puero, q festinauit & coxit illū. ¶ Tulit
B quoq; butyrū & lac, & vitulū quem co
xerat, & posuit coram eis: ipse verò sta-
bat iuxta eos sub arbore, Cumq; come
9 dissent. ¶ Dixerunt ad eū: Vbi est Sara
vxor tua? Ille rñdit: Ecce in tabernacu
10 lo est. ¶ Cui dixit: ‖Reuertēs veniā ad te
tpe isto vita comite, & habebit filiū Sa-
ra vxor tua. Quo audito Sara risit post
11 ostiū tabernaculi. ¶ Erant aūt ambo se-
nes prouectæq; ætatis, & desierāt Saræ
12 fieri muliebria. ¶ Quæ risit, occultè di-
cens: Postq̄ cōsenui, & dñs meus vetu-
13 lus est, voluptati operā dabo? ¶ Dixit au
tē dñs ad Abraham: Quare risit Sara, di
14 cēs, Num verè paritura sum anus? ¶ Nū-
quid Deo quicquā est difficile? Iuxta cō
dictū reuertar ad te hoc eodē tpe, vita
15 comite, & habebit Sara filiū. ¶ Negauit
Sara, dicens: Nō nisi timore perterrita:
Dñs autē: Non est, inquit, ita sed risisti.
16 ¶ Cū ergo surrexissent inde viri, direxe
runt oculos contra Sodomā: & Abrahā
17 simul gradiebat̄, deducēs eos. ¶ Dixitq;
Dñs: Num celare potero Abraham quę
18 gesturus sum: ¶ Cùm futurus sit in gen-
tem magnā, ac robustissimā, & BENE-
DICENDAE sint in illo oēs nationes
19 terræ? ¶ Scio.n. q pceptur⁹ sit filijs suis,
D & domui suæ post se vt custodiant viā
Dñi, & faciant iudiciū & iustitiā: vt ad
ducat Dñs pp Abrahā oīa quæ locutus
20 est ad eū. ¶ Dixit itaq; Dñs: Clamor So-
domorū & Gomorrhæorū multiplica-
tus est, & peccatū eorū aggrauatum est
21 nimis. ¶ Descendam, & videbo vtrū cla
morem qui venit ad me, opere comple
22 uerint: an nō est ita, vt sciam. ¶ Conuer-
teruntq; se inde, & abierunt Sodomā:
Abrahā verò adhuc stabat coram Dño.
23 ¶ Et appropinquans ait: Nunquid pdes
24 iustū cū impio? ¶ Si fuerint quinquagin
ta iusti in ciuitate, peribūt simul? & nō
parces loco illi ꝓpter quinquaginta iu-
25 stos, si fuerint in eo? ¶ Absit à te, vt rem
hanc facias, & occidas iustū cum impio,
fiatq; iust⁹ sicut impius, nō est hoc tuū,
q iudicas oēm terrā, nequaq̄ facies iudi
26 ciū hoc ¶ Dixitq; Dñs ad eū: Si inuene-
ro Sodomis qnquaginta iustos i medio
27 ciuitatis, dimittā oī loco ꝓpter eos. ¶ Respō

Heb. 13. a. 2. ‖Sup. 17. c. 19. Inf. 21. a. 1. Rom. 9. b. 9. 1. Pet. 3. b. 6. Sup. 12. a. 2. Infr. 22. d. 17.

dens q;

désq; Abrahã, ait: Quia semel cœpi, lo-
quar ad Dñm meũ, cùm sim puluis &
28 cinis. Quid si min⁹ q̃nquaginta iustis
quinq; fuerint? delebis pp *quadragin-
taquinq; vniuersam vrbẽ? Et ait: Non
delebo, si inuenero ibi quadragintaq̃n
29 que. Rursumq; locutus est ad eũ: Sin
aũt quadraginta-ibi inuẽti fuerint q̃d
facies? Ait: Nõ pcutiã pp quadraginta.
30 Ne quęso, inquit, indigneris Dñe, si lo
quar: Quid si ibi inuẽti fuerint trigin-
ta? Rñdit, Nõ faciã, si inuenero ibi tri-
31 ginta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad
Dñm meũ: Quid si ibi inuẽti fuerĩt vi-
32 ginti? Ait: Nõ interficiã pp viginti. Ob
secro, iq̃t, ne irascaris Dñe, si loquar ad-
huc semel: Quid si inuenti fuerint ibi
decem? Et dixit: Non delebo pp decẽ.
33 Abiitq; Dñs postq̃ cessauit loqui ad
Abrahã: & ille reuersus est in locũ suũ.

*quq; 2. — 6.

CAP. XIX.

1 Veneruntq; duo angeli Sodomã ve-
A spere, sedente Lot in foribus ciui-
tatis. Qui cùm vidisset eos surrexit, &
iuit obuiam eis: adorauitq; pronus in
2 terrã, Et dixit. Obsecro, Dñi, declinate
in domũ pueri vestri, & manete ibi: la-
uate pedes vestros, & manè proficisce-
mini in viã vestrã. Qui dixerũt, Mini-
3 mè, sed in platea manebim⁹. Cõpulit
illos oppido vt diuerterẽt ad eũ: ingres-
sisq; domũ illius, fecit cõuiuiũ, & co-
4 xit azyma, & comederũt. Prius aũt q̃
irent cubitũ, viri ciuitatis vallauerunt
domũ à puero vsq; ad senem, oĩs popu
5 lus simul, Vocaueruntq; Lot, & dixe-
runt ei: Vbi sunt viri qui introierũt ad
B te nocte? educ illos huc, vt cognoscam⁹
6 eos. Egressus ad eos Lot, post tergũ *ac-
7 cludẽs ostiũ, ait: Nolite, quæso, fratres
8 mei, nolite malum hoc facere. Habeo
duas filias, q̃ necdũ cognouerunt virũ:
educã eas ad vos, & abutimini eis sicut
vobis placuerit, dũmodo viris istis ni-
hil mali faciatis, quia ingressi sunt sub
9 vmbra culminis mei. At illi dixerũt:
Recede illuc. Et rursus: ingressus es in-
quiũt vt aduena, nunquid vt iudices?
te ergo ipsum magis q̃ hos affligemus,
‖ Vimq; faciebãt Lot vehementissimè:
10 iamq; ppè erat vt effringerẽt fores. Et
ecce miserũt manũ viri, & introduxe-
11 runt ad se Lot, clauserũtq; ostium: Et
eos q̃ foris erãt, ‖ pcusserũt cęcitate, à mi
nimo vsq; ad maximũ, ita vt ostiũ in-

Heb. 13. a.2. — 4. ‖2. Pet. 2 b.8. ‖Sap. 19. a.16.

12 uenire nõ possent. Dixerũt aũt ad Lot:
C Habes hic quẽpiã tuorũ? generũ, aut fi-
lios, aut filias, oẽs qui tui sunt, educ de
13 vrbe hac: Delebimus enim locũ istũ,
eò q̃ increuerit clamor eorũ corã Dño,
14 q̃ misit nos vt pdamus illos. Egressus
itaq; Lot, locutus est ad generos suos q̃
accepturi erãt filias eius, & dixit: Surgi-
te, & egredimini de loco isto: q̃a de-
lebit dñs ciuitatem hãc. Et visus est eis
15 quasi ludens loq. Cùmq; esset manè,
cogebãt eũ angeli, dicẽtes: Surge, *tolle
vxorẽ tuã, & duas filias quas habes: ne
& tu pariter pereas in scelere ciuitatis.
16 Dissimulãte illo, apprehẽderũt manũ
D eius, & manũ vxoris, *ac duarũ filiarũ
17 eius, eò q̃ parceret dñs illi. ‖ Eduxe-
rũtq; eũ, & posuerunt extra ciuitatem.
Ibique locuti sunt ad eũ, dicentes: Sal
ua aĩam tuã: noli respicere post tergũ,
nec stes in omni circa regionem: sed in
monte saluũ te fac, ne & tu simul pe-
18 reas. Dixitq; Lot ad eos. Quæso, dñe
19 mi. Quia inuenit seruus tuus gratiam
corã te, & magnificasti misericordiam
tuã quã fecisti mecũ, vt saluares animã
meã, nec possum ĩ mõte saluari, ne for-
20 tè apprehẽdat me malũ, & moriar. Est
ciuitas *hęc iuxtà, ad quã possum fuge-
re, parua, & saluabor in ea, nũquid nõ
21 modica est, & viuet aĩa mea? Dixitq;
E ad eũ. Ecce etiã ĩ hoc suscepi preces tuas
vt nõ subuertã vrbẽ pro qua locut⁹ es,
22 ‖ Festina, & saluare ibi: quia nõ potero
facere q̃cq̃, donec ingrediaris illuc. Id-
circo vocatũ est nomẽ vrbis illi⁹ Segor.
23 Sol egressus est sup terrã, & Lot ingres
24 sus est Segor. ‖ Igit Dñs pluit sup Sodo
mã & Gomorrham sulphur & ignem à
25 dño de cęlo: Et subuertit ciuitates has,
& oẽm circa regionẽ, vniuersos habita-
26 tores vrbiũ, & cũcta terræ virẽtia. ‖ Re
spiciensq; vxor eius post se, versa est in
27 statuã salis. Abrahã aũt cõsurgẽs ma-
28 nè vbi steterat prius cũ dño, Intuitus
est Sodomã & Gomorrhã, & vniuersam
terrã regionis illi⁹: viditq; ascendentẽ
fauillã de terra quasi fornacis fumum.
29 Cùm enim subuerteret Deus ciuitates
F regionis illius, recordat⁹ est Abrahæ: &
liberauit Lot de subuersione vrbiũ in
30 q̃b⁹ habitauerat. Ascẽditq; Lot de Se-
gor, & mansit in mõte, duę quoq; filiæ
eius cum eo (timuerat enim manere in
Segor) & mansit in spelũca ipse, & duę

— 7. *& 6. *eius 6. ‖Sap. 10. a.6. *hic. ‖Sap. 10. a.6. ‖Deu. 29 d.23. Isaia 13. d.19. Iere. 50. f.40. Ezec. 16. f.48. Osee 11. c.8. Am. 4. d 11. Luc. 17. f.29. Iud. 1. c.7 Sup. 18. a.1.

-4. 31 filię eius cũ eo. ⁋Dixitq; maior ad mi
norẽ. Pr nr senex est, & nullus virorum
remãsit in terra q possit ingredi ad nos
32 iuxta morẽ vniuersæ terrę. ⁋Veni, ine-
briem⁹ eũ vino, dormiamusq; cũ eo, vt
seruare possimus ex patre nostro semẽ.
33 ⁋Dederũt itaq; patri suo bibere vinum
nocte illa. Et ingressa est maior, dor-
miuitq; cũ pře: at ille nõ sensit, nec qñ
34 accubuit filia, nec qñ surrexit. ⁋Altera
quoq; die dixit maior ad minorẽ: Ecce
G dormiui heri cũ pře meo, dem⁹ ei bibe-
re vinũ etiã hac nocte, & dormies cũ eo,
35 vt saluemus semen de pře nřo. ⁋Dede-
-4. rũtq; etiã & illa nocte patri suo bibe-
re vinũ, ingressaq; minor filia dormiuit
cũ eo: & nec tũc quidẽ sensit qñ cõcubue
36 rit, vel qñ illa surrexit. ⁋Cõceperunt er-
37 go duę filię Lot de pře suo. ⁋Peperitq;
maior filiũ, & vocauit nomẽ ei⁹ Moab
ipse est pr Moabitarũ vsq; in pñtẽ diẽ.
38 ⁋Minor quoq; peperit filiũ, & vocauit
nomẽ ei⁹ Ammõ, id est filius ppli mei:
ipse est pater Ammonitarũ vsq; hodie.

CAP. XX.

1 PRofectus inde Abrahã in terrã au-
A strale, habitauit inter Cades & Sur:
2 & peregrinatus est in Geraris. ⁋Dixitq;
de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit
ergo Abi-mélech rex Gerare, & tulit eã.
3 ⁋Venit aũt Deus ad Abi-mélech p som
nium nocte, & ait illi: En morieris pp
mulierẽ quã tulisti: habet enim virũ.
4 ⁋Abi-mélech verò nõ tetigerat eam, &
ait: Dñe, num gentẽ ignorantẽ & iustã
5 interficies? ⁋Nõnne ipse dixit mihi, So-
ror mea est: & ipsa ait Frater me⁹ est? in
simplicitate cordis mei, & mũditia ma
6 nuũ mearũ feci hoc. ⁋Dixitq; ad eum
B Deus: Et ego scio q simplici corde fece-
ris: & ideo custodiui te ne peccares in
7 me, & nõ dimisi vt tãgeres eã. ⁋Nũc er-
go redde viro suo vxorẽ, & orabit p te
qa ppheta est, & viues. si aũt nolueris
reddere, scito q morte morieris, tu &
8 oĩa q̃ tua sunt. ⁋Statimq; de nocte con-
surgẽs Abi-mélech, vocauit oẽs seruos
suos: & loquut⁹ est vniuersa verba hęc
in aurib⁹ eorum, timueruntq; oẽs viri
9 valde. ⁋Vocauit aũt Abi-mélech etiam
C Abrahã, & dixit ei: Quid fecisti nobis
qd peccauimus in te, quia induxisti su
per me & sup regnũ meũ pctm grãde?
quę non debuisti facere, fecisti nobis.
10 ⁋Rursumq; expostulãs ait: Quid vidi-
11 sti, vt hoc faceres? ⁋Rñdit Abrahã: Cogi
taui mecũ, dicẽs, Forsitan nõ est timor
Dei in loco isto, & interficient me pp
12 vxorẽ meam. ⁋Aliàs aũt & verè soror -1.
mea est, filia patris mei, & nõ filia ma- Sup. 12.
13 tris meæ, & duxi eã in vxorẽ. ⁋Postq̃ au c. 13.
tẽ eduxit me Deus de domo pris mei, Inf. 26.
dixi ad eã: Hãc misericordiã facies me- c. 23.
cũ, In oĩ loco ad quẽ ingrediemur, di-
14 ces q frater tu⁹ sim. ⁋Tulit igit Abi-mé
D lech oues & boues & seruos, & ancil-
las, & dedit Abrahã: reddiditq; illi Sa-
15 rã vxorẽ suã, ⁋Et ait: Terra corã vobis
16 est, vbicunq; tibi placuerit habita. ⁋Sa-
rę autẽ dixit: Ecce mille argenteos dedi
fratri tuo, hoc erit tibi in velamen ocu
lorũ ad oẽs q tecũ sunt: & quocunque
17 prexeris, memẽto te deprehẽsam. ⁋Orã
te aũt Abrahã, sanauit De⁹ Abi-mélech
18 & vxorẽ, ancillasq; ei⁹: & peperũt. ⁋Cõ-
cluserat enim Dñs oẽm vuluã domus
Abi-mélech pp Sarã vxorem Abrahæ.

CAP. XXI.

1 VIsitauit aũt Dñs Sarã, sicut‖ pmise- ‖Sup. 17.
A rat: & impleuit q̃ locutus est. ⁋Cõ- c. 19. 18.
2 cepitq;, & ‖peperit filiũ i senectute sua, b. 10.
3 tpe quo pdixerat ei Deus. ⁋Vocauitq; ‖Gal. 4.
Abrahã nomẽ filij sui quẽ genuit ei Sa- c. 23.
4 ra, Isaac. ⁋Et circuncidit eũ octauo die, Heb. 11.
5 sicut‖ pceperat ei Deus. ⁋Cũm cẽtũ esset c. 11.
annorũ: hac qppe ætate pris, natus est Act. 7.
6 Isaac. ⁋Dixitq; Sara: Risum fecit mihi a 8.
De⁹, qcunq; audierit, corridebit mihi. Sup. 17. d. 10.
7 ⁋Rursumq; ait: Quis *auditurus crede- ‖Matt. 1. a. 2.
ret Abrahã q Sara lactaret filiũ quẽ pe- *auditorum 5.
8 perit ei iã seni? ⁋Creuit igit puer, & ab-
lactat⁹ est: fecitq; Abrahã grãde conui-
9 uiũ in die ablactationis eius. ⁋Cũmq;
vidisset Sara filiũ Agar Ægyptiæ luden
10 tem cũ Isaac filio suo. ⁋Dixit ad Abra -2.
hã: ‖Eijce ancillã hãc, & filiũ eius: non ‖Gal. 4.
enim erit hęres filius ancillæ cum filio d. 10.
11 meo Isaac. ⁋Durè accepit hoc Abrahã p
12 filio suo. ⁋Cui dixit De⁹: Nõ tibi videat
B asperũ sup puero, & super ancilla tua:
oĩa q̃ dixerit tibi Sara, audi vocẽ ei⁹: qa
13 ‖ i Isaac vocabit tibi semen. ⁋Sed & fi- ‖Rom. 9.
liũ ancillæ faciã in gentẽ magnã, qa se- b. 7.
14 mẽ tuũ est. ⁋Surrexit itaq; Abrahã ma- Heb. 11.
nè, & tollẽs panẽ & vtrẽ aquę, imposuit d. 18.
scapulę ei⁹, tradiditq; *puerũ, & dimisit
eã. Quę cũ abijsset errabat i solitudine *ei 5.
15 Ber-sabee. ⁋Cũmque consumpta esset
aqua in vtre, abiecit puerũ subter vnã
16 arborẽ q̃ ibi erat. ⁋Et abijt, seditq; è re-

gione procul quantũ poteſt arcus iace-
re, dixit enim : Non videbo moriétem
puerũ, & ſedés contrà, leuauit vocé ſuá,
17 & fleuit. ¶ Exaudiuit aũt De⁹ vocé pue-
ri: vocauitq; angel⁹ Dei Agar de cęlo, di
cés. Quid agis Agar? noli timere: exau-
diuit enim Deus vocé pueri de loco in
18 quo eſt. ¶ Surge, tolle puerũ, & tene ma
C nũ illi⁹: quia in genté magná faciá eũ.
19 ¶ Aperuitq; oculos eius Deus: q̃ videns
puteũ aquę, abiit, & impleuit vtré, de-
20 ditq; puero bibere. ¶ Et fuit* cũ eo: qui
creuit & moratus eſt in ſolitudine, fa-
21 ctusq; eſt iuuenis ſagittarius. ¶ Habita-
uitq; ĩ deſerto Pharã, & accepit illi mr̃
22 ſua vxoré de terra Ægypti. ¶ Eodem tp̃e
dixit Abi-mélech & Phicol princeps
exercitus eius ad Abrahã: Deus tecũ eſt
23 in vniuerſis q̃ agis. ¶ Iura ergo per Deũ,
ne noceas mihi, & poſteris meis, ſtirpi-
q́ue meę: ſed iuxta miſericordiá‖quam
feci tibi, facies mihi & terræ in qua ver
24 ſatus es aduena. ¶ Dixitq; Abrahã: Ego
25 iurabo. ¶ Et increpauit Abi-mélech pp̃
puteũ aquæ qué vi abſtulerát ſerui ei⁹.
26 ¶ Rñditq; Abi-mélech : Neſciui qs fe-
cerit hanc ré: ſed & tu nõ indicaſti mi-
27 hi, & ego nõ audiui pręter hodie. ¶ Tu-
D lit itaq; Abrahã oues & boues, & dedit
Abi-mélech: pcuſſeruntq; ambo fęd⁹.
28 ¶ Et ſtatuit Abrahã ſepté agnas gregis ſe-
29 orſum. ¶ Cui dixit Abi-mélech: Quid
ſibi volunt ſepté agnæ iſtæ, quas ſtare
30 feciſti ſeorſum? ¶ At ille: Septé, inquit,
agnas accipies de manu mea: vt ſint
mihi in teſtimoniũ qm̃ ego fodi puteũ
31 iſtũ. ¶ Idcirco vocatus eſt locus ille Ber-
32 ſabee, quia ibi vterq; iurauit. ¶ Et inie-
33 runt fędus ꝓ puteo iuraméti. ¶ Surrexit
autem Abi-mélech, & Phicol princeps
exercitus eius, reuerſiq; ſunt in terram
Paleſtinorũ. Abrahã verò plantauit ne
mus in Ber-ſabee, & inuocauit ibi no-
34 men Dñi Dei æterni. ¶ Et fuit colonus
terræ Paleſthinorum diebus multis.

CAP. XXII.

1 QVæ poſtq̃ geſta ſunt, ‖tétauit Deus
A Abrahã, & dixit ad eũ, Abraham-
Abrahã. At ille rñdit, Adſũ.
2 ¶ Ait illi: Tolle filiũ tuũ vnigenitũ qué
diligis Iſaac, & vade in terrá viſionis:
atq; ibi offeres eũ in holocauſtũ ſuper
3 vnũ montiũ qué mõſtrauero tibi. ¶ Igit̃
Abrahã de nocte cõſurgés, ſtrauit, aſi-
nũ ſuũ: ducés ſecũ duos iuuenes, & Iſa-
ac filiũ ſuũ: cũq; cócidiſſet ligna in ho
locauſtũ, abijt ad locũ qué præceperat
4 ei deus. ¶ Die aũt tertio, eleuatis oculis,
5 vidit locum procul, ¶ Dixitq; ad pueros
ſuos: Expectate hîc cũ aſino: ego aũt &
puer illuc vſq; properantes, poſtq̃ ado-
6 rauerimus, reuertemur ad vos. ¶ Tulit
B quoque, ligna holocauſti, & impoſuit
ſup Iſaac filiũ ſuũ : ipſe verò portabat
in manib⁹ igné & gladiũ. Cumq; duo
7 pgerent ſimul, ¶ Dixit Iſaac patri ſuo:
Pr̃ mi. At ille rñdit: Quid vis fili? Ecce,
inqt, ignis & ligna : vbi eſt victima ho-
8 locauſti? ¶ Dixit aũt Abrahã Deus pro-
uidebit ſibi victimá holocauſti, fili mi. —12.
9 Pergebát ergo pariter. ¶ Et venerũt ad lo Iac. 2.
cũ qué oſtéderat ei Deus, in quo ædifi- d.21.
cauit altare, & déſuper ligna cópoſuit:
cumq; alligaſſet Iſaac filiũ ſuũ, poſuit
10 eũ in altare ſup ſtrué lignorũ. ¶ Exten-
ditq; manũ, & arripuit gladiũ, vt im-
11 molaret filiũ ſuũ. ¶ Et ecce angelus Dñi
de cęlo clamauit, dicés: Abrahã, Abra-
12 hã. Qui rñdit, Adſum. ¶ Dixitq; ei, Non
C extendas manũ tuá ſup puerũ, neq; fa-
cias illi quicquam. Nũc cognoui, ꝙ ti-
meas Dñm, & nõ pepercisti vnigenito
13 filio tuo pp me. ¶ Leuauit Abrahã ocu-
los ſuos, viditq; poſt tergũ arieté inter
vepres hærenté cornibus, qué aſſumés
14 obtulit holocauſtũ ꝓ filio. ¶ Appella-
uitq; nomé loci illi⁹, Dñs videt. Vnde
vſq; hodie dicitur. In monte Dñs vide-
15 bit. ¶ Vocauit aũt angelus Dñi Abrahã
16 ſecundò de cęlo, ¶ Dicés: ‖p memetipſũ ‖Pſa. 104
iuraui, dicit Dñs: qa feciſti hác ré, & nõ a 9.
pepercisti filio tuo vnigenito‖ pp me', Luc. 1. g.
17 ¶ Benedicá tibi, & multiplicabo ſemen 73.
D tuũ ſicut ſtellas cęli, & velut arená quę Ecc. 44. d. 21.
eſt in litore maris: poſſidebit ſemé tuũ Heb. 6.
18 portas inimicorũ ſuorũ, ¶ Et‖ BENEDI- c. 13.
CENTVR in ſemine tuo oés gétes terræ 1. Mat. 1. f 31.
19 quia obediſti voci meæ. ¶ Reuerſus eſt Luc. 1. g.
Abrahã ad pueros ſuos, abierũtq; Ber- 73.
20 ſabee ſimul, & habitauit ibi. ¶ His itaq; —12.
geſtis, nuntiatũ eſt Abrahæ ꝙ Melcha ‖Sup. 12.
quoque genuiſſet filios Nachor fratri a. 3. 18. e. 18.
21 ſuo, ¶ Hus primogenitũ, & Buz fratrem Ioſ. 26.
22 eius, & Camuel patrem Syrorum, ¶ Et a. 4.
Caſed, & Azau, Pheldas, quoq, & Ied- Act. 3. d.
23 laph, ¶ Ac Bathuel, de quo nata eſt Re- 25.
becca. octo iſtos genuit Melcha, Na- Ecc. 44.
24 chor fratri Abrahæ. ¶ Concubina vero d. 25.
illius, nomine Roma, peperit Tabee, &
Gahan, & Tahas, & Maacha.

CAP. XXIII.

1 VIxit aũt Sara cẽtum vigintiſeptem
A annis.ꝰEt mortua eſt ĩ ciuitate Ar-
2 bee, q̃ eſt Hebron, in terra-Chanáan :
venitq́; Abrahã vt plãgeret & fleret eã.
3 ꝰCùmq́; ſurrexiſſet ab officio funeris,
4 locutus eſt ad filios Heth, dicens: ꝰAd-
uena ſum & peregrinus apud vos: date
mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliã
5 mortuum meũ. Rñderũt filij Heth-di -5.
6 centes':ꝰAudi nos dñe, princeps Dei es
apud nos: in electis ſepulchris nr̃is ſepe
li mortuum tuũ, nulluſq́; te prohibere
poterit qn in monumẽto eius ſepelias -12.
7 mortuum tuum. ꝰSurrexit Abrahã, &
adorauit pplm̃ terræ, filios videlicet Iac. 2. d.21.
8 Heth: ꝰDixitq́; ad eos: Si placet aĩæ ve-
B ſtræ vt ſepeliã mortuum meum, audite
me, & intercedite-ꝓ me apud Ephron -6.
9 filium Seor: ꝰVt det mihi ſpeluncã du-
plicẽ quã habet in extrema parte agri
ſui: pecunia digna tradat eã mihi corã
10 vobis in poſſeſſionẽ ſepulchri. ꝰHabita
bat aũt Ephron in medio filiorũ Heth.
Rñditq́; Ephron ad Abrahã cunctis au
dientibus qui ingrediebant̃ portã ciui-
11 tatis illius: dicẽs: ꝰNequaq̃ ita fiet, Dñe
mi, ſed tu magis auſculta qđ loquor:
Agrũ trado tibi, & ſpeluncã q̃ in eo eſt,
C pſentibus filiis populi mei ſepeli mor-
12 tuum tuum. ꝰAdorauit Abraham corã
13 populo terræ. ꝰEt locutus eſt ad Ephrõ
circunſtante plebe-eius', Queſo, vt au- -8.
dias me: Dabo pecuniã ꝓ agro: ſuſcipe ‖Pſa.104
eã, & ſic ſepeliã mortuũ meũ in*agro'. 19. *eo 7.
14 ꝰRñditq́; Ephron. ꝰDñe mi, audi-me'. Luc.1. 73. -3.
15 Terra quã poſtulas, quadringẽtos ſiclos
argenti valet: iſtud eſt ptiũ inter me & Ecc.44. d.21.
te: ſed q̃tũ eſt hoc? ſepeli mortuũ tuũ. Heb. 6. c.13.
16 ꝰQuod cùm audiſſet Abrahã, appendit
pecuniã quã Ephrõ poſtulauerat, audiẽ 1.Mat.1. f 32.
tibus filiis Heth, quadringentos ſiclos
17 argẽti*ꝓbatę' monetę publicæ. ꝰCõfir- Luc.1. g 73. *probati 4.
D matuſq́; eſt ager quondã Ephronis in -12.
quo erat ſpelũca duplex reſpiciens Mã- ‖Sup.12 a.3. 18.
bre: tam ipſe q̃ ſpelunca, & oẽs arbores e.18. -7.
eius in cũctis terminis-eius' ꝑ circuitũ, Ioſ. 16. a.4.
18 ꝰAbrahæ in poſſeſſionẽ, vidẽtibus filiis Act. 3. d. 25.
Heth, & cũctis q intrabãt portã ciuita- Ecc.44 d.25.
19 tis illius. ꝰAtq́; ita ſepeliuit Abraham
Saram vxorẽ ſuã in ſpelunca agri *du- *duplici 6.
plici', q̃ reſpiciebat Mãbre, hęc eſt He-
20 bron in terra-Chanáan. ꝰEt cõfirmatus
eſt ager & antrũ, qđ erat in eo Abrahæ
in poſſeſſionẽ monumẽti à filiis Heth.

CAP. XXIIII.

1 ERat aũt Abraham ſenex dierumq́;
A multorũ: & Dñs in cunctis bñdi-
2 xerat ei. ꝰDixitq́; ad ſeruum ſeniorẽ do
mus ſuę, q pręerat oĩbus quæ habebat:
‖Pone manum tuã ſubter femur meũ: ‖Ioſ.47, g.29.
3 Vt adiurẽ te ꝑ dñm Deũ cęli & terrę,
vt nõ accipias vxorẽ filio meo de filia-
bus Chananęorum, inter quos habito:
4 ꝰSed ad terrã & cognationẽ meam pro-
ficiſcaris, & inde accipias vxorem filio
5 meo Iſaac. ꝰReſpõdit ſeruꝰ: Si noluerit
mulier venire mecũ in terrã hãc, nũqd
reducere debeo filiũ tuũ ad locum de
6 quo tu egreſſus es? ꝰDixitq́; Abraham.
Caue ne qñ reducas filiũ meum illuc.
7 ꝰDñs Deus celi, *qui tulit me de domo *& terre,
patris mei & de terra natiuitatis meæ.
q locutus eſt mihi, & iurauit mihi, di-
cens: ‖Semini tuo dabo terrã hanc, ipſe ‖Sup. 12. b. 7. 13.
mittet angelum ſuũ corã te, & accipies c.15. &
8 inde vxorẽ filio meo. ꝰSin autẽ mulier 15. d.18.
noluerit ſequi te, nõ teneberis iuramẽ- Inf. 26. a.3.
to: filium meũ tantũ ne reducas illuc.
9 ꝰPoſuit ergo ſeruus manum ſub fęmo-
re Abrahã Dñi ſui, & iurauit illi ſuper
10 ſermone hoc. ꝰTulitq́; decem camelos
de grege dñi ſui, & abiit, ex oĩbꝰ bonis
B eius portãs ſecum, profectuſq́; perrexit
in Meſopotamiam ad vrbem Nachor.
11 ꝰCùmq́; camelos feciſſet accũbere ex-
tra oppidũ iuxtã puteũ aquę veſperè,
eo tpe quo ſolent mulieres egredi ad
12 hauriendam aquã, ꝰ*Dixit': Dñe, Deus *orauit Dñm dicens.
dñi mei' Abrahã, occurre, obſecro mihi
hodie, & fac miſericordiã cũ Dño meo
13 Abrahã. ꝰEcce ego ſto ꝓpe fontẽ aquæ,
& filiæ habitatorũ huius ciuitatis egre
14 dient̃ ad hauriendã aquã. ꝰIgitur puel-
la cui ego dixero, inclina hydriam tuã
vt bibã: & illa rñderit: Bibe, quin & ca-
melis tuis dabo potũ: ipſa eſt quã præ-
paraſti ſeruo tuo Iſaac, & ꝑ hoc intelli-
gã ꝙ feceris miſericordiã cũ Dño meo.
15 ꝰNeçdum intra ſe verba cõpleuerat, &
ecce Rebecca egrediebat̃, filia Bathuel,
filij Melchę vxoris Nachor fratris Abra
16 hã, habẽs hydriã in ſcapula ſua: ꝰPuel
la decôra nimis, virgoq́; pulcherrima,
& incognita viro, deſcẽderat autem ad
fontem, & impleuerat hydriam, ac re-
17 uertebatur. ꝰOccurritque ei ſeruus, &
C ait: Pauxillum aquæ mihi ad* bibẽdũ' *ſorbendum 8.
18 præbe de hydria tua. ꝰQuæ rñdit: Bibe
dñe mi. Celeriterq́; depoſuit hydriã ſu

pe

19per vlnã suã, & dedit ei potũ. ¶ Cũq; ille
bibisset, adiecit: Quin & camelis tuis
20hauriã aquã, donec cũcti bibãt. ¶ Effun-
dẽsq; hydriã in canalibus, recurrit ad
puteũ, vt hauriret aquã. & haustã oĩb⁹
21camelis dedit. ¶ Ipse aũt cõtẽplabatur
eã tacitus scire volẽs vtrũ ꝓsperum iter
22suũ fecisset De⁹, an nõ. ¶ Postq̃ aũt bibe
rũt cameli, ꝓtulit vir inaures, aureas,
appẽdentes siclos duos: & armillas toti
23dẽ põdo siclorũ decẽ. ¶ Dixitq; ad eam:
Cuius es filia⁾ indica mihi, est in domo
24pr̃is tui loc⁹ ad manẽdũ? ¶ Quæ r̃ndit:
Filia sum Bathuelis filij * Nachor, quẽ
25peperit ei Melcha. ¶ Et addidit, dicens:
Palearũ quoq; & fœni plurimũ est apud
nos, & locus spatiosus est ad manẽdũ.
26¶ Inclinauit se homo, & adorauit dñm,
27¶ Dicẽs: Benedictus Dñs Deus Dñi mei
Abrahã, qui non abstulit misericordiã
& veritatẽ suã à dño meo, & recto itine
re me ꝑduxit in domũ fratris dñi mei.
28¶ Cucurrit itaque puella, & nuntiauit
in domũ matris suæ oĩa quæ audierat.
29¶ Habebat aũt Rebecca fratrẽ noĩe La-
D bã, qui festinus egressus est ad hoĩem,
30vbi erat fons. ¶ Cumq; vidisset inaures
& armillas in manibus sororis suæ, &
audisset cuncta verba referentis: Hæc
locut⁹ est mihi homo: venit ad virũ q̃
stabat iuxta camelos, & prope fontem
31aquæ. ¶ Dixitq; ad eũ. Ingredere, bene-
dicte dñi: cur foris stas? præparaui do-
32mum, & locum camelis. ¶ Et ĩtroduxit
eũ in hospitium: ac destrauit camelos,
deditq; paleas & fœnum, & aquã ad la-
uandos pedes camelorum, & virorum
33qui venerãt cum eo. ¶ Et appositus est ĩ
conspectu eius panis. Qui ait: Nõ come
dam, donec loquar sermones meos. R̃n
34dit ei: Loquere. ¶ At ille: Seruus, inquit,
35Abrahã sum. ¶ Et dñs bñdixit dño meo
valde, mngnificatusque est: & dedit ei
oues & boues, argentum, & aurum, ser
36uos & ancillas, camelos & asinos. ¶ Et
peperit Sara vxor dñi mei filium dño
meo in senectute sua, deditq; illi oĩa q̃
37habuerat. ¶ Et adiurauit me dñs meus
dicens: Nõ accipies vxorẽ filio meo de
filiabus Chananæorum, in quorũ terra
38habito: ¶ Sed ad domũ pr̃is mei ꝑges,
& de cognatione mea accipies vxorem
39filio meo. ¶ Ego verò respõdi dño meo.
Quid si noluerit venire mecũ mulier?
40Dñs ait, in cuius conspectu ambulo,

* Melcha quẽ peperit Nachor 22.

E mittet angelum suum tecũ, & diriget
viam tuã: accipiesq; vxorẽ filio meo de
cognatione mea, & de domo pr̃is mei.
41¶ Innocens eris à maledictione mea, cũ
veneris ad ꝓximos meos, & nõ dederint
42tibi, ¶ Veni ergo hodie ad fontẽ aquæ,⁾
& dixi: dñe De⁹ dñi mei Abrahã, si dire
43xisti viã meã in qua nunc ambulo. ¶ Ec
ce sto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ
egredietur ad hauriendã aquã audierit
à me: Da mihi pauxillum aquæ ad bi-
44bendũ de hydria tua: ¶ Et dixerit mihi:
Et tu bibe, & camelis tuis hauriã: ipsa
est mulier quã præparauit dñs filio dñi
45mei. ¶ Dumq; hæc tacitus mecũ volue-
rem, apparuit Rebecca veniens cum hy
dria, quã portabat ĩ scapula: descẽditq;
ad fontẽ, & hausit aquã. Et aio ad eam:
46Da mihi paululũ bibere. ¶ Quæ festinãs
deposuit hydriã de humero, & dixit mi
hi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuã po-
47tũ, Bibi, & adaquauit camelos. ¶ Inter-
rogauiq; eã, & dixi: Cuius es filia? Quæ
r̃ndit: Filia Bathuelis sum filij Nachor,
quẽ peperit ei Melcha. Suspendi itaque
inaures ad ornandã faciẽ eius, & armil
48las posui in manibus eius.⁾ Pronusq;
adoraui dñm, benedicẽs dño Deo dñi
F mei Abrahã, qui ꝑduxit me recto itine-
re, vt sumerẽ filiam fratris dñi mei filio
49eius. ¶ Quam ob rem si facitis misericor
diam & veritatẽ cũm dño meo, indica-
te mihi, si aũt aliud placet: & hoc dici
te mihi, vt vadã ad dexterã, siue ad sini
50stram. ¶ R̃nderuntq; Laban & Bathuel:
A Dño egressus est sermo: non possum⁹
extra placitum eius quicq̃ aliud loqui
51tecum. En Rebecca coram te est, tolle
eam, & proficiscere, & sit vxor filij dñi
52tui, sicut locutus est dñs. ¶ Quod cũm
audisset puer Abrahã, ꝓcidẽs⁾: adora-
53uit in terram dñm. ¶ Prolatisque vasis
argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea
Rebeccæ pro munere: fratribus quoq;
54ei⁹, & matri dona obtulit. ¶ Inito conui
uio vescẽtes pariter & bibẽtes manserũt
ibi: Surgẽs aũt manè locut⁹ est puer: Di
55mitte me, vt vadã ad dñm meũ. ¶ Respõ
deruntq;, * fratres⁾ ei⁹ et mater: Maneat
puella saltem decẽ dies apud nos, et po
56stea ꝓficiscet̃. ¶ Nolite, ait, me retinere,
q̃a Dñs direxit viã meã: dimittite me vt
57pergã ad Dñm meũ. ¶ Et dixerũt: Voce-
mus puellã, et q̃ramus ipsius volũtatẽ.
58¶ Cumq; vocata venisset, sciscitati sunt:

* frater

G Vis ire cū hoīe isto? Quę ait: Vadā. ¶Di-
59miserūt ergo eā, & nutricē illi⁹* seruūq; * Debora.
60Abrahā & comites eius, ¶Imprecantes
ꝓspera sorori suę atq; dicētes: Soror no
stra es, crescas in mille millia, & possi-
deat semē tuū portas inimicorū suorū.
61¶Igit Rebecca, & puellę illi⁹ ascensis ca
melis, secutę sunt virū: q festinus reuer
62tebat ad dn̄m suū. ¶Eo autē tp̄e deam-
bulabat Isaac p viā q̄ ducit ad Puteū,
‖cui⁹ nomen est viuētis & vidētis: habi- ‖Sup. 16. d. 14.
63tabat enim in terra Australi: ¶Et egres-
sus fuerat ad meditādū in agro inclina
ta iā die: Cūq; eleuasset oculos, vidit ca
64melos venientes ꝓcul. ¶Rebecca quoq;
65cōspecto Isaac, descēdit de camelo, ¶Et
ait ad puerū: Quis est ille hō q venit p
agrū ī occursum nobis? Dixitq; ei. Ipse
est dn̄s meus. At illa tollens cito palliū
66suum, operuit se. ¶Seruus autem cūcta
quę gesserat, narrauit dn̄o suo Isaac.
67¶Qui introduxit eā in tabernaculū Sa-
rę matris suę, & accepit eā vxorem: &
intantum dilexit eam, vt dolorē qui ex
morte matris eius acciderat, tēperaret.

CAP. XXV.

1 ABrahā verò aliā duxit vxorē noīe ‖1. Para. 1. c. 32.
A Ceturā: ¶q̄ peperit ei Zamrā, & Iec-
2 san, & Nadan, & Madian, & Iesboc, &
3 Sue. ¶Iecsan quoq; genuit Saba & Da-
dā. Filij Dadā fuerūt Assurim, & Latus-
4 sim, & Laōmim. ¶At verò ex Madiā or-
t⁹ est Epha, & Epher, & Henoch, & Abi-
5 da, & Eldaa, oēs hi filij Cetūrę. ¶Dedit-
que Abrahā cuncta q̄ possederat, Isaac:
6 ¶Filijs aūt cōcubinarū largit⁹ est mune-
ra, & separauit eos ab Isaac filio suo dū
adhuc ipse viueret, ad plagā orientalē.
7 ¶Fuerunt aūt dies vitę Abrahę, cētū se-
8 ptuagintaquinq; anni. ¶Et deficiēs mor-
tu⁹ est in senectute bona, ꝓuectęq; ęta
tis & plenus dierū: cōgregatusq; est ad
9 pplm̄ suum. ¶Et sepelierunt eū Isaac &
Ismaël filij sui in spelūca duplici, q̄ sita
est in agro Ephrō filij Seor Hethęi, ē re-
10gione Mambre, ¶Quam ‖emerat à filiis ‖Sup. 23. d. 19.
Heth. ibi sepult⁹ ē ipse & Sara vxor ei⁹.
11¶Et post obitū illius bn̄dixit Deus Isaac
B filio eius, q habitabat ‖iuxta Puteum ‖Sup. 16. d. 14.
12noīe Viuētis & Vidētis. ¶Hę sunt gn̄a-
tiones Ismaël filij Abrahę, quē peperit
13ei Agar Ægyptia, famula Sarę, ¶Et hęc
noīa filiorū ei⁹ ī vocabulis & gn̄ationi-
bus suis, ‖Primogenitus Ismaëlis Naba ‖1. Par. 1. b. 29.
ioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mab-
14sam, ¶Masma quoq; & Duma, & Mas-
15sa, ¶Hadad, & Thema, & Ietur, & Na-
16phis, & Cedma. ¶Isti sūt filij Ismaëlis:
& hęc noīa p castella & oppida eorum
17duodecim principes tribuū suarū. ¶Et
facti sunt anni vitę Ismaëlis centū tri-
gintaseptē, deficiēsq; mortu⁹ est, & ap-
18posit⁹ ad pplm̄ suū. ¶Habitauit autē ab
C Heuila vsq; Sur, q̄ respicit Ægyptū in-
troeūtibus Assyrios corā cūctis fratrib⁹
19suis obiit. ¶Hę quoque sunt gn̄ationes
Isaac filij Abrahā. Abrahā genuit Isaac:
20¶Qui cū quadraginta esset annorū, du-
xit vxorē Rebeccā filiā Bathuëlis Syri
21de Mesopotamia, sororē Labā. ¶Depre-
catusq; est Isaac dn̄m pro vxore sua, eò
ꝙ esset sterilis: q exaudiuit eū, & dedit
22cōceptū Rebeccę. ¶Sed collidebant in
vtero eius paruuli, q̄ ait, Si sic mihi fu-
turū erat, qd necesse fuit* cōcipere? Per- *me r.
23rexitq; vt cōsuleret Dn̄m. ¶Qui rn̄dens
ait: ‖Duę gētes sunt ī vtero tuo, & duo ‖Rom. 9. c. 10.
ppl̄i ex vētre tuo diuident, populusq;
populū superabit, & maior seruiet mi-
24nori. ¶Iā tp̄s pariendi aduenerat, & ecce
25gemini in vtero eius reperti sunt. ¶‖Qui ‖Ose. 12. a. 3.
D primus egressus est, rufus erat, & totus
in morē pellis hispid⁹: vocatūq; est no-
men eius Esau. ‖Protin⁹ alter egrediens ‖Matt. 1. a. 2.
plantā fratris tenebat manu: & idcirco
26appellauit eū Iacob. ¶Sexagenarius erat
27Isaac qn̄ nati sunt ei paruuli. ¶Quibus
adultis factus est Esau vir gnarus venā-
di, & homo agricola: Iacob aūt vir sim
28plex habitabat in tabernaculis. ¶Isaac
amabat Esau, eò ꝙ de venationibus il-
lius vesceretur: & Rebecca diligebat Ia
29cob. ¶Coxit aūt Iacob pulmentum: ad
quē cùm venisset Esau de agro lassus.
30¶Ait: Da mihi de coctione hac rufa,
qa oppidò lassus sum. Quā ob cām vo-
31catū est nomen eius ‖Edom, ¶Cui dixit ‖Heb. 1. c. 16. Abdię 1. a
32Iacob: Vēde mihi primogenita tua. ¶Il-
le rn̄dit: En morior, qd mihi ꝓderunt
33primogenita? ¶Ait Iacob: Iura ergo mi-
hi. Iurauit ei Esau, & vendidit primo-
34genita. ¶Et sic accepto pane & lētis edu
lio comedit, & bibit, & abiit, paruipen-
dens ꝙ primogenita vendidisset.

CAP. XXVI.

1 ORta aūt fame sup terrā post, eā ste-
A rilitatē q̄ acciderat in diebus Abra
hā, Abiit Isaac ad Abimélec regē Pale-
2 sthinorū ī Gerara. ¶Apparuitq; ei Dn̄s,
& ait: Ne descēdas ī Ægyptū, sed quiesce

Geno 12. b.7.& 15.d.15 a. 18. ||Sup. 12. a.3.18.c 22.d.1 id. 17 8. c. 19.

3 in terra quã dixero tibi.¶Et peregrinare
in ea, eroq; tecũ & benedicam tibi: tibi
enim & semini tuo dabo vniuersas re-
giões has,||cõplẽs iuramẽtũ qđ spopõdi
4 Abrahã pr̃i tuo. ¶Et multiplicabo semẽ
tuum sicut stellas cęli: daboq; posteris
tuis vniuersas regiones has || & BENE-
B DICENTVR IN SEMINE TVO oẽs
5 gẽtes terrę.' ¶Eo q obedierit Abraham
voci meę, & custodierit pcepta & man-
data mea, & ceremonias legesq; serua-
6 uerit. ¶Mãsit itaq; Isaac ĩ Geraris. ¶Qui
7 cũ interrogaret à viris loci illius super
vxore sua, rñdit Soror mea est: timue-
rat.n.confiteri q sibi esset sociata cõiu
gio: reputãs, ne fortè interficeret eũ pp
8 illius pulchritudinẽ. ¶Cũq; ptrãsissent
dies plurimi, & ibidẽ moraret, pspiciẽs
Abi-mélech rex Palesthinorum p fene
strã, vidit eũ iocantẽ cũ Rebecca vxore
9 sua. ¶Et accersito eo, ait: Perspicuũ est q
vxor tua sit: cur mẽtitus es eam sororẽ
tuã esse? Rñdit: Timui ne morerer pp
10 eã. ¶Dixitq; Abi-mélech: Quare impo-
C suisti nobis? potuit coire qspiã de pplo
cũ vxore tua, & induxeras sup nos grã-
11 de peccatũ. ¶Pręcepitq; oĩ pplo, dicens,
Qui tetigerit hoĩs huius vxorem, morte
12 moriet. ¶Seuit aũt Isaac in terra illa, &
inuenit in ipso anno centuplum: bñdi-
13 xitq; ei Dñs. ¶Et locupletat° est homo,
& ibat pficiens atq; succrescens: donec
14 magnus vehementer effectus est. ¶ Ha-
buitq; possessiones ouiũ & armẽtorũ,
& familię plurimũ. Ob hoc inuidẽtes
15 ei Palesthini, ¶Oẽs puteos quos foderãt
D serui pr̃is illius Abrahã, illo tpe obstru
16 xerũt, implentes humo. ¶Intantũ vt ip-
se Abi-mélech diceret ad Isaac: Recede
à nobis, qm potentior nobis factus es
17 valde. ¶Et ille discedens, vt veniret ad
18 torrentẽ Gerarę habitaretq; ibi: ¶ Rur-
sum fodit alios puteos quos foderãt ser
ui patris sui Abrahã, & quos, illo mor-
tuo, olim obstruxerãt Philistiim: appel
lauitq; eos eisdem noĩbus quibus antè
19 pater vocauerat. ¶Foderuntq; in Torrẽ
20 te & repererũt aquã viuam. ¶Sed & ibi
iurgium fuit pastorũ Gerarę aduersus
pastores Isaac, dicẽtium: Nr̃a est aqua:
quãobrem nomẽ putei ex eo qđ accide-
21 rat, vocauit Calumniã. ¶Foderũt aũt &
E alium: & p illo quoq; rixati sunt, ap-
22 pellauitq; eum, Inimicitias. ¶Profectus
inde fodit alium puteum, p quo nõ c

tederunt: itaq; vocauit nomen eius, La
titudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dñs
23 & fecit crescere sup terrã. ¶Ascendit aũt
24 ex illo loco ĩ Bersabee, ¶vbi apparuit 'Isaac
ei dñs in ipsa nocte dicẽs, Ego sum De°
Abrahã patris tui. noli timere, quia ego
tecum sum, benedicã tibi, & multipli-
cabo semen tuum pp seruum meum
25 Abrahã. ¶Itaq; ędificauit ibi altare, &
F inuocato noĩe dñi, extendit tabernacu
lũ: pcepitq; seruis suis vt foderẽt puteũ.
26 ¶Ad quẽ locum cùm venissent de Gera
ris Abi-mélech, & Ochozath amicus il-
27 lius, & Phicol dux militum, ¶Locutus
est eis Isaac: Quid venistis ad me homi
nem quẽ odistis & expulistis à vobis?
28 ¶Qui rñderũt. Vidimus tecũ esse dñm:
& idcirco 'nos' diximus: Sit iuramen- 'nunc ro
29 tum inter nos, & ineamus fœdus: ¶vt
non facias nobis qcq̃ mali, sicut & nos
nihil tuorum attigim°, nec fecimus qđ
te lęderet, sed cum pace dimisimus au
30 ctum bñdictione dñi: ¶Fecit ergo eis cõ
31 uiuiũ, & post cibum & potum ¶Surgẽ-
G tes manè iurauerunt sibi mutuò: dimi
32 sitq; eos Isaac pacificè 'in locũ suũ'. ¶Ec 'domum suam 6.
ce aũt venerunt in ipso die serui Isaac
annũtiãtes ei de puteo quẽ foderãt, atq;
33 dicẽtes: Inuenimus aquã. ¶Vnde appel
lauit eũ, Abundantiã: & nomẽ vrbi im
positũ est Ber-sabee vsq; in p̃sentẽ diẽ.
34 ¶Esau verò quadragenarius 'duxit vxo 'vxorẽ 5.
res duas' Iudith filiã Beeri Hethęi, & Ba ||Infr 27. g.46.
35 semath filiã Elõ eiusdẽ loci. ¶||Quę am-
bę offenderant aĩum Isaac & Rebeccę.

CAP. XXVII.

1 SEnuit aũt Isaac, & caligauerũt oculi
A ei°, & videre non poterat: vocauitq;
Esau filium suum maiorẽ, & dixit ei:
2 Fili mi? Qui rñdit adsum. ¶Cui pr̃. ¶Vi-
des, inquit, q senuerim, & ignorem diẽ
3 mortis męę? ¶Sume arma tua, pharetrã,
& arcum, & egredere foras. ¶Cumq; ve-
4 natu aliquid apprenderis, ¶Fac mihi in
de pulmentum, sicut velle me nosti, &
affer vt comedã: & benedicat tibi aĩa
5 mea anteq̃ moriar. ¶ Quod cũ audisset
Rebecca, & ille abiisset in agrũ vt ius-
6 sionẽ patris impleret, ¶Dixit filio suo Ia
cob: Audiui patrẽ tuum loquentẽ cum
7 Esau fratre tuo, & dicẽtẽ ei: ¶Affer mi hi
B de venatione tua, & fac cibos vt come-
dam, & benedicã tibi corã Dño anteq̃
8 moriar. 'Nũc ergo fili mi, acquiesce cõ-
9 siliis meis: ¶Et pergẽs ad gregẽ, affer mi-

hi duos

hi duos hœdos optimos, vt faciā ex eis
escas patri tuo, quibus libenter vescit.
10 Quas cùm intuleris, & comederit, be- Isaac
11 nedicat tibi priusquā moriat. Cui ille
rñdit: Nosti q Esau frater meus homo
12 pilosus sit, & ego lenis? Si attrectauerit
me pater meus, & senserit, timeo ne pu
tet me sibi voluisse illudere, & inducat
sup me maledictionē p benedictone.
13 Ad quē mater: In me sit, ait, ista male-
dictio, fili mi: tm audi vocē meā, & per
14 gens, affer quę dixi. Abiit, & attulit, de
ditq; mri; Parauit illa cibos, sicut velle
15 nouerat prēm illi⁹. Et vestib⁹ Esau val
de bonis, quas apud se habebat domi,
16 īduit eū: Pelliculasq; hędorū circūde-
17 dit manibus, & colli nuda ptexit. De nunc
ditq; pulmentū, & panes quos coxerat,
18 tradidit. Quib⁹ illatis dixit: Pr mi? At
19 ille rñdit; Audio. Quis es tu, fili mi? Di
C xitq; Iacob. Ego sum primogenitus tu⁹
Esau: feci sicut pręcepisti mihi: surge, se
de, & comede de venatione mea, vt be
20 nedicat mihi aīa tua. Rursumq; Isaac
ad filiū suū. Qūo, inquit, tā citò inueni *domum suam
re potuisti, fili mi? Qui rñdit: Voluntas
Dei fuit vt citò occurreret mihi qđ vole
21 bā. Dixitq; Isaac. Accede ad me, vt tan
gā te, fili mi, & probem vtrū tu sis filius
22 me⁹ Esau, an nō. Accessit ille ad patrē:
& palpato eo, dixit Isaac: Vox quidē, vxorē
vox Iacob est, sed manus, manus sunt
23 Esau. Et nō cognouit eū, qa pilosæ ma Infr 27. g.46.
nus similitudinē maioris expresserant.
24 Benedicens ergo illi, Ait: Tu es filius
25 me⁹ Esau? Rñdit: Ego sum. At ille: Af-
D fer mihi, inqt, cibos de venatione tua.
fili mi, vt benedicat tibi aīa mea. Quos
cum oblatos comedisset, obtulit ei etiā
26 vinū, quo hausto, Dixit ad eū: Accede
27 ad me, & da mihi osculū, fili mi. Acces
sit, & osculatus est eū. Statimq; vt sen-
sit vestimentorū illius fragrantiā, bene-
dicēs illi, ait: Ecce odor filij mei sicut -10.
28 odor agri pleni, cui bñdixit Dñs: Det -5.
tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine
29 terrę, abundantiā frumenti & vini*. Et * & olei.
seruiant tibi ppli, & adorent te tribus:
esto dñs fratrū tuorū, & incuruent an-
E te te filij matris tuæ. qui maledixerit ti
bi, sit ille maledictus: & qui benedixe-
30 rit tibi, benedictionib⁹ repleatur. Vix
Isaac sermonē impleuerat. Et egresso Ia
31 cob foras venit Esau, coctosq; de vena
tione cibos intulit patri dicēs: Surge pr

mi, & comede de venatione filij tui, vt
32 bñdicat mihi aīa tua. Dixitq; illi Isa- -7.
ac. Quis enim es tu? Qui rñdit: Ego sum
33 filius tu⁹ primogenitus Esau. Expauit
Isaac stupore vehementi: &, vltra quā
credi potest, admirans, ait: Quis igit ille
est q dudū captā venationē attulit mi-
hi, & comedi ex oībus prius q̄ tu veni-
34 res? benedixiq; ei, & erit bñdict⁹. Au-
ditis Esau sermonib⁹ patris, irrugiit cla-
more magno: & consternatus ait: Bene
35 dic etiā & mihi pr mi. Qui ait: Venit
germanus tuus fraudulenter & accepit
36 benedictionem tuā. At ille subiunxit:
F Iustè vocatū est nomen eius Iacob, sup
plantauit enim me en altera vice: ‖ pri- ‖ Sup. 25. d.35.
mogenita mea antè tulit, & nunc scdō
surripuit benedictionē meā. Rursumq;
ad prēm: Nūqd nō reseruasti, ait, & mi
37 hi benedictionem? Rñdit Isaac: dñm
tuū illū cōstitui, & oēs fratres eius serui
tuti illius subiugaui: frumento & vino
*stabiliui eum, & tibi post hęc, fili mi, * & oleo.
38 vltrà quid faciā? Cui Esau: Nū vnam,
inquit, tm benedictionem habes pater?
mihi quoq; obsecro vt bñdicas. Cumq;
39 eiulatu magno fleret, Motus Isaac di-
xit ad eum: ‖ In pinguedine terræ & in ‖ Heb. 11. d.17.
40 rore cęli dēsuper erit benedictio tua.
Viues in gladio, & fratri tuo seruies:
tēpusq; veniet cū excutias & soluas iu-
41 gū eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo
G semp Esau Iacob pro benedictione qua
benedixerat ei pr: dixitq; in corde suo:
‖ Venient dies luctus pris mei, & occidā ‖ Abd. 1. a. *vt 7.
42 Iacob fratrē meū. Nuntiata sunt hęc* *verba
Rebeccę: q mittens, & vocās Iacob filiū
suū, dixit ad eū: Ecce Esau frater tu⁹ mi-
43 nat vt occidat te. Nūc ergo fili mi, au-
di vocē meā, & consurgēs fuge ad Labā
44 fratrē meū in Haran: Habitabisq; cū
eo dies paucos, donec requiescat furor
45 fratris tui. Et cesset indignatio eius,
obliuiscaturq; eorum q̄ fecisti in eum.
postea mittā, & adducā te inde huc. cur
46 vtroq, orbabor filio ī vno die? Dixitq; Sup. 26. g.35.
Rebecca ad Isaac: Tędet me vitæ meæ
pp filias Heth: si acceperit Iacob vxo-
rem de stirpe huius terræ, nolo viuere:

CAP. XXVIII.

1 VOcauit itaq; Isaac Iacob, & bñdi-
A xit eū, pcepitq; ei dicēs: Noli acci-
2 pere coniugē de genere Chanáan: sed
vade, & pficiscere in Mesopotamiā Sy-
riæ, ad domū Bathuel pris mris tuæ, &

accipe tibi inde vxoré de filiabus Labá
3 auunculi tui. ¶Deus aút oṗs bñdicat ti
bi,& crescere te faciat atq; multiplicet
4 vt sis in turbas populorum. ¶Et det tibi
benedictiones Abrahæ, & semini tuo
post te: vt possideas terrá peregrinatióis
5 tuę quá pollicitus est auo tuo. ¶‖Cúq;
dimisisset eú Isaac, ꝓfectus peruenit in
Mesopotamiá Syriæ ad Laban filiú Ba-
6 thuel Syri, frém Rebeccę mřis suæ. ¶Vi
B dens aút Esau ꝙ bñdixisset př suus Ia-
cob,& misisset eú in Mesopotamiá Sy-
rię,vt inde vxoré duceret:& ꝙ post bñ-
dictioné ꝑcepisset ei, dicés: Nó accipies
7 vxorem de filiabus Chanáá: ¶quodq;
obediés Iacob parétibus suis isset in Sy
8 riá: ¶probans quoq; ꝙ nó libéter aspice
9 ret filias Chanáan pater su⁹. ¶Iuit ad If
mahelé, & duxit vxorem absq; iis quas
prius habebat, Maheleth filiá Ismahel
10 filij Abrahá, sororem Nabaioth. ¶Igitur
egressus Iacob de Bersabee, ꝑgebat Ha-
11 ran. ¶Cúq; venisset ad quendá locú, &
vellet in eo requiescere post solis occu-
C bitú, tulit de lapidib⁹ q iacebát,& sup-
ponés capiti suo, dormiuit í eodé loco.
12 ¶Viditq; in somnis scala stanté sup ter
rá, & cacumé illius tangés cęlú. angelos
quoq; Dei ascédétes & descédétes ꝑ eá:
13 ¶Et Dñm innixú scalę dicété sibi, ‖Ego
sum Dñs Deus Abrahá přis tui,& Deus
Isaac. Terrá in qua dormis, tibi dabo &
14 semini tuo. ¶Eritq; semé tuú quasi pul
uis terrę: ‖dilataberis ad Oriété & Occi-
détem & Septentrioné, & Meridiem:&
‖BENEDICENTVR IN TE & in se
15 mine tuo cúctæ tribus terræ. ¶Et ero cu
stos tuus quocunq; perrexeris, & educá
te in terram hác: nec dimittá nisi com-
16 pleuero vniuersa q̃ dixi. ¶Cumq; euigi-
lasset Iacob de somno, ait: Veré Dñs est
17 in loco isto,& ego nesciebá. ¶Pauésq;,
D Quàm terribilis est, inquit, locus iste?
nó est hic aliud nisi domus Dei,& por-
18 ta cęli. ¶Surgens ergo Iacob mané, tulit
lapidé, quem supposuerat capiti suo,&
erexit in titulú, fundens oleú desuper.
19 ¶Appellauitq; nomé vrbis Beth-el, quæ
20 prius Luza vocabat̃. ¶Vouit ét votú, di-
cens: Si fuerit Dñs mecú, & custodierit
me in via ꝑ quá ego ambulo,& dederit
mihi pané ad vescédú, & vestimétú ad
21 induendú: ¶reuersusq; fuero ꝓspere
ad domú patris mei: erit mihi Dñs in
22 Deú. ¶Et lapis iste qué erexi in titulum,
23 vocabitur Domus ¶Dei cunctorumq;
quæ dederis mihi, decimas, offerá tibi.

CAP. XXIX.

1 PRofectus ergo Iacob venit in terrá
A Oriétalé. ¶Et vidit puteú í agro tres
2 quoq; greges ouiú accubátes iuxta eú:
ná ex illo adaquabant̃ pecora, & os ei⁹
3 grádi lapide claudebat̃. ¶Morisq; erat
vt cúctis ouib⁹ cógregatis deuoluerent
lapidé, & refectis gregib⁹ rursum sup os
4 putei ponerét. ¶Dixitq; ad pastores: Fra
tres, vnde estis? Qui rñderút. De Haran.
5 ¶Quos interrogans: Nunq̃d, ait, nostis
Laban filiú Nachor? Dixerút: Nouim⁹.
6 ¶Sanúsue est inqt? Valet, inquiút:& ec
ce Rachel filia eius venit cú grege suo.
7 ¶Dixitq; Iacob: Adhuc multú diei sup
est, nec est tépus vt reducant̃ ad caulas
greges: date anté potú ouibus, & sic eas
8 ad pastum reducite. ¶Qui rñderút: Nó
possum⁹, donec oia pecora congregent̃,
& amoueamus lapidé de ore putei, vt
9 adaquemus greges. ¶Adhuc loquebant̃
B & ecce Rachel veniebat cú ouibus přis
10 sui: ná gregé ipsa pascebat. ¶Quá cùm
vidisset Iacob, & sciret consobriná suá,
ouesq; Laban auúculi sui: amouit lapi
11 dé quo pute⁹ claudebat̃. ¶Et adaquato
grege osculat⁹ est eá:& eleuata voce fle
12 uit, ¶Et indicauit ei ꝙ frater esset patris
sui, & filius Rebeccæ: at illa festinás nú
13 tiauit pří suo. ¶Qui cùm audisset venis
se Iacob filiú sororis suę, occurrit obuiá
ei: cóplexusq; eú,& in oscula rués, du-
xit in domú suá. Auditis aút causis iti-
14 neris, ¶Rñdit: Os meú es, & caro mea.
Et postq̃ impleti sunt dies mésis vnius,
15 ¶Dixit ei: Num quia frater meus es, gra
tis seruies mihi? dic quid mercedis ac-
16 cipias. ¶Habebat veró duas filias, no-
mé maioris Lia: minor veró appellaba-
17 tur Rachel. ¶Sed Lia lippis erat oculis:
Rachel decora facie, & venusto aspe-
18 ctu. ¶Quam diligés Iacob, ait: Seruiam
C tibi ꝓ Rachel filia tua minore septem
19 annis. ¶Rñdit Laban: Melius est vt tibi
eá dem q̃ alteri viro: mane apud me.
20 ¶Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septé
annis:& videbantur illi pauci dies præ
21 amoris magnitudine. ¶Dixitq; ad La-
ban: Da mihi vxorem meá: qa tempus
22 impletú est, vt ingrediar ad illá. ¶Qui
vocatis multis amicorú turbis ad cóui-
23 uium, fecit nuptias. ¶Et vespeté Liam
24 filiam suam introduxit ad eú. ¶das an

cillam filię Zelphā noīe. Ad quam cū
25 ex more, Iacob fuisset ingressus, facto
mane vidit Liam: & dixit ad socerum
–6 suū, Quid est *quod facere voluisti?
*hoc 5. nonne pro Rachel seruiui tibi? quare
*Liam 8. 26 *imposuisti mihi? Rńdit Laban: Non
est in loco nro consuetudinis, vt mino-
27 res antè tradamus ad nuptias. Imple
hebdomadā dierum huius copulæ: &
D hāc quoq; dabo tibi ꝓ ope quo seruitu
28 rus es mihi septē annis aliis. Acquie-
uit placito: & hebdomada trāsacta, Ra-
29 chel duxit vxorē: cui pater seruā Balā
30 tradiderat. Tandemq; potitus optatis
nuptiis, amorē sequētis priori prętulit:
31 seruiēs apud eum septē annis aliis. Vi
dēs aūt Dñs q̄ despiceret Liam, aperuit
vuluā eius, sorore sterili permanente.
32 Quæ conceptū genuit filiū, vocauitq;
nomē eius Ruben, dicēs: Vidit Dñs hu-
militatē meā, nūc amabit me vir me⁹.
33 Rursumq; concepit & peperit filiū, &
E ait: Qm̄ audiuit me Dñs haberi contē-
ptui, dedit etiā istū mihi: vocauitq; no
34 mē eius Simeō. Cōcepitq; tertiò, & ge-
nuit aliū filiū, dixitq;: Nūc quoq; copu
labit̄ mihi marit⁹ me⁹, eò q̄ peperim
ei tres filios: & idcirco appellauit nomē
35 eius Leui. Quartò cōcepit, & peperit fi-
Matt. 1. a. 2. liū, & ait: Modò confitebor Dño, & ob
hoc vocauit eū Iudā, cessauitq; parere.

CAP. XXX.

1 CErnens autem Rachel q̄ infœcun-
A da esset, inuidit sorori suæ, & ait
marito suo: Da mihi liberos, alioquin
2 moriar. Cui iratus rńdit Iacob. Nū pro
Deo ego sum, q̄ priuauit te fructu ven-
3 tris tui? At illa, Habeo, inqt famulam
Balā: ingredere ad illā, vt pariat sup ge-
4 nua mea, & habeam ex illa filios. De-
5 ditq; illi Balā in cōiugiū: q̄ ingresso ad
6 se viro, concepit & peperit filiū. Di-
xitq; Rachel: Iudicauit mihi Dñs, &
exaudiuit vocē meā, dans mihi filiū, &
7 idcirco appellauit nomē ei⁹ Dan. Rur-
sumq; Bala concipiens, peperit alterū,
8 ꝓ quo ait Rachel: Cōparauit me dñs
B cū sorore mea & inualui: vocauitq; eū
9 Nephtali. Sentiens Lia q̄ parere desijs-
set, Zelphā ancillā suā marito tradidit.
10 Qua post cōceptū edente filiū, dixit:
11 Fœliciter, & idcirco vocauit nomē eius
12 Gad. Peperit quoq; Zelpha alterum.
13 Dixitq; Lia: Hoc ꝓ beatitudine mea:
*omnes Beatā quippe me dicēt *mulieres. ꝓpte-
14 reà appellauit eū Aser. Egressus autem
Ruben tēpore messis triticeę in agrum,
reperit mandragoras: quas matri Liæ
detulit. Dixitq; Rachel, Da mihi partē
15 de mādragoris filij tui. Illa rńdit: Pa-
rúmne tibi videtur, q̄ pręripueris mari
C tū mihi, nisi etiā mandragoras filij mei
tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecū hac
16 nocte ꝓ mandragoris filij tui. Redeū-
tiq; ad vesperā Iacob de agro egressa est
in occursum eius Lia, & ait: Ad me, in-
quit, intrabis: qa mercede cōduxi te ꝓ
mandragoris filij mei. Dormiuitq; cū
17 ea, nocte illa. Et exaudiuit Deus pces
eius: cōcepitq; & peperit filiū quintū,
18 & ait: Dedit De⁹ mercedē mihi, qa de-
di ancillā meā viro meo, appellauitq;
19 nomē eius Issachar. Rursum Lia cōci-
20 piens, peperit sextum filiū, & ait Dota
uit me Deus dote bona: ét hac vice me-
cum erit maritus meus, eò q̄ genuerim
ei sex filios, & ideirco appellauit nomē
21 eius Zabulon. Post quē peperit filiam,
22 noīe Dinā. Recordatus quoq; Dñs Ra-
D chelis exaudiuit eam, & aperuit vuluā
23 eius. Quæ cōcepit & peperit filium di-
cens: Abstulit Deus opprobrium meū.
24 Et vocauit nomen eius Ioseph, dicēs.
25 Addat mihi Dñs filiū alterum. Nato
aūt Ioseph, dixit Iacob socero suo: Di-
mitte me vt reuertar in patriā meā, &
26 ad terrā meā. Da mihi vxores, & libe- –10
ros meos, ꝓ quib⁹ seruiui tibi, vt abeā:
tu verò nosti seruitutē qua seruiui ti- –3.
27 bi. Ait illi Laban: Inueniā gratiam in
conspectu tuo: experimento didici qa
28 benedixerit mihi Deus ꝓpter te: con-
stitue mercedem tuam quā dem tibi:
29 At ille rńdit: Tu nosti qūo seruierim
E tibi, & quāta in manib⁹ meis fuerit pos
30 sessio tua. Modicum habuisti antequā
venirem ad te, & nunc diues effectus –7.
es: bńdixitq; tibi De⁹ ad introitū meū:
iustū est igit̄ vt aliqñ prouideā *domui *etiam 3
31 meæ. Dixitq; Laban: Quid tibi dabo?
At ille ait: Nihil volo: sed si feceris qđ
postulo, iterū pascā, & custodiā pecora
32 tua. Gyra oēs greges tuos, & separa cun
ctas oues varias, & sparso vellere: & qđ
cūq; fuluū & maculosum, variūq; fue
rit tam in ouibus q̄ in capris, erit mer-
33 ces mea. Rńdebitq; mihi cras iustitia
mea, qñ placiti tēpus aduenerit corā te:
& oīa quę non fuerint varia, & macu-
losa, & fulua, tā in ouibus q̄ in capris,

F furti me argues. Dixitq; Laban: Gra-
34 tum habeo qđ petis. Et separauit in
35 die illa capras, & oues, & hyrcos, & arie
tes varios. atq; maculosos: cunctū autē
gregē vnicolorē, id est albi & nigri vel-
leris, tradidit in manu filiorū suorum.
36 Et posuit spatiū itineris triū dierū inter
se & generū, qui pascebat reliquos gre-
37 ges eius. Tollens ergo Iacob virgas po-
puleas virides, & amygdalinas, & ex
platanis, ex parte decorticauit eas: de-
tractis corticib⁹, in his q̃ spoliata fue-
rāt, candor apparuit: illa verò q̃ integra
fuerāt, viridia ꝑmanserunt: atq; in hūc
38 modum color effectus est varius. Po-
suitq; eas in canalib⁹, vbi effundebatur
aqua, vt cùm venissent greges ad biben
dū, ante oculos haberēt virgas, & ĩ aspe
39 ctu earū cōciperent. Factūq; est vt in
G ipso calore coit⁹ oues intuerentur virgas,
& parerēt maculosa, & varia, & diuerso
40 colore respersa. Diuisitq; gregē Iacob,
& posuit virgas in canalib⁹ ante oculos
arietū: erāt aūt alba & nigra quęq; La-
ban: cætera verò, Iacob separatis inter
41 se gregib⁹. Igitur qñ primo tpe ascēdebā
tur oues, ponebat Iacob virgas ĩ canali
bus aquarū ante oculos arietū & ouiū,
42 vt in earū contēplatione cōciperēt. qñ
verò serotina admissura erat, & concep-
tus extremus, nō ponebat eas. Factaq;
sunt ea q̃ erāt serotina, Laban, & q̃ pri-
43 mi tēporis, Iacob. Ditatusq; est homo
vltra modū, & habuit greges multos,
ancillas & seruos, camelos & asinos.

CAP. XXXI.

1 POstquā autē audiuit verba filiorum
A Laban dicentiū, Tulit Iacob oīa q̃
fuerunt pris nri, & de illi⁹ facultate di
2 tatus, factus est inclytus: Animaduer-
tit quoq; faciem Laban, quòd nō esset
3 erga se sicut heri & nudiustertius, Ma
ximè dicēte sibi Dño: Reuertere in ter
rā patrū tuorum, & ad generatione tuā,
4 eroq; tecū. Misit, & vocauit Rachel &
5 Liam in agrū, vbi pascebat greges, Di-
xitq; eis. Video faciē patris vestri, q nō
sit erga me sicut heri & nudiustertius.
6 De⁹ aūt pris mei fuit mecū. Et ipsæ no
stis q totis viribus meis seruierim patri
7 vestro. Sed & pater vester circumuēnit
me & mutauit mercedē meā decē vici-
bus: & tñ non dimisit eum Deus vt no
8 ceret mihi. Si qñ dixit: Variç erūt mer
cedes tuæ: pariebāt oēs oues varios fœ-
tus. qñ verò econtrario ait: Alba quæq;
accipies ꝑ mercede, oēs greges alba pe-
9 pererunt. Tulitq; Deus substantiā pa-
10 tris vestri, & dedit mihi. Postquā enim
B cōceptus ouiū tēpus aduenerat leuaui
oculos meos, & vidi in somnis ascēden
tes mares sup fęminas varios & macu-
11 losos, & diuersorū colorū. Dixitq; an-
gelus Dei ad me in somnis, Iacob? Et
12 ego respondi, Adsum. Qui ait: Leua
oculos tuos, & vide vniuersos masculos
ascendētes sup fęminas, varios, macu-
losos, atq; respersos. Vidi enim oīa quæ
13 fecit tibi Labā. Ego sum Deus Beth-el,
vbi vnxisti lapidē, & votū vouisti mi-
hi. Nūc ergo surge, & ęgredere de terra
hac reuertens in terrā natiuitatis tuæ.
14 Rñderūtq; Rachel & Lia: Nūquid ha-
bemus residui quicquā in facultatib⁹,
15 & hæreditate domus patris nostri? Nō
ne quasi alienas reputauit nos, & vēdi-
16 dit, comeditq; pretiū nostrū? Sed Deus
tulit opes patris nri, & eas tradidit no
bis, ac filiis nostris: vnde oīa q̃ pręcepit
17 tibi Deus, fac. Surrexit itaq; Iacob: &
C impositis liberis, ac cōiugibus suis sup
18 camelos, abiit. Tulitq; omnē substā-
tiā suā, & greges, & quicqd in Mesopo-
tamia acquisierat, pergēs ad Isaac patrē
19 suū in Terram-Chanaan. Eo tpe ierat
Labā ad tondendas oues, & Rachel fu-
20 rata est idôla patris sui. Noluitq; Ia-
21 cob cōfiteri socero suo q fugeret, Cum
que abisset tā ipse q̃ omnia quæ iuris
sui erant, & āmne trāsmisso pgeret con
22 tra Montem-Galaad. Nunciatū est La
23 bā die tertio q fugeret Iacob. Qui as-
sumptis fratrib⁹ suis, persecutus est eū
diebus septem: & comprehendit eū in
24 Monte-Galaad. Viditq; in somnis di-
D centē sibi Dñm: Caue ne quicquā aspe-
25 rè loquaris contra Iacob. Iamq; Iacob
extēderat in Monte tabernaculū: Cum
que ille consecutus fuisset eum cū fra-
tribus suis, in eodē Monte-Galaad fixit
26 tentoriū. Et dixit ad Iacob. Quare ita
egisti, vt clā me abigeres filias meas qua
27 si captiuas gladio? Cur ignorāte me fu
gere voluisti: nec indicare mihi: vt pro-
sequerer te cū gaudio, & cāticis, & tym
28 panis, & citharis? Nō es passus vt oscu-
larer filios meos & filias: stultè opera-
29 tus es: & nūc quidē, Valet manus mea
reddere tibi malū: sed Deus pris vestri he
ri dixit mihi: Caue ne loquaris contra

30 Iacob quicquã durius.¶Esto,ad tuos ire
cupiebas, & desiderio erat tibi domus
31 patris tui:cur furatus es Deos meos? ¶Rñ
dit Iacob:Quòd inscio te ꝓfectus sum,
timui ne violenter auferres filias tuas.
32 ¶Qđ aũt furti me arguis: apud quencũ
E que inueneris deos tuos,necet̃ corã fra-
tribus nostris,scrutare, quicquid tuorum
apud me inueneris*aufer.hęc dicẽs igno (*& 6.)
33 rabat ꝙ Rachel furata esset idôla. ¶In-
gressus itaq; Labã tabernaculũ Iacob,
& Liæ,& vtriusq; famulę, non inuenit.
Cumq; intrasset tentorium Rachelis.
34 ¶Illa festinans abscondit idôla subter (Gen. op. 28 d. 18.)
stramenta cameli,& sedit désup : scru-
tantiq; oẽ tentoriũ, & nihil inueniẽti.
35 ¶Ait; Ne irascatur Dñs meus, ꝙ coram
te assurgere nequeo:qa iuxta consuetu-
dinem fœminarũ nũc accidit mihi: sic
36 delusa solicitudo qrentis est.¶Tumẽsq;
Iacob,cum iurgio ait : Qua ob culpam
meã, & ob quod peccatũ meũ sic exar-
37 sisti post me, ¶Et scrutatus es oẽm supel
lectilem meã? Quid inuenisti de cũcta
substantia domus tuę? pone hic coram
fratribus meis, & fratribus tuis,& iudi
38 cent inter me & te. ¶Idcirco viginti an-
nis fui tecum, oues tuę & capręsteriles
non fuerunt,arietes gregis tui nõ comẽ
39 di:¶Nec captũ à bestia ostendi tibi,ego
F dãnum oẽ reddebã : quicqd furtum pe-
40 ribat à me exigebas:¶Die noctuq; æstu
vrebar,& gelu , fugiebatq; somnus ab
41 oculis meis.¶Sicq; per viginti annos in
domo tua seruiui tibi , quatuordecim
pro filiabus,& sex pro gregib⁹ tuis:Im-
mutasti quoq; mercedẽ meã decem vi-
42 cibus.¶Nisi Deus patris mei Abrahã &
timor Isaac affuisset mihi,forsitan mo-
do nudũ me dimisisses:afflictionẽ meã
& laborem manuum mearum respexit
43 Deus,& arguit te heri . ¶Rñdit ei Labã:
Filiæ meæ & filij, & greges tui , & oĩa q̃
cernis,mea sunt: *quid possum facere fi (*Sed 7.)
44 lijs & nepotibus meis: ¶Veni ergo & in
eamus fœdus : vt sit in testimoniũ inter
45 me & te.¶Tulit itaq; Iacob lapidem &
46 erexit illũ in titulum.¶Dixitq; fratrib⁹
suis : Afferte lapides.Qui congregantes
fecerunt tumulum,comederuntq; sup
47 eũ.¶Quem vocauit Laban,Tumulum-
testis, & Iacob , Aceruum testimonij,
48 vterq; iuxta proprietatẽ linguę suę.¶Di
G xitq; Labã : Tumulus iste erit testis in-
ter me & te hodie , & idcirco appellatũ
est nomẽ eius Galaad, idest, Tumulus-
49 testis . * ¶Intueat̃ & iudicet Dominus (*Et adiecit Labã.)
50 inter nos qñ recesserimus à nobis, ¶Si
afflixeris filias meas, & si introduxeris
alias vxores sup eas: null⁹ sermonis no
stri testis est absq; Deo , qui præsens re-
51 spicit.¶Dixitq; rursus ad Iacob · En tu-
mulus hic, & lapis quẽ erexi inter me
52 & te,¶Testis erit: tumulus , inquã , iste
& lapis sint in testimonium , si aut ego
transiero illũ pergens ad te,aut tu præ-
53 terieris malũ mihi cogitãs.¶Deus Abra
ham, & De⁹ Nachor iudicet inter nos,
Deus patris eorũ . Iurauit ergo Iacob p
54 timorẽ patris sui Isaac : ¶Immolatisq;
victimis in monte, vocauit fratres suos
vt ederent panẽ. Qui cum comedissent
55 manserũt ibi.¶Laban verò de nocte cõ-
surgẽs,osculat⁹ est filios & filias suas,&
bñdixit illis : reuersusq; est i locũ suũ.

CAP. XXXII.

1 IAcob* autẽ abiit in itinere quod cœ- (Infrà 48. c. 16.)
A perat: fueruntq; ei obuiã Angeli Dei. (* quoq; ?)
2 ¶Quos cũ vidisset, ait: Castra Dei sunt
hęc. & appellauit nomẽ loci illius Ma
3 hanaim, idest, Castra. ¶Misit aũt & nũ-
tios ante se ad Esau fratrẽ suũ in terrã
4 Seir, in regionẽ Edom : ¶Pręcepitq; eis
dicens : Sic loquimini dño meo Esau:
Hęc dicit frater tuus Iacob: Apud Labã
peregrinat⁹ sum, & fui vsq; in pręsentẽ
5 diem :¶Habeo boues & asinos & oues,
& seruos, & ancillas : mittoq; nunc le-
B gationem ad dñm meum. vt inueniam
6 gratiam in conspectu tuo.¶Reuersique
sunt nuntij ad Iacob dicẽtes: Venimus
ad Esau fratrem tuum,& ecce properat
in occursum tuum cũ quadringentis vi
7 ris.¶Timuit Iacob valdè : & perterritus
diuisit ppl'm qui secũ erat,greges quoq;
& oues & boues & camelos in duas tur
8 mas,¶Dicẽs:Si venerit Esau ad vnã tur-
mam, & pcusserit eã , alia turma q̃ reli-
9 qua est,saluabit̃.¶Dixitq; Iacob.De⁹ pa
tris mei Abraham , & Deus patris mei
Isaac:Dñe q̃ dixisti mihi : Reuertere in
C terrã tuã , & in locũ natiuitatis tuæ , &
10 bñfaciã tibi.¶Minor sum cũctis misera
tionibus tuis,& veritate tua quã exple
uisti seruo tuo . In baculo meo trãsiui
Iordanẽ istũ : & nũc cũ duabus turmis
11 egredior . ¶Erue me de manu frĩs mei
Esau,quia valde eũ timeo: ne forte ve-
12 niẽs percutiat matrẽ cũ filijs, ¶Tu locu
tus es ꝙ bñfaceres mihi, & dilatares se-

mé meū ſicut arenã maris, q̃ prę multi-
13 tudine numerari nõ poteſt. ¶Cúq; dor-
D miſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his q̃
14 habebat, munera Eſau fratri ſuo, ¶Ca-
pras ducẽtas, hircos viginti, oues ducẽ-
15 tas, & arietes viginti. ¶Camelos fœtas cū
pullis ſuis triginta, vaccas quadragin-
ta, & tauros viginti, aſinas viginti, &
16 pullos earū decem. ¶Et miſit per man⁹
ſeruorum ſuorū ſingulos ſeorſum gre-
ges, dixitq; pueris ſuis: Antecedite me,
17 & ſit ſpatium inter gregẽ & gregem, ¶Et
præcepit priori, dicens, Si obuiũ habue
ris fratrem meum Eſau, & interrogaue-
E rit te, Cuius es? aut, Quò vadis: aut, Cu-
18 ius ſunt iſta quæ ſequeris: ¶rñdebis. Ser
ui tui Iacob, munera miſit dño ſuo E-
19 ſau: ipſe quoq; poſt nos venit. ¶Simili-
ter dedit mandata ſecundo, & tertio, &
cunctis qui ſequebant᷑ greges, dicens,
Iiſdem verbis loquimini ad Eſau, cùm
20 inueneritis eū. ¶Et addetis: Ipſe quoq;
ſeruus tuus Iacob, iter nr̃m inſequitur.
dixit enim: Placabo illum muneribus
quæ p̃cedunt, & poſtea videbo illū, for
21 ſitan propitiabitur mihi. ¶Præceſſerunt
itaq; munera ante eū, ipſe verò manſit
22 nocte illa in caſtris. ¶Cumq; ˟maturè˟
ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & to
F tidem famulas cū vndecim filiis, & trã
23 ſiuit Vadū-Iaboc. ¶Traductiſq; oĩbus
24 quæ ad ſe pertinebant, ¶mãſit ſolus: &
ecce vir luctabatur cum eo vſq; manè.
25 ¶Qui cùm videret, q̈ eum ſuperare non
poſſet, tetigit neruū femoris eius, & ſta-
26 tim emarcuit. ¶Dixitq; ad eū: Dimitte
me, iam enim aſcendit aurora. Rñdit:
Non dimittã te, niſi benedixeris mihi.
27 ¶Ait ergo: Quod nomẽ eſt tibi? Rñdit,
28 Iacob. ¶At ille, Nequaquam, inquit, Ia-
cob appellabit᷑ nomẽ tuum, ſed Iſraël:
qm̃ ſi contra Deum fortis fuiſti, quan-
29 tò magis contra hoĩes pręualebis? ¶In-
G terrogauit eum Iacob: Dic mihi quo ap
pellaris noĩe? Rñdit: Cur quæris nomẽ
meum*? Et benedixit ei in eodẽ loco.
30 ¶Vocauitq; Iacob nomẽ loci illius Pha
nûel, dicens: Vidi Dñm facie ad faciẽ,
31 & ſalua facta eſt aĩa mea. ¶Ortuſq; eſt
ei ſtatim ſol, poſtq̃ tranſgreſſus eſt Pha-
32 nûel: ipſe verò claudicabat pede. ¶Quã
ob cauſam non comedunt neruū filij
Iſraël, q emarcuit in femore Iacob vſq;
in præſentem diem, eò q̈ tetigerit ner-
uum femoris eius, & obſtupuerit.

CAP. XXXIII.

1 Eleuãs aūt Iacob oculos ſuos, vidit
A venientem Eſau, & cū eo quadrin-
gentos viros: diuiſitq; filios Liæ & Ra-
2 chel, ambarūmq; famularū: ¶& poſuit
vtramq; ancillam, & liberos earum in
principio: Liam verò & filios eius in ſe
cundo loco: Rachel aūt & Ioſeph nouiſ
3 ſimos. ¶Et ipſe progrediens adorauit ꝓ
nus in terram ſepties, donec appropin-
4 quaret frater eius. ¶Currẽs itaq; Eſau ob
uiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum,
ſtringenſq; collū eius, & oſculans fle-
5 uit. ¶Leuatiſq; oculis vidit mulieres &
paruulos earum, & ait, Quid ſibi volūt
iſti? & ſi ad te ptinent? Rñdit: Paruuli
B ſunt quos donauit mihi De⁹ ſeruo tuo.
6 ¶Et appropinquantes ancillę & filij ea-
7 rum ĩcuruati ſunt. ¶Acceſſit quoq; Lia
cū pueris ſuis: & cum ſimiliter adoraſ-
ſent, extremi Ioſeph & Rachel adora-
8 uerunt. ¶Dixitq; Eſau: Quænam ſunt
iſtæ turmę quas obuiam habui? Rñdit:
Vt inuenirem gratiã coram dño meo.
9 ¶At ille ait, Habeo plurima frater mi,
10 ſint tua tibi. ¶Dixitque Iacob: Noli ita
obſecro: ſed ſi inueni gatiam in oculis
tuis, accipe munuſculum de manibus
C meis. ſic enim vidi faciẽ tuam, quaſi vi
derim vultum Dei: eſto mihi propiti⁹,
11 ¶& ſuſcipe benedictionẽ quam attuli ti
bi, & quã donauit mihi Deus tribuens
oĩa. Vix fratre compellente ſuſcipiens,
12 ¶ait, Gradiamur ſimul, eroq; ſocius iti-
13 neris tui. ¶Dixitq; Iacob, Noſti dñe mi
q̈ paruulos habeam teneros, & oues &
boues fętas mecū: quas ſi plus in ambu
lando fecero laborare, morient᷑ vna die
14 cuncti greges. ¶Præcedat dñs meus an-
te ſeruū ſuum: & ego ſequar paulatim
veſtigia ei⁹, ſicut videro paruulos meos
poſſe, donec veniam ad dñm meum in
15 Seir. ¶Rñdit Eſau: Oro te, vt de pplo qui
mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant viç
tuæ. Nõ eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tm̃
indigeo, vt inueniam gratiam in cõſpe
16 ctu tuo dñe mi. ¶Reuerſus eſt itaq; illo
die Eſau itinere quo venerat in Seir.
17 ¶Et Iacob venit in Socoth: vbi ędificata
D domo & fixis tentoriis, appellauit no-
men loci illius Socoth, id eſt, taberna-
18 cula. ¶Tranſiuitq; in Salem vrbem Si-
chimorum, quæ eſt in terra-Chanaán,
poſtq̃ reuerſus eſt de Meſopotamia Sy-
19 rię: & habitauit iuxta oppidū. ¶Emitq;

partem

partem agri ĩ qua fixerat tabernacula,
à filiis Hemor patris Sichem centum
20 agnis.¶Et erecto ibi altari,inuocauit su
per illud fortissimum Deum Israël.

CAP. XXXIIII.

1 EGressa est aũt Dina filia Liæ vt vide
A ret mulieres regionis illius. ¶ Quã
2 cũ vidisset Sichẽ filius Hemor Heuæi,
princeps terræ illius,adamauit-eam[1]:
& rapuit, & dormiuit cũ illa, vi oppri-
3 mẽs virginẽ.¶Et cõglutinata est aïa eius
4 cũ ea, tristéq; deliniuit blanditijs. ¶ Et
pergẽs ad Hemor patrẽ suũ, Accipe, in-
5 quit,[1]mihi puellã hãc coniugẽ. ¶ Quod
cũ audisset Iacob absentibus filijs,& in
pastu pecorũ occupatis, siluit donec re
6 dirent.¶Egresso aũt Hemor patre Sichẽ
7 vt loqueretur ad Iacob, ¶ ecce filij eius
veniebãt de agro, auditoq; quod acci-
derat,irati sũt valde, eò q; fœdã rẽ ope-
ratus esset in Israël, & violata filia Ia-
8 cob,rẽ illicitã perpetrasset. ¶ Loquutus
est itaq; Hemor ad eos: Sichẽ filij mei
adhęsit aïa filiæ vestrę:date eã illi vxo-
9 rẽ. ¶Et iũgamus vicissim cõnubia:filias
vestras tradite nobis, & filias nostras
10 accipite. ¶Et habitate nobiscũ: terra in
B potestate vestra est exercete, negotiami
11 ni & possidete eã.¶Sed & Sichẽ ad patrẽ
& ad fratres eius ait, Inueniã gratiã co-
rã vobis:& quæcunq; statueritis, dabo
12 ¶augete dotẽ, & munera postulate, & li
bẽter tribuã quod petieritis: tantũ date
13 mihi puellã hanc vxorẽ. ¶Responderũt
filij Iacob Sichẽ, & patri eius in dolo, sę
14 uientes ob stuprũ sororis: ¶Non possu-
mus facere quod petitis, nec dare soro-
rẽ nostrã homini incircunciso:quod il-
15 licitũ & nephariũ est apud nos.¶Sed in
hoc valebimus fęderari, si volueritis es
se similes nostri, & circũcidatur in vo-
16 bis oïs masculini sexus. ¶Tũc dabimus
& accipiemus mutuò filias vestras, ac
nostras: & habitabimus vobiscum, eri-
17 musq; vnus populus. ¶ Si aũt circũcidi
C nolueritis, tollemus filiã nostrã, & re-
18 cedemus. ¶ Placuit oblatio eorum He-
19 mor, & Sichẽ filio eius. ¶Nec distulit a-
dolescens quin statim quod petebatur
expleret,amabat enim puellã valde, &
ipse erat inclytus in oï domo prĩs sui.
20 ¶Ingressiq; portam vrbis, locuti sunt ad
21 populũ: ¶Viri isti pacifici sunt, & volũt
habitare nobiscũ: negotientur in terra,
& exerceant eã, q̃ spatiosa & lata culto
ribus indiget: filias eorum accipiemus
22 vxores,& nostras illis dabimus. ¶ Vnũ
est quo differtur tantũ bonũ: Si circũci
damus masculos nostros, ritũ gẽtis imi
23 tantes. ¶ Et substãtia eorũ,& pecora,&
cuncta quæ possident, nostra erunt: tan
tũ in hoc acquiescamus, & habitãtes si
24 mul,vnũ efficiamus populũ. ¶ Assẽsiq;
sunt oẽs, circuncisis cunctis maribus.
25 ¶Et ecce, die tertio qñ grauissimus vul-
D nerũ dolor est,arreptis,duo filij Iacob,
Simeõ & Leui fratres Dinę, gladijs, in-
gressi sunt vrbem confidenter: ‖ interfe ‖ Inf.49. a.6.
26 ctisq; oïbus masculis, ¶Hemor & Sichẽ
pariter necauerũt, tollẽtes Dinã de do-
27 mo Sichẽ sororẽ suã. ¶Quibus egressis ir
ruerunt sup occisos cęteri filij Iacob:&
depopulati sunt vrbẽ in vltionẽ stupri.
28 ¶Oues eorũ & armenta, & asinos, cun-
ctaq; vastãtes quę in domibus & in a-
29 gris erãt, ¶ paruulos quoq; eorũ & vxo-
30 res duxerũt captiuas.¶Quibus perpetra
tis audacter, Iacob dixit ad Simeon &
Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis
me Chananæis & Pherezæis habitato-
ribus terrę huius. nos pauci sumus: illi
cõgregati percutiẽt me, & delebor ego &
31 domus mea. ¶ Responderunt: Nũquid
vt scorto abuti debuere sorore nostra?

CAP. XXXV.

1 INterea locutus est De⁹ ad Iacob: Sur
A ge, & ascende Beth-el, & habita ibi,
facq; altare Deo q̃ ‖ apparuit tibi qñ fu ‖ Sup. 28. a.13.
2 giebas Esau fratrẽ tuũ. ¶Iacob verò con
uocata oï domo sua, ait, Abijcite deos
alienos q̃ in medio vestri sunt,& mun
damini, ac mutate vestimenta vestra.
3 ¶Surgite,& ascẽdamus in Beth-el,vt fa-
ciamus ibi altare Deo, q̃ exaudiuit me
in die tribulationis meæ, & socius fuit
4 itineris mei. ¶ Dederũt ergo ei oẽs deos
alienos quos habebant,& inaures quæ
erant in auribus * eorũ[1]. at ille infodit * earũ S.
eas subter terebinthum,quæ est post vr
5 bẽ Sichem. ¶Cũq; profecti essent, terror
C Dei inuasit oẽs per circuitũ ciuitates,&
6 non sunt ausi persequi recedentes.¶Ve
B nit igitur Iacob Luzã,quæ est in Terra-
Chanáan, cognomento Beth-el: ipse &
7 oïs populus cũ eo. ¶Ædificauitq; ibi al-
tare, & appellauit nomẽ loci illius Do-
mus-Dei: ibi enim ‖ apparuit ei De⁹ cũ ‖ Sup. 28. c.18.
8 fugeret fratrẽ suũ. ¶ Eodem tẽpore mor
tua est Debora nutrix Rebeccę, & sepul
ta est ad radices Beth-el subter quercũ:

voca-

vocatúq; est nomé loci illius, Quercus
9 fletus. ¶ Apparuit aút iterú Deus Iacob
postq̃ reuersus est de Mesopotamia Sy-
‖Sup. 32. f. 28. 10riæ, benedixitq; ei, ¶Dicens: ‖Non voca
beris vltrà Iacob, sed Israël erit nomen
11tuum. Et appellauit eum Isrl, ¶Dixitq;
ei: Ego De⁹ ops, cresce, & multiplicare:
gentes, & populi nationum ex te erunt,
12reges de lumbis tuis egredientur. ¶Ter-
ramq; quá dedi Abrahá & Isaac, dabo
13tibi & semini tuo post te. ¶Et recessit ab
14eo: ¶Ille verò erexit titulú lapideú i lo-
C co quo locut⁹ fuerat ei Deus: libás sup
15eum libamina, & effundens oleú: ¶Vo
16cansq; nomé loci illius Beth-el. ¶Egres-
sus autẽ inde venit verno tpe ad terrá
— 6. quę ducit Ephrátá: in qua cùm parturi-
17ret Rachel, ¶Ob difficultaté partus pe-
riclitari cœpit. Dixitq; ei obstetrix: No
li timere, quia & hunc habebis filium.
18¶Egrediéte aút aía præ dolore, & immi-
néte iá morte, vocauit nomen filij sui
Ben-oni, idest, filius doloris mei: pater
verò appellauit eú Ben-iamin, idest, fi-
19lius dextræ. ¶ Mortua est ergo Rachel,
& sepulta est in via q̃ ducit Ephráthan,
Inf. 48. b. 7. 20hæc est Bethléhé. ¶Erexitq; Iacob titu-
lú sup sepulchrú eius: hic est titul⁹ mo
numéti Rachel, vsq; in præsenté diem.
21 ¶Egressus inde fixit tabernaculum trás
‖Inf. 49. a. 4. 22Turrégregis. ¶ ‖Cùmq; habitaret i illa
regione, abiit Rubé, & dormiuit cú Ba-
la cócubina patris sui: quod illum mi-
nimè latuit. Erát aút filij Iacob duode-
23cim. ¶Filij Lię: primogenitus Ruben, &
D Simeon, & Leui, & Iudas, & Issachar, &
24Zabulon. ¶Filij Rachel: Ioseph & Ben-
25iamin. ¶Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dá
26& Nephthali. ¶Filij Zelphę ancillę Lię:
Gad & Aser, hi sunt filij Iacob qui nati
27sunt ei í Mesopotamia Syriæ. ¶Venit ét
ad Isaac patré suú in Mábre, Ciuitaté-
Arbee, hæc est Hebron: in qua peregri-
28natus est Abrahá & Isaac. ¶Et completi
sunt dies Isaac cétú octoginta annorú.
29¶Cósumptusq; ætate mortu⁹ est: & ap-
posit⁹ est pplo suo senex & plen⁹ dierú:
& sepelierunt eú Esau & Iacob filij sui.

CAP. XXXVI.

1 HÆ sunt aút generationes Esau, ip-
A se est Edom. ¶Esau accepit vxores
2 de filiab⁹ Chanáan: Ada filiá Elon He-
thæi, & Oolibama filiá Anę filię Sebeõ
3 Heuæi. ¶Básemath quoq; filiá Ismahel
4 sororé Nabaioth. ¶ ‖ Peperit auté Ada;
5 Eliphas: Básemath genuit Rahuel: ¶Oo-
libama genuit Iehus, & Ihelõ, & Core.
hi filij Esau q nati sunt ei in terra-Cha
6 náan. ¶Tulit auté Esau vxores suas & fi-
lios & filias, & oém aíam domus suæ,
& substantiá, & pecora, & cuncta q̃ ha-
bere poterat i Terra-Chanáan: & abiit
in alterá regioné, recessitq; à fratre suo
7 Iacob. ¶ ‖ Diuites enim erant valde, & ‖Sup. 13. b. 6.
simul habitare nõ poterant: nec susti-
nebat eos terra peregrinationis eorum
8 præ multitudine gregú. ¶Habitauitq;
9 Esau in Monte-Seir, ipse est Edom. ¶Hę Iosue 24. a. 4.
B aút sunt gñationes Esau patris Edom í
10Monte-Seir, ¶ Et hæc noía filiorú eius. —
‖Eliphaz fili⁹ Ada vxoris Esau: Rahuel ‖1. Par. 1. c. 34.
11quoq; filius Básemath vxoris ei⁹. ¶Fue-
runtq; Eliphaz filij: Themá, Omar, Se-
12pho, & Gathan, & Cenez. *¶Erat autem *& Core
Thána, concubina Eliphaz filij Esau: q̃
peperit ei Amalec. hi sunt filij Ada vxo
13ris Esau. ¶Filij auté Rahuel: Nahath &
Zara, Sãma & Meza. hi filij Básemath
14vxoris Esau. ¶ Isti quoq; erát filij Ooli-
bama filiæ Anæ filiæ Sebeon, vxoris
Esau, quos genuit ei, Ieh⁹ & Ihelom &
15Core. ¶ Hi duces filiorú Esau. Filij Eli-
phaz primogeniti Esau: dux Theman,
dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,
16¶Dux Core, dux Gathá, dux Amalec. hi
filij Eliphaz in Terra-Edom, & hi filij
17Ada. ¶Hi quoq; filij Rahuel filij Esau:
dux Nahath, dux Zara, dux Sãma, dux
Meza. hi auté duces Rahuel in Terra-
Edõ: — isti filij Básemath vxoris Esau. — 3.
18¶Hi autem filij Oolibama vxoris Esau:
dux Iehus, dux Iheló, dux Core. hi du-
ces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau.
19 ¶Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum:
C ipse est Edom. ¶‖Isti sunt filij Seir Hor- ‖1. Par. 1.
20ræi, habitatores Terræ: Lotan, & Sobal, d. 38.
21 & Sebeõ, & Ana, ¶Et Dison, & Aser, &
Disan. hi duces Horræi, filij Seir i Terra-
22Edom. ¶Facti sunt aút filij Lotan: Hori
& Hemam. erat auté soror Lotan Thá-
23na. ¶Et isti filij Sobal: Aluá & Manáhat
24& Ebal & Sepho & Onam. ¶ Et hi filij
Sebeõ: Aia & Ana. Iste est Ana q inue-
nit aquas calidas in solitudine, cùm
25pasceret asinas Sebeon patris sui. ¶Ha-
buitq; filiú Dison, & filiá Oolibama.
26 ¶Et isti filij Dison: Hamdá, & Esebá, &
27Iethrá, & Charan. ¶Hi quoq; filij Eser:
28Balaan, & Zauan, & Acan. ¶Habuit aút
29filios Disan: Hus, & Ará. ¶Hi duces Hor

ræorum:

reorũ: dux Lotã, dux Sobal, dux Sebeõ,
30 dux Ana, Dux Dison, dux Eser, dux
Disan: Isti duces Horrçorũ q̃ imperaue
31 rũt in Terra-Seir. Reges aũt q̃ regna-
D uerunt in Terra-Edom anteq̃ haberent
32 regẽ filij Israël, fuerunt hi. Bela filius
33 Beor, nomenq; vrbis ei⁹ Denába. Mor
tuus est aũt Bela, & regnauit pro eo Io-
34 bab filius Zaræ de Bosra. Cumq; mor
tuus esset Iobab regnauit pro eo Husam
35 de terra Themanorũ. Hoc quoq; mor
tuo, regnauit pro eo Adad fili⁹ Badad,
qui pcussit Madian in Regione Moab:
36 & nomẽ vrbis ei⁹ Auith: Cũmq; mor-
tuus esset Adad, regnauit pro eo Semla
37 de Masreca. Hocquoq, mortuo regna-
uit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.
38 Cũmq; & hic obijsset, successit in re-
39 gnũ Balanan fili⁹ Achobor. Isto quoq;
mortuo regnauit pro eo Adar, nomẽq;
vrbis eius Phau: & appellabat̃ vxor ei⁹
Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.
40 Hæc ergo nomina ducum Esau in co-
gnationibus, & locis, & vocabulis suis:
dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth,
41 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinõ,
42 Dux Cenez, dux Theman: dux Map-
43 sar, Dux Magdiel, dux Hirã: hi duces
Edom habitantes in terra imperij sui,
ipse est Esau pater Idumæorum.

Sup.23. a.6.
Iosue 24. a.4.
1.Par. 1 c.54.
*& Core

CAP. XXXVII.

1 HAbitauit aũt Iacob in Terra-Cha-
A náan, in qua pr̃ suus peregrinatus
2 est. Et hæ sunt gñationes eius: Ioseph
cùm sedecim esset annorum, pascebat
gregẽ cum fratribus suis adhuc puer: &
erat cũ filijs Balç, & Zelphæ vxorũ pr̃is
sui: accusauitq; fratres suos apud pa-
3 trẽ crimine pessimo. Israël aũt dilige-
bat Ioseph sup oẽs filios, eò q̃ in sene-
ctute genuisset eũ: fecitq; ei tunicã po-
4 lymitam. Videntes aũt fratres eius q̃ à
pr̃e plus cunctis filijs amaretur, oderãt
eũ, nec poterãt ei quicq̃ pacificè loqui.
5 Accidit quoq; vt visum somniũ refer-
ret fratribus suis, q̃ causa maioris odij
6 seminariũ fuit. Dixitq; ad eos, Audite
B somniũ meum quod vidi, Putabã nos
7 ligare manipulos in agro, & quasi con-
surgere manipulum meum, & stare, ve
strosq; manipulos circuẽstãtes adorare
8 manipulũ meũ. Rñderũt fratres eius,
Nunquid rex noster eris? aut subijcie-
mur ditioni tuæ? Hæc ergo causa som-
niorũ atq; sermonũ inuidiæ & odij fo-

-3.
1. Par.1 .38.

9 mitem ministrauit. Aliud quoq; vidit
somniũ, quod narrans fratribus, ait, Vi
di p somniũ quasi solẽ, & lunã, & stel-
10 las vndecim adorare me. Qđ cùm pa-
tri suo, & fratrib⁹ retulisset, increpauit
C eum pater suus, & dixit, Quid sibi vult
hoc somniũ quod vidisti? num ego &
mater tua, & fratres tui adorabimus te
11 sup terram? Inuidebãt ei igitur fratres
sui: pater verò rem tacitus cõsiderabat.
12 Cũmq; fratres illius in pascẽdis gregi-
13 bus pr̃is morarentur in Sichem. Dixit
ad eũ Israël, Fratres tui pascunt oues in
Sichimis, veni mittã te ad eos. Quo rñ-
14 dente, Præsto sum: ait ei, Vade, & vide
si cũcta psp̃era sint erga fratres tuos, &
D pecora: & renũtia mihi qđ agatur. Mis-
15 sus de Valle Hebrõ, venit in Sichẽ: In-
uenitq; eũ vir errantẽ in agro, & inter-
16 rogauit qđ q̃reret. At ille rñdit, Fratres
meos q̃ro, indica mihi vbi pascãt greges.
17 Dixitq; ei vir, Recesserũt de loco isto:
audiui aũt eos dicentes. Eamus in Do-
thain. Perrexit itaq; Ioseph post fratres
18 suos, & inuenit eos in Dothain. Qui
cũ vidissent eũ procul anteq̃ accederet
19 ad eos, cogitauerunt illũ occidere. Et
mutuò loquebãtur, Ecce somniator ve
20 nit, Venite occidamus eũ, & mittam⁹
in cisternam veterem: dicemusq;, Fera
E pessima deuorauit eum, & tunc appare
21 bit qđ illi psint somnia sua. Audiẽs
autẽ hoc Ruben, nitebatur liberare eũ
22 de manibus eorum, & dicebat, Non
*interficiatis aĩam ei⁹, nec *effundatis
sanguinẽ, sed proijcite eum in cisternã
*hanc, quç est in solitudine, manusq;
vestras seruate innoxias, hoc aũt dice-
bat, volẽs eripere eũ de manibus eorũ,
23 & reddere patri suo. Confestim igitur
vt puẽnit ad fratres suos, nudauerunt
24 eum tunica talari, & polymita. Mise-
rũtq; eũ i cisternã veterẽ q̃ nõ habebat
25 aquã. Et sedẽtes vt comederẽt panẽ, vi-
derunt Ismahelitas viatores venire de
Galaad, & camelos eorũ portantes aro-
26 mata, & resinã, & stactẽ in Ægyptũ. Di
F xit ergo Iudas frib⁹ suis, Quid nobis p-
dest si occiderim⁹ frẽm nr̃m, & celaue-
27 rimus sanguinem ipsius? Melius est vt
venũdet Ismahelitis, & manus nr̃æ nõ
polluãtur. frater enim, & caro nr̃a est.
28 Acquieuerũt frẽs sermonib⁹ illius. Et
ptereũtib⁹ Madianitis negotiatorib⁹,
extrahẽtes eũ de cisterna, vẽdiderũt eũ

Infr. 42. c.11.
* interficiamus.
*Effundamus.
*Veterẽ.
-8.
Sap. 10. c.13.
Psal.104
*Ismahelitis.

Isma-

* Triginta.
Ismahelitis *viginti* argēteis,q duxerūt
29 eū in Ægyptū. ¶Reuersusq; Rubē ad ci
30 sternā,nō inuenit puerū:¶& scissis vesti
bus pergēs ad frēs suos,ait, Puer nō cō-
31 pāret, & egó quò ibo?¶Tulerūt aūt tu-
nicā eius, & in sanguinē hœdi quē occi
32 derāt,tixerūt: ¶ Mittētes q ferrēt ad pa-
‖Inf. 44. f. 28.
trē,& dicerēt.‖Hāc inuenim⁹: vide vtrū
33 tunica filij tui sit,an non.¶Quam cum
G agnouisset pr̄, ait. Tunica filij mei est
fera pessima comedit eū, bestia deuora
34 uit Ioseph.¶ Scissisq; vestib⁹,indut⁹ est
35 cilicio, lugēs filiū suū multo tp̄e.¶Con
gregatis aūt cūctis liberis ei⁹ vt lenirēt
dolorē pr̄is,noluit cōsolationē accipere
sed ait:Descēdā ad filiū meū lugēs ī in-
36 fernū.Et illo p̄seuerāte ī fletu,¶Madia-
nitę vēdiderūt Ioseph ī Ægypto Phuti-
phari eunuchoPharaōis magr̄o militū.

CAP. XXXVIII.

1 EOdē tp̄e descēdens Iudas à fratrib⁹
A suis diuertit ad virū Odollamitē,
‖1. Para. 2. a.
2 noīe Hirā.¶‖Viditq; ibi filiā hoīs Cha-
nanæi, vocabulo Sua: & accepta vxore,
3 ingressus est ad eā. ¶Quæ cōcepit,& pe-
perit filiū, & vocauit nomen eius Her.
‖Num. 26. b. 19.
4 ¶ ‖Rursumq; cōcepto fętu, natū filium
5 vocauit Onan. ¶Tertiū quoq; peperit:
quē appellauit Sela,quo nato, pārere vl
6 trà cessauit.¶Dedit aūt Iudas vxorē pri
‖Nu. 26. c. 9.
7 mogenito suo Her noīeThamar.¶‖Fuit
B quoq; Her primogenit⁹ Iudæ, nequā ī
8 cōspectu Dn̄i: & ab eo occisus est. ¶Di-
xit ergo Iudas ad Onan filiū suū, Ingre
dere ad vxorē fr̄is tui, & sociare illi, vt
9 suscites semē fratri tuo.¶Ille sciēs nō na
sci sibi filios, introiens ad vxorē fratris
sui semē fundebat ī terrā: ne liberi fra-
10 tris noīe nascerent̄. ¶ Et idcirco p̄cussit
eum Dn̄s, eo q̄ rem detestabilē faceret.
11 ¶Quā ob rē dixit Iudas Thamar nurui
suæ,esto vidua in domo pr̄is tui,donec
crescat Sela filius meus: timebat enim
ne & ipse moreret̄,sicut frēs eius. Quæ
abiit, & habitauit in domo patris sui.
12 ¶Euolutis autē multis diebus mortua
*Filia Suæ.
C est *Sua* vxor Iudæ: q post luctū cōsola-
tione suscepta, ascendebat ad tonsores
ouiū suarū, ipse & Hiras opilio gregis
13 Odollamites, in Thamnas.¶Nūtiatūq;
est Thamar q̄ socer illius ascenderet in
14 Thamnas ad tōdēdas oues. ¶Quæ depo
sitis viduitatis vestibus,assumpsit theri
strū: & mutato habitu sedit ī biuio iti-
neris,quod ducit Thamnā: eo q̄ creuis-
set Sela, & non eū accepisset maritum.
15 ¶Quā cū vidisset Iudas, suspicat⁹ est es-
D se meretricē: operuerat enim vultum
16 suū, ne agnosceret̄. ¶Ingrediēsq; ad eā,
ait: Dimitte me vt coēā tecū: nesciebat
enim q̄ nurus sua esset. Qua r̄ndente,
Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu
17 meo? ¶Dixit,Mittā tibi hœdū de gregi-
b⁹. Rursumq; illa dicēte: Patiar qđ vis,
si dederis mihi arrhabōnē, donec mit-
18 tas qđ polliceris. ¶Ait Iudas: Quid tibi
vis p̄ arrhabōne dari? R̄ndit: Annulū
tuū, & armillā,& baculū quē manu te-
nes. Ad vnū igit̄ coitū mulier cōcepit.
19 ¶Et surgēs abijt: depositoq; habitu quē
sumpserat, induta est viduitatis vesti-
20 bus ¶ Misit aūt Iudas hœdū p̄ pastorē
E suū Odollamitē, vt reciperet pignus qđ
dederat mulieri: q cùm non inuenisset
21 eā, ¶Interrogauit hoīes loci illius: Vbi
est mulier q̄ sedebat in biuio? R̄ndēti-
bus cūctis, Nō fuit ī loco isto meretrix:
22 ¶Reuersus est ad Iudā, & dixit ei: Non
inueni eā, sed & hoīes loci illi⁹ dixerūt
23 mihi nūquā sedisse ibi scortū. ¶Ait Iu-
F das: Habeat sibi, certè mēdacij arguere
nos nō pōt: ego misi hœdū quē p̄mise-
24 rā, & tu nō inuenisti eā. ¶Ecce aūt post
tres mēses nūtiauerūt Iudę, dicētes: For
nicata est Thamar nurus tua, & videt̄
vter⁹ illi⁹ intumescere. Dixitq; Iudas,
25 Producite eā vt cōburatur. ¶Quæ cùm
duceret̄ ad pœnā, misit ad socerū suū,
dicēs: De viro cuius hæc sunt cōcepi: co
gnosce cuius sit annulus, & armilla, &
26 baculus. ¶Qui agnitis munerib⁹ ait, Iu-
G stior me est: q̄a nō tradidi eā Sela filio
meo. Attamē vltrà non cognouit eam.
27 ¶‖Instāte aūt partu, apparuerūt gemini ‖Matt. 1. a. 3.
in vtero: Atq; in ipsa effusione infan-
tiū vnus protulit manū, in qua obste-
28 trix ligauit coccinū, dicēs, ¶Iste egrediet̄
29 prior. ¶ Illo verò retrahente manum,
egressus est alter: dixitq; mulier, Quare
diuisa est propter te maceria? & ob hāc
30 causam vocauit nomē ei⁹ Phares. ‖¶Po- ‖1. Pa. 2. c. 4.
stea egressus est frater eius, in cuius ma
nu erat coccinū: quē appellauit Zara.

CAP. XXXIX.

1 IGitur Ioseph ductus est in Ægyptū,
A emitq; eū Phutiphar eunuchus Pha-
raonis, princeps exercitus sui, vir Ægy-
pti⁹ de manu Ismahelitarū, à q b⁹ p̄du-
2 ctus erat. ¶Fuitq; Dn̄s cū eo, & erat vir
in cūctis p̄sperè agēs: habitauitq; ī do-

* gereretur ab eo
8.

3 mo dñi sui. ¶ Qui optimè nouerat Dñm
esse cũ eo, & oĩa q̃ * gereret ab eo' dirigi
4 in manu illius. ¶ Inuenitq; Ioseph gra-
tiam coram domino suo, & ministra-
bat ei: à quo præpositus oĩbus guberna
bat creditã sibi domũ, & vniuersa q̃ ei
5 tradita fuerant: ¶ Benedixitq; Dñs do-
mui Ægyptij propter Ioseph, & multi-
B plicauit tam in ædibus q̃ in agris cun-
6 ctã eius substantiã. ¶ Nec quicquã aliud
nouerat, nisi panẽ quo vescebatur, erat
autẽ Ioseph pulchra facie, & decorꝰ aspe
7 ctu. ¶ Post multos itaq; dies iniecit dña
sua oculos suos ĩ Ioseph, & ait: Dormi
8 mecũ. ¶ Qui nequaquã acquiescẽs operi
nephario, dixit ad eam: Ecce dñs meus
oĩbus mihi traditis ignorat qd habeat
9 in domo sua. ¶ Nec quicq̃ est quod non
in mea sit ptãte, vel non tradiderit mi-
hi, pter te, q̃ vxor eius es: quõ ergo pos-
sum hoc malũ facere, & peccare ĩ ' dñm
10 meũ? ¶ Huiuscemodi verbis p singulos
C dies * & mulier molesta erat adolescen
11 ti, & ille recusabat stuprũ. ¶ Accidit aũt
quadã die vt intraret Ioseph domũ, &
operis quippiam absq; arbitris faceret:
12 ¶ Et illa, apprehensa lacinia vestimẽti
eius, diceret: Dormi mecum. Qui reli-
cto in manu eius pallio, fugit, & egres-
13 sus est foras. ¶ Cũq; vidisset mulier ve-
stẽ in manibus suis: & se esse contẽptã,
14 ¶ Vocauit ad se 'hoĩes domꝰ suæ, & ait
ad eos: En introduxit virũ Hebræũ, vt il
luderet nobis: igressus est ad me, vt coi
15 ret mecũ: cũque ego succlamassem, ¶ Et
audisset vocẽ meam, reliquit palliũ qđ
16 tenebã, & fugit foras. ¶ In argumentũ er
go fidei retentũ palliũ ostendit marito
17 reuertenti domũ, ¶ Et ait: Ingressus est
D ad me seruus Hebræus quẽ adduxisti,
18 vt illuderet mihi, ¶ Cũque audisset me
clamare, reliquit palliũ quod tenebã,
19 & fugit foras. ¶ His auditis dominus, &
nimium credulus verbis coniugis, ira-
20 tus est valde, ¶ ‖ Tradiditq; Ioseph ĩ car
cerẽ, vbi vincti regis custodiebantur, &
21 erat ibi clausus. ¶ Fuit autem Dominus
cum Ioseph, & misertus est illius: & de
dit ei gratiam in conspectu principis
22 carceris. ¶ Qui tradidit in manu illius
vniuersos vinctos qui in custodia tene
bantur: & quicquid fiebat, sub ipso e-
23 rat. ¶ Nec nouerat aliquid cunctis ei
creditis: Dominus enim erat cum illo,
& omnia opera eius dirigebat.

' Dñũ 9. * loquebatur 4.
' 9.
¦ Matt. 10 a.3. 7.
‖ Psa. 104 c.18.
¦ 1. Pe. 2. c.4.

CAP. XL.

1 HIs itaq; gestis accidit vt peccarent
A duo eunuchi, pincerna regis Ægy
2 pti, & pistor, dño suo. ¶ Iratusq; contra
eos Pharao (nã alter pincernis præerat, al-
3 ter pistoribus) ¶ Misit eos ĩ carcerẽ prin-
cipis militũ, in quo erat vinctus & Io-
4 seph. ¶ At custos carceris tradidit eos Io
seph, q̃, & ministrabat eis: aliquantulũ
tpis fluxerat, & illi in custodia tenebã-
5 tur. ¶ Viderũtq; ambo somnium nocte
vna iuxta interpretationẽ cõgruã sibi.
6 ¶ Ad quos cùm introisset Ioseph manè,
7 & vidisset eos tristes, ¶ Sciscitatꝰ est eos,
dicẽs: Cur tristior ẽ hodie solito facies
8 vra? ¶ Qui rñderũt, Sõniũ vidimꝰ: & nõ
B est q̃ iterpretet̃ nobis. Dixitq; ad eos Io
seph: Nũquid nõ Dei est interpretatio?
9 referte mihi quid videritis. ¶ Narrauit
prior, præpositus pincernarum somniũ
10 suũ: Videbã corã me vitẽ, ¶ In qua erãt
tres propagines, crescere paulatim in' -9.
gẽmas & post flores vuas maturescere.
11 ¶ Calicẽq; Pharaonis in manu mea. tu-
li ergo vuas: & expressi in calicẽ quem
tenebam, & tradidi poculum Pharao-
12 ni. ¶ Rñdit Ioseph: Hæc est interpretatio
somnij, Tres ppagines, tres adhuc dies
13 sunt, ¶ Post quos recordabit̃ Pharao mi
nisterij tui, & restituet te in gradũ pri-
stinũ, dabisq; ei calicẽ iuxta officium
14 tuum, sicut antè facere cõsueueras. ¶ Tã
C tum memento mei, cũ tibi bene fuerit,
& facies mecũ misericordiã: vt sugge-
ras Pharaoni vt educat me de isto car-
15 cere: ¶ Quia furtim sublatus sum de ter
ra Hebræorum, & hic innocens in lacũ
16 missus sum. Videns pistorũ magister q̃
prudenter somnium dissoluisset, ait: Et
ego vidi somniũ, Quòd tria canistra fa-
17 rinę haberẽ sup caput meũ: ¶ Et ĩ vno ca
nistro qđ erat excelsiꝰ: portare me puta
bã oẽs cibos q̃ fiũt arte pistoria, auesq;
18 comedere ex eo. ¶ Rñdit Ioseph. Hęc est
D interpretatio somnij, tria canistra, tres
19 adhuc dies sũt: ¶ Post quos auferet Pha
rao caput tuũ, ac suspendet te in cruce,
20 & lacerabũt volucres carnes tuas. ¶ Exin
de dies tertius natalitius Pharaonis e-
rat: q̃ faciens grãde conuiuium pueris
suis, recordatus est inter epulas magi-
21 stri pincernarũ, & pistorũ principis. ¶ Re
stituitq; alterũ in locũ suũ, vt porrige-
22 ret' ei poculũ: ¶ alterũ suspendit in pati ' regis.
bulo, vt coniectoris veritas probaretur.

23 ¶Et tñ succedétibus ꝓsperis, præpositus
pĩcernarũ oblitus est interpretis sui.

CAP. XLI.

1 POst duos annos vidit Pharao som-
A niũ. Putabat se stare sup fluuium.
2 ¶De quo ascendebant septé boues, pul-
chrę & crassę nimis: & pascebantur in
3 locis palustribus. ¶ Aliæ quoq; septé e-
mergebãt de flumine, fœdę, confectęq;
macie: & pascebãtur in ipsa amnis ripa
4 in locis virétibus. ¶ Deuorauerũtq; eas
quarũ mira species & habitudo corpo-
5 rũ erat. Expergefact⁹ Pharao, ¶ Rursum
dormiuit, & vidit alterũ somniũ. Septé
spicę pullulabant in culmo vno plenę
6 atq; formosę: ¶Alię quoq; totidé spicæ
7 tenues, & pcussę vredine oriebant̃. ¶De
uorantes oẽm priorũ pulchritudinem.
8 Euigilans Pharao post quieté, ¶Et facto
—10. mane, pauore perterritus, misit ad oés'
coniectores Ægypti, cunctosq; sapiétes:
& accersitis narrauit somniũ, nec erat
9 qui interpretaret̃. ¶Tunc demũ remini-
B scens pincernarũ magister, ait: Cõfiteor
10 peccatũ meũ: ¶Iratus rex seruis suis, me
& magistrum pistorũ retrudi iussit in
11 carceré principis militũ: ¶Vbi vna no-
cte vterq; vidimus somniũ, pręsagiũ fu
12 turorũ. ¶ Erat ibi puer Hebræus, eiusdé
ducis militũ famulus: cui narrátes sõ-
13 nia, ¶Audiuimus qcquid postea rei ꝓ-
bauit euentus. ego enim redditus sum
officio meo: & ille suspẽsus est i cruce.
Psal. 104 b. 20. 14 ¶ Protinus ad regis imperiũ eductũ de
carcere Ioseph totonderũt ac veste mu
15 tata obtulerunt ei. ¶ Cui ille ait: Vidi
somnia, nec est q edisserat: q̃ audiui te
16 sapientissimè cõiicere. ¶ Rñdit Ioseph:
C Absq; me Deus rñdebit ꝓspera Pharao
17 ni. ¶ Narrauit ergo Pharao qđ viderat.
18 Putabã me stare sup ripã fluminis, ¶ Et
septé boues de amne conscendere, pul-
chras nimis, & obesis carnib⁹: q̃ i pastu
19 paludis virecta carpebãt. ¶ Et ecce, has
sequebant̃ alię septé boues, in tñ defor
mes & macilétę, vt nunquã tales in Ter
20 ra-Ægypti viderim. ¶Quæ deuoratis &
21 cõsumptis priorib⁹, ¶ Nullũ saturitatis
dedêre vestigium: sed simili macie &
squalore torpebant. Euigilãs, rursus so
22 pore depressus, ¶Vidi somniũ: Septé spi
cę pullulabãt in culmo vno plenę atq;
23 pulcherrimæ. ¶Alię quoq; septé tenues
& percussę vredine, oriebant̃ è stipula:
24 ¶ Quę priorũ pulchritudiné deuoraue-
runt. Narraui coniectoribus 'somniũ', *somniorum 4.
25 & nemo est q edisserat. ¶Rñdit Ioseph,
Somniũ regis vnũ est: q̃ facturꝰ est Deꝰ,
26 ostendit Pharaoni. ¶Septem boues pul
D chræ, & septé spicæ plenæ: septé huber-
tatis anni sunt. eandẽq; vim somnij cõ
27 prehédunt. ¶ Septéquoq; boues tenues
atq; macilentę, q̃ ascenderũt post eas,
& septé spicæ tenues, & vento vrente ꝑ-
cussæ: septé anni venturæ sunt famis.
28 ¶Qui hoc ordine cõplebuntur. ¶Ecce, se
29 pté anni venient fertilitatis magnę in
30 vniuersa terra-Ægypti: ¶ Quos sequent̃
septé anni alij tantę sterilitatis, vt obli-
uioni tradat̃ cuncta retrò abundãtia:
cõsumptura est enim fames oém terrã,
31 ¶ Et hubertatis magnitudiné perditura
32 est inopię magnitudo. ¶Quòd aũt vidi-
sti secundo ad eandé rem ꝑtinens som
niũ, firmitatis indiciũ est: eo ꝙ fiat ser-
33 mo Dei, & velocius impleatur. ¶Nũc er
go prouideat rex virũ sapienté & indu-
strium, & pręficiat eum terrę-Ægypti.
34 ¶Qui cõstituat ꝑpositos ꝑ cũctas regio-
nes: & qntam parté fructũ per septem
35 annos fertilitatis, ¶Qui iam nunc futu
ri sunt, cõgreget in horrea: & oé frume-
tum sub Pharaonis potestate cõdatur,
36 seruetúrq; in vrbibus. ¶ Et pręparetur
futurę septé annorũ fami quę oppressu
ra est Ægyptũ, & nõ consumetur terra
37 inopia. ¶ Placuit Pharaoni cõsilium &
E cũctis ministris eius. ¶Locutusq; est ad
38 eos: Num inuenire poterimus talem vi
39 rum, qui spũ Dei plenus sit? ¶Dixit ergo
ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus oĩa
q̃ locutus es, nunquid sapientioré & cõ
40 similé tui inuenire potero? ¶|Tu eris su |Psal. 104
per domũ meã, & ad tui oris imperium b. 21.
cunctus populus obediet vno tñ regni 1. Mach. 2. f 53.
41 solio te ꝑcedã. ¶Dixitq; rursum Pharao Act. 7. b. 2
ad Ioseph: Ecce, cõstitui te sup vniuer-
42 sam Terram-Ægypti. ¶*Tulitq;' annu- *Tulit 8.
lum de manu sua, & dedit eũ in manu
eius: vestiuitq; eũ stola byssina, & col-
43 lo torqué aureã circumposuit. ¶Fecitq;
eũ ascédere sup currum suũ *scđm,' cla *secũ 6.
mante precone, vt oés coram eo genu
flecterent, & ꝑpositũ esse scirent vniuer
44 sę Terrę-Ægypti. ¶Dixit quoq; rex-Ægy —10.
pti' ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque
tuo imperio non mouebit qsquam ma
num aut pedé in omni Terra-Ægypti.
45 ¶ Vertitq; nomen eius, & vocauit eum
lingua Ægyptiaca, Saluatorem-mũdi.

Deditq;

Deditq; illi vxoré Aseneth filiam Phuti
pharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus
46 est itaq; Ioseph ad Terram Ægypti (Tri
ginta aũt annorũ erat qñ stetit in cõspe
ctu regis Pharaonis) & circuiuit omnes
47 regiones Ægypti. Venitq; fertilitas se-
pté annorum: & in manipulos redactę
segetes congregatę sunt in horrea Ægy-
48 pti. Oĩs etiá frugũ abundantia in sin-
49 gulis vrbibus cõdita est. Tantaq; fuit
abũdãtia tritici, vt arenę maris coęqua-
50 retur, & copia mensurá excęderet. Na
G tiq; sunt Ioseph filij duo anteq̃ veniret
fames: quos peperit ei Aseneth filia Phu
51 tipharis sacerdotis Heliopoleos. Voca
uitq; nomen primogeniti, Manasses, di
cens: Obliuisci me fecit Deus oĩum la-
52 borũ meorũ, & domus patris mei. No
men quoq; secundi appellauit Ephra-
im, dicens: Crescere me fecit Deus ĩ ter
53 ra pauptatis meę. Igitur transactis se-
pté hubertatis annis, q fuerant in Ægy
54 pto, Cęperũt venire septé anni inopię,
quos pdixerat Ioseph: & in vniuerso or
be fames pualuit. In cuncta auté Terra
55 Ægypti panis erat. Qua esuriéte clama
uit ppls ad Pharaoné alimenta petens.
Quib9 ille rñdit Ite ad Ioseph: & qcqd
56 ipse vobis dixerit, facite. Crescebat aũt
quotidie fames in oĩ terra: aperuitq; Io
seph vniuersa horrea, & védebat Ægy-
57 ptijs: ná & illos oppresserat fames. Om
nesq; puincię veniebant in Ægyptũ, vt
emeréť escas, & malũ inopię téperaréť.

somniorum 4.
Infr. 46. c. 10. 48. a. 5.
Psal 104 b. 16.
fames.

CAP. XLII.

1 AVdiés aũt Iacob q alimenta véde-
A renť ĩ Ægypto, dixit filijs suis. Qua
2 re negligitis? Audiui q triticũ venun
detur in Ægypto: descendite, & emite
nobis necessaria, vt possimus viuere, &
3 non consumamur inopia. Descenden
tes igitur fratres Ioseph decé, vt emeréť
4 fruméta in Ægypto, Ben-iamin domi
retéto à Iacob, q dixerat fratribus eius:
Ne forte ĩ itinere quicquá patiatur ma
5 li: Ingressi sũt terram-Ægypti cũ alijs
qui pgebant ad emendum. Erat aũt fa-
6 mes in Terra-Chanáan. Et Ioseph erat
princeps in Terra-Ægypti, atq; ad eius
nutum frumenta populis védebantur.
7 Cumq; adorassent eum fratres sui, Et
B agnouisset eos, quasi ad alienos durius
loquebatur, interrogans eos: Vnde ve-
nistis? Qui rñderũt: De Terra-Chanáá,
8 vt emamus victui necessaria. Et tñ fra-
tres ipse cognoscens, nõ est cognitus ab
9 eis. Recordatusq; somniorũ quę aliqñ
viderat, ait ad eos: Exploratores estis, vt
10 videatis infirmiora terrę, venistis. Qui
dixerunt: Non est ita dñe. sed serui tui
11 venerũt vt emeréť cibos. Oẽs filij vni9
C viri sumus: pacifici venimus, nec qcq̃
12 famuli tui machinanť mali. Quibus
ille rñdit. Aliter est, immunita terrę hu
13 ius cõsiderare venistis. At illi dixerũt.
Duodecim, inquiũt, serui tui fratres su
mus, filij viri vnius in terra-Chanáan:
minim9 cũ patre nostro est, alius nõ est
14 super. Hoc est, ait, quod locutus sum,
15 Exploratores estis. Iam nũc experimé
tum vestri capiá: per salutẽ Pharaonis
nõ egrediemini hinc, donec veniat fra-
16 ter vester minimus. Mittite ex vobis
vnũ, & adducat eum: vos auté eritis in
vinculis, donec probentur quę dixistis
vtrũ vera an falsa sint, alioquin p salu-
17 té Pharaonis exploratores estis. Tradi-
18 dit ergo illos custodię trib9 dieb9. Die
aũt tertio eductis de carcere, ait: Facite
quę dixi, & viuetis: Deum enim timeo.
19 Si pacifici estis, frater vester vnus ligeť
D in carcere: vos aũt abite, & ferte frumé-
20 ta quę emistis in domos vestras. Et fra
trem vestrũ minimũ ad me adducite,
vt possim vestros pbare sermones, & nõ
21 moriamini. Fecerunt vt dixerat. Et lo-
cuti sunt adinuicem, Meritò hęc pati-
mur, qa peccauimus in fratré nostrũ, vi
dentes angustiam aĩę illius dũ depre-
careť nos, & non audiuimus. idcirco ve
22 nit sup nos ista tribulatio. E qb9 vn9,
Ruben, ait: Nunqd nõ dixi vobis: Nõ
lite peccare ĩ puerũ: & nõ audistis me?
23 en sanguis eius exquiriť. Nesciebant
E aũt q intelligeret Ioseph, eo q p inter-
24 pretem loqueretur ad eos. Auertitq; se
se parũper. & fleuit: & reuersus locutus
25 est ad eos. Tollensq; Simeon. & ligans
illis psentibus, iussit ministris vt imple
réť eorũ saccos tritico, & reponeréť pecu
nias singulorũ in sacculis suis, datis su
26 prà cibarijs in via: q fecerũt ita. At il-
li portátes fruméta in asinis suis, pfecti
27 sunt. Apertoq; vnus sacco vt daret iu-
méto pabulũ in diuersorio, cõtéplatus
28 pecuniá in ore sacculi, Dixit fratribus
suis: Reddita est mihi pecunia en habe
tur in sacco. Et obstupefacti, turbatiq;
mutuo dixerunt: Quidnã est hoc quod
29 fecit nobis Deus? Veneruntq; ad Iacob

Act 7. b
princeps Aegypti 10.
Infr. 43. a. 5.
Sup. 37. d.
mea 7.

patrem

F patrẽ suũ : Terrã-Chanáan, & narraue-
rũt ei omnia q̃ accidissent sibi dicẽtes :
30 ¶Locutus est nobis dñs terræ * durè, & *illius 5.
putauit nos exploratores-esse prouin- – 3.
31 ciæ. ¶Cui rñdimus: Pacifici sumus, nec
32 vllas molimur insidias. ¶ Duodecĩ frẽs
vno pr̃e geniti sumus: vnus nõ est sup,
minimus cũ pr̃e nr̃o est in Terra-Cha-
33 náan. ¶Qui ait nobis: Sic ꝓbabo ꝙ pa-
cifici sitis, Fratrẽ vestrum vnũ dimittite
apud me, & cibaria domib⁹ vr̃is neces-
34 saria sumite, & abite, ¶ Fratrẽq; vestrũ
minimũ adducite ad me, vt sciã ꝙ non
sitis exploratores: & istũ q̃ tenet̃ in vin-
culis, recipere possitis: ac deinceps quæ
35 vultis emẽdi habeatis licentiã. ¶His di-
ctis cùm frumẽta effunderent, singuli
repererunt in ore saccorũ ligatas pecu-
36 nias: exterritisq; simul oĩbus, ¶Dixit pr̃
G Iacob. Absq; liberis me esse fecistis, Io-
seph nõ est super, Simeon tenet̃ in vin-
culis, & Ben-iamin auferetis: ĩ me hęc
37 omnia mala reciderũt. ¶Cui rñdit Ru-
bé: Duos filios meos interfice, ‖si nõ re-
duxero illũ tibi : trade illum in manu
38 mea, & ego eũ tibi restituã. ¶At ille: Nõ
descendet, inquit, filius meus vobiscũ :
frater eius mortuus est, & ipse solus re-
mansit: siquid ei aduersitatis acciderit
in terra ad quam pergitis, deducetis
canos meos cum dolore ad inferos.

CAP. XLIII.

1 INterim fames oẽm terrã vehemẽter
A ꝑmebat. ¶Cõsumptisq; cibis quos ex
2 Ægypto detulerãt, dixit Iacob ad filios
suos: Reuertimini, & emite nobis pau-
3 xillũ escarum. ¶Rñdit Iudas: denũtia-
uit nobis vir ille sub attestatione iuris-
iurãdi, dicẽs: Nõ videbitis faciẽ meam,
nisi fratrem vestrum minimũ adduxe-
4 ritis vobiscũ. ¶Si ergo vis eũ mittere no-
biscũ, pergemus pariter, & ememus ti-
5 bi necessaria. ¶Si aũt nõ vis, nõ ibim⁹ : ã
vir enim (vt sæpe diximus) denũtiauit:
nobis dicẽs: ‖Nõ videbitis faciem mei ‖Sup. 42. d. 20.
6 absq; fratre vr̃o minimo. ¶ Dixit eis Is-
B raël: In meã hoc fecistis miseriã, vt in-
dicaretis ei & aliũ habere vos fratrem.
7 ¶At illi rñderunt: Interrogauit nos ho-
mo ꝑ ordinem, nostram ꝓgeniem, si pr̃
viueret: si haberemus fratrẽ: & nos rñ-
dimus ei cõsequẽter iuxta id quod fue-
rat sciscitatus: nunq̃d scire poteramus
ꝙ dicturus esset: Adducite fratrẽ vestrũ
8 vobiscũ? ¶ Iudas quoq; dixit patri suo:

Mitte puerũ mecũ, vt proficiscamur, &
possimus viuere : nẽ moriamur nos &
9 paruuli nr̃i. ¶Ego suscipio puerum: de Inf. 44. b. 32.
manu mea reqre illũ. Nisi reduxero &
C reddidero eũ tibi, ero peccati re⁹ ĩ te oĩ
10 tpe. ¶Si nõ intercessisset dilatio, iã vice
11 altera venissemus. ¶ Igit̃ Israël pr̃ eorũ
dixit ad eos: Si sic necesse est, facite qđ
vultis: sumite de optimis terrę frugib⁹
in vasis vestris, & deferte viro munera,
modicum resinæ, & mellis, & storacis,
stactes, & terebinthi, & amygdalarum.
12 ¶Pecuniã quoq; duplicẽ ferte vobiscũ :
& illã quã inuenistis in sacculis, repor-
13 tate, nẽ fortè errore factũ sit. ¶Sed & fra-
14 trẽ vr̃m tollite, & ite ad virũ. ¶De⁹ aũtẽ
meus oĩps faciat vobis eũ placabilẽ : &
remittat vobiscũ fratrẽ vestrum quẽ te-
net in vinculis, & hũc Ben-iamin: ego – 5.
15 aũt quasi orbat⁹ absq; liberis ero. ¶Tu-
lerũt ergo viri munera, & pecuniã du-
plicem, & Ben-iamin: descẽderũtq; in
16 Ægyptũ, & steterũt corã Ioseph. ¶Quos
D cum ille vidisset, & Ben-iamin simul,
ꝑcepit dispẽsatori domus suę dicẽs. In-
troduc viros domũ, & occide victimas,
& instrue conuiuiũ: qm̃ mecũ sunt co-
17 mesturi meridie. ¶Fecit ille sicut fuerat
imperatũ & introduxit viros domum.
18 ¶Ibiq; exterriti, dixerũt mutuò: Propter
pecuniam quã retulim⁹ prius in saccis
nostris introducti sumus: vt deuoluat
in nos calũniam, & violenter subijciat
19 seruituti & nos & asinos nostros. ¶Quã
ob rẽ in ipsis foribus accedentes ad di-
20 spensatorẽ, ¶ Locuti sunt: Oramus Dñe
E vt audias nos. ‖Iã antè descendimus vt Sup. 42. a. 3.
21 emeremus escas. ¶Quibus emptis, cùm
venissemus ad diuersorium, aperuim⁹
saccos nr̃os, & inuenim⁹ pecuniam in
ore saccorum : quã nunc eodẽ pondere
22 reportauimus. ¶Sed & aliud attulimus
argẽtũ, vt emamus q̃ nobis necessaria – 5.
sunt: non est in nostra conscientia quis
23 posuerit eam in marsupiis nostris. ¶ At
ille rñdit, Pax vobiscũ, nolite timere :
Deus vester, & Deus patris vestri dedit
vobis thesauros in saccis vestris, nã pe-
cuniã quã dedistis mihi probatam, ego
24 habeo. Eduxitq; ad eos Simeõ. ¶ Et in-
F troductis domũ, attulit aquã, & lauerũt
pedes suos, deditq; pabulũ asinis eorũ.
25 ¶Illi verò parabãt munera, donec ingre
deret̃ Ioseph meridie, audierant enim
26 ꝙ ibi comesturi essent panem. ¶Igitur

ingressus

ingressus est Ioseph domũ suam, obtu-
lerũtq; ei munera, tenẽtes in manib⁹
27suis: & adorauerũt, ꝓni in terrã. ¶At ille Inf. 44. v.31.
clementer resalutatis eis, interrogauit
eos, dicẽs, Sanúsne est pr̃ vester senex,
de quo dixeratis mihi: Adhuc viuit?
28¶Qui rñderunt: Sospes est seruus tuus
pr nr̃, adhuc viuit. Et incuruati, adora-
29uerunt eũ. ¶Attollẽs aũt Ioseph oculos,
vidit Ben-iamin fratrẽ suũ vterinũ, &
ait: Iste est frater vester paruulus, de
quo dixeratis mihi? Et rursũ: De⁹, inqt,
30misereatur tui fili mi. ¶Festinauitq;, qa
cõmota fuerant viscera eius sup fratre
suo, erũpebãt lacrymę: & introiens cu-
31biculum fleuit. ¶Rursumq; lota facie
egressus continuit se, & ait: Ponite pa-
32nes. ‖Quibus appositis seorsum Ioseph,
& seorsum fratrib⁹, Ægyptijs quoq; qui -f.
vescebant̃ simul, seorsum (illicitum est
enim Ægyptijs comedere cũ Hebræis,
& prophanũ putant huiuscemodi cõui
33uiũ) ¶sederũt corã eo: primogenit⁹ iuxta
primogenita sua, & minim⁹ iuxta æta-
34tẽ suã. Et mirabant̃ nimis, ¶Sumptis par
tib⁹ quas ab eo acceperãt maiorq; pars
venit Ben-iamin, ita vt qnq; ptib⁹ exce
deret. Biberũtq;, & inebriati sũt cũ eo.

CAP. XLIIII.

1 PRæcepit aũt Ioseph dispẽsatori do-
A mus suæ, dicens: Imple saccos eorũ
frumẽto, quantũ possunt capere: & po-
ne pecuniã singulorũ in summitate sac
2 ci. ¶Scyphũ aũt meum argenteũ, & prę-
tium qđ dedit tritici, pone in ore sacci
3 iunioris. factũq; est ita. ¶Et orto mane,
4 dimissi sunt cũ asinis suis. ¶Iamq; vrbẽ Sup. 42. a. 3.
exierãt: & ꝓcesserãt paululum: tunc
Ioseph accersito dispẽsatore dom⁹: ait:
Surge inquit, & ꝑsequere viros: & appre
hensis dicito: Quare reddidistis malũ
5 ꝓ bono? ¶Scyphus quẽ furati estis, ipse
B est in quo bibit dñs meus, & in quo au
6 gurari solet: pessimam rem fecistis. ¶Fe -f.
cit ille vt iusserat. Et apprehẽsis ꝑ ordi-
7 nem locutus est. ¶Qui rñderunt: Quare
sic loquit̃ Dñs noster, vt serui tui tm̃ fla
8 gitij cõmiserint. ¶Pecuniã quam inue-
nimus in summitate saccorũ, reportaui
mus ad te de Terra-Chanaã: & quõ cõ-
sequẽs est vt furati simus de domo dñi
9 tui aurum vel argẽtum? ¶Apud quẽcũ-
C que fuerit inuentũ seruorum tuorũ qđ
quæris, moriatur, & nos erimus serui
10dñi nostri. ¶Qui dixit eis: Fiat iuxta ve-
stram sententiã: apud quẽcunq; fuerit
inuentum, ipse sit seruus meus, vos aũt
11eritis innoxij. ¶Itaq; festinato deponen
tes in terram saccos, aperuerũt singuli.
12¶Quos scrutatus, incipiẽs à maiore vsq;
ad minimum, inuenit scyphũ in sacco
13Bẽ-iamin. ¶At illi scissis vestib⁹, onera-
tisq; rursum asinis, reuersi sunt ĩ oppi-
14dum. ¶Primusq; Iudas cũ fratribus in-
gressus est ad Ioseph (necdũ enim de lo
co abierat) oẽsq; ante eũ pariter in ter-
15ram corruerũt. ¶Quib⁹ ille ait: Cur sic
D agere voluistis? an ignoratis ꝙ nõ sit si-
16milis mei in augurandi scientia? ¶Cui
Iudas, Quid rñdebimus, inquit, dño
meo? vel qd loquemur, aut iustè poteri
mus obtẽdere? Deus inuenit iniquita-
tem seruorũ tuorũ: en oẽs serui sumus
dñi mei, & nos, & apud quẽ inuẽtus est
17scyphus. Rñditq; Ioseph: Absit a me vt
sic agam: q furatus est scyphũ, ipse sit
seruus meus, vos aũt abite liberi ad pa
18trem vestrum. ¶Accedens aũt propius -g.
E Iudas cõfidẽter ait: Oro dñe mi, loquat̃
seruus tuus verbũ in aurib⁹ tuis, & ne
irascaris famulo tuo, tu es enim post
19Pharaonẽ. ¶Dñs me⁹: Interrogasti ‖prius Sup. 42. c. 11.
seruos tuos: Habetis patrẽ aut fratrem?
20¶Et nos rñdimus tibi dño meo: Est no-
bis pr̃ senex, & puer paruulus, q in se-
nectute illius natus est, cuius vterinus
frater mortuus est: & ipsum solũ habet
mater sua, pater verò tenerè diligit eũ.
21 ¶Dixistiq; seruis tuis: Adducite eũ ad
F me, & ponam oculos meos super illũ.
22¶Suggessimus dño meo: Nõ potest puer
relinquere prẽm suũ: si enim illum di ‖Sup. 43. a. 3. & 5.
23miserit, morieť. ¶‖Et dixisti seruis tuis,
Nisi venerit frater vester minimus vo-
biscũ, nõ videbitis amplius faciẽ meã.
24¶Cũ ergo ascẽdissemus ad famulũ tuũ
prẽm nostrũ, narrauimus ei oĩa quę lo-
25cutus est dñs meus. ¶Et dixit pater nr̃,
Reuertimini, & emite nobis parũ tri-
26tici. ¶Cui diximus, Ire non possumus:
si frater nr̃ minimus descenderit nobi-
scũ, proficiscemur simul: alioquin illo
absente, nõ audemus videre faciẽ viri.
27¶Ad q̃ ille rñdit. ‖Vos scitis qđ duos ge ‖Sup. 37. c. 33.
28nuerit mihi vxor mea. ¶Egressus est
G vn⁹: & dixistis: Bestia deuorauit eũ: &
29hucusq; nõ cõparet. ¶Si tuleritis & istũ,
& aliqd ei ĩ via cõtigerit, deducetis ca-
30nos meos cũ mœrore ad inferos. ¶Igit̃ si
intrauero ad seruũ tuum prẽm nrũ, &

puer defuerit, (cum aīa illius ex huius
31 aīa dependeat) ¶ Videritq; eū non esse
nobiscū, morietur, & deducent famuli
tui canos eius cum dolore ad inferos.
32 ¶Ego ꝓpriè seruus tuus-sim' q in meā ~6.
hunc recepi fidē, & spopondi, dicens:
‖Nisi reduxero eū, peccati reus ero in ‖Sup.43. b.9.
33 přem meū oī tpe. ¶ Manebo itaq; ser-
uus tuus pro puero in ministerio Dñi
mei, & puer ascendat cū fratribus suis.
34 ¶Nō enim possum redire ad přem meū
absente puero: ne calamitatis, quę op-
pressura est patrem meū, testis assistā.

CAP. XLV.

1 A NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph
multis corā astātibus: vnde pręce-
pit vt egrederent' cūcti foras, & nullus
2 interesset alien⁹ agnitioni mutuæ. ¶Ele
uauitq; vocē cū fletu, quā audierūt Ægy
3 ptij, oisq; domus Pharaonis. ¶Et dixit
fratribus suis: Ego sum Ioseph: adhuc
pater meus viuit? Non poterant rñdere
4 fratres nimio terrore pterriti. ¶Ad quos
B ille clemēter: Accedite, inquit, ad me.
Et cùm accessissent ꝓpè, ‖Ego sum, ait, ‖Act.7. b.13.
Ioseph frater vester, quē vendidistis in
5 Ægyptū ¶Nolite pauere, neq; vobis du
rum esse videat' ꝙ vēdidistis me in his
regionibus: ‖pro salute enim vestra mi ‖Infr.50. c.20.
sit me Deus ante vos-in Ægyptum'.
6 ¶Bienniū est enim ꝙ cœpit fames esse ~1.
in terra: & adhuc quinq; anni restāt
7 quibus nec arari poterit, nec meti. ¶Pręmisitq; me Deus vt reseruemini super
terrā, & escas ad viuendū habere possi-
8 tis. ¶Nō vestro cōsilio, sed Dei volūtate
C huc missus sum: q fecit me quasi přem
Pharaonis, & dñm vniuersæ dom⁹ ei⁹,
9 ac principē i oī Terra-Ægypti. ¶Festina-
te, & ascendite ad přem meū, & dicetis
ei: Hæc mādat filius tuus Ioseph. Deus
fecit me dñm vniuersæ Terræ-Ægypti:
10 descende ad me, ne moreris. ¶Et habita
bis in Terra-Gessen: erisq; iuxta me tu,
& filij tui, & filij filiorū tuorum, oues
tuæ, & armenta tua, & vniuersa q possi
11 des. ¶Ibiq; te pascā (adhuc enim quinq;
D āni residui sunt famis) ne & tu pereas,
12 & dom⁹ tua, & oia q possides. ¶En ocu-
li vestri & oculi fratris mei Ben-iamin
13 vident qđ os meū loquat' ad vos. ¶Nun
tiate přī meo vniuersam gloriā meā, &
cuncta q vidistis in Ægypto: festinate,
14 & adducite eū ad me. ¶Cūq; amplexa-
tus recidisset i collū Ben-iamin fratri·
sui, fleuit: illo quoq; similiter flēte sup
15 collū eius. ¶Osculatusq; est Ioseph oēs
fratres suos, & plorauit sup singulos:
16 post quę ausi sunt loqui ad eū. ¶Audi-
E tumq; est & celebri sermone vulgatū
in aula regis, Venerūt fratres Ioseph &
gauisus est Pharao atq; oīs familia ei⁹.
17 ¶Dixitq; ad Ioseph vt imperaret fratri-
ab eis, cóplacebit sibi in sabbathis suis,
patiens solitudiné propter illos. Ipsi ve
rò rogabũt pro peccatis suis, eo q abie-
cerint iudicia mea, & leges meas despe
44 xerint. ? Attamen ét cùm essent in terra
hostili, non penitus abieci eos, neq; sic
despexi vt consumerentur, & irritũ fa-
cerem pactũ meũ cũ eis. Ego enim sum
45 Dñs Deus eorũ, ? & recordabor fœderis
mei pristini, qñ eduxi eos de Terra Æ-
gypti in conspectu Gentiũ, vt essẽ Deus
eorũ. ego Dñs Deus. Hæc sunt iudicia
atque præcepta & leges, quas dedit Do
minus inter se & inter filios Israël in
monte Sinai per manum Moysi.

CAP. XXVII.

1 LOcutusque est Dñs ad Moysen, di-
A cens: ? Loquere filijs Israël, & dices
2 ad eos: Homo qui votum fecerit, & spo
ponderit Deo animam suã, sub æstima
3 tione dabit pretiũ. ? Si fuerit masculus
à vicesimo anno vsq; ad sexagesimũ an
nũ, dabit qnquaginta siclos argenti ad
4 mẽsurã sanctuarij: ? si mulier, triginta.
5 ? A quinto aũt anno vsq; ad vicesimũ,
masculus dabit viginti siclos: fœmina,
6 decem. ? Ab vno mense vsq; ad annum
quintũ, pro masculo dabuntur quinq;
7 sicli: pro fẽmina tres. ? Sexagenarius &
vltrà; mascul⁹ dabit quindecim siclos:
8 fœmina, decẽ. ? Si pauper fuerit, & æsti
mationẽ reddere nõ valebit, stabit corã
sacerdote: & quantũ ille ẽstimauerit, &
viderit eũ posse reddere, tantùm dabit.
9 ? Animal autẽ quod immolari põt Do-
10 mino, si quis vouerit, sanctum erit, ? &
mutari nõ poterit, idest nec melius ma
lo, nec peius bono. q si mutauerit: & ip
sum quod mutatũ est, & illud pro quo
11 mutatũ est, cõsecratum erit Dño. ? Ani-
mal immundũ qđ immolari Dño nõ
B põt, siquis vouerit, adducetur ante sa-
12 cerdotẽ: ? qui diiudicans vtrum bonũ

13 an malũ sit, statuet pretium. ? q si dare
voluerit is q offert, addet super æstima
14 tionẽ quintam partem. ? Homo si voue
rit domum suã, & sanctificauerit Dño,
considerabit eã sacerdos vtrũ bona an
mala sit, & iuxta pretiũ qđ ab eo fue-
15 rit constitutũ, venundabitur: ? Sin autẽ
ille q vouerat, voluerit redimere eã, da
bit quintã partẽ æstimationis supra, &
16 habebit domũ. ? Quòd si agrum posses
sionis suæ vouerit, & consecrauerit Do-
mino: iuxta mensuram sementis æsti-
mabitur pretiũ: si triginta modijs hor
dei seritur terra, quinquaginta siclis ve
17 nundetur argenti. ? Si statim ab anno
incipientis iubilei vouerit agrũ, quãto
18 valere põt, tanto æstimabitur. ? Sin aũt
post aliquantũ temporis: supputabit sa
cerdos pecuniã iuxta annorum qui reli
qui sunt numerũ vsq; ad iubileum, &
19 detrahetur ex pretio. ? Quòd si volue-
C rit redimere agrũ ille q vouerat, addet
quintã partẽ æstimatæ pecuniæ, & pos-
20 sidebit eũ. ? Sin aũt noluerit redimere,
sed alteri cuilibet fuerit venũdatus, vl-
tra eũ qui vouerat redimere nõ poterit.
21 ? quia cùm iubilei venerit dies, sancti-
ficatus erit Dño, & possessio consecrata
22 ad ius pertinet sacerdotũ. ? Si ager em-
ptus est, & non de possessione maiorũ
23 sanctificatus fuerit Dño. ? Supputabit
sacerdos iuxta annorum numerũ vsq;
ad iubileum pretium: & dabit ille qui
24 vouerat eũ Dño. ? In iubileo autem re-
uertetur ad priorem dominũ qui vẽdi-
derat eum, & habuerat in sorte posses-
25 sionis suę. ? Oĩs æstimatio siclo sanctua
rij ponderabitur. Siclus viginti obolos
26 habet. ? Primogenita quæ ad Deũ per-
tinent, nemo sanctificare poterit & vo-
D uere, siue bos siue ouis fuerit: Domini
27 sunt. ? Quòd si immũdum est animal,
redimet qui obtulit iuxta æstimationẽ
suam, & addet quintam partem pre-
tij. si redimere noluerit, vendetur alte-
ri, quantumcunq; fuerit ante æstima-
28 tum. ? Omne quod Domino consecra-
tur, siue homo fuerit, siue animal, siue
ager, non veniet, nec redimi poterit.
Quicquid semel fuerit consecratum,
29 sanctum sanctorum erit Domino. ? Et
omnis consecratio quæ offertur ab ho-
mine, non redimetur, sed morte mo-
30 rietur. ? Omnes decimæ terræ, siue de
frugibus, siue de pomis arborum, Do-

Marginal notes: maiorum suorum recordabor 8. — ad 2. — Domino 1. — autẽ 13 — Exo. 13. b. 13. Nu. 3. g. 17. & 18. c. 15. d. 12. — tuam 2. — Iosu. 6. c. 24 36.

31 mini ſunt, & illi ſanctificãtur. ❡ Si quis
autem voluerit redimere decimas ſuas,
32 addet quintam partem earum. ❡ Om-
nium decimarum bouis & ouis - & ca-
præ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt,
quicquid decimum venerit, ſanctifica-
33 bitur Domino. ❡ Non eligetur nec bo-
num nec malum, nec altero commu-
tabitur. ſiquis mutauerit: & quod mu-
tatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſan-
ctificabitur Domino, & non redime-
34 tur. ❡ Hæc ſunt præcepta quæ manda-
uit Dominus Moyſi ad filios Iſraël in
monte Sinai.

LIBER NVMERI,
Hebraicè Vaiedabber, id eſt, & locutus eſt.

CAP. I.

1
A LOCVTVSQVE eſt
Dominus ad Moy-
ſen in deſerto Sinai
in tabernaculo fœ-
deris, prima die mẽ
ſis ſecundi, anno al
tero egreſſiõis eorũ
ex Ægypto, dicens:
2 ❡ ‖ Tollite ſummã vniuerſæ congrega- Exo. 30. b.12.
tionis filiorũ Iſraël per cognationes &
domos ſuas, & nomina ſingulorũ, qc-
3 quid ſex⁹ eſt maſculini ❡ à viceſimo an
no & ſuprà, oĩum virorum fortium ex
Iſraël, & numerabitis eos per turmas
4 ſuas, tu & Aaron. ❡ Eruntq́. vobiſcum
principes tribuũ ac domorũ in cogna-
5 tionibus ſuis, ❡ Quorũ iſta ſunt nomi-
B na. De Ruben, Eliſur filius Sedeur. ❡ de
6 Simeon, Salamiel filius Suriſaddai. ❡ de
7 Iuda, Nahaſſon filius Aminadab. ❡ de
8 Iſſachar, Nathanaël filius Suar. ❡ de Za-
9 bûlon, Eliab filius Helon. ❡ Filiorũ aũt
10 Ioſeph, de Ephráim, Eliſama filius Am
miud, de Manaſſe, Gamaliel filius Pha
11 daſſeur. ❡ De Ben-iamin, Abidan filius
12 Gedeônis. ❡ de Dan, Ahi-ézer filius Am
13 mi-ſaddai. ❡ De Aſer, Phegiel filius O-
14 chran. ❡ De Gad, Eliaſaph filius Duel.
15 ❡ De Nephtali, Ahira filiusEná. ❡ Hi no-
16 biliſſimi principes multitudinis per tri
bus & cognationes ſuas, & capita exer-
17 citus Iſraël: ❡ quos tulerunt Moyſes &
18 Aaron cum oĩ vulgi multitudine, ❡ Et
cõgregauerunt primo die mẽſis ſecũdi
recẽſentes eos p cognationes & domos
ac familias & capita & nomina ſingu-
19 lorũ à viceſimo anno & ſuprà, ❡ Sicut
C præceperat Dñs Moyſi. Numeratiq́; sũt
20 in deſerto Sinai. ❡ De Ruben primoge-
nito Iſraëlis p generationes & familias
ac domos ſuas, & nomina capitum ſin
gulorum, omne quod ſexus eſt maſcu-
lini à viceſimo anno & ſuprà, procedẽ-
21 tium ad bellũ, ❡ Quadraginta ſex mil-
22 lia quingenti. ❡ De filijs Simeon per ge-
nerationes & familias ac domos cogna
tionum ſuarũ recenſiti ſunt p nomina
& capita ſingulorũ, omne quod ſexus
eſt maſculini à viceſimo ãno & ſuprà,
23 procedentiũ ad bellũ, ❡ Quinquaginta
24 nouẽ millia trecenti. ❡ De filij Gad per
generationes & familias ac domos co-
gnationũ ſuarũ recẽſiti ſunt p nomina
ſingulorũ à viginti annis & ſuprà, oẽs
25 q ad bella procederẽt, ❡ Quadraginta-
26 quinq; millia ſexcẽti q̃nquaginta. ❡ De
D filijs Iuda q generatiões & familias ac
domos cognationũ ſuarũ, per nomina
ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà,
omnes qui poterãt ad bella procedere.
27 ❡ Recẽſiti sũt ſeptuaginta quatuor mil-
28 lia ſexcenti, ❡ De filijs Iſſachar per gene-
rationes & familias ac domos cogna-
tionũ ſuarũ, p noĩa ſingulorũ à viceſi-
mo anno & ſuprà, oẽs qui ad bella p-
29 cederent, ❡ Recenſiti ſunt quinquagin-
30 ta quatuor millia quadringenti. ❡ De fi
lijs Zabulõ p generationes & familias
ac domos cognationũ ſuarum recẽſiti
ſunt p noĩa ſingulorũ à viceſimo anno
& ſuprà, oẽs q poterant ad bella proce-
31 dere, ❡ quinquagintaſeptem millia qua
32 dringenti. ❡ De filijs Ioſeph, filiorum E-
phráim p gñatiões, familias, ac domos
cognationũ ſuarũ recẽſiti sũt p noĩa ſin
gulorũ à viceſimo anno & ſuprà, oẽs q
33 poterãt ad bella pcedere, ❡ Quadragĩta
34 millia q̃gẽti. ❡ Porrò filiorũ Manaſſe
E p generationes & familias ac domos co
gnationũ ſuarũ recẽſiti ſunt p nomina
ſingulorũ à viginti annis & ſuprà, oẽs
35 q poterãt ad bella procedere, ❡ Trigin-
36 ta duo millia ducẽti. ❡ De filijs Ben-ia-

min p generationes & familias ac do-
mos cognationũ suarũ recẽsiti sunt no
minibus singulorũ à vicesimo anno &
suprà, oẽs q poterãt ad bella ꝓcedere.
37 ¶Trigintaquinq; millia quadringenti.
38 ¶De filijs Dan p generationes, & fami-
lias ac domos cognationũ suarũ recẽsi-
ti sunt nominib⁹ singulorũ à vicesimo
anno & suprà, oẽs q poterãt ad bella ꝓ
39 cedere, ¶Sexagintaduo millia septingẽ-
40 ti. ¶ De filijs Aser p generationes & fa-
F milias ac domos cognationum suarũ
recensiti sunt per nomina singulorum
à vicesimo anno & suprà, oẽs qui pote-
41 rant ad bella procedere. ¶ Quadragin-
42 ta millia & mille quingenti. ¶ De filijs
Nephthali p generatiões & familias, ac
domos cognationum suarum recensiti
sunt nominibus singulorũ à vicesimo
anno & suprà, omnes q poterãt ad bel-
43 la procedere. ¶ Quinquagintatria mil-
44 lia quadringenti. ¶ Hi sunt quos nume
rauerunt Moyses & Aaron, & duode-
cim principes Israël, singulos per do-
45 mos cognationũ suarũ. ¶Fueruntq; oẽs
numerus filiorũ Israël per domos & fa
milias suas à vicesimo anno & suprà, q
46 poterant ad bella procedere, ¶Sexcenta
tria millia virorũ quingẽti qnquagin-
47 ta. ¶Leuitæ aũt in tribu familiarũ sua-
G rũ non sunt numerati cum eis. ¶ Locu-
48 tusq; est Dñs ad Moysen, dicens. ¶ Tri-
49 bum Leui noli numerare, neque pones
50 summam eorum cum filijs Israël, ¶Sed
cõstitue eos super tabernaculũ testimo
nij & cuncta vasa eius, & quicquid ad
ceremonias pertinet. Ipsi portabunt ta
bernaculũ & oĩa vtensilia eius: & erũt
in ministerio, ac per gyrũ tabernaculi
51 metabuntur. ¶Cùm proficiscendũ fue-
rit, deponent Leuitæ tabernaculũ: cùm
castra metanda, erigent. quisquis exter
52 norũ accesserit, occidetur. ¶Metabũtur
aũt castra filij Israël vnusquisq; p tur-
mas & cuneos atque exercitum suum.
53 ¶ Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi
figent tentoria, ne fiat indignatio super
multitudinem filiorum Israël, & excu
babunt in custodijs tabernaculi testi-
54 monij. ¶ Fecerunt ergo filij Israël iuxta
oĩa quæ præceperat Dominus Moysi.

CAP. II.

1 LOcutusq; est Dñs ad Moysen & Aa-
A ron, dicens. ¶Singuli per turmas, si-
2 gna atq; vexilla & domos cognationũ
suarum castrametabuntur filiorum Is-
3 raël per gyrũ tabernaculi fœderis, ¶Ad
Orientẽ Iudas figet tentoria per turmas
exercitus sui: eritq; princeps filiorũ eius
4 Nahasson filius Aminadab, ¶Et omnis
de stirpe eius summa pugnantium, se-
ptuagintaquatuor millia sexcẽtorum.
5 ¶ Iuxta eũ castrametati sunt de tribu Is
sachar, quorũ princeps fuit Nathanael
6 filius Suar. ¶Et omnis numerus pugna
torum eius quinquagintaquatuor mil
7 lia quadringẽti. ¶In tribu Zabulõ prin-
8 ceps fuit Eliab filius Helon: ¶ Omnisq;
de stirpe eius exercitus pugnatorũ, qn-
quagintaseptem millia quadringenti.
9 ¶ Vniuersi qui in castris Iudæ annume
rati sunt, fuerunt cẽtum octoginta sex
millia quadringenti: & p turmas suas
10 primi egredientur. ¶ In castris filiorum
B Ruben ad meridianam plagã erit prin
11 ceps Elisur filius Sedeur. ¶ Et cunctus
exercitus pugnatorũ eius qui numerati
sunt, quadragintasex millia quingẽti,
12 ¶Iuxta eum castrametati sunt de tribu
Simeõ: quorum princeps fuit Salamiel
13 filius Suri-saddai. ¶ Et cunctus exerci-
tus pugnatorum eius qui numerati sũt
14 quinquagintanouem millia trecẽti. ¶In
tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius
15 Duel. ¶Et cunctus exercitus pugnatorũ
eius qui numerati sunt, quadraginta-
quinq; millia sexcenti quinquaginta.
16 ¶Omnes qui recẽsiti sunt in castris Ru-
ben, centũ quinquaginta millia & mil
le quadringenti quinquaginta per tur-
mas suas: in secundo loco proficiscent̃.
17 ¶Leuabitur autem tabernaculum testi-
monij per officia Leuitarum & turmas
eorum. quomodo erigetur, ita & depo-
netur. Singuli per loca & ordines suos
18 proficiscentur. ¶Ad Occidentalem pla-
C gam erunt castra filiorũ Ephraim, quo-
rũ princeps fuit Elisama fili⁹ Ammiud.
19 ¶ Cũctus exercitus pugnatorum eius, q
numerati sunt, quadraginta millia qn
20 genti. ¶Et cũ eis tribus filiorũ Manasse,
quorũ princeps fuit Gamaliel fili⁹ Pha
21 dassur. ¶Cunctusq; exercitus pugnato-
rum eius qui numerati sunt, triginta-
22 duo millia ducenti. ¶ In tribu filiorũ
Ben-iamin princeps fuit Abidan filius
23 Gedeonis: ¶Et cunctus exercitus pugna
torũ eius, q recẽsiti sunt, trigintaquinq;
24 millia quadringenti. ¶ Oẽs q numerati
sunt i castris Ephraim, centũ octo mil-

lia centũ per turmas suas, tertij profici-
25 scentur. ¶ Ad Aquilonis partẽ castrame
tati sunt filij Dan: quorũ princeps fuit
26 Ahi-ézer filius Ammi-saddai. ¶ Cũctus
exercitus pugnatorũ eius, qui numera-
ti sunt, sexagintaduo millia septingẽti.
27 ¶ Iuxta eũ fixẽre tẽtoria de tribu Azer,
D quorum princeps fuit Phegiel filius O-
28 chran. ¶ Cunctus exercitus pugnatorũ
eius q̃ numerati sunt quadraginta mil
29 lia & mille q̃ngenti. ¶ De tribu filiorũ
Nephtali princeps fuit Ahira fili⁹ Enã.
30 ¶ Cunctus exercitus pugnatorũ eius q̃n
31 quagintatria millia quadringẽti. ¶ Oẽs
qui numerati sunt ĩ castris Dan fuerũt
centũ quinquaginta septẽ millia sexcẽ-
32 ti, & nouissimi pficiscent̃. ¶ Hic nume-
rus filiorũ Israël, p domos cognationũ
suarũ & turmas diuisi exercit⁹, sexcẽta
33 tria millia q̃ngenti q̃nquaginta. ¶ Leui-
tę aũt nõ sũt numerati ĩter filios Israël:
34 sic eñ pceperat Dñs Moysi. ¶ Fecerũtq;
filij Israël iuxta oĩa q̃ mãdauerat Dñs.
Castrametati sũt p turmas suas, & pfe
cti p familias ac domos patrum suorũ.

CAP. III.

1 HÆ sunt gñationes Aaron & Moy-
A si in die qua locutus est Dominus
2 ad Moysen in mõte Sinai. ¶ Et hæc noĩa
filiorũ Aaron, ‖ primogenitus eius Na-
dab, deinde Abiu & Eleazar & Itha-
3 mar. ¶ Hæc noĩa filiorũ Aaron sacerdo
tũ q̃ vncti sunt, & quorũ repletæ & cõ-
secratæ manus vt sacerdotio fungeren
4 tur. ¶ ‖ Mortui sunt eñ Nadab & Abiu
cũ offerrẽt ignẽ alienũ in cõspectu Dñi
in deserto Sinai absq; liberis: functiq;
sũt sacerdotio Eleazar & Ithamar corã
5 Aaron pře suo. ¶ Locutusq; est Dñs ad
6 Moysen, dicens: ¶ Applica tribũ Leui, &
fac stare in cõspectu Aarõ sacerdotis vt
7 ministrent ei. ¶ & excubent, & obser-
uent q̃cquid ad cultũ pertinet multitu
8 dinis corã tabernaculo testimonij, ¶ &
custodiant vasa tabernaculi, seruientes
9 in ministerio ei⁹. ¶ Dabisq; dono Leui
10 tas. ¶ Aaron & filijs eius, quibus traditi
B sunt à filijs Israël. Aaron autẽ & filios
eius cõstitues sup cultũ sacerdotij. Ex-
ternus q̃ ad ministrandũ accesserit mo
11 riet̃. ¶ Locutusq; est Dñs ad Moysen, di-
12 cens: ¶ Ego tuli Leuitas à filijs Israël p
oĩ primogenito qui aperit vuluam in fi
13 lijs Israël, eruntq; Leuitæ mei. ¶ Meũ est
eñ oẽ primogenitũ ex quo pcussi ‖ pri-

‖ Exo. 6. d. 23.

‖ Leui. 10. a. 1. 1. Pa. 24. a. 2. Inf. 26. g. 61. Infr. 8. b. 9. 1. Esd. 6. d. 21.

‖ Inf. 8. c. 16.

mogenitos ĩ Terra-Ægypti: sanctificaui
mihi q̃cquid primũ nascit̃ in Israël ab
hoĩe vsq; ad pecus, mei sunt: ego Dñs.
14 ¶ Locutusq; est Dñs ad Moysen in deser
15 to Sinai, dicens: ¶ Numera filios Leui
C per domos patrum suorũ & familias,
oẽm masculũ ab vno mense & suprà.
16 ¶ ‖ Numerauit Moyses vt pceperat Dñs.
17 ¶ Et inuenti sunt filij Leui p noĩa sua,
18 Gerson: & Caath & Merari. ¶ Filij Ger-
19 son: Lebni & Semei. ¶ Filij Caath: Am-
20 ram, & Iesaar, Hebron, & Oziel, ¶ Filij
21 Merari: Moholi, & Musi: ¶ De Gerson
fuẽre familię duæ, Lebnitica, & Semei-
22 tica, ¶ quarũ numeratus est ppl̃s sexus
masculini ab vno mense & suprà, septẽ
23 millia quingentorum. ¶ Hi post taber-
24 naculũ metabuntur ad occidentẽ ¶ sub
25 principe Heliasaph filio Laël. ¶ Et habe-
26 bũt excubias ĩ tabernaculo fœderis. ¶ Ip
sum tabernaculũ & operimentũ eius,
tentoriũ quod trahit̃ ante fores tecti fę-
deris, & cortinas atrij: tentoriũ quoque
qđ appendit̃ in introitu atrij tabernacu-
li, & quicquid ad ritum altaris perti-
net, funes tabernaculi & oĩa vtẽsilia e-
27 ius. ¶ Cognatio Caat habebit ppl̃os Am-
D ramitas & Iesaaritas & Hebronitas &
Ozielitas. Hę sunt familiæ Caathitarũ,
28 recẽsitę p noĩa sua. ¶ Oẽs generis mascu
lini ab vno mense & suprà, octo millia
sexcenti, habebũt excubias sanctuarij,
29 ¶ & castrametabunt̃ ad meridianã pla-
30 gã. ¶ Princepsq; eorũ erit Elisaphã filius
31 Oziel: ¶ & custodiẽt arcã, mensamq; &
candelabrũ, altaria & vasa sanctuarij, ĩ
q̃bus ministratur, & velũ, cunctáq; hu
32 iuscemodi supellectilẽ. ¶ Princeps aũt
principũ Leuitarũ Eleazar filius Aarõ
sacerdotis erit sup excubitores custodię
33 sãctuarij. ¶ At verò de Merari erũt ppl̃i
E Moholitę & Musitæ recẽsiti p noĩa sua:
34 ¶ Oẽs generis masculini ab vno mẽse &
35 suprà, sex millia ducẽti. ¶ Princeps eorũ
Suriel filius Abihaiel: in plaga septen-
36 trionali castrametabunt̃. ¶ Erũt sub cu
stodia eorum tabulæ tabernaculi & ve
ctes, & colũnę ac bases earũ, & oĩa quæ
37 ad cultũ huiuscemodi pertinent: colũ-
nęq; atrij per circuitũ cũ basibus suis,
38 & paxilli cũ funib⁹. ¶ Castrametabunt̃
ante tabernaculũ fœderis, idest ad oriẽ-
talem plagã. Moyses & Aaron cũ filijs
suis habẽtes custodiã sanctuarij in me-
dio filiorũ Israël, q̃squis alienus acces-

Exod 13. a. 2. 34. c. 19.

‖ Exo. 6. c. 17.

1. Par. 6. a. 1. & 23 a 6. Inf. 26. f. 57.

39 serit, morietur. ¶Oẽs Leuitę quos nume
F rauerũt Moyses & Aaron iuxta præce-
ptũ Dñi ꝑ familias suas in genere ma-
sculino à mense vno & suprà, fuerunt
40 viginti duo millia. ¶Et ait Dñs ad Moy-
sen: Numera primogenitos sexus ma-
sculini de filiis Israël ab vno mense, &
41 suprà, & habebis summã eorum. ¶Tol-
lesq; Leuitas mihi pro oĩ primogenito
filiorum Israël. ego sum Dñs: & pecora
eorũ pro vniuersis primogenitis peco-
42 rum filiorũ Israël. ¶Recensuit Moyses
sicut præceperat Dñs primogenitos fi-
43 liorũ Israël. ¶& fuerunt masculi ꝑ no-
mina sua à mense vno & suprà, vigin-
ti duo millia ducenti septuaginta tres.
44 ¶Locutusq; est Dñs ad Moysen, dicẽs:
45 ¶Tolle Leuitas ꝓ primogenitis filiorũ
G Israël, & pecora Leuitarũ pro pecoribꝰ
eorũ: eruntq; Leuitæ mei. ego sum Dñs.
46 ¶In pretio autẽ ducentorũ septuaginta-
trium qui excedunt numerũ Leuitarũ
47 de primogenitis filiorum Israël, ¶Acci-
pies quinque siclos ꝑ singula capita ad
mensuram sanctuarij. ‖Siclus habet vi-
48 ginti obolos. ¶Dabisq; pecuniam Aarõ
& filiis eius pretiũ eorũ qui supra sunt.
49 ¶Tulit igit᷑ Moyses pecuniã eor[illegible] fue-
rant amplius, & quos redemerat à Le-
50 uitis ¶pro primogenitis filiorũ Israël,
mille trecentorum sexagintaquinq; si-
51 clorũ iuxta põdus sanctuarij, ¶& dedit
eam Aaron & filiis eius iuxta verbum
quod præceperat sibi Dominus.

‖Exo. 30. b. 15. Leu. 27. c. 25. Ezec. 45. d. 12. Infr. 18. c. 16.

CAP. IIII.

1 LOquutusque est Dñs ad Moysen &
A Aaron, dicens: ¶Tolle summam fi-
2 liorũ Caath de medio Leuitarũ per do-
3 mos & familias suas. ¶à tricesimo anno
& suprà vsq; ad quinquagesimũ annũ,
omniũ q ingrediũtur, vt stent & mini-
4 strent in tabernaculo fœderis. ¶Hic est
cultus filiorum Caath. Tabernaculum
5 fœderis & Sctm̃ sanctorum ¶ingredien-
tur Aaron & filij eius, qñ mouẽda sunt
castra, & deponent velum quod pẽdet
ante fores, inuoluẽtq; eo arcã testimo-
6 nij, ¶& operient rursum velamen *ian-
thinarũ pellium, extẽdentq; dẽsuꝑ pal-
lium totũ hyacinthinum, & inducent
7 vectes. ¶Mensam quoq; ꝓpositionis in-
uoluent hyacinthino pallio. & ponent
cũ ea turibula & mortariola, cyathos
& cratẽras ad liba fundẽda: panes sem-
8 per in ea erunt: ¶extendentq; dẽsuper
pallium coccineũ, quod rursum ope-
rient velamẽto *ianthinarum pelliũ, &
9 inducent vectes. ¶Sument & pallium
hyacinthinũ, quo operiẽt cãdelabrum
cũ lucernis & forcipibus suis & emun-
ctoriis & cunctis vasis olei, quę ad con-
10 cinnãdas lucernas necessaria sunt: ¶&
super oĩa ponent operimentũ *ianthi-
11 narũ pelliũ. & induceẽt vectes. ¶Necnõ
B & altare aureũ inuoluẽt hyacinthino
vestimẽto, & extendẽt dẽsuꝑ operimẽ-
tum *ianthinarũ pellium, inducentq;
12 vectes. ¶Oĩa vasa quibus ministratur in
sanctuario inuoluẽt hyacinthino pal-
lio & extẽdent dẽsuper operimentum
*ianthinarũ pelliũ, inducentq; vectes.
13 ¶Sed & altare mundabunt cinere & in-
uoluent illud purpureo vestimento,
14 ¶ponentq; cũ eo oĩa vasa quibus in mi-
nisterio eiꝰ vtunt᷑, id est, igniũ recepta-
cula, fuscinulas ac tridentes, vncinos &
batilla. Cũcta vasa altaris operient si-
mul velamine *ianthinarũ pellium, &
15 inducẽt vectes. ¶Cũq; inuoluerint Aa-
rõ & filij eius sanctuariũ & oĩa vasa eiꝰ
in cõmotione castrorũ, tũc intrabũt fi-
lij Caath, vt portẽt inuoluta: & nõ tan-
gent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista
sunt onera filiorũ Caath ĩ tabernaculo
16 fœderis: ¶Suꝑ quos erit Eleazar filius
Aarõ sacerdotis, ad cuius curã pertinet
oleũ ad cõcinnandas lucernas & cõpo-
sitionis incẽsum, & sacrificiũ qđ semꝑ
offert᷑, & oleũ vnctionis: & q̃cquid ad
cultũ tabernaculi pertinet, omniumq;
17 vasorum q̃ in sanctuario sunt. ¶Locu-
tusq; est Dñs ad Moysen & Aaron di-
18 cẽs: ¶Nolite ꝑdere ppl'm Caath de me-
19 dio Leuitarum: ¶Sed hoc facite eis, vt
viuãt, & non moriant᷑ si tetigerint Sãcta
sanctorũ. Aaron & filij eiꝰ intrabunt,
ipsiq; disponẽt *opera singulorũ, & di-
20 uident quid portare quis debeat. ¶Alij
nulla curiositate videãt q̃ sunt in san-
ctuario priusquã inuoluãtur, alioquin
21 morient᷑. ¶Locutusq; est Dñs ad Moy-
22 sen dicẽs: ¶Tolle summã etiam filiorũ
C Gerson ꝑ domos ac familias & cogna-
23 tiones suas. ¶A triginta annis & supra
vsq; ad annos quinquaginta. Numera
oẽs qui ingrediunt᷑: & ministrant in ta-
24 bernaculo fœderis. ¶Hoc est offĩm fami-
25 liæ Gersonitharũ, ¶vt portent corti-
nas tabernaculi & tectũ fœderis operi-
mentum aliud, & super oĩa velamen

*hyacinthinarũ. *hyacinthinarũ. *hyacinthinarũ. *hyacinthinarũ. *hyacinthinarũ. *hyacinthinarũ. *onera.

*ianthi-

*hyacinthinum

* ianthinū, tentoriūmq; quod pendet
26 in introitu tabernaculi fœderis, ¶ Cor-
tinas atrij, & velum in introitu quod
est ante tabernaculū. Oīa quæ ad alta-
re ptinēt, funiculos & vasa ministerij,
27 ¶ Iubēte Aaron & filijs eius, portabunt
filij Gerson: & sciēt singuli cui debeāt
28 oneri mācipari. ¶ Hic est cultus familiæ
Gersonitarum in tabernaculo fœderis,
eruntq; sub manu Ithamar filij Aarō
29 sacerdotis. ¶ Filios quoq; Merari per fa-
milias & domos patrū suorū recēsebis
30 ¶ à triginta annis & suprà, vsque ad an-
nos qnquaginta, oēs q ingrediūtur ad
offim ministerij sui & cultū fœderis te-
31 stimonij. ¶ Hæc sunt onera eorū: Porta-
bunt tabulas tabernaculi & vectes eiꝰ,
32 colūnas ac bases earū, ¶ Colūnas quoq;
atrij per circuitū cū basibus & paxillis
& funibꝰ suis. Oīa vasa & supellectilē
ad numerū accipient, sicq; portabunt.
33 ¶ Hoc est offim familiæ Meraritarum &
ministerium in tabernaculo fœderis:
eruntq; sub manu Ithamar filij Aaron
34 sacerdotis. ¶ Recensuerūt igitur Moyses
& Aaron & principes synagogæ filios
D Caath per cognationes & domos patrū
35 suorū ¶ à triginta annis & supra, vsque
ad annū quinquagesimū, oēs qui ingre
diunt ad ministeriū tabernaculi fœde-
36 ris: ¶ & inuenti sunt duo millia septin-
37 genti quinquaginta. ¶ Hic est numerus
ppli Caath qui intrant tabernaculū fœ
deris: hos numerauit Moyses & Aaron
iuxta sermonē Dn̄i per manum Moysi.
38 ¶ Numerati sūt & filij Gerson p cogna-
39 tiones, & domos patrū suorū ¶ à trigin-
ta annis & supra, vsq; ad quinquagesi-
mum annū, oēs qui ingrediūtur, vt mi-
40 nistrent in tabernaculo fœderis: ¶ In-
uenti sūt duo millia sexcenti triginta.
41 ¶ Hic est ppls Gersonitarū, quos nume-
rauerūt Moyses & Aaron iuxta verbū
42 Dn̄i. ¶ Numerati sunt & filij Merari per
43 cognationes & domos patrū suorū ¶ à
triginta annis & supra vsque ad annū
qnquagesimū, oēs q ingrediunt ad ex-
44 plendos ritus tabernaculi fœderis: ¶ &
45 inuēti sūt tria millia ducenti: ¶ hic est
numerꝰ filiorū Merari quos recēsuerūt
Moyses & Aarō iuxta imperiū Dn̄i per
46 manū Moysi. ¶ Oēs qui recēsiti sunt de
Leuitis, & quos * fecit ad nomē Moyses
& Aarō, & principes Isrl̄ p cognationes
47 & domos patrū suorū ¶ à triginta annis

*recensuit 1.

& supra, vsq; ad annū quinquagesimū,
ingrediētes ad ministeriū tabernaculi,
48 & onera portāda. ¶ Fuerūt ij octo mil-
49 lia qngēti octoginta. ¶ Iuxta verbū Dn̄i
recēsuit eos Moyses, vnumquēq; iuxta
offim & onera sua, sicut pceperat ei Dn̄s.

CAP. V.

1 LOcutusq; est Dn̄s ad Moysen, dicēs:
A ¶ Præcipe filijs Israël, vt eijciāt de ca-
2 stris oēm leprosum, & q semine fluit,
3 pollutusq; est sup mortuo. ¶ tā mascu-
lū q̄ fœminā eijcite de castris, ne conta
minent ea, cū habitauerint vobiscum.
4 ¶ Feceruntq; ita filij Israël, & eiecerunt
eos extra castra, sicut locutus erat Dn̄s
5 Moysi. ¶ Locutusq; est Dn̄s ad Moysen
6 dicēs: ¶ Loquere ad filios Israël, vir siue
mulier cum fecerint ex oībus pctīs q so
lēt hoībus accidere, & p negligentiam
trangressi fuerint mandatū Dn̄i, atque
7 deliquerint, ¶ confitebunt peccatū suū,
& reddent ipsum caput, quintāq; par-
8 tē desuper ei in quē peccauerint. ¶ Sin
aūt nō fuerit qui recipiat, dabūt Dn̄o,
& erit sacerdotis, exēpto ariete q offert
pro expiatione, vt sit placabilis hostia.
9 ¶ Oēs quoq; primitiæ quas offerunt filij
10 Israël, ad sacerdotē pertinent: ¶ & quic-
quid in sanctuariū offertur à singulis,
& traditur manibus sacerdotis, ipsius
11 erit. ¶ Locutusq; est Dn̄s ad Moysen di-
12 cens: ¶ Loquere ad filios Israël, & dices Leui. 6. a. 4.
B ad eos: Vir cuius vxor errauerit, mari-
13 tumq; contēnens, ¶ dormierit cum alte-
ro viro, & hoc maritus deprehendere
nō quiuerit, sed latet adulteriū, & testi-
bus argui non pōt, qa nō est inuēta in
14 stupro: ¶ si spiritus zelotypiæ cōcitaue-
rit virū cōtra vxorē suā, quæ vel pollu-
15 ta est, vel falsa suspitione appetit: ¶ Ad-
ducet eam ad sacerdotē & offeret obla-
tionē pro illa decimā partē sati farinæ
hordeaceæ, nō fundet super eā oleum,
nec imponet tus: quia sacrificium zelo-
typiæ est, & oblatio inuestigans adulte
16 riū. ¶ Offeret igitur eam sacerdos, & sta-
17 tuet corā Dn̄o, ¶ assumetq; aquā sanctā
in vase fictili, & pauxillū terræ de paui
18 mento tabernaculi, mittet in eā. ¶ Cūq;
C steterit mulier in conspectu Dn̄i, discoo-
periet caput eius, & ponet super ma-
nus illius sacrificium recordationis, &
oblationem zelotypiæ: ipse aūt tenebit
aquas amarissimas, in quibꝰ cū execra-
19 tione maledicta cōgessit. ¶ adiurabitq;

eam, & dicet: Si non dormiuit vir alie-
nus tecũ, & si nõ polluta es deserto ma
riti thoro, nõ te nocebũt aquę istę ama
20 rissimæ, in quas maledicta cõgessi. Sin
autẽ declinasti à viro tuo atq; polluta
21 es: & cõcubuisti cũ altero viro: His ma
ledictionib⁹ subiacebis: Det te Dñs in
maledictionẽ, exẽplumq; cunctorũ in
populo suo. putrescere faciat fęmur
tuũ, & tumẽs vterus tu⁹ disrumpatur.
22 Ingrediátur aquæ maledictæ in vẽtrẽ
tuum, & vtero tumescẽte putrescat fe-
mur. Et rñdebit mulier Amen, amen,
23 Scribetq; sacerdos in libello ista ma-
D ledicta, & delebit ea aqs amarissimis,
24 in quas maledicta cõgessit, & dabit ei
25 bibere. Quas cum exhauserit, Tollet
sacerdos de manu eius sacrificiũ zelo-
typię, & eleuabit illud corã Dño, impo
netq; illud sup altare: ita duntaxat vt
26 prius, pugillum sacrificij tollat de eo
quod offertur, & incendat sup altare:
& sic potum det mulieri aquas amaris-
27 simas. Quas cũ biberit, si polluta est,
& cõtẽpto viro adulterij rea, pertransi-
bũt eam aquę maledictionis, & inflato
vẽtre cõputrescet femur: eritq; mulier
in maledictionem, & in exẽplũ omni
28 pplo. Quòd si polluta nõ fuerit, erit
29 innoxia, & faciet liberos. Ista est lex
zelotypię. Si declinauerit à viro suo &
30 si polluta fuerit, maritusq; zelotypiæ
spiritu cõcitatus adduxerit eã in cõspe-
ctu Dñi, & fecerit ei sacerdos iuxta oĩa
31 quę scripta sunt, maritus absq; culpa
erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

CAP. VI.

1 LOcutusq; est Dñs ad Moysẽ, dicẽs:
A Loquere ad filios Isrl, & dices ad
2 eos: Vir siue mulier cũ fecerint votum
vt sanctificentur, & se voluerint Dño cõ-
3 secrare: à vino & omni quod inebriare
re potest, abstinebũt. Acetũ ex vino, &
ex alia qualibet potione, & quicquid
ex vua exprimitur, nõ bibẽt: vuas recẽtes
4 siccasq; nõ comedẽt cũctis dieb⁹ qb⁹
ex voto Dño consecrantur, quicquid ex
vinea esse potest, ab vua passa vsque ad
5 acinũ nõ comedent. Omni tpe sepa-
rationis suæ ‖nouacula nõ transibit p
caput eius vsq; ad completũ diem quo
Dño cõsecratur. Sanctus erit, crescente
6 cæsarie capitis eius. Omni tpe conse-
crationis suę super mortuũ non ingre-
7 dietur. nec super pris quidẽ & matris
& fratris sororisq; funere cõtaminabi-
tur, quia cõsecratio Dei sui super caput
8 eius est. Omnibus dieb⁹ separationis
9 suæ sanctus erit Dño. Sin aũt mortuus
B fuerit subitò quispiã coram eo, polluetur
caput cõsecrationis eius: qđ radet ilicò
in eadẽ die purgationis suę, & rursum
10 septima. In octaua autem die offeret
duos turtures, vel duos pullos colũbæ
sacerdoti ĩ introitu fœderis testimonij:
11 facietq; sacerdos vnũ pro pctõ, & alte-
rum in holocaustũ, & deprecabitur pro
eo, quia peccauit super mortuo: sancti-
12 ficabitq; caput eius in die illo, & con-
secrabit Dño dies separationis illi⁹, offe
rens agnum anniculũ pro peccato, ita
tñ vt dies priores irriti fiant, qm pollu-
13 ta est sanctificatio eius. Istã est lex cõ-
C secrationis: Cùm dies quos ex voto de-
creuerat, cõplebũtur: adducet eum ad
14 ostium tabernaculi fęderis, & offeret
oblationẽ eius Dño, agnum anniculũ
immaculatũ in holocaustũ, & ouẽ an-
niculã immaculatã pro peccato, & arie
tem immaculatum, hostiã, pacificam,
15 Canistrum quoq; panũ azymorũ qui
conspersi sint oleo, & lagana absq; fer-
mẽto vncta oleo, ac libamina singulo-
16 rum: Quæ offeret sacerdos corã Dño,
& faciet tam pro peccato, q̃ in holocau
17 stum, Arietem vero immolabit hostiã
pacificam Dño offerens simul canistrũ
azymorum, & libamenta quæ ex more
18 debentur. ‖Tunc radetur nazaręus ante
ostiũ tabernaculi fœderis cæsarie con-
secrationis suæ: tolletq; capillos ei⁹, &
ponet super ignẽ, qui est suppositus sa-
19 crificio pacificorũ. Et armũ coctũ arie
D tis, tortamq; absq; fermẽto vnã de cani
stro, & laganũ azymum vnũ, & tradet
in manus nazarei, postquã rasum fue
20 rit caput ei⁹. Susceptaq; rursum ab eo,
eleuabit in cõspectu Dñi: & sanctifica-
ta sacerdotis erunt, sicut pectusculũ qđ
separari iussum est, & femur. post hæc
21 potest bibere nazaręus vinum. Ista est
lex Nazaræi, cũ vouerit oblationẽ suã
Dño tpe cõsecrationis suæ, exceptis his
quę inuenerit manus eius. iuxta quod
mẽte deuouerat: ita faciet ad pfectionẽ
22 sãctificationis suæ. Locutusq; est Dñs
23 ad Moysen dicens: Loquere Aarõ & fi
lijs ei⁹. ‖Sic bñdicetis filijs Israël, & di-
24 cetis eis: Benedicat tibi Dñs: & custo-
25 diat te. Ostendat Dñs faciem suam ti-

Margin notes: suo i. | ‖Iud. 13. a. 5. | ascẽdet super i7. | ‖Act. 21. d. 24.

bi, &

26 bi, & misereatur tui. ¶ Conuertat Do-
minus vultum suum ad te, & det tibi
27 pacé. ¶ Inuocabuntq; nomen meum su
per filios Israël, & ego benedicam eis.

CAP. VII.

1 Factum est auté in die qua cópleuit
A Moyses tabernaculum, & erexit il-
[Exo. 40. b. 18.] lud: vnxitq; & sanctificauit cú oíbus
vasis suis, altare similiter & oía vasa
2 ei. ¶ Obtulerunt principes Israël & ca
pita familiarú qui erát per singulas tri
bus, præfecti eorú qui numerati fuerát
3 ¶ munera corá Dño sex plaustra tecta
cum duodecim bobus. Vnú plaustrú
obtulére duo duces, & vnum boué sin-
guli: obtuleruntq; ea in cóspectu taber
4 naculi. ¶ Ait aút Dñs ad Moysen, ¶ Susci
5 [testimonij 1.] pe ab eis vt seruiát in ministerio taber
naculi & trades ea Leuitis iuxta ordi-
6 né ministerij sui. ¶ Itaq; cú suscepisset
[ca 4.] Moyses plaustra, & boues tradidit eos
7 Leuitis. ¶ Duo plaustra & quatuor bo-
ues dedit filijs Gerson: iuxta id qđ ha-
8 bebant necessariú. ¶ quatuor alia plau
stra, & octo boues dedit filijs Merari
in officia & cultú suú, sub manu Itha
9 mar filij Aaron sacerdotis. ¶ Filiis auté
Caath non dedit plaustra & boues: qa
in sanctuario seruiunt, & onera ꝓprijs
10 portant humeris. ¶ Igit obtulerunt du-
ces in dedicationem altaris, die qua vn
ctum est, oblationem suá ante altare.
11 ¶ Dixitq; dñs ad Moysen, Singuli duces
B [Act. 12. d. 24.] p singulos dies offerát munera in dedi
12 cationé altaris. ¶ Primo die obtulit o-
blationé suá Nahasson filiꝰ Aminadab
13 de tribu Iuda: ¶ fuerúntq; in ea acetabu
lú argenteú pondo centú triginta siclo
rum, phiala argétea habés septuaginta
siclos iuxta pondus sanctuarij, vtrunq;
plenú simila cóspersa oleo i sacrificiú:
14 ¶ mortariolú ex decé siclis aureis plenú
15 incenso: ¶ boué de arméto, & arieté, &
16 agnú anniculú in holocaustum: ¶ hir-
17 cumq; pro pcó: ¶ & in sacrificio pacifi-
corum boues duos, arietes qnq;, hircos
qnq;, agnos anniculos quinq;, hæc est
18 oblatio Nahasson filij Aminadab. ¶ Se
cúdo die obtulit Nathanaël filiꝰ Suar,
19 dux de tribu Issachar, ¶ acetabulú argé
teú appédés centú triginta siclos phia-
lá argenteá habenté septuaginta siclos,
iuxta pódus sanctuarij, vtrunq; plenú
20 simila cóspersa oleo in sacrificiú: ¶ mor
tariolú aureú habens decé siclos plenú
21 incenso: ¶ boué de armento, & arietem,
22 & agnú anniculú in holocaustú: ¶ hir-
23 cumq; pro pcó: ¶ & in sacrificio pacifi-
corú boues duos, arietes quinq;, hircos
quinq;, agnos anniculos qnq;, hęc fuit
24 oblatio Nathanaël filij Suar. ¶ Tertio
die princeps filiorú Zabulon Eliab filiꝰ
25 Helon, ¶ obtulit acetabulú argenteum
appendens centú triginta siclos, phialá
argenteá habenté septuaginta siclos ad
C pondus sanctuarij, vtrunq; plenú simi-
26 la conspersa oleo in sacrificiú: ¶ morta-
riolú aureum appédens decé siclos ple-
27 num incenso: ¶ bouem de armento, &
arieté, & agnú anniculú i holocaustú:
28 ¶ hircúq; pro pcó: ¶ & in sacrificio pacifi-
29 corú boues duos, arietes quinq;, hircos
qnq;, agnos anniculos quinq;, hæc est
30 oblatio Eliab, filij Helon. ¶ Die quarto
princeps filiorú Rubé, Elisur filiꝰ Sede-
31 ur ¶ obtulit acetabulú argenteú appen-
dens centú triginta siclos, phialá argen-
teá habété septuaginta siclos ad pódus
sanctuarij, vtrúq; plenú simila cósper-
32 sa oleo in sacrificiú: ¶ mortariolú aureú
33 appédens decé siclos plenú incéso: ¶ bo-
uem de armento & arieté, & agnú an-
34 niculú in holocaustú: ¶ hircumq; pro
35 peccato: ¶ & in hostias pacificorum bo-
ues duos, arietes qnq;, hircos quinque,
agnos anniculos quinq;, hæc fuit obla-
36 tio Elisur filij Sedeur. ¶ Die qnto prin-
ceps filiorú Simeon Salamiel filiꝰ Suri-
37 saddai ¶ obtulit acetabulú argenteú ap-
pendens centú triginta siclos, phialam
argenteá habenté septuaginta siclos ad
pódus sanctuarij, vtrunq; plenú simila
38 conspersa oleo in sacrificiú: ¶ mortario
lú aureú appendés decem siclos plenú
39 incenso: ¶ boué de armento, & arieté, &
40 agnú anniculú in holocaustú: ¶ hircúq;
41 pro pcó: ¶ & in hostias pacificorú boues
D duos, arietes qnq;, hircos qnq;, agnos
anniculos quinq;, hęc fuit oblatio Sala
42 miel filij Suri-saddai. ¶ Die sexto prin
43 ceps filiorú Gad Eliasaph filiꝰ Duel, ¶ ob
tulit acetabulú argenteum appendens
centú triginta siclos, phialá argenteam
habenté septuaginta siclos ad pondus
sanctuarij, vtrúq; plenú simila cósper-
44 sa oleo i sacrificiú; ¶ mortariolú aureú
appendens decé siclos plenú incenso:
45 ¶ bouem de armento, & arieté, & agnú
46 anniculú in holocaustú, ¶ hircumq; pro
47 pcó, ¶ & in hostias pacificorum boues

duos, arietes qnq;, hircos qnq;, agnos
anniculos quinq;, hęc fuit oblatio Elia
48 saph filij Duel. ¶ Die septimo princeps
filiorum Ephráim Elisama filius Am-
49 miud, ¶obtulit acetabulũ argenteũ ap
pendens centũ triginta siclos, phialam
argenteã habentẽ septuaginta siclos ad
pondus sanctuarij, vtrunq; plenũ simi
50 la conspersa oleo in sacrificiũ: ¶morta-
riolũ aureũ appendẽs decem siclos ple-
51 num incẽso: ¶bouẽ de armento, & arie
tem & agnũ anniculũ in holocaustũ.
52 ¶hircũq; pro peccato: ¶& in hostias pa-
53 cificorũ, boues duos, arietes qnq; hir-
cos qnq;, agnos anniculos quinq;. hæc
E fuit oblatio Elisama filij Ammiud.
54 ¶ Die octauo princeps filiorũ Manasse
55 Gamaliel filius Phadassur. ¶ obtulit ace-
tabulũ argenteũ appendens centũ tri-
ginta siclos, phialã argenteam habentẽ
septuaginta siclos ad pondus sanctuarij,
vtrunq; plenũ simila cõspersa oleo in
56 sacrificiũ, ¶mortariolũ aureũ appendẽs
57 decem siclos plenũ incenso: ¶ bouẽ de
armẽto, & arietẽ, & agnũ anniculũ in
58 holocaustũ: ¶hircumq; pro pcõ: ¶ & in
59 hostias pacificorũ boues duos, arietes
qnq;, hircos qnq;, agnos anniculos qn
que. hęc fuit oblatio Gamaliel filij Pha
60 dassur. ¶ Die nono prĩceps filiorũ Ben-
61 iamin Abidan filius Gedeonis, ¶obtulit
acetabulũ argenteũ appendens centũ
triginta siclos, phialã argenteã habentẽ
septuaginta siclos ad põdus sãctuarij.
vtrunq; plenũ simila cõspersa oleo in
62 sacrificiũ: ¶mortariolũ aureũ appẽdẽs
63 decem siclos plenũ incẽso: ¶& bouẽ de
armẽto, & arietẽ, & agnũ anniculũ in
64 holocaustũ: ¶hircumq; pro pcõ: ¶ & in
65 hostias pacificorũ boues duos, arietes
quinq;, hircos qnq;, agnos anniculos
quinq;. hæc fuit oblatio Abidã filij Ge
66 deonis. ¶Die decimo princeps filiorum
F Dan Abi-ẽzer filius Ammi-saddai, ¶ob
67 tulit acetabulũ argenteum appendens
centũ triginta siclos, phialam argenteã
habentẽ septuaginta siclos ad pondus
sanctuarij, vtrũq, plenũ simila cõsper-
68 sa oleo ĩ sacrificiũ: ¶mortariolũ aureũ
appendens decẽ siclos plenum incẽso.
69 ¶bouem de armẽto, & arietẽ, & agnum
70 anniculũ in holocaustum. ¶ hircumq;
71 ꝓ peccato, ¶& in hostias pacificorũ bo-
ues duos, arietes quinq;, hircos quinq;,
agnos anniculos qnq;. hęc fuit oblatio
72 Abi-ẽzer filij Ammi-saddai. ¶Die vnde
cimo princeps filiorũ Aser, Phegiel fi-
73 lius Ochran, ¶obtulit acetabulũ argen-
teũ appendẽs centũ triginta siclos phia
lã argenteã habentẽ septuaginta siclos
ad põdus sanctuarij, vtrũq; plenũ simi
74 la conspersa oleo in sacrificiũ: ¶morta-
riolũ aureũ appendẽs decẽ siclos plenũ
75 incenso: ¶bouẽ de armento, & arietẽ, &
76 agnũ anniculũ ĩ holocaustũ: ¶ hircũq;
77 pro pcõ: ¶& in hostias pacificorũ boues
duos, arietes qnq;, hircos qnq;, agnos
anniculos qnq,. hæc fuit oblatio Phe-
78 giel filij Ochrã. ¶ Die duodecimo prin-
ceps filiorum Nephtali Ahira filius Enã,
79 ¶obtulit acetabulũ argenteũ appendẽs
centũ triginta siclos, phialã argenteam
habentẽ septuaginta siclos ad pondus
sanctuarij, vtrũq; plenũ simila, oleo cõ
80 spersa in sacrificiũ: ¶mortariolũ aureũ
81 appẽdens decẽ siclos plenũ incẽso: ¶bo-
uẽ de armẽto, & arietẽ, & agnũ annicu
82 lũ in holocaustũ: ¶hircũq; pro pcõ: ¶&
83 in hostias pacificorũ boues duos, arie-
tes qnq;, hircos qnq;, agnos anniculos
qnq;. hęc fuit oblatio Ahira filij Enan.
84 ¶ Hæc in dedicationem altaris oblata
sunt à principibus Israël, in die qua cõ
secratũ est: acetabula argentea duode-
cim: phialę argẽteæ duodecim, morta-
85 riola aurea duodecĩ: ¶ita vt cẽtũ trigĩta
G siclos argenti haberet vnũ acetabulũ,
& septuaginta siclos haberet vna phia-
la id est, in cõe vasorum oĩum ex ar-
gento sicli duo millia quadringẽti, põ-
86 dere sãctuarij: ¶mortariola aurea duo-
decim plena incenso, denos siclos appẽ
dentia pondere sanctuarij: idest, simul
87 auri sicli centum viginti, ¶ boues de ar
mẽto in holocaustũ duodecim, arietes
duodecim, agni anniculi duodecim,
& libamenta eorũ: hirci duodecim pro
88 pcõ. ¶In hostias pacificorũ, boues vigin
tiquatuor, arietes sexaginta, hirci sexa-
gĩta, agni anniculi sexaginta. Hæc obla
ta sunt in dedicatione altaris, qñ vnctũ
89 est, ¶Cumq; ingrederetur Moyses taber
naculũ fęderis, vt cõsuleret oraculũ, au
diebat vocẽ loquẽtis ad se de ꝓpitiato-
rio, qđ erat super arcã testimonij inter
duos Cherubim, vnde & loquebat̃ ei.

CAP. VIII.

1 LOcutusq; est Dñs ad Moysen, di-
A cẽs, ¶Loquere Aaron, & dices ad eũ,
2 Cum posueris septẽ lucernas, ⌐*cãdela-

⌐5. *candelabrorũ in australi parte erigatur.

brum

3 brum in australi parte erigatur. ¶ Hoc
igit̄ præcipe vt lucernę contra boream
è regione respiciāt ad mensam panum
ꝓpositionis, contra eam partē quā can-
4 delabrū respicit lucere debebunt. ¶ Fe-
citq; Aaron, & imposuit lucernas supꝛ
candelabrū, vt præceperat Dn̄s Moysi.
5 ¶ Hæc aūt erat factura cādelabri, Ex au-
ro ductili, tam medius stipes q̄ cūcta
quæ ex vtroq; calamorum latere nasce
bant, iuxta exemplū quod ostēdit Dn̄s
6 Moysi, ita operatus est cādelabrū, ¶ Et
locutus est Dn̄s ad Moysen, dicēs, Tol-
le Leuitas ex medio filiorū Israël, & pu
7 rificabis eos ¶ iuxta hunc ritū: Aspergan
tur aqua lustrationis, & radant oēs pi-
B los carnis suę. Cumq̄, lauerint vestimē
8 ta sua, & mundati fuerint, ¶ tollent bo-
uem de armentis, & libamentum eius
similā oleo conspersam, bouē aūt alte-
rum de armēto tu accipies ꝓ peccato:
9 & applicabis ¶ Leuitas corā tabernacu-
lo federis, conuocata omni multitudi-
10 ne filiorū Israël. ¶ Cùmq; Leuitæ fue-
rint corā Dn̄o, ponent filij Israël ma-
11 nus suas super eos, ¶ & offeret Aaron
Leuitas, munus in conspectu Dn̄i a fi-
lijs Israël, vt seruiāt in ministerio eius.

Suprà 3. a.6. 1.Esd. 6. d.18.

12 ¶ Leuitæ quoq; ponent manus suas su-
per capita boum, è quibꝰ vnū facies pro
peccato, & alterū in holocaustū Dn̄i, vt
13 depreceris pro eis. ¶ Statuesq; Leuitas
in conspectu Aaron & filiorum eius, &
14 cōsecrabis oblatos Dn̄o, ¶ ac separabis
de medio filiorum Israël vt sint mei:
15 ¶ & postea ingrediant̄ tabernaculum
C fęderis vt seruiant mihi. Sicq̄; purifica-
bis & consecrabis eos in oblationem
16 Dn̄i, ¶ qm̄ dono donati sunt mihi à fi-
lijs Israël. ‖ Pro primogenitis q̄ aperiūt
17 oēm vuluā in Israël, accepi eos. ¶ Mea
sunt enim oīa primogenita filiorū Isra
ël, tam ex hoībus q̄ ex iumentis, Ex die
quo percussi omne primogenitum in
18 Terra-Ægypti, sāctificaui eos mihi: ¶ &
tuli Leuitas ꝓ cunctis primogenitis fi-
19 liorū Israël: tradidiq; eos dono Aarō
& filijs eius de medio *populis, ¶ vt ser-
D uiāt mihi pro Israël in tabernaculo fœ
deris, & orēt ꝓ eis ne sit in ꝑplo plaga,
si ausi fuerint accedere ad sanctuariū.
20 ¶ Fecerūtq; Moyses & Aaron & oīs mul
titudo filiorū Israël sup leuitis q̄ pręce
21 perat Dn̄s Moysi: ¶ purificatiq; sunt, &
lauerunt vestimēta sua. Eleuauitq; eos

Suprà 3. e.13. ‖Exo.13. a.2. Luca 2. d.32.

* filiorū Israël 1.

-5. *candelabrorū in australi parte erigatur.

Aaron in conspectu Dn̄i, & orauit pro
22 eis, ¶ vt purificati ingrederent̄ ad officia
sua in tabernaculū fœderis corā Aaron
& filijs eius. Sicut ꝑceperat Dn̄s Moysi
23 de Leuitis, ita factū est. ¶ Locutusq; est
24 Dn̄s ad Moysen, dicens, ¶ Hęc est lex Le
uitarum: A viginti-quinq; annis, & su
prà ingredient̄ vt ministrēt in taberna-
25 culo fęderis. ¶ Cūq; quinquagesimū an
nū ętatis impleuerint, seruire cessabūt,
26 ¶ eruntq; ministri fratrū suorū ī taberna
culo fęderis, vt custodiāt q̄ sibi fuerint
commendata, opera aūt ipsa nō faciāt.
Sic dispones Leuitis in custodijs suis.

CAP. IX.

A Locutus est Dn̄s ad Moysen in deser
to Sinai anno secūdo, postq̄ egressi
sunt de Terra-Ægypti mense primo, di
2 cēs, ¶ Faciāt filij Israël Phase in tp̄e suo
3 ¶ quartadecima die mensis huius ad ve
speram, iuxta oēs ceremonias & iustifi
4 cationes eius. ¶ Pręcepitq; Moyses filijs
5 Israël vt facerent Phase. ¶ Qui fecerunt
tp̄e suo: quartadecima die mēsis ad ve
sperū in monte Sinai. Iuxta oīa quę mā
dauerat Dn̄s Moysi, fecerūt filij Israël.
6 ¶ Ecce aūt quidam immundi super aīa
hoīs, qui nō poterāt facere Phase in die
7 illo accedētes ad Moysen & Aarō, ¶ dixe
runt eis, Immundi sumus super aīa ho
minis. quare fraudamur vt non valea-
mus oblationem offerre Dn̄o in tēpore
8 suo inter filios Israël? ¶ Quibus r̄ndit
B Moyses, State vt cōsulā quid pręcipiat
9 Dn̄s de vobis. ¶ Locutusque est Dn̄s ad
10 Moysen, dicens, ¶ Loquere filijs Israël.
Homo qui fuerit immundus super ani
ma, siue in via procul in gente vestra,
11 faciat Phase Dn̄o ¶ in mense secundo,
quartadecima die mēsis ad vesperam:
cū azymis & lactucis agrestibus come-
12 dent illud. ¶ nō relinquent ex eo q̄ppiā
vsq; mane, ‖ & os eius nō cōfringent,
13 oēm ritum Phase obseruabunt. ¶ Siquis
aūt & mūdus est, & in itinere nō fuit,
& tñ non fecit Phase, exterminabitur
aīa illa de populis suis, q̄a sacrificium
Dn̄o non obtulit tp̄e suo: peccatū suū
14 ipse portabit. ¶ Peregrinus quoq; & ad-
C uena si fuerint apud vos, facient Pha-
se Dn̄o iuxta ceremonias, & iustifica-
tiones suas. Præceptū idem erit apud
15 vos tā aduenæ, q̄ indigenæ. ¶ ‖ Igit̄ die
qua erectū est tabernaculū, operuit il-
lud nubes. A vespere aūt sup tentoriū

‖Exo.12. g.46. Iohā. 19 f.30.

‖Exo.40 d.54.

16 erat quasi species ignis vsq; manè. ¶ sic
fiebat iugiter. per dié operiebat illud
nubes, & per nocté quasi species ignis.
17 ¶ Cúq; ablata fuisset nubes quę taber-
naculũ ptegebat, tunc proficiscebãtur
filij Israël, & i loco vbi stetisset nubes,
18 ibi castrametabantur. ¶ Ad imperium
Dñi proficiscebantur, & ad imperium
illius figebant tabernaculum. ‖ Cúctis
‖ 1. Cor. 10.a.1.
D diebus qbus stabat nubes super taber-
19 naculũ, manebant in eodé loco: ¶ & si
euenisset vt multo tpe maneret super
illud, erát filij Israël in excubijs dñi,
20 & nó proficiscebant ¶ quotquot dieb⁹
fuisset nubes sup tabernaculũ: Ad im-
periũ Dñi erigebant tentoria, & ad im-
21 periũ illius deponebant. ¶ Si fuisset nu
bes a vespere vsq; manè, & statim dilu
culo tabernaculũ reliqsset, pficiscebã-
tur: & si post dié & nocté recessisset dis
22 sipabát tétoria. ¶ Si verò biduo aut vno
mense vel longiori tpe fuisset sup ta-
bernaculũ, manebát filij Israël i eodé
loco, & non proficiscebant: statim aũt
23 vt recessisset, mouebát castra. ¶ Per ver-
bum Dñi figebát tentoria, & p verbũ
illius pficiscebant, erátq; in excubiis
Dñi iuxta imperiũ ei⁹ p manũ Moysi.

CAP. X.

1 LOcutusq; est dñs ad Moysen, dicés,
A ¶ Fac tibi duas tubas argenteas du-
2 ctiles, qbus conuocare possis multitu-
3 dinéq; qñ mouenda sunt castra. ¶ Cùmq;
increpueris tubis, congregabitur ad te
oīs turba ad ostium tabernaculi fęde-
4 ris. ¶ Si semel clangueris, venient ad te
principes, & capita multitudinis Isra-
5 ël. ¶ Si aũt plixior atq; concisus clágor
icrepuerit, mouebũt castra primi qui
6 sunt ad orientalem plagá. ¶ in scdo aũt
sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt
tentoria q habitát ad meridié, & iuxta
hunc modũ reliqui facient vlulátibus
7 tubis in profectioné. ¶ Qñ auté congre-
gádus est ppl's, simplex tubarũ clangor
8 erit, & nó cócisè vlulabũt. ¶ Filij aũt Aa-
ró sacerdotis clágent tubis: eritq; hoc le
9 gitimũ sépiternũ i gñationibus vřis. ¶ Si
exieritis ad bellũ de terra vřa cótra ho
B stes q dimicant aduersum vos, clange
tis vlulantib⁹ tubis, & erit recordatio
vestri corá Dño Deo vestro, vt eruami-
10 ni de manibus inimicorũ vestrorũ. ¶ Si
qñ habebitis epulũ, & dies festos, & ca
lédas, canetis tubis sup holocaustis, &
pacificis victimis, vt sint vobis i recor-
dationé Dei vestri: ego Dñs De⁹ vester.
11 ¶ Anno secundo, mense scdo, vicesima
die mésis eleuata est nubes de taberna
12 culo fęderis, ¶ pfectiq; sunt filij Isrł p
turmas suas de deserto Sinai, & recu-
13 buit nubes in solitudine Pharã. ¶ Mo-
uerũtq; castra primi iuxta iperiũ Dñi
14 per manũ Moysi. ¶ ‖ Filij Iuda p turmas ‖ Sup. 2.7.
suas, quorũ princeps erat Nahasson fi-
15 lius Aminadab. ¶ In tribu filiorũ Issa-
char fuit pričeps Nathanaël fili⁹ Suar.
16 ¶ In tribu Zabulon erat princeps Eliab
17 filius Helon. ¶ Depositũq; est taberna-
culũ, quod portantes egressi sunt filij
18 Gerson & Merari. ¶ Profectiq; sunt & fi
lij Ruben, p turmas & ordiné suũ, quo
rũ princeps erat Helisur filius Sedeur.
19 ¶ In tribu aũt filiorũ Simeon, princeps
C fuit Salamiel filius Suri-saddai. ¶ Por-
20 rò in tribu Gad erat princeps Eliasaph
21 fili⁹ Duel. ¶ Profectiq; sunt & Caathitæ
portátes sanctuariũ. Tamdiu taberna-
culũ portabatur, donec venirét ad ere-
22 ctionis locũ. ¶ Mouerunt castra & filij
Ephráim p turmas suas, in quorũ exer-
citu princeps erat Elisama filius Am-
23 miud. ¶ In tribu aũt filiorum Manasse
princeps fuit Gamaliel fili⁹ Phadassur:
24 ¶ & in tribu Ben-iamin erat dux Abidá
25 fili⁹ Gedeónis. ¶ Nouissimi castrorũ om
niũ pfecti sunt filij Dá p turmas suas,
i quorũ exercitu princeps fuit Ahiëzer
26 fili⁹ Ammisaddai. ¶ In tribu aũt filiorũ
27 Aser erat pričeps Phegiel fili⁹ Ochrá. ¶ Et
in tribu filiorũ Nephtali princeps fuit
28 Ahira fili⁹ Ená. ¶ Hæc sũt castra, & pfe
ctiones filiorũ Israël p turmas suas qñ
29 egrediebãtur. ¶ Dixitq; Moyses Hobab
filio Raguel Madianitę cognato suo,
D Proficiscimur ad locum quem Dñs da-
turus est nobis: veni nobiscũ, vt benefa
ciamus tibi: quia Dñs bona pmisit Is-
30 raëli. ¶ Cui ille respondit, Non vadá te-
cũ, sed reuertar in terrá meá in qua na-
31 tus sum. ¶ Et ille, Noli, inquit, nos re-
linquere: tu enim nosti in quib⁹ locis
p desertũ castra ponere debeam⁹, & eris
32 ductor noster. ¶ Cùmq; nobiscũ vene-
ris, quicqd optimũ fuerit ex opib⁹ quas
nobis traditurus est Dñs, dabimus tibi.
33 ¶ Profecti sũt ergo de Móte Dñi viá triũ
dierũ, arcaq; fęderis Dñi pcedebat eos,
p dies tres prouidens castrorũ locum.
34 ¶ Nubes quoq; Dñi super eos erat p dié

35 cum incederét. ¶Cùmq; eleuaretur ar- ‖Psal. 67 a. 2.
ca, dicebat Moyses, ‖Surge Domine, &
dissipentur inimici tui, & fugiant qui
36 oderunt te à facie tua. ¶Cùm autem
deponeretur, aiebat, Reuertere Domi-
ne ad multitudiné exercitus Israël.

CAP. XI.

1 INtereà ortú est murmur populi, qua
A si dolentiú pro labore, contra Dñm. ‖Sap. 1. a. 7.
Quod cùm audisset Dñs, iratꝰ est. Et ac-
census in eos ignis Dñi deuorauit extre-
2 má castrorú partem ¶Cùmq; clamasset
populus ad Moysen, orauit Moyses ad
3 Dñm, & absorptꝰ est ignis. ¶Vocauitq;
nomen loci illius Incensio: eo q̄ succé-
4 sus fuisset cótra eos ignis Dñi. ¶Vulgus
quippe ꝓmiscuú qđ ascenderat cú eis *carnium.
flagrauit desiderio*, sedens & flens, iú-
ctis sibi pariter filijs Israël & ait, ‖Quis ‖1. Cor. 10. a 6.
5 dabit nobis ad vescendú, carnes? ¶Re-
cordamur pisciú quos comedebamus
in Ægypto gratis: i menté nobis veniút
cucumeres, & pepones, porriq;, & cepe,
6 & allia. ¶Aía nřa arida est, nihil aliud ‖Exo. 16. c. 14.
B respiciút oculi nostri nisi Man. ¶‖Erat Sapié. 16 c. 20.
7 auté Man quasi semen coriandri colo- Psal. 77. c. 24.
8 ris bdellij. ¶Circuibatq; populus, & col Iohan. 6 d. 31.
ligens illud frangebat mola, siue tere-
bat in mortario, coquens in olla, & fa-
ciens ex eo tortulas saporis quasi panis
9 oleati. ¶Cùmq; descéderet nocte sup
castra ros, descendebat pariter & Man.
10 ¶Audiuit ergo Moyses flenté populú p
familias, singulos p ostia tétorij sui. Ira
tusq; est furor Dñi valde: sed & Moysi
11 intoleráda res visa est, ¶& ait ad Dñm,
Cur afflixisti seruú tuú? quare nó inue
nio gratiá corá te, & cur imposuisti pon
dus vniuersi populi huius super me?
12 ¶Nunqđ ego cócepi oém hanc multi-
C tudiné, vel genui eá vt dicas mihi, Por-
ta eos i sinu tuo sicut portare solet nu-
trix infantulú, & defer in terrá ꝓ qua
13 iurasti patribus eorú. ¶Vnde mihi car-
nes vt dé tantæ multitudini? flent con-
tra me dicétes, Da nobis carnes vt co-
14 medamus. ¶Nó possum solus sustinere
oém hunc pplm, quia grauis est mihi.
15 ¶Sin aliter tibi vr, obsecro vt interficias
me, & inueniá gratiá in oculis tuis, ne
16 tantis afficiar malis. ¶Et dixit Dñs ad
Moysen, Cógrega mihi septuaginta vi-
ros de senibus Israël, quos tu nosti q̄ se-
nes populi sint ac magistri: & duces eos
ad ostiú tabernaculi fœderis, faciesq;
17 ibi stare tecú? vt descendá & loquar ti
D bi: & auferá de spiritu tuo, tradáq; eis,
vt sustentét tecú onus populi, & nó tu
18 solus graueris. ¶Populo quoque di-
ces, Sáctificamini cras: *comedetis car- *& 1.
nes. ego ení audiui vos dicere, Quis da-
bit nobis escas carnium? bene nobis
erat in Ægypto. Vt det vobis Dñs car-
19 nes, & comedatis: ¶nó vno die, nec duo
bus, vel quinq; aut decé, nec viginti q-
20 dé, ¶sed vsq; ad mésem dierú donec e-
xeat p nares vras, & vertať in nauseá,
eo q̄ repuleritis Dñm qui in medio ve-
stri est, & fleueritis corá eo, dicentes,
E Quare egressi sumꝰ ex Ægypto? ¶Et ait
21 Moyses ad Dñm, Sexcenta millia pe- —4.
ditú huius populi sunt. & tu dicis, Da-
bo eis esum carnium mense integro?
22 ¶‖Nunquid ouiú & boum multitudo ‖Iohã. 6. b. 7.
cædetur, vt possit sufficere ad cibú, vel
oés pisces maris in vnum congregabú-
23 tur, vt eos satiét? ¶Cui rńdit Dns, ‖Nun ‖Isai. 59. a. 1.
quid manus Dñi inualida est? Iá nunc
videbis vtrú meus sermo opere cóplea
24 tur. ¶Venit igitur Moyses, & narrauit
pplo verba Dni, cógregans septuagin-
ta viros de senibus *Israël, quos stare *populi 1.
25 fecit circa tabernaculú. ¶Descenditq;
Dñs p nubé, & locutus est ad eú aufe-
rés de Spiritu q erat in Moyse, & dans
septuaginta viris. Cúq; requieuisset in
eis Spũs, ꝓphetauerunt: nec vltra ces-
26 sauerút. ¶Remáserát aút in castris duo
F viri, quorú, vnus vocabať Eldad, & al-
ter Medad sup quos requieuit Spũs; ná
& ipsi descripti fuerant, & non exierát
ad tabernaculú. Cúq; ꝓphetarét in ca
27 stris, ¶cucurrit puer, & nuntiauit Moy-
si, dicés, Eldad & Medad prophetát in
28 castris. ¶Statim Iosue filius Nun, mini-
ster Moysi, & electus è pluribꝰ, ait: Do-
29 mine mi Moyses ꝓhibe eos. ¶At ille,
Quid, inquit, æmularis pro me, qs tri-
G buat vt oĩs ppls ꝓphetet, & det eis Dñs
30 Spiritú suú? ¶Reuersusq; est Moyses, &
31 maiores natu Israël in castra. ¶‖Véntus ‖Exo. 16. c. 13.
aút egrediens à Dño arreptas trans ma- Psal. 77. d. 31.
re coturnices detulit, & demisit in ca-
stra itinere quantú vno die confici pót
ex oĩ parte castrorú per circuitú, vola-
bantq; in aëre duobꝰ cubitis altitudi-
32 ne sup terrá. ¶Surgens ergo populus to
to die illo, & nocte, ac die altero, cógre-
gauit coturnicú multitudiné q parú,
decé coros: & siccauerút eas p gyrú ca-

‖Psal.77 c.21.

33 strorū. ‖Adhuc carnes erāt in dentib⁹
corū, nec defecerat huiuſcemodi cib⁹:
& ecce furor Dñi concitatus in popu-
lum, pcuſſit eum plaga magna nimis.
34 Vocatuſq; eſt ille locus Sepulchra-cō
cupiſcentiæ: ibi enim ſepelierunt po-
35 pulum* qui deſiderauerat. Egreſſi aūt
de Sepulchris-concupiſcentiæ, venerūt
in Haſeroth, & manſerunt ibi.

*quē percuſſit Dominus, quia deſiderauerat carnes 4.

C A P. XII.

1 LOcutaq; eſt Maria & Aaron contra
A Moyſen ,ppter vxorē eius Æthiopiſ
2 ſam, & dixerunt, Nū per ſolū Moyſen
locutus eſt Dñs? nonne & nobis simili-
ter eſt locutus? Qđ cūm audiſſet Dñs,
3 iratus eſt. Erat enī Moyſes vir mitiſſi-
mus ſuper oēs homines qui morabant
4 in terra. Statim locutus eſt Dñs ad eū,
& ad Aaron & Mariā, Egredimini vos
B tm̄ tres ad tabernaculū fœderis. Cūq;
5 fuiſſent egreſſi, deſcēdit Dñs in colū-
na nubis, & ſtetit in introitu taberna-
culi vocās Aarō & Mariā. Qui cū iſſent
6 dixit ad eos, Audite ſermones meos,
Siquis fuerit inter vos Propheta Dñi, in
viſione apparebo ei, vel per ſomniū lo-
7 quar ad illū. At nō talis ſeruus meus
Moyſes, ‖qui in oī domo mea fideliſſi-
8 mus eſt: ore enim ad os loquor ei: &
palàm, & non per ænigmata & figuras
C Dñm videt. Quare ergo non timuiſtis
9 detrahere ſeruo meo Moyſi? Iratuſq;
10 cōtra eos, abijt: nubes quoq; receſſit q̄
erat ſup tabernaculū: & ecce Maria ap
paruit candens lepra quaſi nix. Cūq;
reſpexiſſet eā Aarō, & vidiſſet pfuſam
11 lepra, ait ad Moyſen. Obſecro Dñe mi,
ne imponas nobis hoc peccatū qđ ſtul-
12 tè commiſimus, ne fiat hæc quaſi mor-
D tua, & vt abortiuū qđ ,pijcit de vulua
mr̄is ſuæ, ecce iā mediū carnis eius de-
13 uoratū eſt a lepra. Clamauitq; Moyſes
ad Dñm, dicens, Deus obſecro ſana eā.
14 Cui rn̄dit Dñs, Si pater eius ſpuiſſet in
faciē illius, nonne debuerat ſaltem ſe-
ptē diebus rubore ſuffundi? Separetur
ſeptē diebus extra caſtra, & poſtea reuo-
15 cabitur. Excluſa eſt itaq; Maria extra ca-
ſtra ſeptē diebus: & pp̄ls non eſt motus
de loco illo, donec reuocata eſt Maria.

‖Hebr. 3. a.2.

C A P. XIII.

1 PRofectuſq; eſt pp̄ls de Haſeroth fi-
A xis tētorijs in deſerto Pharan. Ibiq;
2 locut⁹ eſt Dñs ad Moyſen dicens, Mit-
3 te viros q̄ conſiderent Terrā-Chanáan,
quam daturus ſum filijs Iſraël, ſingulos
de ſingulis tribubus, ex principibus.
4 Fecit Moyſes qđ Dñs imperauerat, de
deſerto Pharan mittens principes viros,
5 quorū iſta ſunt noīa. De tribu Ruben,
B Sámūa filiū Zechur. De tribu Simeon,
6 Saphat filiū Huri. De tribu Iuda, Ca-
7 leb filium Iephone. De tribu Iſſachar,
8 Igal filium Ioſeph. De tribu Ephràim,
9 Oſeę filiū Nun. De tribu Ben-iamin,
10 Phalti filiū Raphu. De tribu Zabulon,
11 Geddiel filiū Sodi. De tribu Ioſeph, ſcę
12 ptri Manaſſe, Gaddi filium Suſi. De tri
13 bu Dan, Ammiel filiū Gemalli. De tri-
14 bu Aſer, Sthur filiū Michael. De tribu
15 Nephthali, Nahabi filiū Vapſi. De tri-
16 bu Gad, Guel filiū Machi, hęc sūt noīa
17 virorū quos miſit Moyſes ad conſiderā-
C dam terrā: vocauitq; Oſeę filiū Nun, Io-
18 ſue. Miſit ergo eos Moyſes ad cōſiderā-
dā terrā-Chanáan, & dixit ad eos, Aſcen
dite per meridianā plagā. Cūq; veneritis
19 ad mōtes, conſiderate terrā, qualis ſit:
& populū q̄ habitator eſt eius, vtrū for-
tis ſit an infirmus, pauci numero an plu-
20 res: ipſa terra, bona an mala: vrbes
21 quales, muratæ an abſque muris: hu-
mus, pinguis an ſterilis, nemoroſa an
abſq; arboribus. Confortamini, & affer-
te nobis de fructibus terræ. Erat autē tē-
pus qn̄ iam præcoquę vuæ veſci poſſunt.
22 Cùmq; aſcendiſſent explorauerūt ter-
D ram à deſerto Sin, vſq; Rohob intrāti-
23 bus Emath. Aſcenderūtq; ad meridiē.
& venerūt in Hebron, vbi erāt Achimā
& Siſai & Tholmai filij Enac. nā Hebrō
ſeptē annis ante Tanim vrbē Ægypti cō
24 dita eſt. ‖Pergenteſq; vſq; ad Torren-
tem-botri, abſciderunt palmitē cū vua
ſua, quem portauerūt in vecte duo viri.
E De malis quoq; granatis & de ficis loci
25 illius tulerunt. q appellatus eſt Nehel-
eſcol, id eſt, Torrens-botri, eo q botrum
26 portaſſent inde filij Iſraël. Reuerſique
exploratores terrę poſt quadragita dies,
27 oī regione circuita, venerunt ad Moy-
ſen & Aaron & ad oēm cętū filiorū Iſ-
raël in deſertū Pharan. quod eſt in Ca-
des. Locutuſq; eis & omni multitudini
28 oſtēderūt fructus terræ, & narrauerūt.
F dicentes, Venimus in terrā ad quā miſi
ſti nos, quæ reuera fluit lacte & melle,
29 vt ex his fructibus cognoſci poteſt: ſed
cultores fortiſſimos habet, & vrbes gran
des * atq; muratas. Stirpē Enac vidimus

‖Deut. 1. c.24.

*nimis

ibi.

30 ibi. ¶Amalec habitat in meridie, Hethæ-
us & Iebusæus & Amorrhæus in monta-
nis. Chananæus verò moratur iuxta ma-
31 re & circa fluēta Iordanis: ¶Inter hæc Ca-
leb cōpescens murmur populi q oriebat
contra Moysen, ait. Ascēdamus, & pos-
sideamus terrā, qm poterimus obtine-
32 re eā. ¶Alij verò qui fuerant cū eo, dice-
G bant, Nequaquā ad hunc populū vale-
mus ascendere, quia fortior nobis est.
33 ¶Detraxeruntq; terræ quam inspexerāt,
apud filios Israël, dicentes, Terra quam
lustrauimus, deuorat habitatores suos.
populus quē aspeximus proceræ staturæ
34 est: ¶Ibi vidimus mōstra quædā filiorū
Enac de genere giganteo, quibus com-
parati, quasi locustæ videbamur.

CAP. XIIII.

1 IGitur vociferans oīs turba fleuit no-
A cte illa, ¶& murmurati sunt contra
2 Moysen & Aaron cuncti filij Israël, di-
centes, Vtinā mortui essemus in Ægy-
3 pto, & nō in hac vasta solitudine. ¶Vti-
nā pereamus, & nō inducat nos Dñs in
terrā istā, ne cadamus gladio, & vxores
ac liberi nři ducant captiui. Nōne me-
4 lius est reuerti in Ægyptū? ¶Dixeruntq;
alter ad alterū, Cōstituamus nobis du-
5 cē, & reuertamur in Ægyptū. ¶Quo au-
dito Moyses & Aarō ceciderūt proni in
terrā corā omni multitudine filiorū Is-
|Eccl. 46 b.9. 1. Mac. 2. f.45. 6 raël. ¶|At verò Iosue filius Nun, & Ca-
leb filius Iephone, qui & ipsi lustraue-
rant terram, sciderunt vestimenta sua,
7 ¶& ad oēm multitudinē filiorū Israël
B locuti sūt. Terra quā circuiuimus, valde
8 bona est. ¶Si propitius fuerit Dominus,
inducet nos in eā, & tradet humū lacte
9 & melle manantem. ¶Nolite rebelles
esse contra Dñm: neq; timeatis populū
terræ huius. qa sicut panē ita eos possu-
mus deuorare. recessit ab eis omne præsi-
dium, Dñs nobiscū est, nolite metuere.
10 ¶Cùmq; clamaret oīs multitudo, & la-
pidibus eos vellet opprimere, apparuit
-6. gloria Dñi super tectū fœderis cūctis vi-
11 dentibus filijs Israël. ¶Et dixit Dñs ad
Moysen, Vsquequo detrahet mihi ppls
iste? Quousq; non credēt mihi in oībus
12 signis q feci corā eis? ¶Feriā igitur eos pe-
stilentia, atque cōsumam, te aūt faciam
principē super gentē magnā, & fortiorē
Exo. 32. c.12. 13 quàm hæc est. ¶Et ait Moyses ad Dñm,
C Vt audiāt Ægyptij de quorū medio edu-
14 xisti populū istū, ¶& habitatores terræ
huius qui audierūt q tu Dñe in popu-
lo isto sis, & facie videaris ad faciē, |& |Exo. 13 d.21.
nubes tua protegat illos, & in columna
nubis pcedas eos per diē, & in colūna
15 ignis per noctē: ¶q occideris tantā mul-
titudinē quasi vnū hominē, & dicant,
16 ¶Non poterat introducere populum in Deut. 9. d.28.
terrā pro qua iurauerat, idcirco occidit
17 eos in solitudine. ¶Magnificetur ergo
fortitudo Domini sicut iurasti, dicens,
18 ¶|Dominus patiēs & multæ misericor- |Psal. 102. b.8.
diæ, auferens iniquitatē et scelera, nul-
lumq; innoxium derelinquens, qui vi-
sitas peccata patrū in filios in tertiā et
19 quartā generationē. ¶Dimitte obsecro
peccatum populi tui huius secundùm Exo. 20. a.5. & 34.a.7.
magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut
ppitius fuisti egredientibus de Ægypto — 3.
20 vsq; ad locum istum. ¶Dixitque Domi-
21 nus, Dimisi iuxta verbū tuum. ¶Viuo
D ego: & implebitur gloria Dñi vniuersā
22 terra. ¶Attamen oēs homines qui vide-
runt maiestatē meā, & signa quæ feci in
Ægypto & in solitudine, & tentauerūt
me iam per decem vices, nec obedierūt
23 voci meæ, ¶non videbunt terrā pro qua
iuraui patribus eorum, nec quisq̄ ex il-
lis qui detraxit mihi, intuebitur eam.
24 *¶|Seruū meum Caleb qui plenus alio * Sed 3.
spū secutus est me, inducā in terrā hanc |Iosu. 24. b.6.
quā circuiuit, & semen eius possidebit
25 eā. ¶Qm Amalecites & Chananæus ha-
bitāt in vallibus. Cras mouete castra, &
reuertimini in solitudinē per viam Ma-
26 ris-rubri. ¶Locutusque est Dñs ad Moy-
27 sen & Aaron, dicens, ¶|Vsquequo mul- |Psa. 105 c.27.
E titudo hæc pessima murmurat contra Infrà 26 g.65. & 32.b.10.
28 me? querelas filiorū Israël audiui. ¶Dic
ergo eis, Viuo ego, ait Dñs: sicut locuti
29 estis audiēte me, sic faciā vobis. ¶In so-
litudine hac iacebunt cadauera vestrā.
|Oēs qui numerati estis à viginti annis |Deut. 1. f.35.
30 & suprà, & murmurastis cōtra me, ¶nō
intrabitis terram super quā leuaui ma-
num meā vt habitare vos facerē, |præ- |Iosue 3. c.d,
ter Caleb filium Iephone, & Iosue filiū
31 Nun; ¶Paruulos autē vestros de quibus
F dixistis, q prædæ hostibus forēt, intro-
ducam, vt videant terrā quæ vobis di-
32 splicuit. ¶Vestra cadauera iacebūt in so-
33 litudine. ¶Filij vestri erūt vagi in deser-
to annis quadraginta, & portabunt for-
nicationem vestram, donec consumant
34 cadauera patrū in deserto, ¶iuxta nume-
rum quadraginta dierum quibus consi-

Ezec. 4. b. 6. Psal. 94. b. 10.

derastis terrã: annus pro die imputabi-
tur: Et quadraginta annis recipietis
iniquitates vestras, & scietis vltionem
35 meã. quoniam sicut locutus sum, ita faciã
oĩ multitudini huic pessimę: q̃ cõsurre
xit aduersum me: in solitudine hac de
36 ficiet & morietur. Igit̃ oẽs viri quos
miserat Moyses ad cõtẽplandã terrã,
& qui reuersi murmurare fecerant cõ-
tra eũ oẽm multitudinem, detrahẽtes
37 terræ q̃ esset mala, mortui sunt atq;
38 percussi in conspectu Dñi. Iosue autẽ
filius Nun, & Caleb filius Iephone vi-
xerũt ex oĩbus q perrexerãt ad cõside-
39 randã terrã. Locutusq; est Moyses vni
G uersa verba hæc ad omnes filios Israël,
40 & luxit populus nimis. Et ecce mane
primo surgẽtes, ascẽderũt verticẽ mon-
tis, atq; dixerunt, Parati sumus ascẽde-
re ad locũ de quo Dñs locutus est: quia
41 peccauimus. Quibus Moyses, Cur, in-
quit, transgredimini verbũ Dñi, qd̃ vo-
42 bis nõ cedet in prosperũ? Nolite ascẽ-
dere: nõ enĩ est Dñs vobiscũ: ne corrua
43 tis corã inimicis vestris. Amalecites
& Chananęus ante vos sunt, quorũ gla
dio corruetis, eò q̃ nolueritis acquie-
44 scere Dño, nec erit Dñs vobiscũ. At il-
li cõtenebrati ascenderũt in verticem
mõtis. Arca aũt testamẽti Dñi, & Moy-
45 ses non recesserunt de castris. Descen-
ditq; Amalecites & Chananæus q ha-
bitabat in mõte: & percutiẽs eos atq; cõ-
cidens, psecutus est eos vsq; Horma.

1. Cor. 10. b. 10. Hebr. 3. d. 17. Iud. 1. b. 5.

Deute. 1. g. 41.

CAP. XV.

1 Locutus est Dñs ad Moysen, dicens.
A Loquere ad filios Israël, & dices,
2 ad eos, Cùm ingressi fueritis Terrã ha-
bitationis vestræ quã ego dabo vobis,
3 & feceritis oblationẽ Dño ĩ holocau-
stũ & victimã pacificã vota soluẽtes, vel
spõte offerẽtes munera, aut in solẽnita
tibus vestris adolẽtes odorẽ suauitatis
4 Dño, de bobus siue de ouibus: offeret
quicunq; immolauerit victimã, sacrifi-
ciũ similæ, decimã partẽ ephi conspersam oleo, qd̃ mensurã habebit quartã
5 partẽ hin: & vinũ ad liba fundenda
eiusdẽ mẽsurę dabit ĩ holocaustũ siue
6 ĩ victimã. Per agnos singulos & arietes
erit sacrificiũ similæ duarũ decimarũ
7 q̃ cõspersa sit oleo tertię partis hin, &
vinũ ad libamentũ tertię partis eiusdẽ
mensuræ offeret in odorem suauitatis
8 Dño. Qñ verò de bobus feceris holo-
caustũ aut hostiã, vt impleas votũ vel
9 pacificas victimas, dabis p singulos
boues similæ tres decimas cõspersæ o-
10 leo, qd̃ habeat mediũ mẽsuræ hin, &
vinũ ad liba fundenda eiusdẽ mẽsura
in oblationẽ suauissimi odoris Dño.
11 Sic facies per singulos boues & arie-
12 tes & agnos & hœdos. Tam indigenæ
13 quàm peregrini eodẽ ritu offerent sa-
14 crificia. Vnũ pceptũ erit atq; iudiciũ
15 tam vobis quàm aduenis terræ. Locu-
16 tus est Dñs ad Moysen, dicens, Loque-
17 re filijs Israël, & dices ad eos, Cũ ve-
18 neritis in terrã quã dabo vobis, & co-
19 mederitis de panibus regionis illius,
20 separabitis primitias Dño de cibis ve-
stris. Sicut de areis primitias separabi-
21 tis, ita & de pulmẽtis dabitis primiti-
22 ua Dño. Quòd si per ignorantiã præte
rieritis quicquã horũ q̃ locutus est Dñs
23 ad Moysen, & mãdauit p eũ ad vos, à
24 die qua cępit iubere & vltrà, oblitaq;
C fuerit facere multitudo, offeret vitulũ
de armẽto, holocaustũ in odorẽ suauis-
simũ Dño, & sacrificiũ eius ac liba vt
ceremoniæ postulãt, hircũq; p pecca-
25 to, & rogabit sacerdos pro oĩ multitu-
dine filiorũ Israël: & dimittet̃ eis, qm̃
nõ spõte peccauerũt, nihilominus offe
rentes incensum Dño pro se & pro pec-
26 cato atq; errore suo: & dimittetur v-
niuersæ plebi filiorũ Israël, & aduenis
qui peregrinantur inter eos, qm̃ cul-
pa est omnis populi per ignorantiam.
27 Quod si aĩa vna nesciens peccauerit,
offeret capra anniculã p peccato suo,
28 & deprecabitur p ea sacerdos, q̃ in-
scia peccauerit corã Dño: impetrabitq;
29 ei veniã, & dimittetur illi. Tã indige-
nis quàm aduenis vna lex erit omniũ
30 qui peccauerint ignorantes. Anima
verò quæ per superbiam aliquid com-
miserit, siue ciuis sit ille, siue peregri-
nus: qm̃ aduersus Dñm rebellis fuit,
31 peribit de populo suo: verbum enim
Domini contempsit & præceptũ illius
fecit irritum: idcirco delebitur, & por-
32 tabit iniquitatem suam. Factum est
D autem, cùm essent filij Israël in solitu-
dine, & inuenissent hominem colligẽ-
33 tem ligna in die sabbathi, obtulerũt
eum Moysi & Aaron & vniuersę mul-
34 titudini. Qui recluserunt eũ in carce-
rem, nescientes quid super eo facere de
35 berent. Dixitq; Dominus ad Moysen,

Morte moriatur homo iste, obruat eũ
: lapidibus omnis turba extra castra.
36 ❡ Cũmq; eduxissent eum foras, obrue
runt eũ lapidibus, & mortuus est sicut
37 præceperat Dñs. ❡ Dixit quoq; Dñs ad
38 Moysen. ❡ Loquere filijs Israël, & dices
ad eos ‖ vt faciãt sibi fimbrias p angu-
los palliorũ, ponẽtes in eis vittas hya-
39 cinthinas: ❡ quas cũ viderint, recordent
omniũ mandatorũ Dñi, nec sequantur
cogitationes suas & oculos p res varias
40 fornicãtes, ❡ sed magis memores præce-
ptorũ Dñi faciant ea, sintq; sancti Deo
41 suo. ❡ Ego Dñs Deus vester, q eduxi vos
de Terra Ægypti, vt essem Deus vester.

Deu. 22. b. 12. ‖ Mat. 23 a. 5.

CAP. XVI.

1 ECce aũt Core filius Isaar, filij Ca-
A ath, filij Leui, & Dathã atq; Abirõ
filij Eliab, Hon quoq; filius Pheleth de
2 filijs Rubẽ, ❡ Surrexerũt cõtra Moysen,
aliiq; filiorũ Israël ducenti qnquagin-
ta viri pceres synagogę, & q tpe cõsilij
3 p noĩa vocabant. ❡ ‖ Cũq; stetissent ad-
uersum Moysen & Aarõ, dixerũt: Suffi-
ciat vobis, qa oĩs multitudo sanctorũ
est, & ĩ ipsis est Dñs: cur eleuamini sup
4 populũ Dñi? ❡ Quòd cùm audisset Moy
5 ses, cecidit pronus in faciẽ: ❡ Locutusq;
ad Core & ad omnem multitudinem:
Manè inquit, notũ faciet Dñs qui ad se
pertineant, & sanctos applicabit sibi, &
6 quos elegerit, appropinquabũt ei. ❡ Hoc
igitur facite: Tollat vnusquisq; thuri-
7 bula sua, tu Core & oẽ cõciliũ tuũ: ❡ &
hausto cras igne ponite dẽsup thymia-
ma corã Dño: & quẽcũq; elegerit, ipse
erit sanctus. multũ erigimini filij Leui.
8 ❡ Dixitq; rursum ad Core: Audite filij
9 Leui: ❡ Nũ parũ vobis est qd̃ separauit
B vos Deus Israël ab omni pplo, & iunxit
sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernacu-
li, & staretis corã frequentia populi, &
10 ministraretis ei? ❡ Idcirco ad se fecit ac-
cedere te & oẽs fratres tuos filios Leui,
11 vt vobis ẽt sacerdotiũ vendicetis, ❡ & oĩs
glob⁹ tuus stet cõtra Dñm, qs est enim
12 Aarõ vt murmuretis cõtra eum? ❡ Misit
ergo Moyses vt vocaret Dathã & Abirõ
filios Eliab. Qui riderũt: Nõ venim⁹.
13 ❡ Nunquid parũ est tibi qd̃ eduxisti nos
de terra q̃ lacte & melle manabat, vt
occideres in deserto, nisi & dominatus
14 fueris nostri? ❡ Reuera induxisti nos in
terram quę fluit riuis lactis & mellis,
& dedisti nobis possessiones agrorum
& vinearum: an & oculos nostros vis
15 eruere? non venimus. ❡ Iratusq; Moyses
valde, ait ad Dñm: Ne respicias sacrifi-
cia eorum: tu scis quod nec asellum q-
dem vnquam acceperim ab eis, nec af-
16 flixerim quempiã eorum. ❡ Dixitq; ad
C Core, Tu, & oĩs congregatio tua state
seorsum coram Dño, & Aaron die cra-
17 stino separatim: ❡ Tollite singuli thuri
bula vestra, & ponite sup ea incen-
sum, offerẽtes Dño, ducenta quinqua-
ginta thuribula: Aaron quoque teneat
18 thuribulum suũ. ❡ Quod cùm fecissent
19 stantibus Moyse & Aaron, ❡ & coacer-
uassent aduersum eos oẽm multitudi-
nem ad ostiũ tabernaculi, apparuit cũ-
20 ctis gloria Domini. ❡ Locutusq; Dñs ad
21 Moysen & Aaron, ait: ❡ Separamini de
medio congregationis huius, vt eos re-
22 pente disperdã. ❡ Qui ceciderunt proni
in faciẽ, atq; dixerũt: Fortissime De⁹ spi-
rituum vniuersæ carnis, nũ vno peccã-
23 te, cõtra omnes ira tua deseuiet? ❡ Et ait
24 Dñs ad Moysen: ❡ Præcipe vniuerso po-
D pulo, vt separet à tabernaculis Core &
25 Dathan & Abiron. ❡ Surrexitq; Moyses,
& abijt ad Dathã & Abiron: & sequen
26 tibus eũ seniorib⁹ Israël, ❡ Dixit ad Tur
bã: Recedite à tabernaculis hoim im-
piorũ, & nolite tãgere quæ ad eos perti-
nent, ne inuoluamini in peccatis eorũ.
27 ❡ Cumq; recessissent à tentorijs eorũ p
circuitum, Dathan & Abiron egressi sta
bant in introitu papilionũ suorũ cum
vxorib⁹ & liberis, omniq; frequentia.
28 ❡ Et ait Moyses: In hoc scietis quod Dñs
miserit me, vt facerem vniuersa q̃ cer-
nitis, & non ex pprio ea corde protule-
29 rim: ❡ Si consueta hoĩum morte interie-
rint, & visitauerit eos plaga, qua & cæ-
teri visitari solent: non misit me Dñs.
30 ❡ Sin aũt nouam rem fecerit Dñs, vt ape
E riens terra os suũ deglutiat eos & oĩa q̃
ad illos ptinent, descenderintq; viuen
tes in infernũ, scietis quod blasphema
31 uerint Dñm. ❡ ‖ Confestim igit̃ vt cessa-
uit loqui, dirupta est terra sub pedibus
32 eorum: ❡ & aperiens os suum, deuora-
uit illos cum tabernaculis suis & vni-
33 uersa substãtia eorũ. ❡ descenderuntq;
viui in infernũ operti humo, & perie-
34 runt de medio multitudinis. ❡ At vero
omnis Israël qui stabat per gyrum, fu-
git à clamore pereuntium dicens: Ne
35 fortè & nos terra deglutiat. ❡ Sed &

Ecc. 45. c. 22. Iud 1. d. 11. Inf. 27. a. 3.

Psal. 105. c. 17. Deu. 11. a. 6. Inf. 27. a. 3.

ignis egressus à Dño, interfecit ducétos
quinquaginta viros qui offerebát incé-
36 sum. ¶ Locutusque est Dñs ad Moysen,
37 dicens · ¶Præcipe Eleazaro filio Aaron
F sacerdoti vt tollat turibula quæ iacent
ĩ incẽdio,& igné huc illucq; dispergat:
38 qm̃ sanctificata sunt ¶in mortib⁹ pecca-
torũ: ꝑducatq; ea in laminas,& affigat
altari, eo ꝙ oblatũ sit in eis incensum
Dño, & sanctificata sint, vt cernát ea ꝓ
39 signo & monimento filij Israël. ¶Tulit
ergo Eleazar sacerdos turibula ænea
in qb⁹ obtulerant hi quos incendium
deuorauit, & produxit ea in laminas,
40 affigens altari : ¶Vt haberét postea filij
Israël quibus cõmonerétur, ne qs acce-
dat alienigena, & qui nõ est de semine
Aaron ad offerendũ incésum Dño, ne
patiat̃ sicut passus est Core, & oĩs cõgre-
gatio eius, loquente Dño ad Moysen.
41 ¶Murmurauit aũt oĩs multitudo filio-
rũ Israël sequẽti die contra Moysen &
Aaron, dicens. Vos interfecistis pplm̃
42 Dñi: ¶Cũq; oriret̃ seditio, & tumultus
43 increscerer,¶Moyses & Aaron fugerunt
ad tabernaculũ fœderis. Quod postquã
ingressi sunt, operuit nubes, * & appa- *taberna culũ.,10.
44 ruit gloria Dñi. ¶ Dixitq; Dñs ad Moy-
45 sen:¶Recedite de medio huius multitu
dinis, etiam nũc delebo eos. Cũq; iace-
46 rent in terra, ¶Dixit Moyses ad Aaron.
Tolle turibulum,& hausto igne de al-
tari mitte incẽsum désuper, ‖pergés ci- ‖Sap. 18. d.21.e.
tò ad pplm̃ vt roges ꝓ eis: iá enim egres
sa est ira à Domino, & plaga desæuit.
47 ¶Quod cùm fecisset Aaron,& cucurris-
set ad mediã multitudiné,quã iam va-
48 stabat incẽdiũ, obtulit thymiama, ¶&
stás inter mortuos ac viuétes, pro pplo
49 deprecatus est,& plaga cessauit. ¶ Fue-
runt autem q percussi sunt quatuorde-
cim millia hoĩum & septingenti,absq;
50 his q perierát ĩ seditione Core.¶Reuer-
susq; est Aarõ ad Moysé,ad ostiũ taber
naculi fœderis postquã qeuit interitus.

CAP. XVII.

1 ET locutus est Dñs ad Moysé, dicés:
A ¶Loquere ad filios Israël, & accipe
ab eis virgas singulas per cognationes
suas, à cunctis principib⁹ tribuum, vir-
gas duodecim, & vniuscuiusq; nomen
3 superscribes virgę suę: ¶Nomen autem
Aarõ erit in tribu Leui,& vna virga cũ-
4 ctas eorũ familias continebit: ¶Ponesq;
eas in tabernaculo fœderis coram testi-
5 monio vbi loquar ad te.¶Qué ex his ele
gero, germinabit virga eius:& cohibe-
B bo à me ꝗrimonias filiorũ Israël, qbus
6 contra vos murmurant. ¶Locutusq; est
Moyses ad filios Israël: & dederunt ei
omnes principes virgas ꝑ singulas tri-
bus: fueruntq; virgę duodecim absque
7 virga Aaron. ¶Quas cùm posuisset Moy
C ses corã Dño ĩ tabernaculo testimonij,
8 ¶sequenti die regressus inuenit germi
nasse virgã Aaron in domo Leui:& tur-
gentibus gẽmis eruperant flores, q fo-
liis dilatatis, in amygdalas deformati
9 sunt. ¶Protulit ergo Moyses oẽs virgas
D de conspectu Dñi ad cunctos filios Is-
raël: videruntq; & receperunt singuli
10 virgas suas. ¶Dixitq; Dñs ad Moysen:
Refer virgam Aaron in tabernaculum
testimonij, ‖vt seruet̃ ibi in signũ rebel ‖Heb. 9. a.4.
liũ filiorũ Israël,& quiescát q̃relæ eorũ
11 à me, ne moriátur. ¶ Fecitq; Moyses si-
12 cut pręceperat Dñs. ¶ Dixerunt aũt filij
Israël, ad Moysen: Ecce consumpti su-
13 mus, oẽs peribimus. ¶quicunq; accedit
ad tabernaculũ Dñi, morit̃. num vsq;
ad internecioné cuncti delẽdi sumus?

CAP. XVIII.

1 DIxitque Dñs ad Aaron: Tu, & filij
A tui, & domus pr̃is tui tecũ porta-
bitis iniquitaté sanctuarij: & tu & filij
tui simul sustinebitis pc̃tã sacerdotij
2 vr̃i, ¶Sed & fratres tuos đ tribu Leui,&
sceptrum patris tui sume tecum, p̃stoq;
sint, & ministrent tibi: tu aũt & filij tui
ministrabitis in tabernaculo testimo-
3 nij. ¶Excubabuntq; Leuitę ad præcepta
tua,& ad cuncta opera tabernaculi: ita
duntaxat vt ad vasa sanctuarij & alta-
re nõ accedát, ne & illi moriant̃, & vos
4 pereatis simul. ¶Sint aũt tecũ & excu-
bét in custodijs tabernaculi, & in oĩb⁹
ceremoniis eius. Alienigena nõ misce-
5 bit̃ vobis. ¶Excubate ĩ custodia sanctua
rij, & in ministerio altaris ne oriat̃ in-
6 dignatio sup̃ filios Isrl̃. ¶Ego dedi vobis
fratres vr̃os Leuitas de medio filiorum
Isrl̃, & tradidi donũ Dño, vt seruiát in
7 ministerijs tabernaculi ei⁹. ¶ Tu aũt &
filij tui custodite sacerdotiũ vr̃m: & oĩa
q̃ ad cultũ altaris ptinét, & intra velũ
B sunt ꝑ sacerdotes administrabunt̃: si-
8 qs externus accesserit, occidetur. ¶Locu
tusq; est Dñs ad Aaron: Ecce dedi tibi
custodiã primitiarũ mearũ. Oĩa q̃ san-
ctificant̃ à filiis Isrl̃, tradidi tibi & filiis

tuis

tuis ꝑ officio sacerdotali legitima sem-
9 piterna. ❡Hæc ergo accipies de his quæ
sanctificantur, & oblata sunt Dño. Oĩs
oblatio, & sacrificiũ, & qcqd ꝑ pctõ at-
que delicto redditur mihi, & cecidit in
10 sctã sctõrũ, tuũ erit, & filiorũ tuorũ. ❡In
sanctuario comedes illud: mares tm̃ e-
11 dent ex eo, quia cõsecratũ est *tibi. ❡Pri *Dño 2.
mitias aũt quas vouerint & obtulerint
filij Isrl', tibi dedi & filiis tuis, ac filiab⁹
tuis iure ꝑpetuo: q mũdus est in domo
12 tua, vescet' eis. ❡Omnem medullã olei,
& vini, ac frumẽti, qcqd offerũt primi-
13 tiarũ Dño, tibi dedi. ❡Vniuersa frugũ
initia, q̃ gignit humus, & Dño deport-
ant, cedẽt in vsus tuos: q mũdus est in
14 domo tua, vescet' eis. ❡Oẽ quod ex voto
C reddiderint filij Isrl', tuũ erit. ❡Quicqd
15 primũ erũpit è vulua cũctæ carnis, quã
offerũt Dño, siue ex hoĩbus, siue de pe-
coribus fuerit, tui iuris erit: ita dunta-
xat, vt ꝑ hoĩs primogenito pretiũ acci-
pias, & oẽ aĩal quod immundũ est re-
16 dimi facias. ❡Cuius redẽptio erit post
vnũ mẽsem, sicli argẽti quinque, põde-
re sanctuarij. ‖Siclus viginti obolos ha ‖Exo. 30. b. 13. Leu. 27. c. 25. Sup. 3. g. 47. Ezec. 45. c. 12.
17 bet. ❡Primogenitũ aũt bouis & ouis &
capræ non facies redimi, quia sanctifi-
cata sunt Dño: sanguinẽ tm̃ eorũ fun-
des super altare, & adipes adolebis in
18 suauissimũ odorem Dño. ❡Carnes verò
in vsum tuum cedent, sicut pectusculũ
cõsecratũ, & armus dexter, tua erunt.
19 ❡Oẽs primitias sanctuarij quas offerũt
filij Isrl' Dño, tibi dedi & filiis, ac filia-
bus tuis iure ꝑpetuo. Pactum *salis est *pacis 4.
sempiternũ corã Dño, tibi ac filiis tuis.
20 ❡Dixitq; Dñs ad Aarõ, In terra eorũ ni-
hil *possidebitis, nec habebitis partem *possidebis, nec habebis. 1.
inter eos: ‖ego pars & hæreditas tua in ‖Deu 10. b. 9. & 18. a. 1. Iosu. 13. b. 14. d. 33. Eze. 44. g. 28.
21 medio filiorũ Isrl'. ❡Filiis aũt Leui dedi
D oẽs decimas Israelis in possessionẽ pro
ministerio quo seruiũt mihi in taber-
22 naculo fœderis: ❡vt nõ accedãt vltrà fi-
lij Isrl' ad tabernaculũ, nec committãt
23 pctm̃ mortiferũ. ❡Solis filiis Leui mihi
in tabernaculo seruiẽtib⁹, & portãtibus
pctã ppl'i legitimũ sempiternum erit ĩ
gñationibus vestris. ❡Nihil aliud possi-
24 debũt, ❡decimarũ oblatione contenti,
quas ĩ vsus eorũ & necessaria separaui.
25 ❡Locutusq; est Dñs ad Moysen, dicens:
26 ❡Præcipe Leuitis, atq; denũtia: Cumq;
acceperitis a filiis Israël decimas quas
dedi vobis, primitias earũ offerte Dño,
27 id est decimã partẽ decimæ, ❡vt reputet'
vobis in oblationẽ primitiuorũ, tam de
28 areis quã de torcularib⁹. ❡Et in vniuersis
quorũ accipitis primitias, offerte Dño, &
29 date ea Aarõ sacerdoti. ❡Oĩa quæ offere-
tis ex decimis, & in donaria Dñi separa-
30 bitis, optima & electa erunt cuncta. ❡Di-
cesq; ad eos. Si p̃clara & meliora quæq;
obtuleritis ex decimis, reputabitur vo-
bis quasi de area & torculari dederitis
31 primitias: ❡& comedetis eas in omnibus
locis vestris, tam vos q̃ familiæ vestræ:
quia pretiũ est pro ministerio quo serui-
32 tis in tabernaculo testimonij. ❡Et non
peccabitis super hoc, egregia vobis & pin
guia reseruantes: ne polluatis oblationes
filiorum Israël, & moriamini.

CAP. XIX.

1 LOcutusque est Dominus ad Moysen
A & Aaron dicens: ❡Ista est religio vi-
2 ctimæ, quam constituit Dominus. Præ-
cipe filiis Israël, vt adducant ad te vac-
cam rufam ætatis integræ, in qua nulla
3 sit macula, nec portauerit iugum: ❡Tra-
detisq; eam Eleazaro sacerdoti: qui edu-
ctam extra castra, immolabit in conspe-
4 ctu omnium: ❡& ‖tingens digitum in ‖Heb. 9. b. 13.
sanguine eius asperget contra fores taber
5 naculi septem vicib⁹, ❡combureta; eam
cunctis videntibus, tam pelle & carni-
bus eius, quàm sanguine & fimo flam-
6 mæ traditis. ❡Lignum quoq; cedrinum,
& hyssopum, coccumq; bis tinctum sa-
cerdos mittet in flammam quæ vaccam
7 vorat. ❡Et tunc demum lotis vestibus &
corpore suo ingredietur in castra, cõma-
8 culatusq; erit vsq; ad vesperum. ❡Sed &
B ille qui combusserit eam, lauabit vesti-
menta sua & corpus, & immundus erit
9 vsq; ad vesperum. ❡Colliget autem vir
mundus cineres vaccæ, & effundet eos
extra castra ĩ loco purissimo, vt sint mul
titudini filiorum Israël in custodiam, &
in aquam aspersionis: quia pro peccato
10 vacca combusta est. ❡Cùmque lauerit
qui vaccæ portauerat cineres vestimen-
ta sua, immũdus erit vsq; ad vesperum.
Habebunt hoc filij Israël & aduenæ, qui
habitant inter eos, sanctũ iure ꝑpetuo.
11 ❡Qui tetigerit cadauer hominis, & ꝓpter
hoc septem diebus fuerit immundus:
12 ❡Aspergetur ex hac aqua die tertio & se-
ptimo, & sic mundabitur. Si die tertio
aspersus non fuerit, septimo non poterit
13 emundari. ❡Omnis qui tetigerit huma-

C ne aiæ morticinū,& aspersus hac com-
mistione nō fuerit, polluet tabernacu-
lū Dñi, & peribit ex Israël : quia aqua
expiationis nō est aspersus , immūdus
erit, & manebit spurcitia eius sup eū.
14 Ista est lex hoīs q moritur in taber-
naculo. Oēs qui ingrediūtur tentoriū
illius, & vniuersa vasa q ibi sunt, pol-
15 luta erūt septē diebus: Vas quod non
habuerit operculū, nec ligaturā désu-
16 per, immundū erit. Siqs in agro teti-
gerit cadauer occisi hoīs, aut p se mor-
tui, siue os illius, vel sepulchrū, immū-
17 dus erit septē dieb⁹. Tollētq; de cine-
ribus cōbustionis atq; peccati, & mit-
18 tēt aquas viuas sup eos in vas: In qb⁹
cùm homo mundus tinxerit hyssôpū,
asperget ex eo oē tentoriū, & cunctam
supellectilem, & hoīes huiuscemodi
19 contagione pollutos: Atq; hoc modo
mūdus lustrabit immūdū tertio & se-
D primo die, expiatusq; die septimo, la-
uabit & se & vestiméta sua, & immun-
20 dus erit vsq; ad vesperū, Siqs hoc ritu
nō fuerit expiatus, peribit aīa illius de
medio eccliæ : quia sanctuariū Dñi po-
luit, & nō est aqua lustrationis aspsus:
21 erit hoc pceptū legitimū sempiternū.
Ipse quoq; qui aspergit aquas, lauabit
vestimenta sua. Omnis qui tetigerit a-
quas expiationis, immundus erit vs-
22 que ad vesperum. Quicquid tetigerit
immundus, immundum faciet, & ani
ma quę horum quippiam tetigerit, im-
munda erit vsque ad vesperum.

CAP. XX.

1 VEnerūtq; filij Israël, & oīs multi-
A tudo ī desertū Sin, mése primo &
mãsit ppls in Cades. Mortuaq; est ibi
2 Maria, & sepulta in eodé loco. Cūq;
indigeret aqua ppls, cōuenerūt aduer-
3 sum Moysen, & Aarō, & versi in sedi-
tioné dixerūt: Vtiná perijssemus inter
4 fratres nros corā Dño. Cur eduxistis
ecclesiā Dñi in solitudiné, vt & nos &
5 nra iuméta moriamur? Quare nos fe-
cistis ascendere de Ægypto, & adduxi-
stis in locū istū pessimū, q seri nō pōt,
qui nec ficū gignit, nec vineas, nec ma-
logranata, insup & aquā nō habet ad
6 bibendū? Ingressusq; Moyses & Aarō
dimissa multitudine in tabernaculū
fœderis, corruerūt pni in terrā clama-
uerūtq; ad dñm atq; dixerūt: Dñe De⁹
audi clamorem huius ppli, & aperi eis
thesaurum tuū fontem aquæ viuæ, vt
satiati cesset murmuratio eorū. Et ap-
B paruit gloria Dñi super eos. Locutus-
7 que est Dñs ad Moysen, dicens: Tolle
8 virgā & congrega pplm tu & Aaron fra
ter tu⁹, & loquimini ad petrā corā eis,
& illa dabit aquas. Cūq; eduxeris aquā
de petra, bibet oīs multitudo & iumé-
9 ta eius. Tulit igitur Moyses virgam,
quæ erat in cōspectu Dñi, sicut præcepe-
10 rat ei, congregata multitudine ante
petrā, dixitq; eis: Audite rebelles & in-
creduli. Nū de petra hac vobis aquā
11 poterimus eijcere? Cumq; eleuasset
Moyses manū pcutiens virga bis silicé
egressæ sunt aquę largissimę, ita vt ppls
12 biberet & iumenta. Dixitq; Dñs ad
Moysen & Aaron. Quia nō credidistis
mihi : Vt sanctificaretis me corā filijs
Israël nō introducetis hos pplos in ter-
13 tam qua dabo eis. Hęc est aqua cōtra-
dictionis, vbi iurgati sunt filij Israel cō
14 tra Dñm & sctificatus est in eis. Misit
C interea nūcios Moyses de Cades ad re-
gé Edom, q dicerét: hæc mandat frater
tuus Israël : Nosti oém laboré qui ap-
15 prehédit nos. Qūo descenderint pres
nostri I Ægyptū, & habitauerimus ibi
multo tempore, afflixerintq; nos Ægy-
16 ptij, & patres nostros: & qūo clamaue
rimus ad Dñm, & exaudierit nos, misé-
ritq; angelū qui eduxerit nos de Ægy-
pto. Ecce in vrbe Cades, quę est in ex-
17 tremis finib⁹ tuis, politi, Obsecramus
vt nobis trāsire liceat per terrā tuā. Nō
ibimus per agros, nec p vineas, nō bibe
mus aquas de puteis tuis, sed gradie-
mur via publica, nec ad dexterā nec ad
sinistrā declinātes, donec trāseamus ter
18 minos tuos. Cui rñdit Edom. Nō trā-
sibis per me, alioquin armatus occurrā
19 tibi. Dixeruntq; filij Israël: Per tritā
gradiemur viā : & si biberimus aquas
tuas nos & pecora nra dabimus quod
iustū est: nulla erit ī pretio difficultas,
20 tantum velociter transeamus. At ille
D rñdit: Nō trāsibitis. Statimq; egressus
est obuius, cū infinita multitudine, &
21 manu forti, Nec voluit acqescere dep-
cāti, vt cōcederet transitū p fines suos.
22 Quā ob rem diuertit ab eo Israël. Cū-
que castra mouissét de Cades, venerūt
in monté Hor, qui est in finibus Terræ
23 Edom: Vbi locut⁹ est Dñs ad Moysen
24 Pergat, inquit, Aaron ad pplos suos :

Sap. 11. 1. 4.
Exo. 17. b. 6.
Deu. 32. g. 51.
Ps. 77. b. 15. 104. d. 40.
1. Cor. 10. a. 4.
eius 6.
Deut. 1. f. 37.
Inf. 27. a. 14.
Et 7.
transibit a.
Inf. 33. d. 37.
Exo. 17. a. 2.

non

non enim intrabit terrã quã dedi filiis
Israël, eo q incredulus fuerit ori meo
25ad Aquas cõtradictionis. ¶Tolle Aarõ, [Inf. 33. g. 38. Deut. 32. g. 50.]
& filiũ eius cũ eo, & duces eos in mon
26tem Hor. ¶Cumq; nudaueris patrẽ ve-
ste sua, indues ea Eleazarum filiũ ei⁹,
27& Aaron colliget̃, & morier̃ ibi. ¶Fecit
Moyses vt præceperat Dñs, & ascende-
runt in montẽ Hor coram oi multitu-
28dine. ¶Cumq; Aaron spoliasset vesti- [Deu. 10. b. 6.]
bus suis, induit eis Eleazarũ filiũ eius.
29¶Illo mortuo i mõtis supcilio, descẽdit
30cũ Eleazaro. ¶Oĩs aũt multitudo vidẽs
occubuisse Aaron, fleuit super eo tri-
ginta diebus per cũctas familias suas.

CAP. XXI.

1 QVod cùm audisset Chananę⁹ rex [Inf. 33. e. 41.]
A Arad, qui habitabat ad meridiẽ.
venisse scilicet Israël p explo
ratorũ viam, pugnauit cõtra illũ, & vi-
2 ctor existens, duxit ex eo prædã. ¶At Is-
raël voto se Dño obligãs, ait. Si tradide-
ris pplm istum in manu mea, delebo
3 vrbes eius. ¶Exaudiuitq; Dñs preces Is-
raël, & tradidit Chananęum, quẽ ille
interfecit subuersis vrbibus eius, & vo-
cauit nomẽ loci illi⁹ Horma, id est aná
4 thema. ¶Profecti sunt aũt & de monte
Hor, per viã quę ducit ad Mare rubrũ,
vt circũirent Terra Edom. Et tędere cę-
5 pit pplm itineris ac laboris: ¶locutusq;
B cõtra Dñm & Moysen, ait, Cur eduxi-
sti nos de Ægypto, vt moreremur in so-
litudine? Deest panis, nõ sunt aquę: ani
ma nostra iam nauseat super cibo isto
6 leuissimo. ¶Quamobrem misit Dñs in [Sap. 16. a. 1. Iud. 8. e. 25. 1. Corin. 10. b. 9.]
pplm ignitos serpentes, ad quorũ pla-
7 gas & mortes plurimorũ, ¶venerũt ad
Moysen, atq; dixerunt: Peccauimus, q
locuti sum⁹ cõtra Dñm & te, ora vt tol
lat à nobis serpentes. Orauitq; Moyses
8 p pplo, ¶& locut⁹ est Dñs ad eũ: Fac ser
C pentẽ æneũ, & pone eũ p signo; q per-
9 cussus aspexerit eũ viuet. ¶Fecit ergo [Ioh. 3. b. 14.]
Moyses SERPENTEM AENEVM,
& posuit eum pro signo, quem cũ per-
10cussi aspicerent, sanabãtur. ¶Profectiq;
filij Israël castrametati sunt in Oboth,
11¶Vnde egressi fixere tẽtoria i Ieabarim
in solitudine quę respicit Moab contra
12orientalem plagã. ¶Et inde mouẽtes ve
13nerũt ad Torrentẽ-Zared. ¶Quẽ relin-
quẽtes castrametati sunt cõtra Arnon,
q est in deserto, & pminet in finibus [Iud. 11. c. 13.]
Amorrhęi. Siquidẽ Arnõ terminus est
Moab, diuidẽs Moabitas & Amorrhę-
14os. ¶Vnde dr̃ i libro bellorũ Dñi, Sicut
fecit in Mari-rubro, sic faciet in torrẽ-
15tib⁹ Arnõ. ¶Scopuli Torrentiũ inclina-
D ti sunt, vt requiescerẽt in Arnon, & recũ-
16berent in finib⁹ Moabitarũ. ¶Et ex eo
loco apparuit puteus sup quo locutus
est Dñs ad Moysen, Congrega pplm, &
17dabo ei aqua. ¶Tunc cecidit Israël car-
men istud: Ascẽdat puteus. Cõcinebãt.
18¶Puteus quẽ foderũt principes, & para
uerũt duces multitudinis in datore le-
gis, & in baculis suis. — Profectiq; sũt [— 12.]
19de solitudine Mathana. ¶De Mathana
20i Nahaliel: & Nahaliel i Bamoth. ¶Ba [*& 8.]
moth, vallis est in regione Moab, i ver
tice Phasga, *qđ respicit cõtra desertũ. [* De 23.]
21¶Misit aũt Israël nuntios ad Sehon re [Deu. 2. c. 26.]
22gẽ Amorrhęorũ, dicẽs: ¶Obsecro vt trã- [Iud. 11. d. 19.]
E site mihi liceat per terrã tuã. non decli
nabimus i agros & vineas, nõ bibem⁹
aquas ex puteis, via regia gradiemur,
23donec trãseamus terminos tuos. ¶Qui
cõcedere noluit vt trãsiret Israël per fi-
nes suos: quin potius exercitu cõgrega-
to, egressus est obuiã i desertũ, & venit
24in Iasa pugnauitq; cõtra eũ. ¶A quo [Amos 2. c. 9.]
pcussus est in ore gladij, & possessa est [Psa. 134. a 11.]
terra ei⁹ ab Arnon vsq; Ieboc, & filios [Ios. 24. b. 8.]
Ammon: qa forti psidio tenebant̃ ter- [Iud. 5. c. 24.]
25mini Ammonitarũ. ¶Tulit ergo Israël
oẽs ciuitates ei⁹, & habitauit in vrbib⁹
Amorrhęi, in Hesebon scilicet & vicu-
26lis ei⁹. ¶Vrbs Hesebon fuit Sehon regis
F Amorrhęi: q pugnauit cõtra Regẽ Mo-
ab: & tulit oẽm terrã quę ditionis illi⁹
27fuerat, vsq; Arnon. ¶Idcirco dr̃ in pro-
uerbio, Venite in Hesebon, ædificet̃ &
28cõstruat̃ ciuitas Sehon: ¶Ignis egressus
est de Hesebõ, flãma de oppido Sehon,
& deuorauit Ar Moabitarũ, & habita-
29tores excelsorũ Arnõ. ¶Vę tibi Moab, [Iud. 11. c]
perijsti, popule Chamos. Dedit filios [3. Reg. 11. b 9.]
ei⁹ in fugã, & filias in captiuitatẽ regi
30Amorrhęorũ Sehon: ¶Iugũ ipsorũ di-
sperijt ab Hesebon vsq; Dibon, lassi p-
31uenerũt i Nophe, & vsq; Medaba: ¶Ha-
bitauit itaq; Israël i Terra-Amorrhæi:
32¶Misitq; Moyses q explorarent Iazer:
G cuius ceperũt viculos, & possederũt ha
33bitatores. ¶Verterũtq; se, & ascẽderũt [Deut. 3. a. 1. 19. & 7.]
per viã Basan, & occurrit eis Og rex Ba
san cũ omni populo suo, pugnaturus
34in Edrai, ¶Dixitq; Dñs ad Moysen: Ne
timeas eũ, quia i manu tua tradidi il-

lum,

lum, & oēm populū, ac terram eius: fa-
ciesq; illi ſicut feciſti Sehō regi Amor-
35 rhęorum habitatori Heſebon: ¶ Percuſ-
Pſ. 134. a. 11. ſerunt igitur & hunc cū filijs ſuis, vni-
nerſumq; pplm eius vſque ad interne-
cionem, & poſſederunt terram illius.

C A P. XXII.

1 PRofectique caſtrametati ſunt in cā-
A peſtribꝰ Moab, vbi trans Iordanem
2 Iericho ſita eſt. ¶ Videns aūt Balac filius
Sephor oīa q̄ fecerat Iſraël Amorrhæo,
3 ¶ & quod pertimuiſſent eū Moabitæ, &
4 impetū eius ferre non poſſent, ¶ dixit ad
maiores natu Madian, Ita delebit hic
ppls oēs qui in noſtris finibꝰ cōmorant̄,
qūo ſolet bos herbas vſq; ad radices car
pere. Ipſe autem erat eo tempore rex in
‖ Ioſ. 24. b. 9. 5 Moab. ¶ ‖ Miſit ergo nuntios ad Balaam
filiū Beor ariolum q habitabat ſup flu-
men terræ filiorū Ammon, vt vocarent
eum, & dicerent: Ecce egreſſus eſt ppls
ex Ægypto, q operuit ſuperficiem terrę,
6 ſedens contra me. ¶ Veni igitur, & ma-
B ledic pplo huic, quia fortior me eſt: ſi
qūo poſſim pcutere & eijcere eū de ter-
ra mea, noui enim quòd benedictus
* 1. ſit cui bn̄dixeris, & maledictus ī quem
7 maledicta congeſſeris. ¶ Perrexeruntq;
ſeniores Moab, & maiores natu Madiā,
habentes diuinationis pretiū in mani-
bus. Cūmq; veniſſent ad Balaā, & nar-
8 raſſent ei oīa verba Balac, ¶ Ille rn̄dit:
Manete hîc nocte, & rn̄debo quicquid
mihi dixerit dn̄s. Manentibus aūt illis
9 apud Balaam, ¶ venit Deus & ait ad eū:
Quid ſibi volunt homines iſti apud te?
10 ¶ Rn̄dit, Balac filius Sephor Rex Moa-
11 bitarū miſit ad me, ¶ dicens: Ecce ppls q
C egreſſus eſt de Ægypto, operuit ſuperfi-
ciem terræ: veni, & maledic ei, ſi qūo
12 poſſim pugnās abigere eū. ¶ Dixitq; Deꝰ
ad Balaam: Noli ire cū eis, neq; male-
13 dicas pplo q a bn̄s eſt. ¶ Qui mane con-
ſurgens dixit ad principes, Ite in terrā
veſtram, quia prohibuit me Dn̄s venire
14 vobiſcum. ¶ Reuerſi principes dixerunt
ad Balac, Noluit Balaā venire nobiſcū.
15 ¶ Rurſum ille multò plures & nobilio-
16 res q̄ ante miſerat, miſit. ¶ Qui cū veniſ-
ſent ad Balaam, dixerunt. Sic dicit Ba-
lac filius Sephor: Ne cūcteris venire ad
17 me: ¶ Paratus ſum honorare te, & quic-
quid volueris dabo tibi: veni, & male-
‖ Inf. 24. b. 13. 18 dic pplo iſti. ¶ Rn̄dit Balaam: ‖ Si dede-
D rit mihi Balac plenam domū ſuam ar-
genti & auri, non potero immutare ver-
bum Dn̄i Dei mei, vt vel plus, vel minꝰ
19 loquar. ¶ Obſecro vt hîc maneatis etiam
hac nocte, & ſcire queā quid mihi rur-
20 ſum rn̄deat Dn̄s. ¶ Venit ergo Deus ad
Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te ve-
nerint hoīes iſti, ſurge, & vade cū eis:
ita duntaxat, vt quod tibi pręcepero fa-
21 cias. ¶ Surrexit Balaam mane, & ſtrata
22 aſina ſua, pfectus eſt cum eis. ¶ Et iratus
eſt Deꝰ. Stetitq; angelus Dn̄i in via con-
tra Balaā, qui inſidebat aſinæ, & duos
23 pueros habebat ſecum. ¶ ‖ Cernens aſina ‖ 2. Pet. 2. c. 16.
E angelū * ſtantē ī via euaginato gladio, Iude b.
auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. 11.
Quam cū verberaret Balaam, & vellet * Dn̄i. 1.
24 ad ſemitā reducere, ¶ Stetit angelꝰ in an
guſtijs duarū maceriarū, quibus vineæ
25 cingebant̄. ¶ Quē vidēs aſina, iūxit ſe pa
rieti, & attriuit ſedētis pedē. At ille ite-
26 rū verberabat eā: ¶ & nihilominus an-
gelus ad locū anguſtū trāſiens, vbi nec
ad dexterā nec ad ſiniſtram poterat de-
27 uiari, obuius ſtetit. ¶ Cumq; vidiſſet aſi
na ſtantē angelū, cōcidit ſub pedibꝰ ſe-
dētis. Qui iratus vehementius cędebat
28 fuſte latera eiꝰ. ¶ Aperuitq; Dn̄s os aſi-
næ, & locuta eſt. Quid feci tibi? cur p-
29 cutis me, ecce iā tertiò? ¶ Rn̄dit Balaā.
F Quia cōmeruiſti, & illuſiſti mihi: vtinā
30 haberē gladiū, vt te pcuterē. ¶ Dixit aſi-
na, Nónne aīal tuū ſum, cui ſemp inſe-
dere conſueuiſti vſq; in pn̄tē diem? dic
quid ſile vnquā fecerim tibi. At ille ait:
31 Nunquā. ¶ Protinus aperuit Dn̄s oculos
Balaā, & vidit Angelū ſtātē in via eua-
ginato gladio, adorauitq; eū pronus in
32 terrā. ¶ Cui angelus: Cur, inquit, tertiò
verberas aſinā tuā? Ego veni vt aduer-
ſarer tibi, q a peruerſa eſt via tua, mihiq;
33 contraria: ¶ Et niſi aſina declinaſſet de
via, dans locū reſiſtēti, te occidiſſem, &
34 illa viueret. ¶ Dixit Balaam: Peccaui, ne
ſciens q tu ſtares contra me: & nunc ſi
35 diſplicet tibi vt vadā, reuertar. ¶ Ait an-
gelus: Vade cum iſtis, & caue ne aliud
q̄ pręcepero tibi loquaris. Iuit igitur cū
36 principibus. ¶ Quòd cū audiſſet Balac,
G egreſſus eſt in occurſum eius in oppido
Mohabitarū, quod ſitū eſt in extremis
37 finibꝰ Arnon. ¶ Dixitq; ad Balaā: Miſi
nuntios vt * vocarent te. cur nō ſtatim * vocarē
veniſti ad me? an quia mercedē aduen- 7.
38 tui tuo reddere nequeo? ¶ Cui ille reſpō
dit: Ecce adſum: nunquid loqui potero

aliud,

aliud, nisi qđ De⁹ posuerit in ore meo?
39 ¶ Perrexerunt ergo simul, & venerũt ĩ vr
bē quæ ĩ extremis regni ei⁹ finib⁹ erat.
40 ¶ Cũq; occidisset Balac boues & oues,
misit ad Balaam, & principes qui cum
41 eo erant, munera. ¶ Mane autem fa-
cto duxit eum ad excelsa Baal, & intui-
tus est extremam partem populi.

CAP. XXIII.

1 A Dixitq; Balaam ad Balac: Ædifica
mihi hîc septem aras, & para toti-
dē vitulos, eiusdemq; numeri arietes.
2 ¶ Cumq; fecisset iuxta sermonē Balaã,
imposuerũt simul vitulũ & arietē sup
3 aram. ¶ Dixitq; Balaã ad Balac: Sta pau
lisper iuxta holocaustũ tuũ donec va-
dã, si fortè occurrat mihi Dñs, & quod-
4 cũq; imperauerit, loquar tibi. ¶ Cumq;
abijsset velociter, occurrit illi De⁹. Lo-
cutusq; ad eũ Balaam, Septē, inqt aras
erexi, & ĩposui vitulũ & arietē desup.
5 ¶ Dñs autē posuit verbũ in ore eius, &
ait: Reuertere ad Balac, & hęc loquêris.
6 ¶ Reuersus inuenit stantem Balac iuxta
holocaustũ suũ, & oẽs principes Moa-
7 bitarum: ¶ assumptaq; parabola sua di-
xit: de Arã adduxit me Balac rex Moa-
B bitarum de montibus orientis, Veni in
quit, & maledic Iacob, propera, & dete
8 stare Isrēl. ¶ Quomodo maledicam, cui
non maledixit Deus? Qua ratione dete
9 ster, quē Dñs non detestatur? ¶ De sum-
mis silicibus videbo eum, & de collib⁹
considerabo illum. Populus solus habi
10 tabit & inter Gētes nõ reputabit̃. ¶ Quis
dinumerare possit puluerem Iacob, &
nosse numerũ stirpis Israël? Moriatur
anima mea morte iustorũ, & fiant no-
11 uissima mea horũ similia. ¶ Dixitq; Ba-
lac ad Balaã: Quid est hoc quod agis?
Vt malediceres inimicis meis vocaui
12 te: & tu econtrario benedicis eis. ¶ Cui
ille rñdit: Nũ aliud possũ loqui, nisi
13 quod iusserit Dñs? ¶ Dixit ergo Balac:
Veni mecũ in alterum locũ vnde partē
Israël videas, & totũ videre non possis
14 *inde maledicito ei. ¶ Cũq; duxisset eũ
in locũ sublimē, sup verticem montis
C Phasga, ędificauit Balaã septem aras, &
impositis suprà vitulis atq; arietibus,
15 ¶ Dixit ad Balac. Sta hîc iuxta holocau-
16 stũ tuũ donec ego obuius pergã. ¶ Cui
cũ Dñs occurrisset, posuissetq; verbum
in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, &
17 hęc loqueris ei. ¶ Reuersus inuenit eũ
stantē iuxta holocaustũ suũ, & princi-
pes Moabitarũ cũ eo. Ad quem Balac.
18 Quid, inquit, loquutus est Dñs? ¶ At ille
assumpta parabola sua, ait: Sta Balac,
19 & ausculta, audi fili Sephor: ¶ Non est
Deus quasi homo, vt mentiat̃, nec vt fi-
lius hoīs, vt mutetur. Dixit ergo & non
20 faciet? locutus est, & nõ implebit? ¶ Ad
benedicendum adductus sum, benedi-
21 ctionem prohibere non valeo. ¶ Nõ est
idolum in Iacob, nec videtur simula-
chrũ in Israël. Dñs Deus eius cũ eo est,
22 & clangor victoriæ regis in illo. ¶ Deus
D eduxit illũ de Ægypto, ‖ cuius fortitu-
23 do similis est rhinocerotis. ¶ Nõ est au-
guriũ in Iacob, nec diuinatio in Israël.
Temporibus suis dicet̃ Iacob & Israëli
24 quid operatus sit Deus. ¶ Ecce populus
vt leæna consurget & quasi leo egredie
tur: nõ accubabit donec deuoret prędã,
25 & occisorũ sanguinem bibat. ¶ Dixitq;
Balac ad Balaam: nec maledicas ei nec
26 benedicas. ¶ Et ille ait: Nonne dixi tibi
quod quicquid mihi De⁹ imperaret, hoc
27 facerē? ¶ Et ait Balac ad eũ: Veni & du-
cã te ad aliũ locũ: si fortè placeat Deo
27 vt inde maledicas eis. ¶ Cũq; duxisset
eum super verticem montis Phogor, q
29 respicit solitudinem. ¶ Dixit ei Balaam:
Ædifica mihi hîc septē aras & para to-
tidē vitulos, eiusdēq; numeri arietes*.
30 ¶ Fecit Balac vt Balaam dixerat: impo-
suitq; vitulos & arietes p singulas aras.

CAP. XXIIII.

1 A Cumq; vidisset Balaam qđ placeret
Dño vt benediceret Israëli, nequa-
quã abijt vt ante perrexerat, vt auguriũ
quęreret: sed dirigens contra desertũ vul-
2 tum suũ, ¶ & eleuans oculos vidit Isrl̃
in tentoriis cõmorātem per trib⁹ suas:
3 & irruente in se spiritu Dei: ¶ Assumpta
parabola ait: Dixit Balaam filius Beor,
dixit homo cuius obturat⁹ est oculus,
4 ¶ dixit auditor sermonũ Dei, q visionē
Omnipotētis intuitus est, qui cadit, &
5 sic aperiunt̃ oculi ei⁹. ¶ Quam pulchra
tabernacula tua Iacob & tentoria tua
6 Isrl̃, ¶ vt valles nemorosę, vt horti iuxta
fluuios irrigui, vt tabernacula quę fixit
7 Domin⁹, quasi cedri ppe aquas. ¶ Fluet
aqua de situla ei⁹, & semen illius erit ĩ
*aquas multas. Tollet̃ ppter Agag, rex
8 eius, & auferet̃ regnũ illius. ¶ Deus edu-
xit illũ de Ægypto, ‖ cuius fortitudo si-
B milis est rhinocerotis. Deuorabũt Gen-

§2. Pet. 2. c. 16. Iude b. 11.
*Dñi. 1.
*& 7.
*vocat 7.
‖Inf. 24. b. 8.
*per singulas aras. 8.
‖gētes F.
‖sup. 23. l. 22.

tes

tes hostes illius, ossaq; eorũ cõfringet,
9 & perforabũt sagittis. Accubãs dormi
uit vt leo, & quasi leæna, quã suscitare
nullus audebit. Qui bñdixerit tibi, erit
& ipse bñdictus: q maledixerit, *in ma
10 ledictione reputabit. Iratusque Balac
contra Balaã, cõplosis manibus ait: Ad
maledicendũ inimicis meis vocaui te,
11 quibus ecõtrario tertio bñdixisti, Reuer
tere ad locũ tuũ. Decreuerã qdẽ magni
ficè honorare te, sed Dñs priuauit te ho
12 nore disposito. Rñdit Balaã ad Balac,
Nõnne nuntijs tuis quos misisti ad me
13 dixi: Si dederit mihi Balac plenã do-
G mũ suã argenti & auri, nõ potero præteri
re fmonẽ Dñi Dei mei, vt vel boni qd,
vel mali proferã ex corde meo: sed qc-
14 quid Dñs dixerit, hoc loquar? Verun-
tamen pergẽs ad pplm meũ, dabo *con
siliũ, quid pplus tuus pplo huic faciat ex
15 tremo tẽpore. Sumpta igit parabola,
rursum ait: Dixit Balaã filius Beor, dixit
16 homo cuius obturatus est oculus, Dixit
auditor sermonũ Dei, qui nouit doctri
nã Altissimi, & visiones oĩpotẽtis videt,
17 qui cadẽs apertos habet oculos. Vide-
bo eũ, sed non modo: intuebor illũ, sed
nõ propè. ORIETVR STELLA ex
D Iacob, & cõsurget virga de Israël, & p-
cutiet duces Moab. vastabitq; oẽs filios
18 Seth. Et erit Idumæa possessio eius: hære
ditas Seir cedet inimicis suis: Israël ve-
19 rò fortiter aget. De Iacob erit q dñe-
20 tur, & perdat reliquias ciuitatis. Cũq;
vidisset Amalec, assumẽs parabolã, ait:
Principiũ Gentiũ Amalec, cuius extre-
21 ma perdentur. Vidit quoq; Cinæũ: &
assũpta parabola, ait: Robustũ quidem
est habitaculũ tuũ: sed si i petra posue-
22 ris nidum tuũ, & fueris electus de stir
pe Cin quãdiu poteris pmanere? Assur
23 enim capiet te. Assumptaq; parabola
iterum loquutus est: Heu, quis victurus
24 est quãdo ista faciet Deus? Venient in
trieribus de Italia, superabunt Assy-
rios, vastabuntq; Hebræos, & ad extre-
25 mum etiam ipsi peribunt. Surrexitq;
Balaam & reuersus est in locũ suum:
Balac quoq; via qua venerat rediit.

CAP. XXV.

1 MOrabat aũt eo tpe Israël i Setim,
A & fornicatus est populus cum fi-
22habitare p eis, ¶ sicut fecerat filijs Esau
E qui habitant in Seir, delēs Horrhęos, &
terram eorũ illis tradens, quã possident
23vsq; in præsens. ¶ Heuços quoq; q ha-
bitabant in Haserim vsq; Gazan, Cap-
padoces expulerunt: q egressi de Cap-
padocia deleuerunt eos, & habitaue-
24runt p illis. ¶ Surgite & transite Tor-
rentem Arnon: ecce tradidi in manu
tua Sehon regem Hesebon Amorrhęũ,
& terrã eius incipe possidere, & cõmitte
25aduersus eum prœliũ. ¶ Hodie incipiam
mittere terrorē atq; formidinē tuam in
pplos q habitant sub omni cęlo. vt au-
dito noïe tuo paueãt & in morē partu-
rientiũ cõtremiscãt, & dolore teneãtur.
26¶ ‖ Misi ergo nuntios de solitudine Ca- Nu.21 e.
demoth ad Sehon regē Hesebon verbis
27pacificis dicēs. ¶ 'Trãsibimus' p terram * Transibo 1.
tuã, publica 'gradiemur via: nõ decli- * gradiar via non declinabo 1.
nabimus' neq; ad dextrã, neq; ad sini-
28strã. ¶ Alimenta pretio uēde' nobis, vt vę *mihi vt vescar 1.
scamur': aquã pecunia tribue, & sic' bi- *bibam.
bemus. 'Tantũ est vt nobis' cõcedas trã * Tãtum est mihi 1.
29situ, ¶ sicut fecerunt filij Esau, q habitãt
F in Seir, & Moabitę q morãtur in Ar do-
nec' veniamus ad Iordanē, & transea- *Veniam ad Iordanē & transeam 1.
mus' ad terrã quã Dñs Deus noster da-
30turus est nobis. ¶ Noluitque Sehon rex
Hesebon dare nobis transitũ: quia in-
durauerat Dñs Deus tuus spm eius, &
obfirmauerat cor illius, vt traderet' in
31manus tuas, sicut nunc vides. ¶ Dixitq; ‖ Amos 2.c.9.
Dñs ad me: ‖ Ecce cœpi tibi tradere Se-
hon & terrã eius, incipe possidere eam.
32¶ Egressusq; est Sehõ obuiã nobis cum
33omni pplo suo ad prælium in Iasa. ¶ Et

tradidit eũ Dñs Deus noster nobis: per-
cussimusq; eũ cum filiis suis & omni
34 pp̄lo suo. ¶ Cunctasq; vrbes in tpe illo
cepimus, interfectis habitatorib⁹ earũ,
viris ac mulieribus & paruulis, nõ reli
35 quimus in eis quicquã. ¶ Absq; iumen-
tis, quæ in partẽ venere prædantium :
36 & spolijs vrbiũ, quas cepim⁹ ¶ ab Aro-
er, quæ est super ripã torrentis Arnon;
*& 2. *oppido ĩ valle situm est, vsq; Galaad.
Non fuit vicus, & ciuitas quæ nostras
effugeret manus: oẽs tradidit Dñs De⁹
37 noster nobis: ¶ Absq; terra filiorũ Am-
mon ad quam nõ accessimus : & cun-
ctis quæ adiacent torrẽti Ieboc: & vrbi-
bus montanis, vniuersisq; locis, à qbus
non prohibuit Dominus Deus noster.

CAP. III.

1 ITaq; conuersi ascẽdimus per iter Ba-
A san: egressusq; est Og rex Basan 1 oc-
cursum nobis cũ populo suo ad bellã-
Inf. 29. b 7. 2 dum in Edrai. ¶ Dixitq; Dñs ad me: Ne
timeas eũ: qa in manu tua traditus est
eũ omni populo ac terra sua: faciesque
ei ‖ sicut fecisti Sehon regi Amorrhęorũ,
Nu. 21. g. 34. 3 qui habitauit in Hesebon. ¶ Tradidit er
go Dñs Deus noster in manib⁹ nostris
Nu. 21. c 24. etiã Og regẽ Basan, & vniuersum pp̄lm
eius : percussimusq; eos vsq; ad inter-
Nu. 21. g 33. 4 necionem, ¶ vastãtes cunctas ciuitates il
lius vno tẽpore, non fuit oppidũ quod
nos effugeret : sexaginta vrbes, oẽm re-
5 gionẽ Argob regni Og in Basan. ¶ Cun-
ctę vrbes erãt munitæ muris altissimis,
portisq; & vectibus, absq; oppidis in-
6 numeris quæ nõ habebant muros. ¶ Et
B deleuimus eos, sicut feceram⁹ Sehõ regi
Hesebon, disperdẽtes oẽm ciuitatẽ, vi-
7 rosq; ac mulieres & paruulos· ¶ iumen-
8 ta aũt & spolia vrbiũ diripuimus. ¶ Tu
limusq; illo in tẽpore terrã de manu
duorũ regũ Amorrhęorũ q erãt trans
Iordanẽ à torrẽte Arnon vsq; ad montẽ
9 Hermon, ¶ quẽ Sidonij Sarion vocãt, &
10 Amorrhęi Sanir· ¶ oẽs ciuitates quæ sitę
sunt in planitie, & vniuersam terrã Ga
laad & Basan vsque ad Selcha, & Edrai
11 ciuitates regni Og in Basan. ¶ Solus q p-
pe Og rex Basan restiterat de stirpe gi-
gantũ. Monstrat̃ lectus eius ferreus, q
est ĩ Rabbat filiorũ Ammon nouẽ cu-
bitos habẽs lõgitudinis, & quatuor la
titudinis, ad mensurã cubiti virilis ma
Nu. 32. f. 33. 12 nus. ¶ Terramq; possedimus tpe illo ab
Aroer, q̃ est sup ripã torrẽtis Arnõ vsque
ad mediam partẽ mõtis Galaad: & ciui
13 tates illius dedi Ruben & Gad. ¶ Reli-
quam aũt partem Galaad, & oẽm Ba-
san regni Og, tradidi mediç tribui Ma-
nasse, oẽm regionẽ Argob: cũctaq; Ba-
14 san vocat̃ Terra-gigantũ. ¶ Iair fili⁹ Ma
C nasse possedit oẽm regionẽ Argob vsq;
ad terminos Gessuri, & Machati. Voca-
uitq; ex noĩe suo Basan, Hauoth-Iair,
id est Villas-Iair vsq; in pręsentẽ diẽ.
15 Machir quoq; dedi Galaad. ¶ Et tribub⁹
16 Ruben, ¶ & Gad dedi de Terra-Galaad
vsq; ad Torrentẽ Arnon mediũ Torrẽ-
tis, & confiniũ vsq; ad Torrentẽ Ieboc,
17 q est terminus filiorũ Ammõ : ¶ & pla-
nitiẽ solitudinis atq; Iordanẽ, & termi-
nos Cenereth vsq; ad mare deserti, qđ
est salsissimũ ad radices mõtis Phasga
18 cõtra Orientẽ. ¶ pręcepitq; vobis in tpe il-
lo dicẽs: Dñs Deus vester dat vobis ter-
rã hanc in hęreditatẽ, expediti p̄cedite
frẽs vestros filios Israël oẽs viri robusti
19 ¶ Absq; vxorib⁹, & paruulis atq; iumẽ-
tis. Noui enĩ q plura habeatis pecora,
& in vrbibus remanere debebũt, quas
20 tradidi vobis ¶ donec requiem tribuat
Dñs fratrib⁹ vestris sicut vobis tribuit:
& possideãt ipsi etiã terrã quã daturus
est eis trans Iordanẽ: tũc reuertet̃ vnus
D quisq; in possessionẽ suã quã dedi vo-
21 bis. ¶ ‖ Iosue quoq; ĩ tpe illo pręcepi di- Nu. 27. d. 18.
cens : Oculi tui viderunt quæ fecit Dñs
Deus vester duobus his regibus: sic fa-
ciet oĩbus regnis ad quæ trãsiturus es.
22 ¶ Ne timeas eos : Dñs enim Deus vester
23 pugnabit pro vobis. ¶ Precatusq; sum
24 Dñm in tẽpore illo, dicens. ¶ Dñs Deus
tu cœpisti ostendere seruo tuo magni-
tudinẽ tuã, manũq; fortissimam. neq;
enim est alius Deus, vel in cœlo vel in
terra, qui possit facere opera tua, & cõ-
25 parari fortitudini tuę. ¶ Transibo igit̃,
& videbo terrã hanc optimã trans Ior-
danẽ, & montẽ istum egregiũ, & Liba-
26 nũ. ¶ ‖ Iratusq; est Dñs mihi p̄pter vos, ‖ Inf. 31. a 2. & 34. a. 2.
nec exaudiuit me, sed dixit mihi. Suf-
ficit tibi : nequaquã vltra loquaris de
27 hac re ad me. ¶ Ascẽde cacumẽ Phasgę,
& oculos tuos circũfer ad occidentẽ, &
ad aquilonẽ, austrumq;, & orientẽ, &
aspice, nec enim trãsibis Iordanẽ istũ
28 ¶ Pręcipe Iosue, & corrobora eũ atq; cõ-
forta, q̃a ipse pręcedet pp̄lm istũ, & di-
29 uidet eis terrã quã visurus es. ¶ Mansi-
musq; in valle cõtra phanum Phogor.

CAP. IIII.

1 A ET nunc Iſraël audi præcepta & iu
dicia q̃ ego doceo te: ut faciens ea :
uiuas & ingrediens poſſideas terrã quã
Dñs Deus patrum veſtrorũ daturus eſt
2 vobis. ℣ Non addetis ad uerbũ quod
uobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſto
dite mandata Dñi Dei veſtri quæ ego
3 præcipio vobis. ℣ ‖ Oculi veſtri viderũt ‖ Nu. 25. a. 4. Ioſ. 22. c. 17.
oĩa quæ fecit Dñs contra Beel-phegor,
quõ cõtriuerit oẽs cultores eius de me-
4 dio veſtri. ℣ Vos aũt qui adhęretis Dño Nu. 25. a. 4.
Deo veſtro, viuitis vniuerſi vſq; in prę-
5 ſentẽ diem. ℣ Scitis q̃ docuerim uos prę
cepta atq; iuſtitias, ſicut mãdauit mihi
Dñs Deus meus: ſic facietis. ea in terra
6 quam poſſeſſuri eſtis, ℣ & obſeruabitis,
& implebitis opere. Hæc eſt eñ ueſtra
ſapientia, & intellectus coram ppl̃is, ut
audientes vniuerſi præcepta hæc, di-
cant: En ppl̃s ſapiens, & intelligẽs, gens
7 magna. ℣ Nec eſt alia natio tam gran-
dis, quæ habeat Deos appropinquantes * Dñs. 3.
ſibi, ſicut * Deus nr̃ adeſt cũctis obſecra
8 tionibus noſtris. ℣ Quæ eſt eñ alia gens
ſic inclyta, vt habeat ceremonias, iuſta
B q; iudicia, & uniuerſam legẽ, quã ego
9 proponã hodie añ oculos veſtros? ℣ Cu-
ſtodi igit᷑ temetipſum, & aiam tuã ſo-
licite. Ne obliuiſcaris verborũ quæ vi-
derũt oculi tui, & ne excidant de cor- ‖ Exo. 18. c. 18.
de tuo cunctis dieb⁹ uitę tuę. ‖ Docebis
10 ea filios ac nepotes tuos, ℣ Diem in quo
ſtetiſti coram Dño Deo tuo in Horeb,
quando Dñs locutus eſt mihi, dicẽs. Cõ
grega ad me ppl̃m, vt audiãt ſermones
meos, & diſcant timere me omni tẽpo-
re quo viuunt in terra, doceãtq; filios
11 ſuos. ℣ Et acceſſiſtis ad radices montis
qui ardebat vſq; ad cælum, erantq; in
12 eo tenebrę, & nubes & caligo: ℣ Loquu-
tuſque eſt Dñs ad vos de medio ignis.
Vocem uerborũ eius audiſtis, & formã
13 penitus non uidiſtis. ℣ Et oſtendit vobis
pactum ſuũ quod præcepit ut faceretis,
& decẽ uerba q̃ ſcripſit in duab⁹ tabu-
14 lis lapideis. ℣ Mihiq; mandauit in illo
tpe ut docerẽ vos ceremonias & iudicia
q̃ facere deberetis in terra, quã poſſeſſu-
15 ri eſtis. ℣ Cuſtodite igit᷑ ſolicite animas
C veſtras. Non vidiſtis aliquã ſimilitudi-
nẽ in die qua loquutus eſt vobis Dñs in
16 Horeb de medio ignis: ℣ ne fortè decep
ti faciatis vobis ſculptam ſimilitudi-
nẽ, aut imaginem maſculi vel fœminę,
17 ℣ ſimilitudinẽ oĩum iumentorum quę ſunt
ſup terram, vel auiũ ſub cælo uolantiũ
18 ℣ atq; reptiliũ quæ mouent᷑ in terra, ſi-
ue piſciũ qui ſub terra morant᷑ in aqs:
19 ℣ ne fortè eleuatis oculis ad cælum, vi-
deas Solẽ & Lunam, & oĩa aſtra cæli, &
errore deceptus adores ea & colas, quæ
creauit Dñs Deus tuus in miniſterium
20 cunctis gentib⁹ quę ſub cęlo ſunt. ℣ Vos
autem tulit Dñs, & eduxit de fornace
ferrea Ægypti vt haberet ppl̃m hæredi-
21 tariũ, ſicut eſt in præſenti die. ℣ Iratuſq; Sup. 1. f. 7. 3. d. 16.
D eſt Dñs contra me ꝓpter ſermones ve-
ſtros, & iurauit vt nõ tranſirẽ Iordanẽ, Inf. 34. 4. 1.
nec ingrederer terrã optimam quã da-
22 turus eſt uobis. ℣ Ecce morior in hac hu
mo, nõ trãſibo Iordanem: vos tranſibi-
23 tis & poſſidebitis terrã egregiam. ℣ Caue
ne quando obliuiſcaris pacti Dñi Dei
tui, qđ pepigit tecũ: & facias tibi ſcul-
ptam ſimilitudinẽ eorũ quæ fieri Dñs pro
24 hibuit. ℣ ‖ Quia Dñs Deus tuus ignis cõ
25 ſumens eſt, Deus æmulator: ℣ Si genue- ‖ Heb. 12. g. 29.
ritis filios ac nepotes, & morati fueri-
tis in terra, decepti q; feceritis vobis ali-
quam ſimilitudinẽ, patrãtes malũ coram
Dño Deo veſtro, vt eũ ad iracundiã pro
26 uocetis: ℣ Teſtes inuoco hodie cælũ &
terram, citò perituros vos eſſe de terra
quã trãſito Iordane poſſeſſuri eſtis, nõ
habitabitis in ea longo tpe, ſed delebit
27 vos Dñs, ℣ atq; diſperget in oẽs gentes,
& remanebitis pauci in nationibus ad
28 quas vos ducturus eſt Dñs. ℣ Ibiq; ſer-
uietis dijs qui hoim manu fabricati
ſunt ligno & lapidi, qui nõ uident, nec
audiunt, nec comedũt, nec odorantur.
29 ℣ Cumq; quæſieris ibi Dñm Deũ tuum, Sap. 1. a. 1
E inuenies eũ. ſi tñ toto corde quęſieris,
30 & tota tribulatione animæ tuæ. ℣ Poſt-
quã te inuenerint oĩa quæ ꝓdicta sũt,
nouiſſimo aũt tẽpore reuerteris ad Do
minũ Deum tuũ, & audies uocẽ eius.
31 ℣ Quia Deus miſericors Dñs Deus tuus
eſt: nõ dimittet te, nec oĩno delebit, ne
que obliuiſcet᷑ pacti in quo iurauit pa-
32 tribus tuis. ℣ Interroga de dieb⁹ anti-
quis, q fuerunt ante te ex die quo crea-
uit Deus hoiem ſuper terrã, à ſummo
cælo vſq; ad ſummũ ei⁹, ſi facta eſt ali-
quando huiuſcemodi res, aut vnquam
33 cognitũ eſt, ℣ Vt audiret populus uocẽ
Dei loquentis de medio ignis, ſicut tu
34 audiſti, & *vidiſti: ℣ Si fecit Deus vt in- * vixiſti.
grederet᷑, & tolleret ſibi Gentem de me

dio

dio nationũ, p tẽtationes, signa atq; por-
téta, p pugnã & robustã manũ, extẽtũ
q, brachiũ, & horribiles visiones iuxta
F oĩa q̃ fecit p vobis Dñs Deus vester in
35 Ægypto vidẽtib⁹ oculis tuis: ¶ vt scires
qm̃ Dñs ipse est De⁹, & nõ est ali⁹ p̃ter
[* cum 4.] 36 * vnũ. ¶ De cęlo te fecit audire uocẽ suã
vt doceret te: & ĩ terra ostẽdit tibi ignẽ
suũ maximũ, & audisti verba illius de
37 medio ignis, ¶ Quia dilexit p̃res tuos &
[|| I e.13. d.21.] elegit semẽ eorũ post eos. || Eduxitq; te p̃-
cedens in virtute sua magna ex Ægip-
38 to, ¶ Vt deleret nationes maximas &
fortiores te in introitu tuo: & introdu-
ceret te, daretq; tibi terrã earũ in pos-
39 sessionẽ sicut cernis in p̃senti die. ¶ Sci-
to ergo hodie, & cogitato in corde tuo
q Dñs ipse est Deus in cælo sursum, &
40 in terra deorsum, & nõ sit alius. ¶ Cu-
stodi p̃cepta ei⁹ atq; mandata quę ego
p̃cipio tibi: vt bene sit tibi, & filijs tuis
post te, & p̄maneas multo tp̄e sup ter-
G ram quã Dñs Deus tuus daturus est ti-
[|| Nu. 35. a. c.] 41 bi. ¶ Tunc separauit Moyses tres ciuita-
tes trans Iordanẽ ad orientalẽ plagam,
42 ¶ Vt cõfugiat ad eos qui occiderit no-
lens proximũ suũ, nec sibi fuerit inimi
cus ante unum & alterum diem: & ad
[|| Ios. 20. c.18.] 43 harũ aliquã vrbiũ possit euadere: ¶ || Bo-
sor in solitudine quę sita est in terra cã-
pestri de tribu Ruben: & Ramoth ĩ Ga-
laad quæ est in tribu Gad: & Golan in
44 Basan q̃ est in tribu Manasse. ¶ Ista est
lex quã p̄posuit Moyses corã filijs Isr̃l,
45 ¶ & hæc testimonia & ceremonię atq;
iudicia quę locutus est ad filios Israël,
46 qñ egressi sunt de Ægypto ¶ trans Iorda
nẽ in valle cõtra phanũ Phogor in terra
Sehõ regis Amorrhęi, qui habitauit in
Hesebon, quẽ p̄cussit Moyses. Filij quo-
47 que Israël egressi ex Ægipto ¶ possede-
rũt terrã ei⁹ & terrã Og regis Basan duo
rum regũ Amorrhęorũ, qui erant trans
48 Iordanẽ ad solis ortũ: ¶ ab Aroer q̃ sita
est super ripã torrentis Arnon, usq; ad
49 montẽ Sion qui est & Hermon: ¶ Oẽm
planitiem trans Iordanẽ ad orientalem
plagam, vsque ad mare solitudinis, &
vsque ad radices montis Phasga.

CAP. V.

1 A VOcauitq; Moyses oẽm Israëlem, &
dixit ad eũ: Audi Isr̃l ceremonias
atq; iudicia quę ego loquor in auribus
vestris hodie: discite ea, & op̄e cõplete.
[* Exo. 25. a 5.] 2 ¶ || Dñs Deus nr̃ pepigit nobiscũ fœdus
3 in Horeb. ¶ Nõ cũ patrib⁹ nr̃is inijt pa-
ctũ: sed nobiscũ q imp̄ræsentiarum su-
4 mus & viuimus. ¶ Facie ad faciẽ locutus
5 est nobis in mõte de medio ignis. ¶ Ego
sequester & medius fui inter Dñm &
vos in tp̄e illo, vt annũtiarẽ vobis ver-
ba ei⁹. timuistis eĩm ignẽ, & nõ ascẽdi-
6 stis in mõtẽ, & ait: ¶ || Ego Dñs De⁹ tu⁹, q [|| Exo. 20. a. 2.]
eduxi te de terra Ægypti de domo ser-
7 uitutis. ¶ Nõ habebis deos alienos in cõ [Leui. 26. a. 1.]
8 spectu meo. ¶ Non facies tibi sculptile, [Psa. 96. b. 7.]
nec similitudinẽ oĩum q̃ in cęlo sunt dẽ-
sup & q̃ in terra deorsum, & q̃ uersant
9 in aquis sub terra. ¶ Nõ adorabis ea, &
B nõ coles. || Ego enim sum Dñs De⁹ tuus [|| Exo. 34. a. 7.]
De⁹ emulator reddens iniquitatẽ patrũ [Ier. 32. c. 18.]
sup filios in tertiã & quartã gñationẽ
10 his qui oderũt me, ¶ & faciẽs misericor [Leu. 19. c. 12.]
diã in multa millia diligentib⁹ me, &
11 custodiẽtib⁹ præcepta mea. ¶ Nõ vsurpa [Mat. 5. c. 28.]
bis nomen Dñi Dei tui frustra, qa nõ e- [Eze. 20. b. 8.]
rit impunitus, q sup re vana nomẽ ei⁹
12 assumpserit. ¶ Obserua diẽ Sabbathi, vt [Exo. 20 a. 7.]
sanctifices eum sicut || pręcepit tibi Dñs
13 De⁹ tuus. ¶ Sex diebus operaberis, & fa- [Exo. 20. b. 8.]
14 cies oĩa opera tua. ¶ Septimus dies Sab-
bathi est, id est, || requies Dñi Dei tui. Non [|| Gen. 2. a. 2.]
facies in eo quicquã operis, tu & filius [Heb. 4. a. 4.]
tuus, & filia, seruus & ancilla, & bos, &
asinus, & oẽ iumentũ tuũ, & peregrinus
qui est intra portas tuas: vt requiescat
15 seru⁹ tu⁹, & ancilla tua, sicut & tu. ¶ Me
mẽto q & ipse seruieris ĩ Ægypto, & e-
duxerit te inde Dñs Deus tuus in manu
forti, & brachio extẽto. Idcirco præcepit [Exo. 20. c. 12.]
16 tibi vt obseruares diẽ Sabbathi. ¶ Hono- [Eccl. 3. b. 9.]
ra patrẽ tuũ & matrẽ sicut pręcepit tibi
dñs Deus tuus, vt lõgo viuas tp̄e, & bene [Mat. 15. a. 4.]
sit tibi in terra quã Dñs Deus tuus datu- [Eph. 6. a. 2.]
17 rus est tibi. ¶ || nõ occides. ¶ Neq; mœ-
18 chaberis. ¶ Furtumq; nõ facies. ¶ Nec lo- [Mat. 5. 21.]
19 queris cõtra proximũ tuũ falsum testi-
20 moniũ. ¶ || Nõ concupisces vxorẽ proxi- [Rom. 7 b. 7.]
21 mi tui, Nõ domũ, nõ agrũ, non seruũ.
C non ancillã, non bouem, non asinum,
22 & vniuersa quę illius sunt. ¶ Hęc verba
loquutus est Dñs ad oẽm multitudinem
vestrã in monte de medio ignis & nu-
bis & caliginis, voce magna, nihil ad-
dens amplius, & scripsit ea in duabus ta
23 bulis lapideis quas tradidit mihi. ¶ Vos
aũt postq̃ audistis vocem de medio te-
nebrarũ, & montẽ ardere vidistis, acces-
sistis ad me oẽs principes tribuum & ma
24 iores natu, atq; dixistis. ¶ Ecce ostendit

nobis Dñs De⁹noster maiestatem & ma
gnitudiné suam; uocem enim eius audi-
uimus de medio ignis, & probauimus
hodie, quòd loquéte Deo cũ hoíe, vixe-
25 rit homo, ¶ Cur ergo moriemur, & de-
uorabit nos ignis hic maximus? Si enim
D audierimus vltra vocé Dñi Dei nostri,
26 moriemur. ¶ Quid est oís caro, vt audiat
uocem Dei uiuentis, qui de medio ignis
loquitur sicut nos audiuimus, & possit
27 viuere? ¶ Tu magis accede: & audi cun-
cta q̃ dixerit dñs Deus nr̃ tibi, loquêris
que ad nos, & nos audiétes faciem⁹ ea.
28 ¶ Quòd cũ audisset Dñs ait ad me: Audi
ui uocem uerborum ppl̃i huius quæ locu
29 ti sunt tibi: bene oía sunt locuti. ¶ Quis
det talem eos habere mentem, vt time-
ant me, & custodiant vniuersa manda-
ta mea in omni tempore, vt bene sit eis
30 & filijs eorum in sempiternum? ¶ Vade
ergo & dic eis: Reuertimini in tentoria
31 vestra. ¶ Tu verò hîc sta mecum, & lo-
quar tibi omnia mandata mea, & cere-
monias atq; iudicia: quę docebis eos, vt
faciant ea in terra quá dabo illis in pos-
32 sessionem. ¶ Custodite igit̃ & facite q̃ p̃-
cepit Dñs De⁹ vobis, nõ declinabitis ne-
33 q; ad dexterá, neq; ad sinistrá: ¶ Sed p uiá
quá præcepit Dñs Deus vester ambulabi
tis, vt viuatis & bene sit vobis, & protelé
tur dies in terra possessionis vestrę.

CAP. VI.

1 A Hæc sunt pręcepta & ceremonię at-
que iudicia quę mandauit Dñs De
us vester, vt docerem uos, & faciatis ea í
terra ad quá trásgredimini posśidendá,
2 ¶ Vt timeas Dñm Deũ tuũ, & custodias
oía mádata & pręcepta ei⁹, quę ego prę-
cipio tibi & filijs ac nepotib⁹ tuis cun-
ctis diebus uítę tuę, ut prolongent̃ dies
3 tui. ¶ Audi Israêl & obserua ut facias —7.
quę pręcepit tibi Dñs, & bene sit tibi,
& multipliceris amplius sicut pollicitus
est Dñs Deus patrum tuorum tibi, terrá
4 lacte & melle manantẽ. ¶ ‖ Audi Israêl, ‖Ma. 22. d.37.
5 Dñs Deus nr̃, Deus vnus est. * ¶ Diliges Mar. 12. c. 29.
Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, & Lu. 10. e. 27.
ex tota aía tua, & ex tota fortitudine tua. * & 1.
6 ¶ ‖ Eruntque verba hæc quę ego pręcipio ‖Iosf. 11. a.18.
7 tibi hodie in corde tuo: ¶ & narrabis ea
B filijs tuis, & meditaberis sedens in do-
mo tua, & ambulans in itinere, dormiés
8 atque consurgens. ¶ Et ligabis ea quasi si
gnum in manu tua, eruntque & moue-
9 buntur inter oculos tuos, ¶ scribesque

10 ea in limine & ostijs domus tuę, ¶ Cúq;
introduxerit te Dñs Deus tuus in terram
pro qua iurauit patribus tuis Abraham,
Isaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates
magnas & optimas quas non ędificasti,
11 ¶ domos plenas cúctarũ opum quas non
extruxisti, cisternas quas non fodisti, vi-
neta & olineta q̃ non plantasti, & come
12 deris & saturatus fueris: ¶ Caue diligen-
C ter ne obliuiscaris Dñi, qui eduxit te de
13 Terra Ægypti ď domo seruitutis. ¶ ‖ Dñm ‖Iosf. 10.
Deũ tuũ timebis, & illi soli seruies, ac p d. 20.
14 nomen illius iurabis. ¶ Non ibitis post Mic. 4. b. 10.
deos alienos cunctarũ Gentium, q̃ in cir Luc. 4. b. 8.
15 cuitu vestro sunt: ¶ qm̃ Deus ęmulator
Dñs Deus tuus in medio tui: nequando 4.—
irascat̃ furor Dñi Dei tui contra te, & au
16 ferat te de superficie terrę. ¶ ‖ Non tenta
bis Dñm Deum tuum, sicut tétasti in lo ‖Mat. 4. b. 7.
17 co tentationis. ¶ Custodi pręcepta Dñi Luc. 4. b. 12.
Dei tui, ac testimonia & ceremonias
18 quas pręcepit tibi: ¶ & fac quod placitũ Nu. 21. b. 5
est & bonũ in cõspectu Dñi, vt bene sit Exo. 7. a. 2.
tibi: & ígressus possideas terrá optimá;
19 de qua iurauit Dñs patrib⁹ tuis, ¶ Vt de-
leret oẽs inimicos tuos corá te, sicut locu
20 tus est. ¶ Cũ interrogauerit te filius tuus
cras, dicens: Quid sibi uolũt testimonia
hęc, & ceremonię, atq; iudicia, q̃ pręce-
21 pit Dñs Deus nr̃ *nobis? ¶ Dices ei. Ser- *nobis.
D ui eramus Pharaonis in Ægypto, & edu
xit nos Dñs de Ægipto in manu forti.
22 ¶ fecitq; signa atque prodigia magna &
pessima in Ægypto, contra Pharaonem
& oém domum illius in conspectu nr̃o,
23 ¶ & eduxit nos inde, vt introductis daret
terram super qua iurauit patribus no-
24 stris. ¶ Pręcepitque nobis Dñs vt facia-
mus omnia legitima hęc, & timeamus
Dñm Deum nostrum, vt bene sit nobis
cunctis diebus uitę nostrę sicut est ho-
25 die. ¶ Eritque nostri misericors, si custo
dierimus & fecerimus omnia pręcepta
eius coram Domino Deo nostro sicut
mandauit nobis.

CAP. VII.

1 A Cum introduxerit te Dñs Deus tuus
in terrá quam possessurus ingredie-
ris, & deleuerit Gétes multas coram te, Iosu. 3. a. 3.
Hethęum & Gergezęum & Amorrhęũ,
Chananęum, & Pherezęũ, & Heuęũ &
Iebusęum, septé gétes multum maioris
numeri quam tu es, & robustiores te:
2 ¶ tradideritque eas Dñs Deus tuus tibi, ‖Exo. 23. d. 30. 34. b. 12.
percuties eas vsq; ad internecionem. ‖Nõ

inibis cũ eis fœdus nec mise eberis ea-
3 rum,neq; sociabis cũ eis coniugia: ¶ Fi-
liam tuam nõ dabis filio eius, nec filiá
4 illius accipies filio tuo: ¶ Quia seducet
filium tuũ ne sequatur me, & vt magis
seruiat dijs alienis irasceturque furor
5 Dñi,& delebit te citò. ¶ Quin potiꝰ hęc
facietis eis: Aras eorũ subuertite, & con
B fringite statuas,lucosque succidite, &
‖ Infr. 14. a. 2. & 26 d. 18. 6 sculptilia cõburite. ¶ ‖ Quia populꝰ san
ctus es Dño Deo tuo. Te elegit Dñs Deꝰ
tuus vt sis ei populus peculiaris de cun
7 ctis populis qui sunt sup terrá. ¶ Nõ qa
cunctas gentes numero uincebatis, vo-
bis iunctus est Dñs,& elegit vos, cũ oĩ-
8 bus sitis populis pauciores: ¶ sed qa di
lexit vos Dñs, & custodiuit iuramentũ
qđ iurauit patribus vestris, Eduxitque
vos in manu forti, & redemit de domo
seruitutis, de manu Pharaonis regis Æ-
9 gypti. ¶ Et scies quia Dñs Deus tuus, ip-
se est Deus fortis & fidelis, custodiens
pactũ & misericordiã diligentibus se,
& his qui custodiũt pcepta eius in mil-
10 le generationes: ¶ & reddés odientibus
se statim, ita ut disperdat eos & vltra
non differat, protinus eis restituens qđ
11 merentur. ¶ Custodi ergo pcepta & cere
monias atq; iudicia quæ ego mando ti
12 bi hodie, vt facias. ¶ Si postq̃ audieris
hæc iudicia, custodieris ea & feceris, cu
stodiet & Dñs Deus tuus pactum tibi &
misericordiam quam iurauit patribus
13 tuis. ¶ Et diliget te ac multiplicabit, be-
C nedicetq; fructui ventris tui, & fructui
terræ tuæ, fruméto tuo atq, vindemiæ,
oleo & armentis, gregibꝰ ouiũ tuarum
sup terrá, pro qua iurauit patribus tuis
14 vt daret eã tibi. ¶ Benedictus eris inter
‖ Exo. 23. d. 26. oés populos. ‖ Non erit apud te sterilis
vtriusq; sexus, tã in hoĩbus quã in gregi
15 bus tuis, ¶ Auferet Dñs à te oém languo
ré, & infirmitates Ægypti pessimas quas
nouisti, non inferet tibi, sed cunctis ho
16 stibꝰ tuis. ¶ Deuorabis oés populos quos
Dñs Deus tuus daturus est tibi. Nõ par-
cët eis oculꝰ tuus, nec seruies dijs eorũ,
17 ne sint in ruiná tui. ¶ Si dixeris in cor-
de tuo: Plures sunt gétes istæ q̃ ego, qũo
18 potero delere eas? ¶ Noli metuere sed re
cordare quę fecerit dñs Deus tuus Pha-
19 raoni & cunctis Ægyptijs, ¶ Plagas maxi
mas quas uiderunt oculi tui, & signa at
que portéta, manumq; robustã, & exté-
tũ brachium, vt educeret te Dñs Deus
tuus. sic faciet cunctis populis quos me
20 tuis. ¶ Insup & crabrones mittet Dñs
Deus tuus in eos, donec deleat oés atq,
disperdat q te fugerint & latere potue
21 rint. ¶ Non timebis eos, quia Dñs Deus Exo. 23.
D tuus in medio tui est: Deus magnus & e. 32. 33.
22 terribilis. ¶ Ipse consumet nationes has
ĩ cõspcũ tuo paulatim atq; p partes. Nõ
poteris eas delere pariter: ne forte mul- c. 21.
23 tiplicent contra te bestiæ terræ. ¶ Dabit
que eos Dñs Deus tuꝰ in conspectu tuo
& interficiet illos donec penitus deleá-
24 tur. ¶ Tradetq; reges eorũ in manꝰ tuas,
& disperdes noĩa eorũ sub cęlo: nullus
poterit resistere tibi, donec cõteras eos.
25 ¶ ‖ Sculptilia eorũ igne cõbures: nõ con ‖ 2. Mac.
cupisces argentũ & aurũ de quibus fa- 12. g. 40.
cta sunt, neque assumes ex eis tibi qcq̃,
ne offendas, propterea qa abominatio
26 est Dñi Dei tui. ¶ Nec inferes quippiam
ex idolo ĩ domũ tuã, ne fias anáthema,
sicut & illud est. Quasi spurcitiam dete
staberis, & velut inqnamentũ ac sordes
abominatiõi habebis qa anáthema est.

CAP. VIII.

1 OMne mandatũ quod ego præcipio
A tibi hodie caue diligenter vt facias:
vt possitis viuere, & multiplicemini, in
gressiq; possideatis terrá, pro qua iura-
2 uit Dñs patribus vestris. ¶ Et recordabe-
ris cuncti itineris per quod adduxit te Infr. 29.
Dñs Deus tuus quadraginta annis per a. 5.
desertũ vt affligeret te atq; tentaret, &
nota fierent quæ in tuo animo uersa-
bantur, utrũ custodires illius mádata,
3 an non. ¶ Afflixit te penuria, & dedit ti-
bi cibum Mána, qđ ignorabas tu & pa-
tres tui: ut ostenderet tibi quod ‖ non in ‖ Matt 4.
solo pane uiuat homo, sed in oĩ uerbo a. 4.
4 qđ egredit de ore Dñi. ¶ Vestimentum Luca 4.
B tuũ quo operiebaris, nequaq̃ vetustate a. 5.
defecit, & pes tuus non est subtritus, en
5 quadragesimus annus est. ¶ ‖ Vt recogi-
tes in corde tuo, qa sicut erudit filium ‖ Infr. 26.
suũ homo, sic Dñs Deus tuus erudiuit a. 3.
6 te, ¶ Vt custodias mandata Dñi Dei tui,
& ambules in uijs eius, & timeas eum.
7 ¶ Dñs enim Deus tuus introducet te in
terram bonã, terrã riuorũ aquarumq;
& fontium: in cuius cápis & montibus
8 erumpunt fluuiorũ abyssi: ¶ terram fru
menti, hordei ac vinearũ, in qua ficus
& malogranata, & olineta nascuntur:
9 terrá olei ac mellis. ¶ Vbi absq; vlla pe-
C nuria comedes panem tuum, & rerum

oium abundantia pfruéris: cuius lapi-
des ferrum sunt, & de montibus eius
10 æris metalla fodiunť: ❡ Vt cũ comede-
ris: & satiatus fueris, bñdicas Dño Deo
tuo pro terra optima quam dedit tibi.
11 ❡ Obserua & caue neqñ obliuiscaris dñi
Dei tui, & negligas mandata eius atq;
judicia & cęremonias quas ego pcipio
12 tibi hodie: ❡ Ne postq̃ comederis & sa-
tiatus fueris, domos pulchras ędificaue
13 ris, & habitaueris ĩ eis. ❡ Habuerisq; ar-
menta boum, & ouiũ greges, argenti &
14 auri, cũctarumq; rerũ copiam, ❡ Eleueť
cor tuum, & non reminiscaris Dñi Dei
tui, q eduxit te de Terra-Ægypti de do
15 mo seruitutis: ❡ & ductor tu[9] fuit in so-
litudine magna atque terribili, in qua
erat serpés flatu adurens, & scorpio ac
dipsas, & nullæ oino aquę: ‖ qui eduxit
16 riuos de petra durissima, ❡ ‖ & cibauit te
Manna in solitudine, qđ nescierunt pa
tres tui. Et postq̃ afflixit ac probauit*,
17 ad extremũ misert[9] est tui. ❡ Ne diceres
D in corde tuo. Fortitudo mea, & robur
manus meæ hęc mihi oia pręstiterunt.
18 ❡ Sed recorderis dñi Dei tui, ꝙ ipse vires
tibi prebuerit, vt impleret pactũ suũ,
super quo iurauit patribus tuis, sicut
19 præsens indicat. ❡ Si autem oblitus
Dñi Dei tui, secut[9] fueris deos alienos,
colueris q; illos & adoraueris: ecce nũc
20 prędico tibi ꝙ omnino dispereas. ❡ Si-
cut Gétes quas deleuit Dominus in in-
troitu tuo, ita & vos peribitis, si inobe-
diétes fueritis voci Domini Dei vestri.

Bar. 1. d. 10. Num 20. b. 11. 21. b. 5. Exo. 16. d. 17. & 17. a. 2.

CAP. IX.

1 AVdi Israël, Tu trásgredieris hodie
A Iordané, vt possideas nationes ma
ximas & fortiores te, ciuitates ingétes.
2 & ad cęlũ vsq; muratas, ❡ populũ ma-
gnum atq; sublimé, filios Enacim quos
ipse vidisti & audisti, q bus null[9] potest
3 ex aduerso resistere, ❡ Scies ergo hodie
ꝙ Dñs Deus tuus ipse transibit ante te
ignis deuorans atq; consumens, q con
terat eos & deleat atq; disperdat ante
faciẽ tuá velociter, sicut locut[9] est tibi.
4 ❡ Ne dicas ĩ corde tuo cũ deleuerit eos
Dñs Deus tu[9] in conspectu tuo, Propter
iustitiá meá introduxit me Dñs vt ter-
ram hanc possiderem, cùm pp impieta
5 tes suas istę deletę sint nationes. ❡ Neq;
enim pp iustitias tuas, & æquitaté cor-
dis tui ingredieris vt possideas terras ea
rum: sed qa illę egerũt impiè, introeũ-
te te deletæ sunt. & vt compleret verbũ
suũ Dñs, quod sub iuramento pollici-
tus est patribus tuis Abrahã, Isaac, & Ia
6 cob. ❡ Scito ergo ꝙ nõ pp iustitias tuas
Dñs Deus tuus dederit tibi terram hác
optimá in possessionem, cũ durissimæ
7 ceruicis sis populus. ❡ Memento, & ne
B obliuiscaris qũo ad iracũdiam prouo-
caueris Dñm Deum tuũ in solitudine.
‖ Ex eo die quo egressus es ex Ægypto
vsque ad locum istũ semper aduersum
8 Dñm contendisti, ❡ Ná & in Horeb pro
uocasti eum: & iratus delere te voluit
9 ❡ qñ ascendi in montem, vt acciperé ta-
bulas lapideas pacti qđ pepigit vobiscũ
Deus: & pseueraui in mõte quadragin
ta diebus ac noctibus, pané non come-
10 dens, & aquam non bibens. ❡ Deditque
mihi Dñs duas tabulas lapideas scri-
ptas digito Dei, & cõtinentes oĩa verba
quæ vobis locut[9] est in mõte de medio
ignis, qñ concio populi congregata est:
11 ❡ Cumq; transissent quadraginta dies,
& totidé noctes, dedit mihi Dñs duas
12 tabulas lapideas, tabulas fœderis. ❡ di-
xitq; mihi, Surge & descẽde hinc citò,
qa populus tuus qué eduxisti de Ægy-
pto, deseruerunt velociter viã, quã de-
monstrasti eis, feceruntq; sibi cõflatile.
13 ❡ Rursumq; ait Dñs ad me, cerno ꝙ po-
C pul[9] iste durę ceruicis sit: ❡ dimitte me
14 vt conteram eũ, & deleam nomen eius
de sub cęlo, & constituá te sup gentem
15 quæ hac maior & fortior sit. ❡ Cumq;
de monte ardente descéderem, & duas
tabulas fęderis vtraq; tenerem manu,
16 ❡ vidissemq; vos peccasse Dño Deo ve-
stro, & fecisse vobis vitulũ conflatilé,
ac deseruisse velociter viã eius quã vo-
17 bis ostenderat, proieci tabulas de ma-
nibus meis, confregiq; eas in cõspectu
18 vestro. ❡ Et pcidi ante Dñm sicut prius,
quadraginta diebus & noctibus pané
non comedẽs, & aquã non bibens, pp
oĩa peccata vestra quæ gessistis contra
dñm, & eũ ad iracũdiam prouocastis:
19 ❡ timui enim indignationé & iram il-
lius, qua aduersum vos concitatus dele
re vos voluit. Et exaudiuit me Dñs, etiã
20 hac vice. ❡ Aduersum Aarõ quoq; vehe
menter iratus, voluit eum conterere, &
21 pro illo similiter deprecatus sum. ❡ Pec
catum aũt vestrũ quod feceratis, id est
vitulũ, arripiens, igne cõbussi, & in fru
sta comminuens: oinoq; in puluerem

Exo. 14. b. 10. & 16. a. 2. & 17. a. 1.

Exo. 34. d. 18. & 34. d. 28. Exo. 31. d. 28.

redigens proieci in torrenté q. de môte
22descendit. In incendio quoq;, & in Té
D tatione, & in sepulchris côcupiscentiæ
23prouocastis Dñm: et qñ misit vos de
Cades-barne, dicens, Ascendite, & possi
dete terrá quá dedi vobis, & contempsi
stis imperiū dñi Dei vestri: & nô credi-
distis ei: neq; vocé ei⁹ audire voluistis,
24sed semp fuistis rebelles à die qua nos
25se vos cepi. Et iacui corá dño quadra-
ginta diebus ac noctibus qbus eū sup-
pliciter deprecabar, ne deleret vos vt
26fuerat côminatus. Et orans dixi, dñe
Deus, ne disperdas ppl̃m tuū, & hæredi
taté tuá, quam redemisti in magnitu-
dine tua, quos eduxisti de Ægypto í ma
27nu forti. Recordare seruorū tuorum
Abrahã, Isaac, & Iacob: ne aspicias du
ritiá ppl̃i huius, & impietaté atq; pcm̃:
28ne forte dicát habitatores terrę, d qua
eduxisti nos: Non poterat Dñs introdu
cere eos in terrá quam pollicitus est eis.
& oderat illos: idcirco eduxit, vt interfi
29ceret eos: in solitudine. q. sunt ppl̃s tu⁹
& hęreditas tua, quos eduxisti í fortitu-
dine tua magna et í brachio tuo extéto.

CAP. X.

1 IN tpe illo dixit Dñs ad me, Dola ti-
A bi duas tabulas lapideas, sicut prio-
res fuerūt, & ascéde ad me í monté: fa-
2 ciesq; arcá ligneá, & scribá in tabulis
verba q̃ fuerūt in his quas antè côfregi
3 sti, ponesq; eas í arca. Feci igit̃ arcá de
lignis setim. Cūq; dolassem duas tabu
las lapideas instar priorū: ascédi in mô
4 tem habens eas in manibus. Scripsitq;
in tabulis iuxta id quod prius scripse-
rat, verba decé, quæ locutus est Dñs ad
vos in monte de medio ignis, qñ ppl̃s
5 congregatus est, & dedit eas mihi. Re-
uersusq; de monte, descédi, & posui ta-
B bulas in arcá quá fecerá, quæ hucusq;
6 ibi sunt sicut mihi præcepit dñs, Filij
aūt Israël mouerūt castra ex Beroth-fi-
liorū-Iacan in Mosera, vbi Aaró mor-
tuus & sepultus est, p quo sacerdotio
7 functus est Eleazar filius eius. Inde ve
nerunt in Gadgad: de quo loco pfecti,
castrametati sunt in Ietebatha, in terra
8 aquarū atq; torrentiū. Eo tpe separa-
uit tribum Leui, vt portaret arcá fœde-
ris Dñi, & staret corá eo in ministerio,
ac bñdiceret in noíe illius vsq; in præ-
9 sentem dié. Quamobré non habuit Le
ui partem neq; possessioné cū fratribus
suis: qa ipse dñs possessio eius est, sicut
10promisit ei dñs Deus tuus. Ego autem
C steti in monte, sicut prius, quadraginta
diebus ac noctibus: exaudiuitque me
Dñs etiá hac vice, & te perdere noluit.
11Dixitq; mihi; Vade, & præcede ppl̃m,
vt ingrediatur, & possideat terrá quam
iuraui patribus eorum vt traderem eis.
12Et nunc Israël qd dñs Deus tuus petit
à te, nisi vt timeas dominū Deum tuū,
& ambules in vijs eius & diligas eū, ac
seruias dño Deo tuo in toto corde tuo,
13& in tota aía tua: custodiasq; manda-
ta dñi & ceremonias ei⁹ quas ego hodie
14præcipio tibi vt bene sit tibi? En dñi
Dei tui cęlū est, & cęlū cęli, terra, & oía
15quę in ea sunt, & tñ patribus tuis con-
glutinatus est dñs, & amauit eos, ele-
gitq; semen eorum post eos, id est vos,
de cūctis gentibus, sicut hodie côproba
16tur. Circuncidite igit̃ præputium cor-
D dis vestri, & ceruicé vestram ne indure-
17tis amplius: Quia dñs Deus vester ip- 2.Pa.19
se est Deus deorum, & dñs dñantium, b.7.
Deus magnus & potens, & terribilis, Iob 34.b
qui personam non accipit, nec mune 16.
18ra. Facit iudicium pupillo & viduæ, Sa.6.b.8.
amat peregrinū, & dat ei victum atque Eccl. 35.
19vestitū, & vos ergo amate peregrinos, b.16.
qa & ipsi fuistis aduenæ in terra-Ægy- Rom. 2.
20pti. Dñm Deum tuum timebis, & ei b 11.
seruies. ipsi adhærebis, iurabisq; in no Gala. 2.
21mine illius. Ipse est laus tua, & Deus b.6.
tuus, q. fecit tibi hæc magnalia & terri- Suprà 6.
22bilia quę viderūt oculi tui. In septua c.13.
ginta aíabus descenderūt patres tui in Soli.
Ægyptum: & ecce nunc multiplicauit Matt. 4.
te dominus Deus tuus sicut astra cœli. b.10.
Luca. 4.
b.8
Gen 46.
c.27.

CAP. XI.

1 AMa itaq; dñm Deum tuum, & ob-
A serua pcepta eius & ceremonias,
2 iudicia atq; mandata oí tpe. Cognosci
te hodie quæ ignorát filij vestri, q. non
viderunt disciplinã dñi Dei vestri, ma-
gnalia eius & robustá manū, extentūq;
3 brachium, signa & opera quæ fecit in
medio Ægypti Pharaoni regi, & vniuer
4 sæ terræ eius, oíq; exercitui Ægyptio-
rū, & equis ac curribus qūo operuerint
eos aquæ maris rubri, cùm vos psequе-
rentur, & deleuerit eos Dñs vsq; in præ
5 senté dié: Vobisq; quę fecerit in soli-
tudine, donec veniretis ad hunc locū: Nu. 16.
6 & Dathan atq; Abiron filijs Eliab, q. c.31.
fuit fili⁹ Ruben: qups aperto ore suo ter Psal.105
2.17.

ra absorbuit

ra absorbuit cū domibus & tabernacu
lis, & vniuersa substantia eorum, quá
7 habebát in medio Israël, ❡ Oculi vestri
viderūt oīa opera Dñi magna quæ fe-
8 cit, ❡ vt custodiatis vniuersa mandata il (Sup. 2.)
B lius, q̃ ego hodie pcipio vobis, * & pos-
sitis introire, & possidere terrá ad quam
9 ígredimini. ❡ Multoq; í ea viuatis tpe:
quam sub iuramento pollicitus est dńs
patribus vestris, & semini eorum, lacte
10 & melle manantē. ❡ Terra enī ad quá (*ingrediens.)
*ingrederis possidendá, nō est sicut Ter
ra Ægypti de qua existi, vbi iacto se-
mine in hortorum morem aquæ ducū-
11 tur irriguæ: ❡ Sed montuosa est & cápe-
12 stris, de cęlo expectans pluuias, ❡ quam
dńs Deus tuus semper inuisit, & oculi
illi⁹ in ea sunt à principio anni vsq; ad
13 finem eius. ❡ Si ergo obedieritis manda-
tis meis, quæ ego hodie præcipio vobis
vt diligatis Dñm Deū vestrū, & seruia-
tis ei in toto corde vestro, & in tota aía
14 vestra: ❡ dabit pluuiá terræ vestræ tpa-
neam & serotiná, vt colligatis frumen-
15 tum, & vinum, & oleum, ❡ Fęnumq; ex
C agris ad pascéda iumenta, & vt ipsi co-
16 medatis ac saturemini. ❡ Cauete ne for
tè decipiatur cor vestrū, & recedatis à
dño, seruiatisq; dijs alienis, & adoretis
17 eos: ❡ Iratusq; dńs claudat cælū, & plu-
uiæ non descendát, nec terra det germē
suum, pereatisq; velociter de terra opti (Sup. 6. b. 8.)
18 ma quam dńs daturus est vobis. ❡ Po-
nite hæc verba mea in cordib⁹ & in aīs
vestris, & suspédite ea pro signo in ma-
nibus, & inter oculos vestros collocate.
19 ❡ Docete filios vestros, vt illa meditenť,
qń sederis in domo tua, & ambulaue-
ris in via, & accubueris atq; surrexeris.
20 ❡ Scribes ea super postes & ianuas dom⁹
21 tuæ: ❡ Vt multiplicentur dies tui, & fi-
liorum tuorū in terra quá iurauit Dńs
patribus tuis, vt daret eis quandiu cęlū
22 imminet terræ. ❡ Si enim custodieritis
mádata quæ ego præcipio vobis, & fece-
D ritis ea, vt diligatis Dñm Deum vestrū,
& ambuletis in oībus vijs eius, adhęré-
23 tes ei, ❡ Disperdet dńs oés gétes istas an-
te faciem vestrá, & possidebitis eas quæ (Iosue 1. a. 3.)
24 maiores & fortiores vobis sunt. ❡ Oīs
locus quē calcauerit pes vester, vester e-
rit. A deserto, & à Libano, & à flumine
magno Euphráte vsq; ad mare occidé-
25 tale erūt termini vestri. ❡ Nullus stabit
cōtra vos: terrorē vestrū & formidinem

dabit dńs Deus vester sup oém terram
quá calcaturi estis, sicut locutus est vo-
26 bis. ❡ En propono in cōspectu vestro ho-
27 die benedictioné & maledictioné: ❡ Be
nedictioné, si obedieritis mandatis dñi
Dei vestri, quæ ego hodie pcipio vobis:
28 ❡ maledictioné, si non obedieritis man
datis Dñi Dei vestri, sed recesseritis de
via quá ego nunc ostendo vobis, & am-
bulaueritis post deos alienos, quos
29 ignoratis. ❡ Cū verò introduxerit te dńs
Deus tuus in terram, ad quá pergis ha-
bitandum, pones benedictioné super (Inf. 27. b. 12.)
montem Gazirim, maledictioné super
30 montem Hebal: ❡ Qui sunt trans Iorda
nem post viá quæ vergit ad solis occubi
tum in terra Chananęi, qui habitat in
campestribus contra Galgalam, quę est
iuxta vallem tendentem & intrantem
31 procul. Vos enim transibitis Iorda-
nem, vt possideatis terram, quam dńs
Deus vester daturus est vobis, vt habea-
32 tis & possideatis illam. ❡ Videte ergo vt
impleatis ceremonias atq; iudicia quæ
ego hodie ponam in conspectu vestro.

CAP. XII.

1 HÆc sunt præcepta atq; iudicia quę
A facere debetis in terra quá domi-
nus Deus patrū tuorū daturus est tibi,
vt possideas eá cūctis diebus quibus su-
2 per humum gradiêris. ❡ Subuertite oía
loca in qbus coluerūt gentes quas pos-
sessuri estis, deos suos, sup mōtes excel-
sos, & colles, & subter oē lignū frondo-
3 sum. ❡ Dissipate aras earū. & confringi
te statuas lucos igne, cōburite, & idôla
cōminuite disperdite noīa earū de lo-
4 cis illis. ❡ Non facietis ita Dño Deo ve-
5 stro: ❡ sed ad locū quē elegerit dńs Deus (3. Par. 7. c. 12.)
vester de cūctis tribubus vestris, vt po-
nat nomen suū ibi, & habitet in eo, ve-
6 nietis: ❡ & offeretis i loco illo holocau-
sta & victimas vestras, decimas & pri-
mitias manuū vestrarū, & vota atq; do
7 naria, primogenita boum & ouiū, ❡ Et
comedetis ibi in conspectu dñi Dei ve-
stri: ac lætabimini in cunctis ad q̃ mise
ritis manū vos & domus vestrę, in qui-
bus benedixerit vobis dńs Deus vester.
8 ❡ Non facietis ibi quæ nos hîc facimus
hodie, singuli quod sibi rectū videtur.
9 ❡ Neq; enim vsq; in præsens tépus veni
stis ad requié, & possessioné quam dńs
10 Deus vester daturus est vobis. ❡ Trásibi-
B tis Iordané & habitabitis in terra quá

dñs Deus vester daturus est vobis, vt re-
quiescatis à cunctis hostibus per circui
11 tũ: & absq; vllo timore habitetis? in lo
co qué elegerit dñs De⁹ vester, vt sit no
mé eius in eo. Illuc oĩa q̃ præcipio, cōfe
retis holocausta *, & hostias, ac deci-
mas, & primitias manuum vestrarũ: &
quicquid præcipuũ est ĩ munerib⁹ quæ
12 vouistis dño. ?Ibi epulabimini coram
dño Deo vestro, vos & filij ac filiæ ve-
stræ, famuli & famulæ atq; Leuites, q
in vrbibus vestris 'cõmorãtur' neq; eni
habet aliã parté & possessioné inter vos.
13 ?Caue ne offeras holocausta tua ĩ oĩ lo
14 co qué videris: ? sed in eo qué elegerit
dñs ĩ vna tribuũ tuarũ offeras hostias,
15 & facies quęcunq; pręcipio tibi. ?Si au-
tem comedere volueris, & te esus car-
niũ delectauerit, occîde, & comede iu-
xta benedictioné dñi Dei tui, quã dedit
tibi in vrbibus tuis: siue immundũ fue
rit, hoc est maculatũ & debile: siue mũ
dũ, hoc est integrũ & sine macula, qd'
offerri licet, sicut capreã & ceruum, co-
16 medes, ?absq; esu duntaxat sanguinis,
quem super terrã quasi aquã effundes.
17 ? Nõ poteris comedere in oppidis tuis
decimã fruméti: & vini, & olei tui, pri-
C mogenita armentorũ & pecorũ, & oĩa
quæ voueris, & sponte offerre volueris,
18 & primitias manuũ tuarũ: ?Sed coram
dño Deo tuo comedes ea in loco quem
elegerit dñs Deus tuus, tu & filius tuus
& filia tua, & seruus & famula, atq; Leui
tes, qui manet in vrbibus tuis: & læta-
beris & reficieris corã dño Deo tuo ĩ cũ
19 ctis ad quę extéderis manũ tuã. ? Caue
ne derelinquas Leuité in oĩ tépore quo
20 versaris in terra. ? Quando dilatauerit
dñs Deus tuus terminos tuos, ‖ sicut lo-
cutus est tibi, & volueris vesci carnib⁹
21 quas desiderat anima tua: ? locus auté
qué elegerit dñs Deus tuus vt sit nomé
eius ibi, si procul fuerit, occides de ar-
métis & pecoribus quæ habueris, sicut
præcepi tibi, & comedes ĩ oppidis tuis.
22 vt tibi placet, ? Sicut comeditur caprea
& ceruus, ita vescêris eis: & mundus &
23 immundus in cõmune vescent. ? Hoc
solum caue, ne sanguiné comedas. san-
guis enim eorũ pro anima est: & idcir-
co nõ debes animã comedere cũ carni-
24 bus. ?Sed sup terrã fundes quasi aquã,
25 ?Vt bene sit tibi & filijs tuis post te, cũ
D feceris quod placet in conspectu Dñi.

3. Re. 8. c. 19.

* vestra s

'commoratur 6.

‖Gen. 28. c. 14. Inf. 19. b 9.

26 ?Quæ aũt sanctificaueris & voueris Do
mino, tolles, & venies ad locum quem
27 elegerit Dñs, ? & offeres oblatiões tuas
carnem & sanguinem super altare dñi
Dei tui: sanguinem hostiarum * fundes
in altari: carnibus autem ipse vescêris.
28 ? Obserua & audi omnia quæ ego præ-
cipio tibi, vt bene sit tibi, & filijs tuis
post te in sempiternum, cùm feceris qd
bonũ est & placitum in conspectu Do-
29 mini Dei tui. ? Quãdo disperdiderit do
minus Deus tuus ante faciẽ tuã gentes
ad quas ingredieris possidẽdas, & pos-
sederis eas, atq; habitaueris in terra ea-
30 rum. ?Caue ne imiteris eas, postquã te
fuerint introeũte subuersæ, & requiras
ceremonias earũ, dicés: Sicut coluerũt
gentes istæ deos suos, ita & ego colam.
31 ?Nõ facies similiter dño Deo tuo. Om-
nes enim abominationes quas auersa-
tur Dñs, fecerunt dijs suis, offerentes fi-
32 lios & filias, & cõburentes igni. ?Quod
præcipio tibi, hoc tantùm facito Dño:
nec addas quicquam, nec minuas.

* tuarũ s

Supra 4. a. 2.
Pro. 30. b. 6.

CAP. XIII.

1 SI surrexerit in medio tui ꝓphetes,
A aut qui somniũ vidisse se dicat, &
2 ꝓdixerit signũ atq; portentũ, ?& euene
rit quod locutus est, & dixerit tibi: Ea-
m⁹ & sequamur deos alienos quos igno
3 ras, & seruiamus eis: ? nõ audies verba
ꝓphetę illius aut somniatoris: qa tẽtat
vos dñs Deus vester, vt palàm fiat vtrũ
diligatis eũ an nõ, in toto corde, & ĩ to-
4 ta aĩa vestra. ?Dñm Deũ vestrũ sequimi
ni, & ipsum timete, & mãdata illius cu-
stodite, & audite vocé eius: ipsi seruie-
5 tis, & ipsi adhærebitis. ?Propheta aũt il
le aut fictor somniorũ interficietur: qa
locutus est vt vos auerteret à dño Deo
vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti,
& redemit vos de domo seruitutis: vt
errare te faceret de via quã tibi pręcepit
dñs Deus tuus: & auferes malũ de me-
6 dio tui. ? Si tibi voluerit ꝑsuadere fra-
B ter tuus filius matris tuæ, aut fili⁹ tuus
vel filia, siue vxor q̃ est in sinu tuo, aut
amicus qué diligis vt animã tuã, clàm
dicés: Eamus, & seruiamus dijs alienis
7 quos ignoras tu & pr̃es tui, ?cũctarũ in
circuitu gentiũ q̃ iuxta vel procul sũt,
8 ab initio vsq; ad finé terræ: ?nõ acquie
scas ei, nec audias, neq; parcat ei ocul⁹
9 tuus vt miserearis & occultes eũ, ? Sed
statim interficies. ‖ sit primum manus

‖Infr. 17. b. 25.

tua

tua super eũ, & post te oĩs populus mit
10tat manũ. ¶ Lapidibus obrutus necabi
C tur: qa voluit te abstrahere à dño Deo
tuo, q eduxit te de terra Ægypti de do-
11mo seruitutis. ¶ Vt oĩs Israël audiens ti
meat, & nequaquã vltra faciat quippiã
12huius rei simile. ¶ Si audieris in vna vr-
biũ tuarũ, quas Dñs Deus tuus dabit ti
13bi ad habitãdũ, dicẽtes aliquos: ¶ Egressi
sunt filij Belial de medio tui, & auerte-
rũt habitatores vrbis suæ, atq; dixerũt,
Eamus & seruiamus dijs alienis quos
14ignoratis: ¶ Quære solicitè, & diligẽter
rei veritate pspecta, si inueneris certũ es
se qđ dr̃, & abominationẽ hãc ope ppe
15tratã, ¶ Statĩ pcuties habitatores vrbis il
lius in ore gladij, & delebis eã, oĩaq; q
16in illa sũt vsq; ad pecora. ¶ Quicquid ẽt
suppellectilis fuerit, congregabis in me
dio platearũ eius, & cũ ipsa ciuitate suc
cẽdes, ita vt vniuersa cõsumas dño Deo
tuo, & sit tumulus sempiternus, nõ ędi
17ficabit amplius, ¶ & nõ adhęrebit de il
lo anathemate qcquã in manu tua, vt
auertat Dñs ab ira furoris sui, & mise-
reat tui, multiplicetq; te, sicut iurauit
18pr̃ibus tuis, ¶ Qñ audieris vocẽ dñi Dei
tui, custodiens oĩa præcepta eius q ego
pręcipio tibi hodie, vt facias quod pla-
citum est in cõspectu Domini Dei tui.

C A P. XIIII.

1 FIlij estote dñi Dei vestri: nõ vos inci
A detis, nec facietis caluitiũ sup mor-
2 tuo. ¶ Qm̃ populus sanctus es dño Deo
tuo: & te elegit vt sis ei in populũ pecu
liarẽ de cunctis gentibus quæ sunt sup
3 terrã. ¶ ‖Ne comedatis q immũda sunt.
4 ¶ Hoc est animal qđ comedere debetis:
5 Bouẽ, & ouẽ, & caprã, ¶ ceruũ, & capreã,
bubalũ, tragelaphũ, pygargũ, orygẽ, ca-
6 melopardalũ. ¶ Oẽ animal qđ in duas
partes findit vngulã & ruminat, come-
7 detis. ¶ De his aũt quæ ruminant, & vn
gulã non findunt, hæc comedere nõ de
betis, camelũ, leporẽ, chœrogryllũ: qa
ruminant, & non diuidunt vngulã, im
8 munda erunt vobis. ¶ Sus quoq; qm̃ di-
B uidit vngulã, & nõ ruminat, immũda
erit. carnibus eorũ nõ vescemini, & ca-
9 dauera nõ tangetis. ¶ Hæc comedetis ex
oĩbus quę morantur in aquis, Quæ ha-
bent pinnulas & squamas comedite.
10¶ Quæ absq; pinnulis & squamis sunt,
11ne comedatis, quia immunda sũt. ¶ Oẽs
12aues mundas comedite. ¶ Immũdas ne
comedatis: aquilã scilicet, & gryphẽ, &
13haliæetũ, ¶ Ixõ, & vulturẽ ac miluũ iux
14ta genus suũ: ¶ Et oẽ coruini generis, ¶ &
15struthionẽ, ac noctuã, & larũ atq; acci-
16pitrẽ iuxta genus suũ: ¶ Herodium ac cy
17gnũ, & ibin, ¶ Ac mergulũ, porphyrio-
18nem, & nycticoracem, ¶ Onocrotalum,
& charadriũ, singula ĩ genere suo: vpu-
19pam quoq;, & vespertilionẽ. ¶ Et oẽ qđ
C reptat & pennulas habet, immundum
20erit, & nõ comedetur. ¶ Oẽ quod mun-
21dũ est, comedite. ¶ Quicqd autẽ morti-
cinũ est, ne vescamini ex eo. Peregrino
qui ĩtra portas tuas est, da vt comedat,
aut vende ei. quia tu populus sanctus
dñi Dei tu es: Nõ coques hœdum in la-
22cte mr̃is suæ. ¶ ‖Decimã partẽ separabis
de cunctis fructibus tuis quæ nascũtur
23in terra p annos singulos, ¶ & comedes
in cõspectu dñi Dei tui in loco quẽ ele-
gerit vt in eo nomen illius inuocet, de-
cimã frumenti tui, & vini, & olei, & pri
mogenita de armentis & ouibus tuis:
*vt discas timere dñm Deum tuũ oĩ tẽ-
24pore. ¶ Cùm aũt longior fuerit via, & lo
cus quẽ elegerit dñs Deus tuus, tibique
benedixerit, nec potueris ad eũ hęc cũ-
25cta portare, ¶ Vendes oĩa, & in pretiũ re
D diges, portabisq; manu tua, & profici-
scẽris ad locũ quem elegerit dñs Deus
26tuus: ¶ Et emes ex eadẽ pecunia quicqd
tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex
ouibus: vinũ quoq;, & sicerã, & oẽ qđ
desiderat aĩa tua: & comedes corã dño
Deo tuo, & epulaberis tu & dom⁹ tua,
27¶ Et Leuita qui intra portas tuas est. ca-
ue ne derelinquas eũ, qa nõ habet aliã
28partem in possessione tua. ¶ Anno tertio
separabis aliã decimã ex omnibus quæ
nascuntur tibi eo tẽpore: & repones in-
29tra ianuas tuas. ¶ Venietq; Leuites qui
aliã nõ habet partẽ nec possessionẽ te-
cũ, & peregrinus ac pupillus & vidua,
qui intra portas tuas sunt, & comedẽt,
& saturabuntur: vt benedicat tibi Do-
minus Deus tuus in cunctis operibus
manuum tuarum quæ feceris.

C A P. XV.

1 SEptimo anno facies remissionẽ, ¶ quę
A hoc ordine celebrabit. Cui debet
2 aliquid ab amico vel pximo ac fratre
suo, repetere nõ poterit, qa ann⁹ remis-
3 sionis est Dñi. ¶ A peregrino & aduena
exiges: ciuẽ & propinquũ repetendi nõ
4 habebis potestatẽ. ¶ Et oĩno indigens &

Supra 7. a.6. Inf. 26. d.18.

‖ Leu. 11. a.2.

‖ Exo. 23. c.19. & 34. d.26.

* Sera. 4.

Mat. 18. c.1

mendicus non erit inter vos: vt benedi
cat tibi dn̄s Deus tuus in terra quā tra
5 diturus est tibi in possessionem. ¶ Si tn̄
audieris vocem dn̄i Dei tui, & custodie
ris vniuersa q̄ iussit, & q̄ ego hodie p̄ci-
6 pio tibi. ¶ benedicet tibi, vt pollicit[9] est.
B Fęnerabis Gentib[9] multis, & ipse à nul
lo accipies mutuū. Dominaberis natio
nibus plurimis, & tui nemo dominabi
7 tur. ¶ Si vnus de fratrib[9] tuis q morant̄
intra portas ciuitatis tuę in terra quam
dn̄s Deus tuus daturus est tibi, ad pau-
pertatē deuenerit: non obdurabis cor
8 tuū, nec cōtrahes manū, ¶ sed aperies eā
pauperi, & ‖ dabis mutuū quo eū indi-
9 gere perspexeris. ¶ Caue ne fortè subre-
pat tibi impia cogitatio, & dicas in cor
de tuo: Appropinquat septimus annus
remissiōis, & auertas oculos tuos à pau-
pere fratre tuo nolens ei quod postulat
mutuū cōmodare, ne clamet contra te
10 ad dn̄m, & fiat tibi in peccatū. ¶ Sed da
bis ei: nec ages quippiam callidè ī eius
necessitatibus subleuandis: vt benedi-
cat tibi dn̄s Deus tuus in oī[b] tempore,
& in cunctis ad quæ manum miseris.
11 ¶ ‖ Non deerunt pauperes in terra habi-
tationis tuę: idcirco ego præcipio tibi
C vt aperias manū fratri tuo egeno & pau
12 peri qui tecū versatur in Terra. ¶ ‖ Cùm
tibi vēditus fuerit frater tuus Hebręus,
aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi,
in septimo anno dimittes eū liberum:
13 ¶ Et quē libertate donaueris, nequaquā
14 vacuū abire patieris: ¶ Sed dabis viaticū
de gregibus, & de area & torculari tuo,
quibus dn̄s Deus tuus benedixerit tibi.
15 ¶ Memento q̄ & ipse seruieris in Terra
Ægypti, & liberauerit te dn̄s Deus tu[9],
16 & idcirco ego nūc præcipio tibi. ¶ Sin
autē dixerit. Nolo egredi: eò q̄ diligat
te, & domū tuā, & bene sibi apud te es-
17 se sentiat: ¶ Assumes subulā, & perfora-
bis aurē eius in ianua domus tuę, & ser
uiet tibi vsq; in æternū, ancillæ quoq;
18 similiter facies, ¶ Nō auertas ab eis ocu
los tuos quando dimiseris eos liberos:
qm̄ iuxta mercedē mercenarij p̄ sex an
nos seruiuit tibi, vt benedicat tibi dn̄s
Deus tuus in cūctis operibus quæ agis.
19 ¶ De primogenitis quæ nascuntur in ar
D mentis & ouibus tuis; quicq̄d est sexus
masculini, sanctificabis dn̄o tuo. Non
operaberis in primogenito bouis, & nō
20 tondebis primogenita ouium, ¶ ‖ In cō-
spectu domini Dei tui comedes ea per
annos singulos in loco quē elegerit do-
21 minus, tu & domus tua. ¶ Sin autem ha-
buerit maculam, & vel claudū fuerit
vel cęcum, aut in aliqua parte deforme
vel debile, nō immolabitur dn̄o Deo
22 tuo. ¶ Sed intra portas vrbis tuæ come-
des illud: tā mundus quàm immūdus
similiter vescentur eis quasi caprea, &
23 ceruo. ¶ Hoc solum obseruabis vt san-
20 tu viuas, & semen tuũ: & diligas dñm
Deũ tuum, atq; obedias voci eius, & il-
li adhęreas, ipse est enim vita tua: & lõ

‖2. Mac. 2.b.46.2. c.18.
Gen. 15 c.25. 3.Reg.8 b.8. Hiere.33 c.8.
‖Ro.10. b.6.
*tuum
*ingrediens.
psal.105 g.45
*dñs D' tu' ap' uitatem tuam
*mortẽ

gitudo dierũ tuorum) vt habites in ter-
ra, p̃ qua iurauit dñs pr̃ibus tuis Abra-
ham Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

CAP. XXXI.

1 ABiit itaq; Moyses, & locutus est oĩa
A verba hęc ad vniuersum Israël, &
2 dixit ad eos: Centum viginti annorum
sum hodie, non possum vltra egredi &
ingredi, pręsertim cũ & dñs dixerit mi-
3 hi, ‖Non transibis Iordanem istũ. Dñs
ergo Deus tuus trãsibit ante te: ipse de-
lebit omnes gẽtes has in cõspectu tuo,
& possidebis eas: & Iosue iste transibit
4 ante te, sicut locutus est dñs. Facietq;
Dñs eis ‖ sicut fecit Sehon & Og regibus
Amorrhæorum, & terræ eorum, *dele-
5 bitq;* eos. Cùm ergo & hos tradiderit
vobis similiter facietis eis sicut pręcepi
6 vobis, ‖Viriliter agite, & cõfortamini:
nolite timere, nec paueatis ad conspe-
B ctum eorum: quia dñs Deus tuus ipse
est ductor tuus, & non dimittet, nec de
7 relinquet te. Vocauitq; Moyses Iosue,
& dixit ei coram oĩ Israël, Confortare,
& esto robustus: tu enim introduces po
pulum istũ in terrã quam daturum se
patribus eorũ iurauit dñs. & tu eã sorte
8 diuides. Et dñs qui ductor est vester,
ipse erit tecũ: non dimittet, nec derelin
9 quet te: noli timere nec paueas. Scri-
psit itaq; Moyses legẽ hanc, & tradidit
eam sacerdotibus filiis Leui, qui porta-
bant arcam fœderis Dñi, & cunctis se-
10 nioribus Israël. Pręcepitq; eis, dicens:
Post septem annos anno remissionis,
11 in solennitate tabernaculorũ, Conue-
nientibus cunctis ex Israël: vt appareãt
C in conspectu Dñi Dei tui in loco quem
elegerit dñs: leges verba legis huius co-
12 ram omni Israël, audiẽtibus eis, & in
vnum omni populo congregato, tam
viris q̃ mulieribus, paruulis & aduenis
qui sunt intra portas tuas: vt audientes
discant & timeant Dominũ Deum ve-
strũ, & custodiant, impleantq; omnes
13 sermones legis huius. Filij quoq; eorũ
qui nunc ignorant: vt audire possint,
& timeant Dñm Deum *suum* cunctis
diebus quib⁹ versantur in terra ad quã
vos Iordane transmisso pergitis obtinẽ-
14 dam. Et ait Dñs ad Moysen, Ecce p̃pe
sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & sta
te in tabernaculo testimonij, vt pręci-
D piam ei. Abierũt ergo Moyses & Iosue,
& steterunt in tabernaculo testimonij.

‖Suprà 3 d.26. Num.27. c.18.
‖Nu.21. c.24. *deleuitque 3.
‖Supra 7 a.21.
*vestrũ

15 ¶apparuitq; Dñs ibi in colũna nubis, q
16 ſtetit in introitu tabernaculi. ¶ Dixitq;
Dñs ad Moyſen, Ecce tu dormies cum
patribus tuis, & populus iſte conſurgẽs
fornicabitur poſt deos alienos in terra
a qua ingreditur vt habitet in ea: ibi
derelinquet me, & irritum faciet fœdus
17 quod pepigi cũ eo. ¶Et iraſcetur furor
meꝰ contra eũ in die illo: & derelinquã
eum, & abſcondam faciẽ meam ab eo.
& erit in deuorationẽ: inuenient eũ oĩa
mala & afflictiones: ita vt dicat in illo
die, Verè qa nõ eſt Deus mecũ, inuene-
18 runt me hęc mala. ¶Ego aũt abſcondã,
E & celabo faciẽ meam in die illo pp oĩa
mala quæ fecit, qa ſecutus eſt deos alie
19 nos, ¶Nunc itaq; ſcribite vobis canticũ
iſtud, & docete filios Iſraël: vt memori
ter teneant, & ore decãtent, & ſit mihi
carmẽ iſtud pro teſtimonio inter filios
20 Iſraël. ¶Introducam enim eũ in terram
pro qua iuraui patribꝰ eius, lacte & mel
le manantẽ. Cumq; comederint & ſatu
rati, craſſiq; fuerint, auertent ad deos
alienos, & ſeruient eis: detrahentq; mi-
21 hi, & irritũ facient pactum meũ. ¶Poſtq̃
inuenerint eũ mala multa & afflictio-
nes rñdebit ei cãticũ iſtud pro teſtimo-
nio, qđ nulla delebit obliuio ex ore ſe
22 minis tui. ¶Scio enim cogitatiões eiꝰ,
F quę facturus ſit hodie anteq̃ introducã
eum in terrã quã ei pollicitus ſum. Scri
pſit ergo Moyſes cãticũ, & docuit filios
23 Iſraël. ¶Pręcepitq; Dñs Ioſue filio Nũ,
& ait. Confortare, & eſto robuſtus: tu
enim introduces filios Iſraël in terram
quam pollicitus ſum, & ego ero tecũ.
24 ¶Poſtq̃ ergo ſcripſit Moyſes verba legis
huius in volumine, atque compleuit,
25 ¶Præcepit Leuitis qui portabant arcam
26 fęderis Dñi dicens: ¶Tollite librũ iſtũ,
G & ponite eum in latere arcę fęderis dñi
Dei veſtri: vt ſit ibi contra te in teſtimo
27 nium. ¶Ego enim ſcio contentionẽ tuã,
& ceruicem tuã duriſſimã. Adhuc viuẽ
te me & ingrediente vobiſcum, ſemper
contentioſè egiſtis contra Dñm, quan-
28 to magis cũ mortuus fuero? ¶Congrega
tẽ ad me oẽs maiores natu per tribus
veſtras, atq; doctores, & loquar audien-
tibus eis ſermones iſtos, & inuocabo cõ
29 tra eos cęlum & terram. ¶Noui enim q
poſt mortem meam iniquè agetis, & de
clinabitis citò de via quam præcepi vo
bis: & occurrẽt vobis mala in extremo
tpe, qñ feceritis malũ in conſpectu dñi,
vt irritetis eum per opera manuũ veſtra
30 orum. ¶Locutus eſt ergo Moyſas audien
te vniuerſo cœtu Iſraël verba carminis
huius, & ad finem vſq; compleuit.

CAP. XXXII.

1 AVdite cęli quæ loquor, audiat ter-
A ra verba oris mei.
2 ¶Concreſcat in pluuiã doctrina mea,
fluat vt ros eloquium meum, quaſi im-
ber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper
gramina.
3 ¶ Quia nomen Dñi inuocabo: date
magnificentiam Deo noſtro.
4 ¶Dei pfecta ſunt opera, & omnes vię
eius iudicia: Deus fidelis, & abſq; vlla
iniquitate, iuſtus & rectus.
5 ¶Peccauerũt ei & non filij eiꝰ in ſor
B dibus, generatio praua atq; peruerſa.
6 ¶Hæccine reddis Domino popule
ſtulte & inſipiens? nunquid non ipſe
eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, &
creauit te?
7 ¶Memẽto dierũ antiquorum, cogita
generationes ſingulas: interroga patrẽ
tuũ, & annuntiabit tibi, maiores tuos,
& dicent tibi.
8 ¶Quando diuidebat altiſsimus: gen
tes: quando ſeparabat filios Adam, cõ-
ſtituit terminos populorum iuxta nu-
merum filiorum Iſraël:
9 ¶Pars autẽ Domini populus eius: Ia-
cob funiculus hęreditatis eius,
10 ¶Inuenit eum in terra deſerta, in lo-
co horroris, et vaſtę ſolitudinis: circun-
duxit eum, et docuit: et cuſtodiuit qua
ſi pupillam oculi ſui.
11 ¶Sicut aquila prouocans ad volandũ
pullos ſuos, et ſuper eos volitans, expã-
dit alas ſuas: et aſſumpſit eum, atq; por
tauit in humeris ſuis.
12 ¶Dominus ſolus dux eius fuit: et nõ
erat cum eo Deus alienus.
13 ¶Conſtituit eum ſuper excelſam ter-
ram: vt comederet fructus agrorũ: vt
ſugeret mel de petra, oleumq; de ſaxo
duriſsimo.
14 ¶Butyrũ de armẽto, et lac de ouibus
cũ adipe agnorũ, et arietum, filiorũ Ba-
ſan, et hircos cũ medulla tritici, et ſan-
C guinem vuæ biberent meraciſsimum.
15 ¶Incraſſatus eſt dilectus, et recalcitra
uit: incraſſatus, impinguatus, dilata-
tus, dereliquit Deum factorẽ ſuum, et
receſsit à Deo ſalutari ſuo.

16 ¶Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
17 ¶Immolauerũt dęmoniis et nõ Deo, diis quos ignorabãt: noui recentesq; ve nerunt quos nõ coluerunt patres eorũ.
18 ¶Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui.
19 ¶Vidit dominus et ad iracundiã con citatus est: quia prouocauerunt eum filij sui et filiæ.
20 ¶Et ait: Abscõdã faciem meã ab eis. et considerabo nouissima eorũ: genera tio enim peruersa est, et infideles filij.
21 ¶Ipsi me prouocauerunt in eo q non erat Deus, et irritauerunt in vanitatibus suis: ‖et ego prouocabo eos in eo q non est populus, et in gente stulta irri tabo illos.
‖Ro. 10. d. 19. Iere. 15. c. 14.
22 ¶Ignis succẽsus est in furore meo, et ardebit vsq; ad inferni nouissima: deuorabitq; terram cum germine suo, et montium fundamenta comburet.
23 ¶Cõgregabo super eos mala, et sagittas meas complebo in eis.
24 ¶Consumẽtur fame, et deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes be
D stiarũ immittã in eos, cũ furore trahen tium super terram, atq; serpentium.
25 ¶Foris vastabit eos gladi⁹, et intus pa uor, iuuenem simul ac virginem, lactẽ tem cum homine sene.
26 ¶Et dixi· Vbinam sunt? cessare faciã ex hominibus memoriam eorum.
27 ¶Sed propter iram inimicorũ distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, et dicerent: Manus nostra excelsa, et non Dominus, fec hęc omnia.
28 ¶Gens absq; consilio est: et sine prudentia.
29 ¶Vtinam saperent et intelligerent, ac nouissima prouiderent.
30 ¶Quomodo *psequebatur' vnus mille, et duo fugarent decem millia? nõne
E ideo, quia Deus suus vendidit eos, et Dominus conclusit illos?
*psequatur 5.
31 ¶Non enim est Deus noster vt dij eorum: et inimici nostri sunt iudices.
32 ¶De vinea Sodomorum, vinea eorũ, et de suburbanis Gomorrhæ: vua eorũ vua fellis, et *botri amarissimi'.
*botrus amarissimus 9.
33 ¶Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.
34 ¶Nõnne hęc condita sunt apud me, et signata in thesauris meis?
35 ¶‖Mea est vltio, et ego retribuam eis' in tempore, vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, et adesse festinant tempora.
‖Eccl. 28 1. 1. Rom. 12 d. 19. Heb. 10. e. 30. ~9.
36 ¶Iudicabit dñs populum suum, et in seruis suis miserebitur: videbit q̃ infirmata sit manus, et clausi quoq; defecerunt, residuiq; consumpti sunt.
37 ¶Et *dicet': Vbi sunt dij eorũ, in qui bus habebant fiduciam?
*dicet 10
38 ¶De quorum victimis comedebant adipes, et bibebant vinum libaminũ: surgant, et opitulentur vobis, et in necessitate vos protegant,
39 ‖¶Videte q̃ ego sim solus, et non sit
F alius De⁹ pręter me: ego occidã · et ego viuere faciã: percutiã, et ego sanabo, et nõ est qui de manu mea possit eruere.
‖1. Re. 2. b. 6. Tob. 13. a. 2. Sap. 16. b. 13.
40 ¶Leuabo ad cęlũ manum meam, et dicam: Viuo ego in ęternum.
41 ¶Si acuero vt fulgur gladiũ meum, et arripuerit iudicium manus mea: reddã vltionem hostibus meis, et his qui ode runt me retribuam.
42 ¶Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius me⁹ deuorabit carnes, de cru ore occisorum, et de captiuitate, nudati inimicorum capitis.
43 ¶‖Laudate gentes populũ eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscet: et vindictam retribuet in hostes eorũ, et propitius erit terræ populi sui.
‖1. Mac. 7 b. 6.
44 ¶Venit ergo Moyses, et locutus est oĩa verba cãtici huius in auribus popu
45 li, ipse et Iosue filius Nun. ¶Cõpleuitq;
G oẽs sermones istos, loquens ad vniuer-
46 sum Israël, ¶et dixit ad eos: Ponite corda vestra in oĩa verba quę ego testificor vobis hodie: vt mãdetis ea filiis vestris custodire et facere, et implere vniuersa
47 quæ scripta sunt legis huius: ¶quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quę facientes lõ go pseueretis tpe in terra ad quam Iordane transmissio *ingredimini' possidẽ
48 dam. ¶Locutusq; est Dñs ad Moysen in
*ingrediemini.
49 eadem die dicens: ¶Ascende in mõtem istum Abarim, id est trãsituum, in mõtem Nebo, qui est in Terra-Moab cõtra Iericho: & vide terram-Chanaan, quã
Num. 10. d
50 ego tradam filiis Israël obtinẽdam, ¶et morere in monte. Quem conscendens iungẽris ppl̃s tuis, ‖sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & ap-
51 positus populis suis: ¶quia prævaricati
‖Nu. 20. d. 25. 33. d. 38. ‖Nu. 20. b. 10. 27. c. 14.

estis contra me in medio filiorũ Israël.
ad aquas-cõtradictionis ĩ Cades deser-
ti Sin:& nõ sanctificastis me inter filios
52 Israël.ꝰEcõtra videbis terrã,& nõ ingre
dieris in eã quã ego dabo filiis Israël.

CAP. XXXIII.

1 HÆc est benedictio qua benedixit
A Moyses homo Dei filiis Israël an-
2 te mortem suã.ꝰEt ait: Dñs de Sinai ve-
nit, & de Seir ortus est nobis : apparuit
de mõte Pharan, & cũ eo sanctorũ mil
3 lia . In dextera eius ignea lex . ꝰDilexit
pplos, oẽs sancti in manu illius sunt:
‖& q appropinquãt pedibꝰ eiꝰ, accipiẽt
4 de doctrina illius.ꝰLegem pcepit nobis
Moyses hrditatem multitudinis Iacob.
5 ꝰErit apud rectissimũ rex, congregatis
principibus populi cũ tribubus Israël.
6 ꝰViuat Ruben, & nõ moriatur,& sit
paruus in numero.
7 ꝰHęc est Iudę benedictio : Audi Do-
mine vocẽ Iudæ, & ad populum suum
B introduc eum manus eius pugnabunt
pro eo, & adiutor illius contra aduer-
sarios eius erit.
8 ꝰLeui quoq; ait:Profectio tua,& do-
ctrina tua viro sancto tuo, quẽ probasti
in tẽtatione,& iudicasti ad Aquas-con-
9 tradictionis.ꝰQui dixit pri suo , & ma-
tri suę:Nescio vos, & fratribꝰ suis:Igno-
ro illos , & nescierũt filios suos . Hi cu-
stodierunt eloquiũ tuũ, & pactũ tuum
10 obseruauerunt : ꝰIudicia tua o Iacob , &
legẽ tuã o Israël : ponent thymiama in
furore tuo, & holocaustũ super altare
11 tuum . Benedic Dñe fortitudini eius,
& opera manuũ illius suscipe . Percute
dorsa inimicorum eius:& qui oderunt
eum, non consurgant.
12 ꝰEt Ben-iamin ait : Amantissimus
Domini habitabit confidenter in eo :
quasi in thalamo tota die morabitur,
& inter humeros illius requiescet.
13 ꝰIoseph quoq; ait : De benedictione
C dñi terra eius,de pomis cęli,& rore,at-
14 que abysso subiacente . ꝰDe pomis fru-
15 ctuũ solis ac lunę,ꝰde vertice antiquo-
rum montium,de pomis colliũ ęterno
16 rũ,ꝰEt de frugibus terrę, & de plenitu
dine eius. Benedictio illius ‖ qui appa-
ruit ĩ rubo,veniat sup caput Ioseph , &
sup verticẽ Nazaræi inter fratres suos.
17 ꝰQuasi primogeniti tauri pulchritu
do eius,cornua rhinocerõtis cornua il-
lius in ipsis ventilabit Gentes vsq; ad
terminos terræ . hæ sunt multitudines
Ephraim,& hęc millia Manasse.
18 ꝰEt Zabulõ ait: Lętare Zabulõ in exi
tu tuo , & Issachar in tabernaculis tuis.
19 ꝰPopulos vocabũt ad mõtem:ibi im-
molabunt victimas iustitiæ.Qui inun-
dationem maris quasi lac sugẽt,& the-
sauros absconditos arenarum.
20 ꝰEt Gad ait:Benedictus in latitudine
Gad:quasi leo requieuit, cępitq; brachiũ
21 & verticẽ . ꝰEt vidit principatũ suum ꝙ
in parte sua doctor esset repositus : qui
fuit cũ principibus populi, & fecit iusti
D tias dñi, & iudicium suum cũ Israël.
22 ꝰDan quoq; ait: Dan catulus leonis,
fluet largiter de Basan.
23 ꝰEt Nephthali dixit: Nephthali abũ-
dãtia perfruetur, & plenus erit benedi-
ctionibus Dñi:mare & meridiẽ posside
24 bit.ꝰAser quoq; ait:Benedictus in filiis
Aser,sit placens fratribus suis, & tingat
25 in oleo pedem suum.ꝰFerrum & ęs cal
ceamentũ eius.Sicut dies iuuẽtutis tuę,
26 ita & senectꝰ tua. ꝰNon est-Deus alius vt Deus rectissimi:ascensor cęli auxilia -4.
tor tuus. Magnificentia eius discurrunt
27 nubes,ꝰhabitaculũ eius sursum, & sub
ter brachia sempiterna : eiiciet ã facie
28 tua inimicũ,dicetq;,ꝰContere. ꝰ‖Ha- ꝰ Cõren. 2
bitabit Israël confidenter & solus. Ocu ‖Ier. 23.
lus Iacob ĩ terra,frumẽti & vini, cęliq; b. 6. 33.
29 caligabunt rore . ꝰBtũs es tu Israël qs c. 26.
similis tui pple,q saluaris ĩ Dño ? scutũ
auxilij tui,& gladius glię tuæ,negabũt
te inimici tui:& tu eorũ colla calcabis.

CAP. XXXIIII.

1 ASCẽdit ergo Moyses de cãpestribus
A Moab super montem Nebo,in ver
ticẽ Phasga contra Iericho : ‖ostenditq; ‖1. Mac.
ei Dñs omnẽ terram Galaad vsq; Dan, 2. a. 4.
2 ꝰ& vniuersum Nephthali, terramque Supra 3.
Ephraim & Manasse,& omnem terram d. 27.
3 *vsq; ad mare nouissimum, ꝰ& austra- *Iuda 8.
lem partem , & latitudinem campi Ie-
richo ciuitatis palmarum vsq; Segor.
4 ꝰDixitq; dñs ad eum . Hæc est terra ꝑ
B qua iuraui Abraham,Isaac,& Iacob, di
cens:‖Semini tuo dabo eam. Vidisti eã ‖Gen. 12.
oculis tuis, & non transibis ad illam. b. 7 13. d
5 ꝰMortuusq; est ibi Moyses seruus Dñi 15. 15. d
6 in terra Moab,iubẽte dño: ꝰ& sepeliuit 18. 26. a
eũ in valle terræ Moab contra Phogor: 4
‖& nõ cognouit homo sepulchrũ eius ‖Iude 1.
vsq; in præsentẽ diẽ . ꝰMoyses centũ & 9
7 viginti annorũ erat . qñ mortuus est:n

caligauit

caligauit oculus eius, nec dentes illius
8 moti sunt. ¶ Fleueruntq; eũ filij Israë
C in campestribus Moab triginta diebus:
& cõpleti sunt dies plãctus lugentium
9 Moysen. ¶ Iosue verò filius Nun reple-
tus est spiritu sapiẽtię, quia Moyses po-
suit sup eũ manus suas. Et obedierunt
ei filij Israël, fecerũtq; sicut pcepit Dñs
10 Moysi. ¶ & non surrexit vltrà propheta
D in Israël sicut Moyses, quẽ nosset Dñs fa
11 cie ad faciẽ? in oĩb⁹ signis atq; portẽtis,
q̃ misit p eũ, vt faceret in terra Ægypti
Pharaoni, & omnibus seruis eius, vni-
12 uersęq; terrę illius, ¶ & cunctã manum
robustam, magnaq; mirabilia, quę fe-
cit Moyses coram vniuerso Israël.

LIBER IOSVE,
Hebraicè Iehosua.

CAPVT PRIMVM.

1 ET factũ est post mor-
A tẽ Moysi serui Dñi
vt loqueretur Dñs
ad Iosue filiũ Nun,
ministrum Moysi,
2 & diceret ei: ¶ Moy-
ses seruus me⁹ mor-
tuus est: surge, &
trãsi Iordanem istum tu & omnis pp̃ls
tecum in terram quam ego dabo filiis
3 Israël. ¶ ‖ Omnem locum quem calca-
uerit vestigium pedis vestri, vobis tra-
4 dam, sicut locutus sum Moysi. ¶ A de-
serto & Libano vsq; ad fluuiũ magnum
Euphratem, oĩs terra Hethęorum vsq;
ad mare magnum cõtra solis occasum
5 erit terminus vester. ¶ Nullus poterit
vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ:
sicut fui cum Moyse, ita ero tecũ: ‖ non
6 dimittam, nec derelinquam te. ¶ Con-
B fortare & esto robustus: tu enim sorte
diuides populo huic terram pro qua iu
raui patribus *tuis* vt traderem eã illis,
7 ¶ Confortare igitur, & esto robustus val-
de: vt custodias, & facias omnem legẽ
quã pręcepit tibi Moyses seruus meus:
ne declines ab ea ad dexteram vel ad
sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis.
8 ¶ Non recedat volumen legis huius ab
ore tuo: sed meditaberis in eo diebus
ac noctibus, vt custodias & facias oĩa
quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viã
9 tuam, & intelliges eam. ¶ Ecce præcipio
tibi, confortare, & esto robustus. Noli
metuere, & noli timere: qm̃ tecum est
Dñs Deus tuus in omnibus ad q̃cunq;
10 perrexeris. ¶ Præcepitq; Iosue principi-
bus ppl̃i, dicens: Transite per medium
C castrorum, & imperate populo, ac di-
11 cite, ¶ Præparate vobis cibaria: qm̃ post
diem tertium transibitis Iordanem, &
intrabitis ad possidendam terram quã
12 Dñs De⁹ vester daturus est vobis. ¶ Ru-
benitis quoque: & Gadditis, & dimi-
13 dię tribui Manasse ait: ¶ Memẽtote ser-
monis‖ quem pręcepit vobis Moyses fa
mulus Dñi, dicẽs: Dñs Deus vester de-
dit vobis requiem, & omnem terram.
14 ¶ Vxores vestræ, & filij, ac iumenta ma-
nebunt in terra quam tradidit vobis
Moyses trans Iordanem: vos aũt transi-
te armati ante fratres vestros, oẽs for-
15 tes manu, & pugnate pro eis: ¶ Donec
D det Dñs requiem fratribus vestris sicut
& vobis dedit, & possideant ipsi quoq;
terram quam Dñs Deus vester daturus
est eis. & sic⁹ *reuertimini* in terram pos
sessionis vestrę, & habitabitis in ea quã
vobis dedit Moyses famulus Dñi trans
16 Iordanem contra solis ortum. ¶ Respon
deruntq; ad Iosue, atq; dixerunt: Om-
nia quæ præcepisti nobis, faciemus: &
17 quocunq; miseris, ibimus. ¶ Sicut obe-
diuimus in cunctis Moysi, ita obedie-
mus & tibi: tantùm sit Dñs Deus tuus
18 tecum, sicut fuit cum Moyse. ¶ Qui cõ-
tradixerit ori tuo, & non obedierit cũ-
ctis sermonib⁹ quos præceperis ei, mo-
riat. tu tm̃ confortare, & viriliter age.

CAP. II.

1 MIsit igitur Iosue filius Nun de Se-
A tim duos viros exploratores in
abscõdito, & dixit eis: Ite, & considera-
te terrã, vrbemq; Iericho. ‖ Qui pergen-
tes ingressi sunt domum mulieris me-
retricis, nomine Rahab, & quieuerunt
2 apud eam. ¶ Nuntiatumq; est regi Ieri-
cho, & dictum: Ecce viri ingressi sunt
huc per noctẽ de filiis Israël, vt explo-
3 rarent terram. ¶ Misitq; rex Iericho ad
Rahab dicens: Educ viros qui venerũt

‖ Deu. 11 c. 24. Infrà 14. c. 9.
‖ Heb. 13. a. 5.
* suis 1.
‖ Nu. 32. d. 20.
* reuertemini 1.
‖ Iac. 2. d. 25. Heb. 11. f. 31.

ad te, & ingressi sunt domum tuam:
exploratores quippe sunt, & omnẽ ter-
4 ram considerare venerunt. ¶Tollensq́;
mulier viros, abscondit, & ait: Fateor
venerunt ad me, sed nesciebam vnde
5 essent, ¶cumq́; porta clauderetur in te-
nebris, & illi pariter exierunt, nescio
quo abierunt: persequimini citò, & cõ-
6 prehendetis eos. ¶Ipsa autẽ fecit ascen-
dere viros in solariũ domus suæ, ope-
7 ruitq́; eos stipula lini, quę ibi erat. ¶Hi
B autẽ qui missi fuerãt, secuti sunt eos p
*vada 1. viã quæ ducit ad *vadum* Iordanis: il-
lisq́ue egressis statim porta clausa est.
8 ¶Necdũ obdormierãt qui latebant, &
9 ecce mulier ascendit ad eos, & ait: ¶No-
*etiam 5. ui ꝙ Dñs tradiderit vobis terram: *ete-
nim irruit in nos terror vester, & elan-
10 guerunt oẽs habitatores terrę. ¶Audiui-
mus quod siccauerit Dñs aquas Maris-
rubri ad vestrum introitum qñ egressi
‖ Nu. 21. c. 15. estis ex Ægypto: ‖& quæ feceritis duob9
Amorrhęorum regibus qui erant trans
Iordanem, Sehon & Og, quos interfeci-
11 stis. ¶Et hęc audientes pertimuimus, &
elanguit cor nostrum, nec remansit in
nobis spũs ad introitum vestrum: Dñs
enim Deus vester ipse est Deus in cœlo
12 sursum, & in terra deorsum. ¶Nunc er-
go iurate mihi per Dñm, vt quo modo
C ego misericordiã feci vobiscum, ita &
vos faciatis cum domo patris mei: de-
*& 5. 13 tisq́; mihi verum signum: ¶*vt* saluetis
patrem meum & matrem, fratres ac so-
rores meas, & omnia quę illorum sunt:
14 & eruatis aïas nostras à morte. ¶Qui
rñderunt ei: Anima nostra sit pro vo-
bis in mortem: si tñ nõ prodideris nos,
cumq́; tradiderit nobis Dñs terram fa-
ciemus in te misericordiam & veritatẽ.
15 ¶Demisit ergo eos per funem de fene-
stra: domus enim eius hęrebat muro.
16 ¶Dixitq́; ad eos: Ad montana conscen-
dite, ne fortè occurrant vobis reuerten-
tes, ibiq́; latitate tribus diebus donec
redeant & sic ibitis per viam vestram.
17 ¶Qui dixerunt ad eam: Innoxij erimus
18 à iuramento hoc quo adiurasti nos, ¶si
non 4. ingredientibus nobis terrã, signũ fue-
rit funiculus iste coccineus, & ligaue-
ris eum in fenestra, per quam dimisisti
nos: & patrem tuum ac matrem, fra-
tresq́; & oẽm cognationem tuam con-
19 gregaueris in domũ tuam. ¶Qui ostiũ
D domus tuæ egressus fuerit, sanguis ip-

sius erit in caput ei9, & nos erimus *alie- *innoxij
ni*. Cunctorum aũt sanguis qui tecum 6
in domo fuerint, redundabit in caput
20 nostrũ, si eos aliquis te tigerit. ¶Quòd si
nos prodere volueris, & sermonẽ istum
proferre in medium, erimus mundi ab
21 hoc iuramẽto quo adiurasti nos. ¶Et il-
la rñdit: sicut locuti estis, ita fiat, Dimit-
tensq́; eos vt pergerẽt, appendit funicu-
22 lum coccineũ in fenestra. ¶Illi verò am
bulantes, puenerunt ad mõtana, & mã
serunt ibi tres dies, donec reuerterent
ꝗ fuerãt persecuti: ꝗrentes enim p oẽm
23 viam non repererũt eos. ¶Quibus vrbẽ
ingressis, reuersi sunt, & descenderũt ex
ploratores de monte: & transmisso Ior-
dane, venerunt ad Iosue filiũ Nun, nar
raueruntq́; ei oïa quæ acciderant sibi,
24 ¶atq́; dixerunt: Tradidit Dñs omnem
terram hãc in manus nostras, & timore
prostrati sunt cuncti habitatores eius.

CAP. III.

1 IGitur Iosue de nocte consurgens mo-
A uit castra: egredientesq́; de Setim, ve-
nerunt ad Iordanem ipse, & oẽs filij Is-
2 raël, & morati sunt ibi p tres dies. ¶Qui
bus euolutis, transierunt præcones per
3 castrorũ mediũ, ¶& clamare cœperunt:
Quando videritis arcã fœderis dñi Dei
vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ por-
tantes eã, vos quoq́; cõsurgite, & sequi-
4 mini præcedentes: ¶sitq́; inter vos & ar
cã spatiũ cubitorũ duûm milliũ: vt p-
cul videre possitis, & nosse per quã viã
ingrediamini: quia prius non ambula
stis per eã, & cauete ne appropinquetis
5 ad arcã. ¶Dixitq́; Iosue ad populũ: San-
B ctificamini: cras enim faciet Dñs inter
6 vos mirabilia. ¶Et ait ad sacerdotes: Tol
lite arcam fęderis, & præcedite populũ.
Qui iussa complentes, tulerunt, & am-
7 bulauerunt ante eos. ¶Dixitq́; Dñs ad
Iosue: Hodie incipiã exaltare te corã oï
Israël: vt sciant ꝙ sicut cum Moyse fui,
8 ita & tecũ sim. ¶Tu aũt prę cipe sacerdo
tibus ꝗ portant arcã fœderis, & dic eis:
Cùm ingressi fueritis partẽ aquæ Iorda
9 nis, state in ea. ¶Dixitq́; Iosue ad filios
Israël: Accedite huc, & audite *verbũ* *verba 6.
10 Dñi Dei vestri. ¶Et rursum: In hoc, in-
C quit, scietis ꝙ Dñs Deus viuẽs in medio
vestri est, & disperdet in conspectu ve-
stro, Chananęũ & Hethęum, Heuæũ &
Pherezæũ, Gergesęũ quoq́; & Iebusęũ,
11 & Amorrhęum. ¶Ecce arca fęderis Dñi

omnis

oĩs terræ antecedet: vos per Iordanem.
12 ¶Parate duodecim viros de * tribubus — * duodecim.
13 Iſraël, ſingulos per ſingulas tribus. ¶ Et
cùm poſuerint veſtigia pedũ ſuorũ, ſa- — * fœderis.
cerdotes qui portãt arcam * Dñi Dei vni
uerſæ terrę in aquis Iordanis, aquę quę
inferiores ſunt, decurrẽt atq; deficiẽt: q̃ — ‖ Pſa. 113 a. 3.
aũt déſuper veniunt, ‖in vna mole cõſi — Act. 7. f. 45.
14 ſtent. ¶Igitur egreſſus eſt populus de ta-
bernaculis ſuis, vt tranſiret Iordané: &
ſacerdotes q portabãt arcã fœderis pge-
15 bãt ante eũ. ¶Ingreſſiſq; eis Iordané, &
D pedibus eorũ in parte aquæ tinctis (‖Ior — ‖ Eccl. 24. d. 36.
danis auté ripas aluei ſui, tẽpore meſſis
16 impleuerat) ¶ ſteterunt aquæ deſcendẽ-
tes in loco vno, & ad inſtar montis in-
tumeſcentes apparebant procul ab vr-
be quæ vocatur * Edom ˡ vſq; ad * locum ˡ — * Adã 12. * latus 1.
Sarthan. quę autem inferiores erant, in
Mare ſolitudinis (quod nũc vocat̃ mor
tuũ) deſcenderunt, vſquequo oĩno defi
cerẽt. Populus aũt incedebat cõtra * Ior- — * Iericho 1.
17 danem ˡ: ¶& ſacerdotes qui portabant
arcã fęderis Dñi, ſtabant ſuper ſiccã hu
mum in medio Iordanis accincti, oĩſq;
populus per arentem alueum trãſibat.

C A P. IIII.

1 QVibus trangreſſis dixit Dñs ad Io-
A ſue: ¶Elige duodecim viros ſingu-
2 los p ſingulas tribus, ¶& præ-
3 cipe eis vt tollant de medio Iordanis al
ueo vbi ſteterunt pedes ſacerdotũ, duo
decim duriſſimos lapides, quos ponetis
in loco caſtrorum vbi fixeritis hac no-
4 cte tentoria. ¶ Vocauitq; Ioſue duode-
cim viros, quos elegerat de filiis Iſraël
5 ſingulos de ſingulis tribubus, ¶ & ait
ad eos: Ite ante arcam Dñi Dei veſtri ad
Iordanis mediũ, & portate inde ſingu-
li ſingulos lapides in humeris veſtris,
6 iuxta numerũ filiorum Iſraël, ¶vt ſit ſi-
gnum inter vos. Et quãdo interrogaue-
rint vos filij veſtri cras, dicentes: Quid
7 ſibi volunt iſti lapides? ¶reſpondebitis
eis: Defecerunt aquę Iordanis ante arcã
fœderis Dñi, cùm trãſiret eum: idcirco
poſiti ſunt lapides iſti in monimẽtum
8 filiorũ Iſraël vſq; in ęternũ. ¶Fecerũt er
B go filij Iſraël ſicut p̃cepit eis Ioſue, por-
tantes de medio Iordanis alueo duode
cim lapides, vt Dñs ei imperarat, iuxta
numerũ filiorum Iſraël, vſq; ad locum
in quo caſtrametati ſunt, ibiq; poſue-
9 runt eos. ¶Alios quoq; duodecim lapi-
des poſuit Ioſue in medio Iordanis al-
ueo, vbi ſteterunt ſacerdotes, qui porta
bant arcã fęderis * Dñi ˡ & ſunt ibi vſq; — * 5.
10 in præſentem diem. ¶Sacerdotes aũt q
portabant arcã ſtabant in Iordanis me
dio, donec oĩa cõplerentur quæ Ioſue,
vt loqueretur ad pplm, præceperat Dñs,
* & ˡ dixerat ei Moyſes. Feſtinauitq; po- — * vt 1.
11 pulus & tranſijt. ¶Cumque tranſiſſent
omnes: trãſiuit & arca Dñi, ſacerdotes
12 quoq; pergebant ante populum. ¶Filij
C quoq; Rubẽ, & Gad, & dimidia tribus
Manaſſe, ¦armati p̃cedebant fratres ſuos
filios Iſraël ſicut eis pręceperat Moyſes:
13 ¶& quadraginta pugnatorũ millia per
turmas, & cuneos incedebant per plana
14 atq; campeſtria vrbis Iericho. ¶In die il — Num. 32. c. 29.
lo magnificauit Dñs Ioſue coram oĩ Iſ
raël, vt timerẽt eũ, ſicut timuerãt Moy-
15 ſen dũ adhuc viueret. ¶Dixitq; ad eũ:
16 ¶Præcipe ſacerdotibus qui portant arcã
17 fœderis vt aſcendant de Iordane. ¶Qui
pręcepit eis, dicens: Aſcendite de Iorda
18 ne. ¶ Cũq; aſcendiſſent portantes arcã
fœderis Dñi. & ſiccam humum calcare
cœpiſſent, reuerſæ ſunt aquę in alueũ
ſuũ, & fluebant ſicut antè cõſueuerãt.
19 ¶Populus aũt aſcendit de Iordane deci
D mo die mẽſis primi, & caſtrametati ſũt
in Galgalis contra orientalẽ plagã vrbis
20 Iericho. ¶Duodecĩ quoq; lapides, quos
de Iordanis alueo ſumpſerãt, poſuit Io-
21 ſue ĩ Galgalis, ¶& dixit ad filios Iſraël.
Quãdo interrogauerint filij veſtri cras
patres ſuos, & dixerint eis: Quid ſibi vo
22 lunt lapides iſti? ¶docebitis eos, atq; di
cetis: Per arentẽ alueum trãſiuit Iſraël
23 Iordanẽ iſtũ, ¶ſiccante dño Deo * noſtro — * veſtro aquas eius in cõſpectu veſtro 4.
aquas eius in conſpectu noſtro ˡ, donec
* trãſiretis ˡ: ſicut fecerat prius in mari — * transiremus. 10.
rubro, quod ſiccauit donec trãſiremus: — Exod. 14 c. 21.
24 ¶vt diſcãt oẽs terrarũ populi fortiſſimã
domini manũ, vt & vos timeatis domi
num Deum veſtrum omni tempore.

C A P. V.

1 POſtquam ergo audierunt omnes re
A ges Amorrhęorum, qui habitabant
trans Iordané ad occidentalẽ plagam,
& cũcti reges Chanáan, qui propinqua
poſſidebãt magni maris loca, q ſiccaſ-
ſet Dñs fluẽta Iordanis corã filiis Iſraël
donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eo
rum, & non remanſit in eis ſpũs timen
2 tium introitum filiorum Iſraël. ¶Eo tẽ-
pore ait dñs ad Ioſue: Fac tibi cultros
lapideos: & circũcide ſecundò filios Iſ-

3 raël. ¶ Fecit quoq; quod iusserat dñs, &
circuncidit filios Israël in Colle-præpu-
4 tiorũ. ¶ Hæc aũt causa est secundę circũ
B cisionis: Oĩs populus qui egressus est de
Ægypto generis masculini vniuersi bel
latores viri, mortui sunt in deserto per
5 longissimos uiæ circuitus, ¶ qui oẽs cir-
cũcisi erant. Populus aũt qui natus est i
6 deserto, ¶ per quadraginta annos itine-
ris latissimæ solitudinis incircuncisus
fuit: donec consumerentur qui nõ au-
dierant uocem Dñi, & quibus antè iura
vt non uerat *vt ostẽderet eis terrã lacte & mel
7 le manantẽ. ¶ Horũ filij in locũ successe-
runt patrũ, & circũcisi sunt à Iosue: qa
C sicut nati fuerant, in preputio erãt, nec
8 eos in via aliquis circunciderat. ¶ Post-
quã aũt oẽs circũcisi sunt, manserunt in
eodem castrorum loco, donec sanaren-
9 tur. ¶ Dixitq; dominus ad Iosue: Hodie
abstuli opprobriũ Ægypti à vobis. Vo-
catumq; est nomen loci illius Galgala,
10 vsque in pręsentem diem. ¶ Manserunt-
q; filij Israël in Galgalis, & fecerũt Pha
se quartadecima die mensis ad vesperũ
11 in cãpestribus Iericho: ¶ & comederunt
de frugibus terrę die altero, azymos pa
12 nes, & polentã eiusdẽ anni. ¶ Defecitq;
D manna postquã comederunt de frugi-
bus terrę, nec vsi sunt vltrà cibo illo fi-
lij Israël, sed comederunt de frugibus p̃
Exo. 23. c. 23. 13 sentis anni terrę Chanáan. ¶ Cùm aũt
esset Iosue in agro vrbis Iericho, leua-
uit oculos, & vidit virũ stantem cõtra
se, euaginatum tenentẽ gladium, perre-
xitq; ad eũ, & ait. Noster es, an aduersa
14 riorũ? ¶ Qui respondit: Nequaquam, sed
sum princeps exercitus domini, & nũc
venio. Cecidit Iosue pronus in terrã. Et
adorãs ait: Quid dominus meus loqui-
‖ Exo 3. b. 5. 15 tur ad seruum suum? ¶ ‖ Solue, inquit,
calceamentum tuũ de pedibus tuis: lo
cus eñi in quo stas, sanctus est. Fecitque
Iosue vt sibi fuerat imperatum.

CAP. VI.

1 IEricho autẽ clausa erat atq; munita,
A timore filiorũ Israël, & nullus egre-
2 di audebat aut ingredi. ¶ Dixitq; Domi
* manu tua 3. nus ad Iosue, Ecce dedi in *manus tuas
Iericho, & regẽ eius, oẽsq; fortes viros.
3 ¶ Circuite vrbẽ cuncti bellatores semel
4 per diem: sic facietis sex diebus. ¶ Septi-
mo autẽ die sacerdotes tollent septẽ
buccinas, quarũ usus est in iubileo, &
præcedent arcam fœderis: septiesq; cir-
cuibitis ciuitatẽ, & sacerdotes clangent
5 buccinis. ¶ Cũq; insonuerit vox tubę lõ
gior atq; cõcisior, & in auribus vestris
increpuerit, clamabit omnis populus
vociferatione maxima, & muri fundi-
tus corruent ciuitatis, ingredienturque
singuli per locũ contra quem steterint.
6 ¶ Vocauit ergo Iosue filius Nun sacer-
dotes. & dixit ad eos, Tollite arcã fœde
ris: & septem alij sacerdotes tollãt septẽ
iubileorũ buccinas, & incedãt ante ar-
7 cam Dñi. ¶ Ad populũ quoq; ait, Ite, &
circuite ciuitatẽ, armati præcedentes ar
8 cam Dñi. ¶ Cùmq; Iosue verba finisset,
B & septẽ sacerdotes septem buccinis clã
9 gerent ante arcã fœderis Dñi, ¶ oĩsq; præ
cederet armatus exercitus, reliquũ vul-
gus arcam sequebatur, ac buccinis oĩa
10 cõcrepabant. ¶ Pręceperat aũt Iosue po-
pulo dicens, nõ clamabitis, nec audiet
vox vestra, neque vllus sermo ex ore ve
stro egredietur: donec veniat dies in quo
dicã vobis, Clamate & vociferamini.
11 ¶ Circuiuit ergo arca Dñi ciuitatẽ semel
per diem, & reuersa in castra, mãsit ibi.
12 ¶ Igitur Iosue de nocte cõsurgente, tule-
13 runt sacerdotes arcam Dñi, ¶ & septem
ex eis septẽ buccinas, quarũ in iubileo
vsus est: præcedebantq; arcam Dñi am-
bulantes atq; clangentes: & armatus po
pulus ibat ante eos, vulgus aũt reliquũ
sequebatur arcã, & buccinis p̃sonabat.
14 ¶ Circuieruntq; ciuitatẽ secundo die se
mel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerũt
15 sex diebus. ¶ Die aũt septimo diluculo
cõsurgentes, circuierunt vrbem, sicut
16 dispositũ erat septies. ¶ Cùmq; septimo
C circuitu clangerẽt buccinis sacerdotes,
dixit Iosue ad oẽm Israël, Vociferami-
ni, tradidit enim vobis Dñs ciuitatem.
17 ¶ Sitq; ciuitas hæc anáthema: & oĩa quę
in ea sunt dño. sola Rahab meretrix vi
uat cum vniuersis qui cum ea in domo
sunt: ‖ abscondit enim nuncios quos di ‖ Sup. 2. a 4. Heb. 11. f 30.
18 reximus. ¶ Vos aũt cauete ne de his quæ
præcepta sunt quippiam contingatis, &
sitis præuaricationis rei, & oĩa castra Israël
19 sub peccato sint atq; turbentur. ¶ Quic-
quid aũt auri aut argenti fuerit, & vaso
rum æneorum ac ferri, Dño cõsecretur,
20 repositũ in thesauris eius. ¶ Igitur oĩ po
pulo vociferante, & clangentibus tu-
bis, postq̃ in aures multitudinis vox so
nitusq; increpuit, muri ilicò corruerũt:
& ascendit vnusquisq; p locũ qui con-

‖2. Mac. 12.c.25.

21 tra se erat. ‖ceperúntq; ciuitatem, ¶ & in
terfecerunt oĩa quæ erant in ea, à uiro
vsq; ad mulierem, ab infante vsq; ad se
nem. Boues quoq; & oues, & asinos in
22 ore gladij percusserunt. ¶ Duobus autẽ
D viris, ‖qui exploratores missi fuerãt, di
xit Iosue, Ingredimini domũ mulieris
meretricis, & producite eã, & oĩa quę il
lius sunt, sicut illi iuramento firmastis
23 ‖Ingressiq; iuuenes, eduxerũt Rahab,
& parẽtes eius, fratres quoq; & cunctã
supellectilem ac cognationem illius, &
24 extra castra Israël manere fecerũt, ¶ Vr
bem aũt & oĩa quę* inuenta sunt in ea,
succenderunt: absq; auro & argento, &
vasis æneis, ac ferro, quę in ærariũ dñi
25 consecrarunt. ¶ Rahab uerò meretricẽ
& domum patris eius, & oĩa quæ habe
bat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt
in medio Israël vsq; in pręsentem diẽ:
eo ꝙ absconderit nuntios, quos miserat
vt explorarent Iericho. In tpe illo, im
26 precatus est Iosue, dicens, ¶ ‖Maledictus
vir coram Dño qui suscitauerit, & ędifi
cauerit ciuitatem Iericho: In primoge
nito suo fundamenta illius iaciat, & in
nouissimo liberorum ponat portas ei⁹.
27 ¶ Fuit ergo Dñs cum Iosue, & nomen ei⁹
vulgatum est in omni terra.

‖Supr. 2. c.14. Hebr. 11. f.31.
‖Heb. 11. f.31.
*fuerunt 3.
3. Re. 16. 8.34.

CAP. VII.

1 Filij aũt Israël pręuaricati sũt man
A datũ, & vsurpauerunt de anáthema
te. Nam Achan filius Charmi, filij Zab
di, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid
de anáthemate: iratusq; est Dñs contra
2 filios Israël. ¶ Cumq; mitteret Iosue de
Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta
Beth-auen, ad orientalem plagã oppidi
Beth-el, dixit eis, Ascẽdite, & explorate
terram. Qui pręcepta cõplentes explora
3 uerunt Hai, ¶ Et reuersi dixerunt ei, Nõ
ascendat oĩs populus, sed duo vel tria
millia virorum pgant & deleant ciuita
tẽ: quare oĩs pp̃ls frustra vexabitur con
4 tra hostes paucissimos? ¶ Ascenderũt er
go tria millia pugnatorum. Qui statim
5 terga vertẽtes, ¶ pcussi sunt à viris vrbis
Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex
hoĩes, psecutiq; sunt eos aduersarij de
porta vsq; ad Sabarim, & ceciderunt p
prona fugientes, pauitq; cor populi,
6 & ad instar aquæ liquefactũ est. ¶ Iosue
verò scidit vestimenta sua, & pronus ce
cidit in terrã coram arca Dñi vsq; ad ve
speram, tam ipse ꝗ oẽs senes Israel: mi-

Infrà 22. d.20. 1. Par. 2. b.7.
‖Sup. 2. ‡ Heb. 11. f.31.

7 seruntq; puluerẽ super capita sua, ¶ &
dixit Iosue, Heu Dñe Deus, ꝗd voluisti
B traducere ppl̃m istum Iordanẽ fluuiũ,
vt traderes nos in manus Amorrhęi, &
perderes? vtinam vt cępimus, mansisse-
8 mus trans Iordanẽ. ¶ Mi domine Deus,
quid dicã, videns Israëlẽ hostibus suis
9 terga vertentem? ¶ Audiẽt Chananęi, &
oẽs habitatores terrę, & pariter conglo-
bati circundabunt nos atq; delebũt no
men nostrũ de terra: & quid facies ma-
10 gno nomini tuo? ¶ Dixitq; Dñs ad Iosue
11 Surge, cur iaces pronus in terra? ¶ Pecca
uit Israël & pręuaricatus est pactum
meum: tulerũtq; de anáthemate, & fu-
rati sunt atq; mentiti, & absconderunt
12 inter vasa sua. ¶ Nec poterit Israel stare
ante hostes suos, eosq; fugiet: quia pol-
lutus est anáthemate. non ero vltra vo-
biscum, donec conteratis eum q huius
13 sceleris reus est. ¶ Surge, sanctifica popu-
lum, & dic eis, Sanctificamini in crasti-
num: hæc enim dicit Dominus Deus Is
raël, Anáthema in medio tui est Israël:
non poteris stare corã hostibus tuis, do-
nec deleatur ex te qui hoc contamina-
14 tus est scelere. ¶ Accedetisq; manè sin-
C guli per tribus vestras: & quamcunque
tribum sors inuenerit, accedet p cogna
tiones suas, & cognatio per domos, do-
15 musq; per viros. ¶ Et quicunque ille* in *est 3 4.
hoc facinore fuerit deprehensus, com-
buretur igni cum omni substantia sua:
quoniam pręuaricatus est pactum Do-
16 mini, & fecit nephas in Israel. ¶ Surgens
itaq; Iosue manè, applicuit Israël per
tribus suas, & inuenta est tribus Iuda.
17 ¶ Quę cùm iuxta familias suas esset ob-
lata, inuenta est familia Zare. Illã quo-
que per domos offerens, reperit Zabdi:
18 ¶ cui domũ in singulos diuidens viros,
inuenit Achan filiũ Charmi, filij Zab-
19 di, filij Zare de tribu Iuda. ¶ Et ait Iosue
ad Achan, Fili mi, da gloriam Dño Deo
Israël, & confitere, atq; indica mihi ꝗd
20 feceris, ne abscondas. ¶ Respondítq; A-
chan Iosue, & dixit ei, Verè ego peccaui
21 Dño Deo Israël, & sic & sic feci. ¶ vidi
D enim inter spolia palliũ coccineũ val-
de bonũ, & ducentos siclos argenti, re-
gulãq; aureã quinquaginta siclorũ: &
concupiscens abstuli, & abscõdi in ter-
ra contra medium tabernaculi mei, argẽ-
22 tumq; fossa humo operui. ¶ Misit ergo
Iosue ministros q currẽtes ad taberna-

culũ illius, repererunt cuncta abscondi
23 ta in eodem loco, & argẽtũ simul. ? Au
ferẽtesq; de tẽtorio tulerũt ea ad Iosue,
& ad oẽs filios Israël, proiecerũtq; ante
24 Dñm. ? Tollens itaque Iosue Achan filiũ Zare, argentũq; & palliũ, & auream
regulam, filios quoq; & filias eius, bo-
ues & asinos & oues, ipsumq; taberna-
culũ, & cunctã supellectilẽ: & (& oĩs Is
raël cũ eo) duxerunt eos ad Vallem-
25 achor. ? vbi dixit Iosue, Quia turbasti
nos, exturbet te Dñs in die hac. Lapida
uitq; eum oĩs Isrl: & cuncta quæ illius
26 erant igne consumpta sunt. ? Congrega
ueruntque super eum aceruum magnũ
lapidum qui permanet vsq; in præsen-
tem diem. Et auersus est furor Domini
ab eis. Vocatumq; est nomẽ loci illius,
Vallis-achor, vsq; hodie.

CAP. VIII.

1 Dixit autẽ Dñs ad Iosue, Ne timeas
A neque formides: tolle tecum oẽm
multitudinẽ pugnatorũ, & cõsurgens
ascende in oppidum Hai: ecce tradidi
in manum tuam regem eius, & pplm,
2 vrbemq; & terrã. ? Faciesq; vrbi Hai, &
regi eius, ‖ sicut fecisti Iericho, & regi il- ‖ Sup. 6. d 20.
lius: prædã verò & oĩa animantia diri-
pietis vobis: pone insidias vrbi post eã.
3 ? Surrexitq; Iosue & oĩs exercitus bella
torũ cum eo, vt ascenderent in Hai: ele
cta triginta millia virorũ fortium mi-
4 sit nocte, ? præcepitq; eis, dicens, Poni-
te insidias post ciuitatẽ: nec longius re-
5 cedatis, & eritis oẽs parati. ? ego aũt &
reliqua multitudo quæ mecũ est, *ascẽ * accedemus 6.
B demus' ex aduerso cõtra vrbem. Cum-
que exierint cõtra nos, sicut antè feci-
6 mus, fugiemus, & terga vertemus: ? do-
nec psequentes ab vrbe longius ptra-
hant: putabunt enim nos fugere sicut
7 prius. ? Nobis ergo fugientibus, & illis
psequentibus, cõsurgetis de insidijs, &
vastabitis ciuitatẽ, tradetq; eã Dñs De⁹
8 vester in manus vestras. ? Cumq; ceperi
tis*, succẽdite eam, & sic oĩa facietis, vt * vrbẽ 1.
9 iussi. ? Dimisitq; eos, & prexerũt ad lo-
cũ insidiarũ, sederũtq; inter Beth-el, &
Hai, ad occidentalẽ plagã vrbis Hai. Io-
sue aũt nocte illa in medio mãsit ppli,
10 ? surgensq; diluculo recensuit socios,
ascendit cũ senioribus in fronte exerci-
11 tus, ? vallatus auxilio pugnatorũ. Cum-
que venissent & ascendissent ex aduer-
so ciuitatis, steterũt ad Septentrionalẽ
vrbis plagam, inter quã & eos erat val-
12 lis media. ? Quinq; autẽ millia viros ele
gerat & posuerat in insidijs inter *Be- * Bethel 1.
C th-auen' & Hai ex occidentali parte ei⁹
13 dẽ ciuitatis: ? oĩs uero reliquus exercit⁹
ad aquilonẽ aciẽ dirigebat, ita vt nouis
simi multitudinis occidentalem plagã
vrbis attingerent. Abijt ergo Iosue no-
14 cte illa, & stetit in vallis medio. ? Qđ cũ
vidisset rex Hai, festinauit manè, & e-
gressus est cũ omni exercitu ciuitatis, di
rexitq; aciem cõtra desertũ, ignorans ꝙ
15 post tergũ latẽrẽt insidiæ. ? Iosue verò,
& oĩs Isrl cesserunt loco, simulantes me
16 tũ, & fugientes p solitudinis viã. ? At il-
li vociferantes pariter, & se mutuò co-
hortãtes, psecuti sunt eos, cũq; recessis-
17 sent à ciuitate, ? & ne vnus quidẽ in vr
be Hai, & Beth-el remãsisset qui nõ pse
queret Isrl (sicut eruperãt aperta oppi-
18 da relinquẽtes,) ? dixit Dñs ad Iosue,
D Leua clypeũ ꝙ in manu tua est contra
19 vrbẽ Hai, qm tibi tradã eam. ? Cũq; ele-
uasset clypeũ ex aduerso ciuitatis, insi-
diæ quæ latebant, surrexerũt cõfestim:
& pgentes ad ciuitatẽ, ceperũt & succẽ-
20 derũt eã. ? Viri aũt ciuitatis qui perse-
quebant Iosue, respiciẽtes & vidẽtes fu
mũ vrbis ad cælũ vsq; cõscendere, non
potuerũt vltrà huc illucq; diffugere: præ
sertim cũ hi qui simulauerãt fugã, & tẽ
debant ad solitudinẽ, contra psequen-
21 tes fortissimè restitissent. ? Vidẽsq; Io-
sue & oĩs Israël ꝙ capta esset ciuitas, &
fumus vrbis ascẽderet, reuersus percus-
22 sit viros Hai. ? Si quidẽ & illi qui cepe-
rant & succenderant ciuitatẽ, egressi ex
E vrbe cõtra suos, medios hostium ferire
cœperunt, Cũ ergo ex vtraq; parte ad-
uersarij cæderent, ita vt nullus de tanta
23 multitudine saluaretur, regem quoq;
vrbis Hai apprehenderunt viuentẽ, &
24 obtulerunt Iosue. ? Igit oĩbus interfe-
ctis q Israëlẽ ad deserta tendentẽ fue-
rant persequuti, & in eodẽ loco gladio
corruentibus, reuersi filij Israël pcusse-
25 runt ciuitatẽ. ? Erant autẽ qui in eodem
die cõciderãt à viro vsq; ad mulierem,
duodecim millia hominum oẽs vrbis
26 Hai. ? Iosue verò nõ cõtraxit manum,
quã ĩ sublime porrexerat, tenens clypeũ
donec interficerentur oẽs habitatores
27 Hai, ? Iumẽta autẽ & prædam ciuitatis
F diuiserũt sibi filij Israël, sicut præcepe-
28 rat Dñs Iosue. ? Qui succẽdit vrbẽ, & fe-

29 cit eam tumulum sempiternũ: ¶ regem
quoq; eius suspẽdit in patibulo vsque
ad vesperã & solis occasum. Præcepitq;
Iosue, & deposuerunt cadauer eius de
cruce: proiecerũtq; in ipso introitu ci-
uitatis, cõgesto super eo magno aceruo
lapidũ, qui pmanet vsq; in præsentem
30 diẽ. ¶ Tunc ædificauit Iosue altare Do- ‖Exo.20.c.25. Deu.27.a.5.
31 mino Deo Israël in mõte Hebal. ¶ ‖ sicut
præceperat Moyses famulus Dñi filijs
Israël, & scriptũ est in volumine legis
Moysi, Altare de lapidibus impolitis
quos ferrũ nõ tetigit. & obtulit sup eo
holocausta Dño, immolauitq; pacifi-
32 cas victimas. ¶ Et scripsit super lapides
G Deuteronomiũ legis Moysi, quod ille
33 digesserat. corã filijs Israël. ¶ Oĩs autem
ppl̃s, & oẽs maiores natu, ducesq; ac
iudices stabant ex vtraq; parte arcæ, in
conspectu sacerdotum, qui portabant
arcã fœderis Dñi, vt aduena ita & indi-
gena. Media pars eorum iuxta mõtem
Garizim, & media iuxta montẽ Hebal,
sicut præceperat Moyses famulus Do-
mini. Et primum quidem benedixit
34 populo Israël. ¶ Post hæc legit oĩa verba
benedictionis & maledictionis, & cun
cta quæ scripta erant in legis volumi-
35 ne. ¶ Nihil ex his quæ Moyses iusserat
reliquit intactum, sed vniuersa replica
uit coram omni multitudine Israël,
mulieribus ac paruulis & aduenis, qui
inter eos morabantur.

CAP. IX.

1 QVibus auditis, cũcti reges trãs Ior-
A danẽ q versabant̃ in mõtanis,
& cãpestribus, in maritimis ac
litore Magni-maris: hi quoq; qui habi
tabãt iuxta Libanũ, Hethæus, & Amor-
rhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæ-
2 us & Iebusæus, ¶ cõgregati sunt pariter,
vt pugnarent cõtra Iosue & Israël vno
3 animo, eademq; sententia. ¶ At hi q ha-
bitabant in Gabaon, audiẽtes cuncta q̃
4 fecerat Iosue, Iericho & Hai: ¶ * callide * a.5.
cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos
veteres asinis imponẽtes: & vtres vina-
5 rios scissos atq; consutos, calceamẽtaq;
perantiqua quæ ad indicium vetusta-
tis pittacijs consuta erant, induti veteri
bus vestimentis. panes quoq; quos por
tabant ob viaticũ, duri erãt, & in frustra
6 cõminuti: ¶ perrexeruntq; ad Iosue qui
B tunc morabat̃ in castris Galgalæ, & di-
xerũt ei atq; simul oĩ Isrl̃: De terra lon-
ginqua venimus, pacẽ vobiscũ facere cu
pientes. Rñderuntque viri Isrl̃ ad eos,
7 atq; dixerunt: ¶ Ne fortè in terra quæ
nobis sorte debet̃, habitetis, & nõ possi-
8 mus fœdus inire vobiscũ. ¶ At illi ad Io-
sue: Serui, inquunt, tui sumus. Quib⁹ Io-
sue ait: Quinã estis vos? aut vnde veni-
9 stis, ¶ Rñderunt: de terra longinqua val
de, venerunt serui tui in noĩe Dñi Dei
tui: Audiuimus enĩ famam potẽtiæ ei⁹,
10 cuncta q̃ fecit in Ægypto, ¶ ‖ & duobus Nu.21.c.24.
regib⁹ Amorrhæorũ qui fuerunt trans
Iordanẽ, Sehon regi Hesebon, & Og re-
11 gi Basan, q erant in Astaroth: ¶ dixerũt
que nobis seniores, & oẽs habitatores
terræ nr̃æ: Tollite in manib⁹ * cibaria * vestris.
ob longissimã viã, & occurrite eis, & di
cite: Serui vestri sum⁹, fœdus inite nobi
12 scum. ¶ En panes quando egressi sumus
de domibus nr̃is, vt veniremus ad vos
calidos sumpsimus, nunc sicci facti sũt
13 & vetustate nimia cõminuti. ¶ vtres vi-
ni nouos impleuim⁹, nũc rupti sunt &
soluti. vestes & calceamẽta q̃bus indui
mur, & q̃ habem⁹ in pedibus, ob longi
tudinẽ lõgioris viæ trita sunt & penè cõ
14 sumpta. ¶ Susceperũt igit̃ de cibarijs eo-
15 rũ, & os Dñi non interrogauerũt. ¶ ‖ Fe- ‖2.Re.21.a.
citq; Iosue cũ eis pacẽ, & inito fœdere
pollicitus est vt nõ occideret̃: princi-
pes quoq, multitudinis iurauerũt eis.
16 ¶ Post dies aũt tres initi fœderis, audie-
runt q in vicino habitarẽt, & inter eos
17 futuri essent. ¶ Moueruntq; castra filij
Isrl̃, & venerũt in ciuitates eorũ die ter-
tio, quarũ hæc vocabula sũt: Gabaon, &
Caphira & Beroth, & Cariath-iarim.
18 ¶ & non percusserunt eos eò q iurassẽt
eis principes multitudinis in noĩe dñi
Dei Isrl̃. Murmurauit itaq; oẽ vulgus cõ
19 tra principes. ¶ Qui rñderunt eis: Iuraui
mus eis in nomine Dei Isrl̃, & idcirco
20 non possumus eos cõtingere. ¶ Sed hoc
D faciemus eis: Reseruent̃ quidem vt vi-
uant, ne contra nos ira Dñi concitet̃, si * a.9.
21 peierauerimus *: ¶ sed sic viuant, vt in
vsus vniuersæ mltitudinis ligna cædãt,
aquasq; cõportent. Quibus hæc loquẽ-
22 tibus, ¶ Vocauit Gabaonitas Iosue, &
dixit eis: Cur nos decipere fraude volui
stis vt diceretis. Procul valde habitam⁹
23 à vobis, cũ in medio nr̃i sitis? ¶ Itaque
sub maledictione eritis, & non deficiet
de stirpe vestra ligna cædens, aquasque
24 comportans in domum Dei mei. ¶ Qui

rñderũt: Nuntiatũ eſt nobis ſ̃uis tuis,
quòd promiſiſſet dñs Deus tuus Moyſi
ſeruo ſuo, vt traderet vobis oẽm terrã,
& diſperderet cunctos habitatores ei⁹.
Timuimus igit̃ ualde, & prouidimus
aĩabus nrĩs, veſtro terrore compulſi: &
25 hoc conſiliũ iniuimus: ¶ Nunc autẽ in
manu tua ſumus: quod tibi bonum &
26 rectũ videtur, fac nobis. ¶ Fecit ergo Io-
ſue vt dixerat, & liberauit eos de manu
27 filiorũ Iſraël, vt nõ occiderent̃. ¶ Decre-
uitq; in illo die eos eſſe ĩ miniſterio cũ
ctĩ ppłi & altaris Dñi, cędentes ligna, &
aquas cõportantes, vſque in præſens tẽ-
pus, in loco quem Dñs elegiſſet.

CAP. X.

1 A QVę cũ audiſſet Adoni-ſedec rex Ie
ruſalem, q̃ ſcilicet cepiſſet Ioſue
Hai, & ſubuertiſſet eã (ſicut
enim fecerat Iericho & regi ei⁹, ſic fecit
Hai & regi illius) & q̃ transfugiſſent Ga
baonitæ ad Iſraël, & eſſẽt fœderati eo-
2 rũ, ¶ timuit valde. Vrbs eñ magna erat
Gabaon, & vna ciuitatũ regaliũ, & ma-
ior oppido Hai, oẽsq; bellatores ei⁹ for
3 tiſsimi. ¶ Miſit ergo Adoni-ſedec rex
Ierl̃em ad Oham regẽ Hebrõ, & ad Pha
ram regẽ Ierimoth, ad Iaphia quoq; re-
gem Lachis, & ad Dabir regẽ Eglon, di-
4 cens. ¶ Ad me aſcẽdite, & ferte p̃ſidium
vt expugnemus Gabaon, quare trãsfuge
5 rit ad Ioſue, & ad filios Iſraël. ¶ Congre
gati igitur aſcenderunt quinq; reges A-
B morrhęorũ, rex Ierl̃em, rex Hebrõ, rex
Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, ſimul
cũ exercitibus ſuis, & caſtrametati ſũt
6 circa Gabaon, oppugnantes eã. ¶ Habi-
tatores aũt Gabaon vrbis obſeſſę miſe-
runt ad Ioſue, qui tunc morabať in ca-
ſtris apud Galgalã; & dixerũt ei: Ne re-
trahas man⁹ tuas ab auxilio ſeruorum
tuorũ: aſcẽde cito, & libera nos, ferq́ue
præſidiũ: cõuenerunt eñ aduersũ nos
oẽs reges Amorrhęorũ, q habitant ĩ mõ
7 tanis. ¶ Aſcenditq; Ioſue de Galgalis, &
*viriq; 1 oĩs exercitus bellatorũ cũ eo *viri' fortiſ
8 ſimi. ¶ Dixitq; Dñs ad Ioſue, Ne timeas
eos: in manus enim tuas tradidi illos:
9 nullus ex eis tibi reſiſtere poterit. ¶ Ir-
ruit itaq; Ioſue ſup eos repente, tota no
10 cte aſcẽdẽs, de Galgalis. ¶ Et cõturbauit
eos Dñs à facie Iſraël: cõtriuitq; plaga
magna ĩ Gabaon, ac pſecutus eſt eos p
viã aſcẽſus Beth-horon, & pcuſſit vſq;
11 Azeca & Maceda. ¶ Cũq; fugerent filios
C Iſraël, & eſſent in deſcẽſu, Bethoron,
Dñs miſit ſup eos lapides magnos de
cælo vſq; ad Azeca: & mortui ſunt mul
tò plures lapidibus grandinis, q̃ quos
12 gladio pcuſſerũt filij Iſraël. ¶ Tunc lo-
quutus eſt Ioſue Dño in die qua tradi-
dit Amorrhęũ in cõſpectu filiorũ Iſrl̃,
dixitq; corã eis: ‖ Sol contra Gabaon ne
mouearis, & Luna cõtra vallẽ-Aialon. ‖Iſa. 28. f. 21. Eccl. 46. a. 5.
13 ¶ Steterũtq; Sol & Luna, donec vlciſcere
tur ſe gẽs de inimicis ſuis. Nõne ſcriptũ
eſt hoc in libro iuſtorũ? Stetit itaq; ſol ĩ
medio cæli, & non feſtinauit occũbere
14 ſpatio vni⁹ diei. ¶ Non fuit anteà & po-
ſtea tã lõga dies, obediẽte Dño voci ho-
15 minis, & pugnãte p Iſrl̃. ¶ Reuerſusq́ue
eſt Ioſue cũ oĩ Iſraël in caſtra Galgalæ.
16 ¶ Fugerãt eñ quinq; reges, & ſe abſcon-
17 derant in ſpelunca vrbis Maceda. ¶ Nũ
tiatumq; eſt Ioſue quod inuenti eſſent
D qnq; reges latentes in ſpelunca-vrbis' -8.
18 Maceda. ¶ Qui p̃cepit ſocijs, & ait, Vol-
uite ſaxa ingentia ad os ſpelũcę, & po-
nite viros induſtrios qui clauſos cuſto-
19 diãt: ¶ vos aũt nolite ſtare, ſed pſequimi
ni hoſtes, & extremos quoſq; fugientiũ
cædite, nec dimittatis eos vrbiũ ſuarũ
intrare p̃ſidia, quos tradidit dñs Deus ĩ
20 manus ueſtras. ¶ Cæſis ergo aduerſarijs
plaga magna, & vſq; ad internecionem
penè cõſumptis, hi qui Iſraël effugere
potuerunt, ingreſſi ſunt ciuitates muni
21 tas. ¶ Reuerſusq; eſt oĩs exercit⁹ ad Ioſue
ĩ Maceda, vbi tũc erãt caſtra, ſani, & ĩte
gro numero. nullusq; contra filios Iſrl̃
22 mutire auſus ẽ. ¶ Pręcepitq; Ioſue, dicẽs:
Aperite os ſpeluncę, & pducite ad me
23 qnq; reges q in ea latitant. ¶ Fecerun q;
miniſtri vt ſibi fuerat imperatũ: & *ad *eduxerunt 12.
duxerunt' ad eũ quinq; reges de ſpelũ-
ca, regem Ieruſalem, regem Hebron, re-
ego pergã tecũ in sortẽ tuã. Et abijt cũ
4 eo Simeõ. ¶Ascẽditq; Iudas, & tradidit
dñs Chananæũ, ac Pherezęũ in manus
eorũ: & percusserũt in Bezec decẽ mil-
5 lia virorũ. ¶Inuenerũtq; Adoni-bézec,
B in Bézec & pugnauerũt cõtra eũ, ac pcus
6 serũt Chananęũ, & Pherezęũ. ¶Fugit aũt
Adoni-bézec: quẽ psequuti cõprehen-
derũt: cęsis summitatib⁹ manuũ ei⁹ ac
7 pedũ. ¶Dixitq; Adonibézec: Septuagin
ta reges amputatis manuũ ac pedũ sũ-
mitatib⁹, colligebãt sub mensa mea ci-
borum reliquias: sicut feci, ita reddidit
mihi De⁹. Adduxerũtq; eũ in Ierl'm, &
8 ibi mortuus est. ¶Oppugnãtes ergo filij
Iuda Ierl'm, cęperunt eã, & pcusserũt in
ore gladij, tradẽtes cunctã incendio ci-
9 uitatẽ: ¶& postea descendẽtes pugnaue-
rũt contra Chananęũ qui habitabat in
mõtanis, & ad meridiẽ in cãpestribus.
10 ¶Pergẽsq; Iudas cõtra Chananęũ q ha-
C bitabat i Hebrõ, (cuius nomẽ fuit anti
quitus Cariath-arbe) ‖pcussit Sesai, & ‖Iosu.15. d.14.
11 Ahimã, & Tholmai: ¶atq; inde pfect⁹
abijt ad habitatores Dabir, cui⁹ nomẽ
vet⁹ erat Cariath-sepher, id est, ciuitas
12 lr̃arum. ¶Dixitq; Caleb, Qui pcusserit
Cariathsépher, & vastauerit eã, dabo ei
13 Axã filiã meam vxorẽ. ¶Cũmq; cepisset
eã Othoniel filius Cenex frater Caleb
minor, dedit ei Axã filiã suã cõiugem.
14 ¶Quã pergentem in itinere monuit vir
suus vt peteret à patre suo agrum: Quæ
cũm suspirasset sedens in asino, dixit
15 ei Caleb: Quid habes? ¶At illa rñdit:
Da mihi benedictionẽ, quia terrã aren-
D tem dedisti mihi: da & irriguã aqs, De-
dit ergo ei Caleb irriguũ superius, & ir-
16 riguũ inferius. ¶Filij aũt Cinęi cognati
Moysi ascẽderunt de ciuitate palmarũ,
cũ filijs Iuda in desertũ sortis eius, qđ
est ad meridiẽ Arat, & habitauerũt cũ
17 eo. ¶Abijt autẽ Iudas cũ Simeone fratre
suo, & pcusserunt simul Chananęũ qui
habitabat in Sephat, & interfecerũt eũ.
Vocatumq; est nomen vrbis, Horma, id
18 est, anáthema. ¶Cępitq; Iudas Gazã cũ
finib⁹ suis, & Ascalõnẽ, atq; Accarõ cũ
19 terminis suis, ¶Fuitq; Dñs cũ Iuda, &
mõtana possedit: nec potuit delere ha-
bitatores vallis, qa falcatis currib⁹ abũ
20 dabãt. ¶Dederũtq; Caleb Hebrõ, ‖sicut ‖Nu.14. d.24.
E dixerat Moyses, q deleuit ex ea tres fi- Iosu. 14. d.13. &
21 lios Enac. ¶Iebusęũ aũt habitatorẽ Ieru 16.d.14.
salẽ non deleuerũt filij Ben-iamin: ha-
bitauitq; Iebusæus cũ filijs Ben-iamin
22 in Ierl'm vsq; in pñtem diem. ¶Domus
quoq; Ioseph ascendit in Bethel, fuitq;
23 Dñs cũ eis. ¶Nã cũm obsiderẽt vrbem q̃
24 prius Luza vocabat̃. ¶Viderũt hominẽ
egrediẽtẽ de ciuitate, dixerũtq; ad eũ:
Ostende nobis introitũ ciuitatis, & fa-
25 ciemus tecũ misericordiam. ¶Qui cũm
ostẽdisset eis, pcusserũt vrbẽ in ore gla-
F dij: hoĩem autẽ illũ, & oẽm cognatio-
26 nẽ eius dimiserũt. ¶Qui dimissus, abijt
in terrã-Hethim, & ædificauit ibi ciui-
tatẽ, vocauitq; eã Luzã: q̃ ita appellat̃
27 vsq; in pręsentẽ Diem, ¶Manasses quo-
que non deleuit Beth-san, & Tanach
cum viculis suis, & habitatores Dor, &
Ieblaam, & Mageddo cũm viculis suis,
cępitq; Chananęus habitare cum eis.
28 ¶Postquã aũt cõfortatus est Israël, fecit
29 eos tributarios, & delere noluit ¶Ephrã
im etiam nõ interfecit Chananæũ qui
habitabat in Gazer, sed habitauit cum
30 eo. ¶Za-bulon non deleuit habitatores
Cetron, *& Naalon*: sed habitauit Cha *Naalol 2.
nanęus ĩ medio eius, factusq; est ei tri-
31 butarius. ¶Aser quoq; nõ deleuit habi
tatores Accho, & Sidonis, Ahalab, & A-
chazib, & Helba, & Aphec, & Rohob.
32 ¶habitauitq; in medio Chananæi ha-
G bitatores illius terrę, nec interfecit eũ.
33 ¶Nephthali-quoque nõ deleuit habi- ⁴
tatores Beth-semes, & Beth-anath: &
habitauit inter Chananęum habitato-

rẽ terræ, fueruntq; ei Betsemitę & Be-
34 thanitæ tributarij. ⁋Arctauitq; Amor-
rhęus filios Dan in mõte, nec dedit eis
35 locũ vt ad planiora descenderent: ⁋ha-
bitauitq; in monte Hares, quod inter-
pretat ᵃtestatio, in Aialon & Salebim.
Et aggrauata est manus dom⁹ Ioseph,
36 factusq; est ei tributarius. ⁋Fuit autem
terminus Amorthæi ab Ascensu-scor-
pionis, Petra, & superiora loca.

ᵃ testa eo a.

CAP. II.

1 ASceditq; Angelus Dñi de Galgalis
A ad Locũ-flentium, & ait, Eduxi vos
de Ægypto, & introduxi in terrã ꝑ qua
iuraui patrib⁹ vestris: & pollicitus sum
vt nõ facerẽ irritũ pactũ meũ vobiscum
2 in sempiternũ: ⁋ita duntaxat vt nõ fe-
riretis fœdus cum habitatoribus terræ
huius, & aras eorũ subuerteretis: & no-
luistis audire vocẽ meam: cur hoc feci-
3 stis? ⁋Quã ob rẽ nolui delere eos à facie
vestra: vt habeatis hostes, & dij eorum
4 sint vobis in ruinã. ⁋Cumq; loqueretur
Angelus Dñi hæc verba ad oẽs filios Is-
raël, eleuauerunt vocẽ suã, & fleuerũt.
5 ⁋Et vocatũ est nomen loci illius, Locus
B flentiũ, siue lachrymarum: immolaue-
6 runtq; ibi hostias Dño. ⁋ ‖Dimisit ergo
Iosue pp̃lm, & abierũt filij Israël vnus-
quisq; in possessionẽ suã, vt obtinerent
7 eam: ⁋seruieruntq; Dño cunctis diebus
eius, & seniorum, qui longo post eum
vixerunt tpe, & nouerãt oĩa opera Dñi
8 q̃ fecerat cũ Israël. ⁋Mortuus est autem
Iosue filius Nun, famulus Dñi, centum
9 & decem annorum, ⁋& sepelierunt eũ
in finibus possessionis suę in Thamna-
thsare in monte Ephráim, à septentrio-
10 nali plaga montis Gaas. ⁋Omnisq; illa
generatio cógregata est ad patres suos:
& surrexerũt alij, q nõ nouerãt Dñm,
11 & opera quæ fecerat cum Israël. ⁋ Fece-
runtq; filij Israël malum in conspectu
12 Dñi, & seruierunt Baalim. ⁋Ac dimise-
runt Dñm Deum patrum suorum: qui
C eduxerat eos de terra-Ægypti: & sequu-
ti sunt deos alienos, deosq; populorũ
qui habitabant in circuitu eorum, &
adorauerunt eos: & ad iracundiã con-
13 citauerunt Dñm, ⁋dimittentes eum, &
14 seruientes Baal & Astharot. ⁋Iratusque
Dñs contra Israël, tradidit eos in man⁹
diripientium: qui ceperunt eos, & ven-
diderunt hostibus qui habitabant per
gyrum: nec potuerunt resistere aduer-

‖ Nu.14. d.24. Iosu.14. d.33. & 26.d.14.

‖ Ios.24. d.28.

15 sariis suis, ⁋sed quocunq; ꝑgere voluis-
sent, manus dñi super eos erat, sicut lo-
cutus est, & iurauit eis, & vehemẽter af-
16 flicti sunt. ⁋Suscitauitq; Dñs iudices q
liberarent eos de vastãtium manibus:
17 ⁋sed nec eos audire voluerunt: fornicã-
tes cum diis alienis, & adorãtes eos. Ci-
to deseruerunt viam per quam ingressi
fuerant patres eorũ: & audientes man-
18 data Dñi omnia fecére cõtraria. ⁋Cũq;
D Dñs iudices suscitaret, in dieb⁹ eorum
flectebat misericordia, & audiebat af-
flictorũ gemit⁹, & liberabat eos de cæ-
19 de vastantiũ. ⁋ Postq̃ aũt mortuus esset
iudex, reuertebant, & multò faciebant
ᵇmaiora q̃ fecerant p̃res eorũ, sequẽtes
deos alienos, seruientes eis, & adorãtes
illos. Nõ dimiserũt adinuẽtiones suas,
& viam durissimã ꝑ quã ambulare cõ-
20 sueuerant. ⁋Iratusque est furor Dñi in
Israël, & ait, Quia irritum fecit gẽs ista
pactum meum quod pepigeram cũ pa-
tribus eorũ, & vocem meã audire con-
21 tempsit, ⁋ & ego nõ delebo gentes quas
22 dimisit Iosue, & mortu⁹ est. ⁋vt in ipsis
experiar Israël, vtrum custodiant viam
Dñi, & ambulẽt in ea, sicut custodierũt
23 patres eorum, an nõ. ⁋Dimisit ergo dñs
omnes nationes has, & citò subuertere
noluit, nec tradidit in manus Iosue.

ᵇ peiora.

CAP. III.

1 HÆ sunt gẽtes quas Dñs dereliquit,
A vt erudiret in eis Israëlem, & oẽs
qui nõ nouerant bella Chananęorum:
2 ⁋& postea discerent filij eorũ certare cũ
hostibus, & habere consuetudinẽ præ-
3 liandi: ⁋quinq; satrapas Philisthinorũ,
oẽmq; Chananæum, & Sidonium, atq;
Heuęũ q ᵃhabitabat in monte Libano,
de monte Baal-Hermon vsq; ad introi-
4 tũ Emath. ⁋Dimisitq; eos, vt in ipsis ex-
periretur Israëlem, vtrũ audirent man-
data Dñi quæ p̃ceperat patribus eorum
5 per manũ Moysi, an non. ⁋Itaq; filij Is-
raël habitauerũt in medio Chananæi,
& Hethęi, & Amorrhęi, & Pherezæi, &
6 Heuæi & Iebusęi: ⁋& duxerunt vxores
filias eorum, ipsiq; filias suas filiis eorũ
7 tradiderunt, & seruierũt diis eorũ. ⁋Fe-
ceruntq; malum in conspectu Dñi, &
obliti sunt Dei sui, seruiẽtes Baalim &
8 Astaroth. ⁋Iratusq; contra Israël Dñs,
tradidit eos ĩ man⁹ Chusan-rasatháim
regis Mesopotamiæ, seruierũtq; ei octo
9 annis. ⁋Et clamauerũt ad Dñm: qui su-

ᵃ habitabant. ea.

B scitauit eis saluatoré, & liberauit eos,
Othoniel videlicet filiũ Cenez, fratrem
10 Caleb minoré. ⁋fuitq; in eo Spũs Dñi :
& iudicauit Israël. Egressusq; est ad pu
gnã, & tradidit Dñs in manus eius Chu
san-rasathàim regem Syriæ, & oppressit
11 eum. ⁋Quieuitq; terra quadraginta an-
nis, & mortu⁹ est Othoniel fili⁹ Cenez,
12 ⁋Addiderũt aũt filij Israël facere malũ
in conspectu Dñi: qui cõfortauit aduer
sum eos Eglon regé Moab: qa fecerunt
13 malum in cõspectu eius. ⁋Et copulauit
ei filios Ammon, & Amalec: abiitq; &
percussit Israël, atq; possedit vrbé-pal-
14 marum. ⁋Seruieruntq; filij Israël Eglõ
15 regi Moab decem & octo annis. ⁋& po-
stea clamauerunt ad Dñm: qui suscita-
uit eis saluatoré vocabulo Aod*, filium — *Inclicũ.
Gera, filij Iemini, qui vtraq; manu pro
dextera vtebatur. Miseruntq; filij Israël
16 ꝑ illũ munera Eglon regi Moab. ⁋Qui
C fecit sibi gladium ancipitem, habẽtem
in medio capulum longitudinis palmę
man⁹, & accinctus est eo subter sagum
17 in dextro femore. ⁋Obtulitq; munera
Eglon regi Moab. Erat auté Eglõ crassus
18 nimis. ⁋Cúmq; obtulisset ei munera,
ꝓsecutus est socios qui cum eo venerát.
19 ⁋Et reuersus de Galgalis, vbi erát idôla,
dixit ad regé. Verbũ secretũ habeo ad
te ô rex. Et ille imperauit silẽtiũ: egres-
20 sisq; oĩbus qui circa eum erant, ⁋ingres
sus est Aod ad eum. sedebat aũt in ęsti-
uo cenaculo solus, dixitq;, Verbũ Dei
habeo ad te. Qui stati surrexit de thro-
21 no. ⁋Extẽditq; Aod sinistram manum,
& tulit sicá de dextero femore suo, in-
22 fixitq; eam in ventrem eius ⁋tam vali-
dè vt capulus sequeretur ferrũ in vul-
nere, ac pinguissimo adipe stringeretur.
Nec eduxit gladium, sed ita vt percus-
serat, reliquit in corpore, statimq; ꝑ se-
creta naturæ alui stercora proruperũt.
23 ⁋Aod aũt clausis diligẽtissimę ostijs cę-
24 naculi, & obfirmatis sera, ⁋ꝑ posticum
D egressus est. Seruiq; regis ingressi vide-
rũt clausas fores cęnaculi, atq; dixerũt,
Forsitan purgat aluũ in ęstiuo cęnacu-
25 lo. ⁋Expectantesq; diu donec erubesce-
rent, & videntes ꝙ nullus aperiret, tule
runt claué: & aperiẽtes inuenerũt Dñm
26 suũ in terra iacenté mortuũ. ⁋Aod auté
dum illi turbarent, effugit, & ꝑtransijt
Locum-idolorũ vnde reuersus fuerat.
27 Venitq; in Seirath: ⁋& statim insonuit
buccina in monte Ephràim: descende-
rũtq; cũ eo filij Israël, ipso in frõte gra-
28 diẽte. ⁋Qui dixit ad eos, Sequimini me:
tradidit enim Dñs inimicos nr̃os Moa-
bitas in manus nostras. Descẽderuntq;
post eum, & occupauerunt vada Iorda-
nis quæ transmittunt in Moab: & non
29 dimiserunt trãsire quemquã: ⁋sed per-
cusserunt Moabitas in tp̃e illo, circiter
decem millia, oẽs robustos & fortes vi-
30 ros. nullus eorum euadere potuit. ⁋Hu
miliatusq; est Moab i die illo sub ma-
nu Isrl̃: & qeuit terra octoginta annis.
31 ⁋Post hunc fuit Samgar filius Anath, q
percussit de Philisthiim sexcentos viros
vomere: & ipse quoq; defendit Israël.

CAP. IIII.

1 ADdideruntq; filij Israël facere ma- — 1.Re.12
A lũ in conspectu Dñi post mortem — b.9.
2 ⁋Aod, & tradidit illos Dñs in man⁹ Ia-
bin regis Chanáan, q regnauit in Asor:
habuitq; ducem exercitus sui noĩe Sisa
ram, ipse aũt habitabat in Haroseth gẽ
3 tiũ. ⁋Clamauerũtq; filij Israël ad Dñm
nongẽtos enim habebat falcatos curr⁹,
& ꝑ viginti annos vehemẽter oppresse-
4 rat eos. ⁋Erat autem Debora prophẽtis
vxor Lapidoth, quæ iudicabat ppl̃m in
5 illo tp̃e. ⁋Et sedebat sub palma. q̃ noĩe
illius vocabatur, inter Rama & Beth-el
in monte Ephràim, ascendebátq; ad cá
6 filij Israël in omne iudicium. ⁋Quę mi
sit, & vocauit Barac filium Abi-noé de
Cedes in Nephtali, dixitq; ad eum, Prę-
cepit tibi Dñs Deus Israël, vade, & duc
exercitum in montem Thabor, tollesq;
tecum decé millia pugnatorũ de filijs
7 Nephthali, & de filijs Zabulon: ⁋ego
autem adducã te in loco Torrentis-Ci-
son, Sisaram principé exercitus Iabin,
& currus eius, atq; oém multitudiné,
8 & tradã eos in manu tua. ⁋Dixitq; ad
eam Barac, Si venis mecum, vadam: si
B nolueris venire mecum, non pergam. — -6.
9 ⁋Quę dixit ad eũ, Ibo qdem tecum, sed
in hac vice victoria non reputabit͛ tibi,
qa in manu mulieris tradit͛ Sisara: Sur-
rexit itaq; Debora, & perrexit cũ Barac
10 in Cedes. ⁋Qui accitis Zabulõ & Neph-
thali, ascendit cũ decem millibus pu-
gnatorũ, habẽs Deboram in comitatu
11 suo. ⁋Haber aũt Cinęus recesserat quon
dam à cæteris Cinæis fratrib⁹ suis filiis
Hobad, cognati Moysi: & tetenderat ta
bernacula vsq; ad vallem quæ vocatur

12 Sennim, & erat iuxta Cedes. ¶Nuntia-
tumq; est Sisarę q ascendisset Barac fi-
13 lius Abinoë, in monte Thabor, ¶& cō-
gregauit nongentos falcatos currus, &
oēm exercitū de Haroseth-gentium ad
14 Torrentem-Cison. ¶Dixitq; Debora ad
C Barach, Surge, hęc enim est dies in qua
tradidit Dñs Sisaram in manus tuas: en
ipse ductor est tuus. Descendit itaq; Ba
rac de monte Thabor, & decem millia
15 pugnatorum cū eo. ¶ ‖Perterruitq; Dñs ‖Psal.82. c.12.
Sisaram, & oēs currus eius, vniuersamq;
multitudinē in ore gladij ad cōspectū
Barac: in tm vt Sisara de curru desiliēs,
16 pedibus fugeret, ¶& Barac psequeretur
fugiētes currus, & exercitū vsq; ad Ha-
roseth-gentium, & oīs hostiū multitu-
17 do vsq; ad internecionē caderet. ¶Sisa-
ra aūt fugiens puenit ad tentoriū Iahel
vxoris Haber Cinęi. Erat autē pax inter
Iabin regē Azor, & domum Haber Ci-
18 næi. ¶Egressa igit Iahel in occursum Si-
sarę, dixit ad eū, Intra ad me Dñe mi,
intra, ne timeas. Qui ingressus taberna-
19 culū eius, & opertus ab ea pallio, ¶dixit
D ad eā, Da mihi obsecro paululū aquæ,
quia sitio valde. Quæ aperuit vtrem la-
ctis, & dedit ei bibere & operuit illum.
20 ¶Dixitq; Sisara ad eam, Sta ante ostium
tabernaculi: & cum venerit aliquis in-
terrogans te, & dicēs, Nunquid hic est
21 aliqs? Rñdebis, Nullus est. ¶Tulit itaq;
Iahel vxor Haber clauum tabernaculi,
assumens pariter & malleū: & ingressa
abscondite, & cum silētio posuit supra
tēpus capitis eius clauum, percussumq;
malleo defixit in cerebrū vsq; ad terrā:
q soporem morti sociās defecit, & mor-
22 tuus est. ¶Et ecce Barac sequēs Sisaram
veniebat: egressaq; Iahel in occursum
eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi vi-
rum quē quæris. Qui cū intrasset ad eā,
vidit Sisaram iacentem mortuū, & cla-
23 uum infixum in tpe eius. ¶Humiliauit
ergo Deus in die illo Iabin regē Chanā-
24 an corā filiis Israël, ¶qui crescebāt quo-
tidie: & forti manu opprimebant Iabin
regem Chanaan, donec delerent eum.

CAP. V.

1 CEcineruntq; Debora & Barac filius
A Abi-noem in illo die, dicentes.
2 ¶Qui sponte obtulistis de Israël aīas
vestras ad periculum, benedicite Dño.
3 ¶Audite reges, auribus pcipite princi-
pes, Ego sum, ego sum quæ Dño canā,
psallam Dño Deo Israël.
4 ¶Dñe cùm exires de Seir, & transires
p regiones Edom, terra mota est, cęliq;
ac nubes distillauerunt aquis.
5 ¶Montes fluxerunt à facie Domini, &
Sinai à facie Domini Dei Israël.
6 ¶In diebus Sangar filij Anath, in die-
bus Iahel quieuerunt semitę: & qui in-
grediebantur per eas, ambulauerūt per
calles deuios.
7 ¶Cessauerunt fortes in Israël, & quie-
uerunt: donec surgeret Debora surgeret
mater in Israël.
8 ¶Noua bella elegit Dñs, & portas ho-
stiū ipse subuertit: clypeus & hasta si ap-
paruerūt ī quadraginta millibus Israël.
9 ¶Cor meum diligit principes Israël:
B qui propria volūtate obtulistis vos di-
scrimini, benedicite Domino.
10 ¶Qui ascenditis super nitentes 'asi- 'asinas
nos', & sedetis in iudicio, & ambula-
tis in via, loquimini.
11 ¶Vbi collisi sunt currus, & hostium
suffocatus est exercitus, ibi narrent iu-
stitiæ Dñi, & clementia in fortes Israël:
tunc descendit populus Dñi ad portas,
& obtinuit principatum.
12 ¶Surge, surge Debora, surge, surge, &
loquere canticum: surge Barac, & ap-
prehēde captiuos tuos filij Abi-noem.
13 ¶Saluatæ sunt reliquię populi, Domi-
nus in fortibus dimicauit.
14 ¶Ex Ephraim deleuit eos in Amalec,
& post eum ex Ben-iamin in populos
tuos ô Amalec: de Machir pricipes de-
scenderunt, & de Zabulon, qui exerci-
tum ducerent ad bellandum.
15 ¶Duces Issachar fuere cū Debora, &
Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in
pręceps ac barathrum se discrimini de-
dit diuiso contra se Ruben, magnani-
morum reperta est contentio.
16 ¶Quare habitas inter duos terminos,
C vt audias sibilos gregū diuiso contra se
Rubē, magnanimorū repta est cōtētio.
17 ¶Galaad trās Iordanē quiescebat, & Dā
vacabat nauibus, Aser habitabat in li-
tore maris, & in portubus morabatur.
18 ¶Zabulō verò & Nephthali obtulerūt
animas suas morti ī regione Merome.
19 ¶Venerunt reges & pugnauerūt, pu-
gnauerūt reges Chanaan in Tanach iux
ta aquas Mageddo, & tamen nihil tu-
lēre prædantes.
20 ¶De cęlo dimicatum est contra eos:

stellæ manẽtes in ordine & cursu suo,
aduersus Sisaram pugnauerunt.
21 ¶ Torrẽs Cison traxit cadauera eorũ:
torrens Cadumim, torrens Cison: con-
culca anima mea robustos.
22 ¶ Vngulæ equorum ceciderunt, fu-
gientibus impetu, & per præceps ruen-
tibus fortissimis hostium.
23 ¶ Maledicite terræ Meroz, dixit An-
gelus Dñi, maledicite habitatoribꝰ eiꝰ
quia nõ venerunt ad auxilium Dñi, in
adiutorium fortissimorum eius.
24 ¶ Benedicta inter mulieres Iahel vxor
D Haber Cinęi, & benedicatur in taber-
naculo suo. →1.
25 ¶ Aquam petenti lac dedit, & in phia-
la principum obtulit butyrum.
26 ¶ Sinistrã manum misit ad clauũ, &
dexteram ad fabrorũ malleos, percus-
sitq; Sisaram quærens in capite vulne-
ri locum, & tempus validè perforans.
27 ¶ Inter pedes eius ruit, defecit, & mor
tuus est: voluebatur ante pedes eius, &
iacebat exanimis & miserabilis.
28 ¶ Per fenestrã respiciens, vlulabat ma
ter eiꝰ: & de cęnaculo loquebatur, cur
moratur regredi currus eius? quare tar-
dauerunt pedes quadrigarum illius.
29 ¶ Vna sapientior cęteris vxoribꝰ eius,
hæc socrui verba respondit.
30 ¶ Forsitã nũc diuidit spolia, & pulcher
rima fęminarũ eligitᷣ ei: vestes diuerso-
rũ colorũ Sisarę traduntᷣ in prędã, & su
pellex varia ad ornãda colla cõgeritur.
31 ¶ Sic pereant omnes inimici tui Dñe:
qui autem diligunt te, sicut sol in ortu
suo splendet, ita rutilent.
32 ¶ Quieuitq; terra ꝑ quadragita annos.

CAP. VI.

1 Fecerunt aũt filij Israël ma ũ in con-
A spectu Dñi: q̃ tradidit illos in ma-
2 nu Madiã septẽ annis, ¶ & oppressi sunt
valde ab eis. Fecerũtq; sibi antra & spe-
lũcas in mõtibus, & munitissima ad re-
3 pugnãdũ loca. ¶ Cũq; seuisset Isrl, ascẽ-
debat Madiã & Amalec, cęteriq; orien-
4 taliũ nationũ: ¶ & apud eos figẽtes tẽto-
ria, sicut erãt in herbis cuncta vastabant
vsq; ad introitũ Gazæ: nihilq; oĩno ad
vitã ptinẽs relinquebãt in Isrl, nõ oues,
5 nõ boues, nõ asinos. ¶ Ipsi eni & vniuer
si greges eorũ veniebant cũ tabernacu-
lis suis, & instar locustarũ vniuersa cõ-
plebãt, innumera multitudo hoium, &
camelorũ, q̃cquid tetigerãt deuastãtes.
6 ¶ Humiliatusq; est Isrl valde in cõspe-
7 ctu Madiã. ¶ Et clamauit ad Dñm postu
8 lãs auxiliũ cõtra Madianitas. ¶ Qui mi-
B sit ad eos virũ Prophetã, & locutus est.
Hęc dicit Dñs Deꝰ Isrl. Ego vos feci cõ-
scẽdere de Ægypto, & eduxi vos de do-
9 mo seruitutis, ¶ & liberaui de manu Æ-
gyptiorũ & oĩum inimicorũ q̃ affligebant vos: eieciq; eos ad introitũ vrm, &
10 tradidi vobis terram eorũ. ¶ Et dixi, Ego
Dñs Deꝰ vester, ne timeatis deos Amor-
rhęorũ, in quorũ terra habitatis. Et no-
11 luistis audire vocẽ meã. ¶ Venit aũt An-
gelus Dñi, & sedit sub quercu q̃ erat in
Ephra, & ptinebat ad Ioas prẽm fami-
liæ Ezri. Cũq; Gedeõ filiꝰ eiꝰ excuteret
atq; purgaret frumẽta in torculari, vt
12 fugeret Madian. ¶ apparuit ei Angelus
Dñi, & ait, Dñs tecũ virorũ fortissime.
13 ¶ Dixitq; ei Gedeõ, Obsecro mi Dñe, si
C Dñs nobiscũ est, cur apprehẽderũt nos
hæc oĩa? vbi sunt mirabilia eius q̃ nar-
rauerũt prẽs nři, atq; dixerunt, de Ægy-
pto eduxit nos Dñs? Nunc aũt dereliq̃t 1.Re.12.
nos Dñs, & tradidit in manus Madian. b.13.
14 ¶ Respexitq; ad eũ Dñs, & ait, Vade in
hac fortitudine tua, & liberabis Isrl de
manu Madian: scito quòd miserim te.
15 ¶ Qui rñdẽs ait, Obsecro mi dñe, in quo
liberabo Isrl? ecce familia mea infima
est in Manasse, & ego minimꝰ in domo
16 prĩs mei. ¶ Dixitq; ei Dñs, Ego ero tecũ,
17 & ꝑcuties Madian quasi vnũ virũ. ¶ Et
ille, Si inueni, inq̃t, gratiã coram te, da
mihi signũ ꝙ tu sis q̃ loqueris ad me.
18 ¶ Ne recedas hinc, donec reuertar ad te,
D portans sacrificiũ, & offerens tibi. Qui
rñdit, Ego prestolabor aduentũ tuum.
19 ¶ Ingressus est itaq; Gedeon, & coxit hę-
dũ, & de farinæ modio azymos panes:
carnesq; ponens in canistro, & ius car-
niũ mittẽs in ollã, tulit oĩa sub quercu,
20 & obtulit ei. ¶ Cui dixit Angelus Dñi,
Tolle carnes & azymos panes, & pone
supra petrã illã, & ius dẽsuꝑ. Cùmq; fe
21 cisset ita, ¶ extẽdit angelus Dñi summi-
tatẽ virgæ quã tenebat in manu, & teti-
git carnes & panes azymos: ascenditq;
ignis de petra, & carnes, azymosq; pa-
nes consumpsit: Angelus aũt Dñi eua-
22 nuit ex oculis eius. ¶ Vidensq; Gedeon
ꝙ esset Angelus Dñi, ait, Heu mi dñe
Deꝰ, qa vidi Ange ũ Dñi facie ad faciẽ.
23 ¶ Dixitq; ei Dñs, Pax tecũ ne timeas, Nõ
24 morieris. ¶ Ædificauit ergo ibi Gedeon

E altare Dño, vocauitq; illud, Dñi-pax,
vsq; in pręsentem diem. Cùmq; adhuc
25 esset in Ephra q̃ est familiæ Ezri, ¶ no-
cte illa dixit Dñs ad eum, Tolle taurũ
patris tui, & alterũ taurum annorũ se-
ptem, destruesq; aram Báal quę est pa-
tris tui: & nemus quod circa aram est,
26 succides: ¶ & ędificabis altare Dño Deo
tuo in summitate petræ huius, sup quã
antè sacrificium posuisti: tollesq; tau-
rum secundũ, & offeres holocaustũ sup
struem lignorũ, quæ de nemore succi-
27 deris. ¶ Assumptis ergo Gedeon decem
viris de seruis suis, fecit sicut p̃ceperat
ei Dñs, timẽs aũt domum patris sui, &
hoĩes illius ciuitatis, per diẽ noluit face
28 re, sed oĩa nocte compleuit. ¶ Cùmque
F surrexissent viri oppidi eiꝰ manè, vide-
runt destructã arã Báal, lucumq; succî-
sum, & taurum alterum impositũ sup
29 altare quod tunc ædificatum erat. ¶ Di-
xeruntq; ad inuicem: Quis hoc fecit?
Cùmq; pquirerent authorem facti, di-
ctũ est Gedeon filius Ioas fecit hęc oĩa.
30 ¶ Et dixerunt ad Ioas, Produc filiũ tuũ,
huc, vt moriat̃: quia destruxit arã Báal,
31 & succîdit nemus. ¶ Quibus ille rñdit,
Nunquid vltores estis Báal, vt pugnetis
p eoꝰ qui aduersarius est eius, moriatur
anteq̃ lux crastina veniat. si Deꝰ est, vin
32 dicet se de eo q suffodit arã eius. ¶ Ex il-
lo die vocatus est Gedeon, Ierobáal, eo
q dixisset Ioas, Vlciscat̃ se de eo Báal, q
33 fodit arã eius. ¶ Igit̃ oĩs Madian & Ama
lec, & orientales ppli cõgregati sunt si-
mul, & transeuntes Iordanẽ, castrame-
34 tati sunt in valle Iesraël. ¶ Spiritus autẽ
G Dñi induit Gedeon, q clãgens buccina
conuocauit domũ Abi-ézer, vt seque-
35 retur se. ¶ Misitq; nũtios in vniuersum
Manassen, qui & ipse secutus est eũ: &
alios nũtios ĩ Azer & Zabúlõ & Neph-
36 tali, q occurrerunt ei. ¶ Dixitq; Gedeon
ad Dñm, Si saluum facis p manũ meã
37 Israël. sicut locutus es, ¶ ponã hoc vellꝰ
lanæ in area: si ros in solo vellere fue-
rit, & in omni terra siccitas, sciam q p
manum meã, sicut locutus es, liberabis
38 Israël. ¶ Factũq; est ita, Et de nocte con-
surgens expresso vellere, concham rore
39 impleuit. ¶ Dixitq; rursus ad Dñm, Ne
irascatur furor tuus cõtra me si adhuc
semel tentauero, signũ quęrens in vel-
lere, Oro vt solũ vellus siccũ sit, & om-
40 nis terra rore madens. ¶ Fecitq; Dñs no-
cte illa vt postulauerat: & fuit siccitas
in solo vellere, & ros in omni terra.

CAP. VII.

1 IGitur Ierobáal qui & Gedeon de no-
A cte consurgens, & oĩs ppls cum eo, ve-
nit ad fontẽ q vocatur Harad. Erãt aũt
castra Madiã in valle ad septentriona-
2 lem plagã collis excelsi. ¶ Dixitq; Dñs
ad Gedeon, Multus tecum est populꝰ,
nec tradet̃ Madiã in manu eius: ne glo-
rietur contra me Israël, & dicat, Meis vi
3 ribus liberatꝰ sum. ¶ Loquere ad pplm,
& cunctis audientibus p̃dica. ‖ Qui for- ‖ Deu. 20 b.5.
midolosus & timidus est, reuertatur. 1. Mac. 3.
Recesserũtq; de mõte Galaad, & reuersi g.46.
sunt ex pplo vigintiduo millia virorũ,
4 & tñ decẽ millia remãserunt. ¶ Dixitq;
B Dñs ad Gedeon, Adhuc ppls multꝰ est:
duc eos ad aquas, & ibi pbabo illos: &
de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse
pergat: quem ire prohibuero, *reuertat̃. *ipse 2.
5 ¶ Cùmq; descẽdisset populus ad aquas,
dixit Dñs ad Gedeon, Qui lingua lam-
buerint aquas, sicut solẽt canes lambe-
re, separabis eos seorsum: q aũt curua-
tis genibꝰ biberint, ĩ altera parte erũt.
6 ¶ Fuit itaq; numerus eorũ qui manu ad
os proijciente, lambuerant aquas, tre-
centi viri: omnis autem reliqua multi-
7 tudo flexo poplite biberat. ¶ Et ait Dñs
ad Gedeon, In trecentis viris q lãbue-
runt aquas, liberabo vos, & tradam in
manu tua Madian: oĩs autem reliqua
multitudo reuertatur in locum suum.
8 ¶ Sũptis itaq; p numero cibariis & tu-
C bis, oẽm reliquam multitudinẽ abire
p̃cepit ad tabernacula sua: & ipse cum
trecẽtis viris se certamini dedit. Castra
9 aũt Madian erant subter in valle. ¶ Ea-
dem nocte dixit dñs ad eũ, Surge, & de-
scende in castra: quia tradidi eos in ma
10 nu tua. ¶ Sin aũt solus ire formidas, de-
11 scendat tecum Phara puer tuus. ¶ Et cũ
audieris quid loquant̃, tunc conforta-
buntur manus tuę, & securior ad ho-
stium castra descendes. Descendit ergo
ipse & Phara puer eius in partẽ castro-
12 rum, vbi erãt armatorum vigiliæ. ¶ Ma-
D dian autẽ & Amalec, & oẽs orientales
populi fusi iacebãt in valle, vt locusta-
rum multitudo: cameli quoq; innume
rabiles erãt, sicut arena quæ iacet in lit-
13 tore maris. ¶ Cùmq; venisset Gedeõ, nar
rabat aliquis somniũ proximo suo: &
in hunc modũ referebat quod videbat,

Vidi somniū, & videbatur mihi quasi
subcinericius panis ex hordeo volui, &
in castra Madian descendere: cùmq; peruenisset ad tabernaculū, pcussit illud,
atq; subuertit, & terrę fundit⁹ coęqua-
14uit. ¶Rñdit is cui loquebatur, Non est
hoc aliud, nisi gladi⁹ Gedeonis filij Ioas
viri Israëlitę: tradidit enim Dñs in ma-
15nus ei⁹ Madian, & oïa castra ei⁹. ¶Cūq;
audisset Gedeon somniū, & interpreta-
E tionem eius, adorauit: & reuersus est ad
castra Isrl, & ait, Surgite, tradidit enim
Dñs in manus nostras castra Madian.
16¶ Diuisitq; trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorū, lagenasq; vacuas, ac lampades in medio
17lagenarum. ¶Et dixit ad eos, Quod me
facere videritis, hoc facite ingrediar partem castrorum, & quod fecero sectami-
18ni. ¶Quādo personuerit tuba in manu
mea, vos quoq; per castrorum circuitū
clangite & conclamate, Dño & Gedeo-
19ni. ¶Ingressúsq; est Gedeon, & trecenti
viri qui erant cum eo in partem castro-
F rum, incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cęperunt
buccinis clangere, & complodere inter
20se lagenas. ¶ Cùmq; per gyrum castrorum in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris
manibus lampades, & dextris ᵃsonātes
tubas, clamauerūtque, Gladius Dñi &
21Gedeonis. ¶ stantes singuli in loco suo
per circuitum castrorū hostiliū. Omnia
itaq; castra turbata sunt, & vociferātes,
22vlulantesq; fugerunt, ¶& nihilominus
insistebant trecenti viri buccinis personantes. ‖Immisitq; Dñs gladiū in omnibus castris, & mutua se cęde trunca-
23bant, ¶ fugientes vsq; ad ᵇBethseca, &
crepidinem Abel-mehula in Tabbath.
Conclamantes aūt viri Israël de Nephthali & Aser, & omni Manasse psequebantur Madian. ¶Misitq; Gedeon nun-
24tios in omnem montem Ephraim, di-
G cens, Descendite in occursum Madian,
& occupate aquas vsq; Beth-bera atque
Iordanē. Clamauitq; omnis Ephraim,
& pręoccupauit aquas atque Iordanem
25vsq; Beth-bera. ¶‖Apprehensosq; duos
viros Madian, Oreb & Zeb interfecit
Oreb in petra-Oreb, Zeb verò in torculari-Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon
trans fluenta Iordanis.

ᵃ sonabāt 1.
‖ Psal. 82. c. 10.
ᵇ Beth-setta 4.
‖ Isa. 10. f. 26 Psal. 82. c. 12.

CAP. VIII.

1 A DIxeruntq; ad eum viri Ephraim,
Quid est hoc quod facere voluisti,
vt nos non vocares cū ad pugnā pergeres cōtra Madian? iurgantes fortiter, &
2 ppè vim inferētes? ¶Quibus ille rñdit,
Quid enim tale facere potui, quale vos
fecistis? nónne melior est racem⁹ Ephrā
3 im, vindemiis Abi-ezer? ¶In manus vestras Dñs tradidit prīcipes Madiā, Oreb
& Zeb: quid tale facere potui, quale vos
fecistis? Quod cū locutus esset, requieuit
spūs eorum, quo tumebant cōtra eum.
4 ¶ Cūq; venisset Gedeon ad Iordanem,
transiuit eū cum trecentis viris q secū
erant, & præ lassitudine, fugientes psequi non poterant. ¶Dixitq; ad viros So-
5 coth, Date, obsecro, panes pplo q mecū
est, quia valde defecerunt: vt possimus
psequi Zebee, & Salmana reges Madiā.
6 ¶ Rñderunt principes Socoth, Forsitan
B palmæ manuum Zebee & Salmana in
manu tua sunt, & idcirco postulas, vt
7 demus exercitui tuo panes. ¶Quib⁹ ille
ait, Cū ergo tradiderit Dñs Zebee & Salmana in man⁹ meas, & cum reuersus — 6.
fuero, victor in pace conterā carnes ve-
8 stras cum spinis tribulisq; deserti. ¶Et
inde conscēdens, venit in Phanuel: locutusq; est ad viros loci illius similia.
Cui & illi rñderunt sicut rñderant viri
9 Socoth. ¶Dixit itaq; eis, Cùm reuersus
fuero victor in pace, destruam turrim
10hāc. ¶Zebee aūt & Salmana requiesce-
C bāt cū omni exercitu suo. Quindecim
enim millia viri remanserant ex oïbus
turmis orientaliū pplorum, cæsis centū
viginti millibus bellatorū, & educen-
11tium gladiū. ¶‖Ascēdensq; Gedeon per ‖ Ose. 10. d. 14.
viā eorū q in tabernaculis morabātur
ad orientalem partē Nobe, & Iegbaa,
pcussit castra hostiū, qui securi erant, &
12nihil aduersi suspicabant. ¶Fugerūtq;
Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit, turbato oï exerci-
13tu eorū. ¶Reuertensq; de bello ante so-
14lis ortū. ¶ apprehendit puerum de viris
Socoth, interrogauitq; eum noïa principum, & seniorū Socoth, & descripsit
15septuaginta septē viros. ¶Venitq; ad Socoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana
sup quibus exprobrastis mihi, dicentes,
Forsitan manus Zebee & Salmana in
manib⁹ tuis sunt, & idcirco postulas vt
demus viris q lassi sunt, & defecerunt,

panes.

16 panes. Tulit ergo seniores ciuitatis, &
D spinas deserti ac tribulos, & contriuit
cum eis, atq; comminuit viros Socoth.
17 Turrim quoq; Phanuel subuertit, occi
18 sis habitatoribus ciuitatis. Dixitq; ad
Zébee & Salmana, Quales fuerunt viri
quos occidistis í Thabor? Qui rñderũt,
Similes tui. & vn⁹ ex eis quasi filius re-
19 gis. Quibus ille rñdit, Fratres mei fue-
runt filij matris meæ. viuit Dñs, quia si
20 seruassetis eos, nõ vos occiderẽ. Dixit-
que Iether primogenito suo, Surge & in
terfice eos. Qui non eduxit gladium: ti-
21 mebat enim, quia adhuc puer erat. Di-
E xeruntq; Zébee & Salmana, Tu surge,
& irrue in nos: qa iuxta ętatem robur
est hoĩs. Surrexit Gedeon, & interfecit
Zébee & Salmana: & tulit ornamenta
ac bullas quibus colla regaliũ camelo-
22 rum decorari solent. Dixeruntq; oẽs
viri Israël ad Gedeon, Dñare nostri tu
& filius tuus, & filius filij tui: quia libe
23 rasti nos de manu Madian. Quib⁹ ille
ait, Non dñabor vestri, nec dñabitur in
vos filius meus, sed dñabit vobis Dñs.
24 Dixitq; ad eos, vnam petitionẽ postu-
lo à vobis. Date mihi inaures ex pręda
vestra, Inaures enim aureas Ismaelitę
25 habere consueuerant. Qui rñderũt,
F Libentissimè dabimus. Expandentesq;
super terram pallium, proiecerũt in eo
26 inaures de pręda: & fuit põdus postu-
latarum inaurium, mille septingẽti au-
ri sicli absq; ornamẽtis, & monilibus,
& veste purpurea, quibus reges Madian
vti soliti erant, & pręter torques aureas
27 camelorũ. Fecitq; ex eo Gedeõ Ephod,
& posuit illud in ciuitate sua Ephra.
Fornicatusq; est oĩs Israël ĩ eo, & factũ
est Gedeoni & oĩ domui eius in ruinã.
28 Humiliatus est aũt Madian corã filiis
Israël, nec potuerunt vltrà ceruices ele-
uare: sed quieuit terra per quadraginta
29 annos quibus Gedeon præfuit. Abiit
itaq; Ierobáal fili⁹ Ioas, & habitauit in
30 domo sua: habuitq; septuagĩta filios,
G q egressi sunt de femore eius, eo q plu-
31 res haberet vxores. Concubina aũt il-
lius, quã habebat in Sichem: genuit ei
32 filium noĩe Abi-mélech. Mortuusque
est Gedeon filius Ioas in senectute bo-
na, & sepult⁹ est in sepulchro Ioas pris
33 sui in Ephra de familia Ezri. Postq aũ-
tẽ mortuus est Gedeon, auersi sunt filij
Israël, & fornicati sunt in Baalim. Per-
cusseruntq; cum Baal fœdus, vt esset eis
34 in Deũ: Nec recordati sunt Dñi Dei sui
q eruit eos de manib⁹ inimicorũ suorũ
35 omnium per circuitum: Nec fecerunt mi-
sericordiam cũ domo Ierobáal Gedeon
iuxta omnia bona quæ fecerat Israëli.

Psal. 82. c. 12.

Iosu. 11. d. 14.

CAP. IX.

1 Abiit aũt Abi-mélech filius Ierobá-
A al in Sichẽ ad fratres matris suę, &
locutus est ad eos, & ad oẽm cognatio-
nẽ domus patris matrisq; suæ dicens:
2 Loquimini ad oẽs viros Sichẽ, Quid vo
bis est melius, vt dñentur vestri septua
ginta viri oẽs filij Ierobáal, an vt dñet
vobis vnus vir? simulq; considerate q
3 os vestrũ, & caro vestra sum. Locutiq;
sunt fratres matris eius de eo ad omnes
viros Sichem vniuersos sermones istos,
& inclinauerunt cor eorũ post Abi-mé-
4 lech, dicentes: Frater noster est. Dede-
runtq; illi septuaginta pondera argen-
ti de phano Ba-alberith. Qui conduxit
sibi ex eo viros inopes & vagos, secutiq;
5 sunt eum. Et venit in domũ patris sui
in Ephra, & occidit fratres suos filios Ie
robáal septuaginta viros, super lapidẽ
vnũ: remansitq; Ioathã filius Ierobáal
6 minimus, & absconditus est. Congre-
gati sunt aũt oẽs viri Sichem, & vniuer-
sæ familiæ vrbis Mello: abieruntq; &
constituerunt regẽ Abi-mélech. iuxta
7 quercum quę stabat in Sichem. Quod
B cùm nunciatũ esset Ioathã, iuit, & ste-
tit in vertice mõtis Garizim, eleuataq;
voce, clamauit & dixit, Audite me viri
8 Sichem, ita vt audiat vos Deus. Ierunt
ligna, vt vngerent super se regem: dixe-
9 runtq; oliuæ. Impera nobis. Quæ rñ-
dit. Nunquid possum deserere pingue-
dinẽ meã, qua & dij vtuntur, & hoĩes:
10 & venire vt inter ligna promouear? Di-
xeruntq; ligna ad arborem ficũ, Veni,
11 & super nos regnum accipe. Quę rñdit
eis, Nunquid possum deserere dulcedi-
nem meã, fructusq; suauissimos, & ire
12 vt inter cætera ligna promouear? Lo-
cutaque sunt ligna ad vitem, Veni, &
13 impera nobis. Quæ respondit eis,
Nunquid possum deserere vinum me-
um, quod lætificat Deum & homines,
14 & inter ligna cætera promoueri? Di-
xeruntque omnia ligna ad rhamnum,
15 Veni, & impera super nos. Quæ rñdit
eis, Si verè me regem cõstituitis, venite,
& sub vmbra mea requiescite, si autem

matris.

1. non-vultis[1], egrediatur ignis de rhãno,
16 & deuoret cedros Libani. ¶ Nunc igit̃ si
C recte, & absq; pctõ cõstituistis sup vos
regem Abi-mélech, & bene egistis cum
Ierobáal, & cum domo eius, & reddi-
17 distis vicẽ beneficiis eius ¶ q pugnauit
pro vobis, & aĩam suam dedit pericu-
18 lis, vt erueret vos de manu Madian, ¶ q
nunc surrexistis cõtra domũ pr̃is mei,
& interfecistis filios eius septuaginta
viros super vnũ lapidem, & cõstituistis
regẽ Abi-mélech filium ancillæ eius su
per habitatores Sichem, eo q frater ve-
19 ster sit. ¶ si ergo recte & absq; vitio egi-
stis cum Ierobáal, & domo eius. hodie
lætamini in Abi-mélech, & ille lętetur
20 in vobis. ¶ Sin autẽ peruerse, egrediatur
5. ignis ex eo[1], & consumat habitatores
Sichem, & oppidũ Mello: egrediaturq;
ignis de viris Sichem, & de oppido Mel
21 lo, & deuoret Abi-mélech. ¶ Quæ cum
dixisset, fugit, & abiit in Bera: habita-
uitq; ibi ob metũ Abi-mélech fratris
22 sui. ¶ Regnauit itaq; Abi-mélech super
23 Isr̃ tribus annis. ¶ Misitq; Dñs spm̃ pes-
simũ inter Abi-mélech, & habitatores
24 Sichẽ q cęperunt eum detestari, ¶ & sce-
lus interfectionis septuaginta filiorum
Ierobáal, & effusionẽ sanguinis eorum
conferre in Abi-mélech fratrem suũ, &
in cęteros Sichimorũ principes q eum
25 adiuuerant. ¶ Posueruntq; insidias ad-
D uersum eũ in summitate montium: &
dum illius prestolabant̃ aduentũ, exer-
cebant latrocinia, agentes prædas de
prætereuntibus. nuntiatumq; est Abi-
26 mélech. ¶ Venit aũt Gaal filiꝰ Obed cũ
fratribꝰ suis, & transiuit in Sichimam.
Ad cuius aduentum erecti habitatores
27 Sichem, ¶ egressi sunt in agros vastantes
vineas, vuasq; calcantes: & factis cãtan-
tiũ choris ingressi sunt phanũ Dei sui,
& inter epulas & pocula maledicebãt
28 Abi-mélech, ¶ clamãte Gaal filio Obed,
Quis est Abi-mélech, & quæ est Sichẽ,
vt seruiamus ei? nunquid non est filius
Ierobáal, & cõstituit principẽ Zebul ser
uum suũ sup viros Emor patris Sichẽ?
29 Cur ergo seruiemus ei? ¶ vtinã daret ali-
quis populum istum sub manu mea, vt
auferrem de medio Abi-mélech. Di-
ctumq; est Abi-mélech, Cõgrega exer-
30 citꝰ multitudinẽ, & veni. ¶ Zebul enim
princeps ciuitatis auditis sermonibus
31 Gaal filij Obed, iratꝰ est valde, ¶ & mi-
sit clam ad Abi-mélech nuntios, dicẽs,
Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimã
cum fratribus suis, & oppugnat aduer-
32 sum te ciuitatẽ. ¶ Surge itaq; nocte cum
E pplo qui tecum est, & latita in agro: &
33 ¶ primo manè oriente sole[1], irrue super
ciuitatẽ, illo aũt egrediente aduersum
te cũ populo suo, fac ei quod potueris.
34 ¶ Surrexit itaq; Abi-mélech cũ oĩ exer-
citu suo nocte, & tetẽdit insidias iuxta
35 Sichimã in quatuor locis. ¶ Egressusque
est Gaal filius Obed, & stetit in introitu
portæ ciuitatis. Surrexit autẽ Abi-mé-
lech, & oĩs exercitus cũ eo de insidiarũ
36 loco. ¶ Cũq; vidisset pplm̃ Gaal, dixit ad
Zebul, Ecce de mõtibus multitudo de-
scendit. Cui ille rñdit, Vmbras montiũ
vides quasi capita hoĩum, & hoc errore
37 deciperis. ¶ Rursumq; Gaal ait. Ecce, po
pulus de vmbilico terræ descendit, &
vnus cuneus venit per viam quæ respi
38 cit quercum. ¶ Cui dixit Zebul, Vbi est
nũc os tuum, quo loquebaris? Quis est
Abi-mélech vt seruiamus ei? Nõne hic
ppl̃s est, quem despiciebas? Egredere, &
39 pugna contra eũ. ¶ Abiit ergo Gaal, spe-
ctante Sichimorũ pplo, & pugnauit cõ-
40 tra Abi-mélech, ¶ q persecutus est eum
fugientem, & in vrbem cõpulit: cecide-
F runtq; ex parte eiꝰ plurimi, vsq; ad por
41 tã ciuitatis, ¶ & Abi-mélech sedit in Ru
ma, Zebol aũt, Gaal & socios eius expu-
lit de vrbe, nec in ea passus est cõmora-
42 ri. ¶ Sequẽti ergo die egressus est ppl̃s in
campũ. Quod cũ nũtiatum esset Abi-
43 mélech, ¶ tulit exercitũ suum, & diuisit
in tres turmas, tẽdens insidias in agris.
Vidensq; q egrederet̃ ppl̃s de ciuitate,
44 surrexit & irruit in eos, ¶ cũ cuneo suo,
oppugnãs & obsidens ciuitatem: duæ
aũt turmę palantes p campũ, aduersa-
45 rios persequebant̃. ¶ Porrò Abi-mélech
omni die illo oppugnabat vrbẽ: quam
cepit interfectis habitatoribꝰ eiꝰ ipsaq;
destructa, ita vt sa[1] in ea dispergeret.
46 ¶ Quod cùm audissent qui habitabant
ĩ turre Sichimorũ, ingressi sunt phanũ
Dei sui Berith, vbi fœdus cũ eo pepige-
rant, & ex eo locus nomen acceperat, q
47 erat munitꝰ valde. ¶ Abi-mélech quoq;
audiens viros turris Sichimorũ pariter
48 conglobatos, ¶ ascendit in mõtẽ Selmõ
cum oĩ pplo suo: & arrepta securi, pcĩ-
dit arboris ramũ, impositũq; ferẽs hu-
mero, dixit ad socios, Quod me vidistis

49facere, citò facite. ¶Igit' certatim ramos
de arboribus præcidentes, sequebantur
G ducem. Qui circundantes præsidium, suc-
cenderunt: atq; ita factū est, vt fumo &
igne mille hoīum necarentur, viri pariter
& mulieres habitatorū turris Sichem.
50¶Abi-mélech aūt inde proficiscēs venit
ad oppidū Thebes, quod circūdans ob
51sidebat exercitu. ¶Erat aūt turris excel-
sa in media ciuitate, ad quā cōfugerant
simul viri ac mulieres, & oēs principes
ciuitatis, & clausa firmissimè ianua, &
sup turris tectū stantes per propugnacu
52la. ¶Accedensq; Abi-mélech iuxta tur-
rim pugnabat fortiter: & appropinquās
53ostio ignē supponere nitebat': ¶& ecce (2.Re.11 a.21.)
vna mulier fragmē molę désup iaciēs,
illisit capiti Abi-mélech, & cōfregit ce-
54rebrū eius. ¶Qui vocauit cito armigerū
suū, & ait ad eū: Euagina gladium tuū
& percute me: ne fortè dicatur q à fœ-
mina interfectus sim. Qui iussa perfi-
55ciens, interfecit eū. ¶Illoq; mortuo, oēs
qui cum eo erant de Israël, reuersi sunt
56in sedes suas: ¶& reddidit Deus malum
quod fecerat Abi-mélech contra patrē
suum interfectis septuaginta, fratribus
57suis. ¶Sichimitis quoq; quod operati
erāt, retributum est, & venit super eos
maledictio Ioatham filij Ierobáal.

CAP. X.

1 POst Abi-mélech surrexit dux in Is-
A raël Thola filius Phua patrui Abi-mé
lech vir de Issachar, qui habitauit in Sa
2 mir montis Ephráim: ¶& iudicauit Is- (*mōte 3.)
raélē viginti & tribus annis, mortuusq;
3 est, ac sepultus in Samir. ¶Huic succes-
sit Iair Galaadites, qui iudicauit Israëlem
4 per viginti & duos annos, ¶habens tri-
ginta filios sedentes super triginta pul-
los asinarū, & principes triginta ciuita-
tū, quæ ex nomine eius sunt appellatę
Auoth-Iair, id est oppida Iair, vsq; in prę
5 sentem diem in Terra Galaad. ¶Mor-
tuusq; est Iair: ac sepultus in loco, cui est
6 vocabulū Camon. ¶Filij aūt Israël pec-
B catis veteribus iungentes noua, fecerūt
malū in cōspectu Dñi, & seruierūt ido-
lis Báalim & Astaroth, & dijs Syriæ ac
Sidônis & Moab & filiorum Ammō &
Philisthiim: dimiseruntq; Dñm, & nō
7 coluerunt eū. ¶Cōtra quos Dñs iratus,
tradidit eos in manus Philisthiim & fi
8 liorū Ammon. ¶Afflictiq; sunt & vehe
menter oppressi per annos decē & octo
oēs qui habitabant trans Iordanem in
9 terra-Amorrhæi, quę est in Galaad. ¶In
tantum vt filij Ammō Iordanē trāsmis
so vastarent Iudam & Ben-iamin & E-
10phráim: afflictusq; est Israël nimis. ¶Et
clamantes ad dñm dixerunt: Peccaui-
C mus tibi, quia dereliquimus Dñm Deū -4-
11nrm, & seruiuimus Báalim. ¶Quibus
locutus est Dñs: Nunquid non Ægyptij
& Amorrhæi, filijq; Ammon & Phili-
12sthiim, ¶Sidonij quoque & Amalech &
Chanáan oppresserunt vos: & clama-
stis ad me, & erui vos de manu eorū?
13¶Et tñ reliquistis me, & coluistis Deos
alienos. idcirco non addā vt vltrà vos li
14berem. ¶Ite, & inuocate deos quos elegi
stis, ipsi vos liberent in tēpore angustię.
15¶Dixeruntq; filij israël ad Dñm: Pecca
uimus, redde tu nobis quicquid tibi pla-
16cet: tantúm nunc libera nos. ¶Quę dicē
tes, oia de finibus suis alienorum deo-
rum idôla proiecerunt, & seruierunt
Dño Deo: qui doluit super miserijs eo-
17rum. ¶Itaq; filij Ammon conclamātes,
in Galaad fixêre tentoria: contra quos
congregati filij Israël, in Maspha castra
18metati sunt. ¶Dixeruntq; principes Ga-
laad singuli ad proximos suos: Qui pri
mus ex nobis contra filios Ammon cę-
perit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

1 FVit itaq; illo tpe Iephte Galaadites
A vir fortissimus atq; pugnator, filius
mulieris meretricis, q natus est de Ga-
2 laad. ¶Habuit aūt Galaad vxorem, de
qua suscepit filios, qui postquam creue
rant, eiecerunt Iepthe, dicētes: Hæres in
domo patris nostri esse non poteris, qa
3 de altera matre natus es. ¶Quos ille fu-
giens atq; deuitans, habitauit in Terra-
Tob: congregatiq; sunt ad eū viri ino-
pes, & latrocinātes, & quasi principem
4 sequebantur. ¶In illis diebus pugnabāt
5 filij Ammon cōtra Israël. ¶Quibus acri
ter instantibus perrexerunt maiores na
tu de Galaad, vt tollerēt in auxiliū sui
6 Iephte de Terra-Tob: ¶Dixeruntq; ad
eum: Veni, & esto princeps nr & pugna
7 cōtra filios Ammon. ¶Quibus ille rñ-
B dit, Nōne vos estis q odistis me, & eie-
cistis de domo patris mei, & nunc veni
8 stis ad me necessitate compulsi? ¶Dixe-
runtq; principes Galaad ad Iephte: Ob
hanc igit' causam nunc ad te venimus,
vt proficiscaris nobiscū, & pugnes con-

tra filios Ammon, sisq; dux oīum qui
9 habitât in Galaad. ¶Iephte quoq; dixit
eis:Si verè venistis ad me, vt pugnē pro
vobis cōtra filios Ammon,tradideritq;
eos Dñs in manus meas, ego ero vester
10 princeps?¶Qui rñderūt ei: Dñs qui hęc
audit, ipse mediator ac testis est ꝙ no-
11 stra ꝑmissa faciem⁹.¶Abiit itaq; Iephte
cum principibus Galaad, fecitq; eum
oīs populus principem sui.Locutusque
est Iephte oēs sermones suos corā Dño
12 in Maspha.¶Et misit nuntios ad regem
filiorum Ammon, qui ex persona sua
dicerent:Quid mihi & tibi est,quia ve-
nisti cōtra me, vt vastares terram meā.
‖Nu. 21. f. 21. 13 ¶Quibus ille rñdit. ‖Quia tulit Israël
C terra meam,qñ ascendit de Ægypto à fi
nibus Arnon vsq; Ieboc atq; Iordanē·
14 nunc ergo cū pace redde mihi eā. ¶Per
quos rursum mandauit Iephte,& impe
15 rauit eis vt dicerent regi Ammō: ¶Hęc
dicit Iephte, Non tulit Israël Terram
Moab,nec Terram filiorum Ammon:
16 ¶sed qñ de Ægypto conscenderunt, am
bulauit ꝑ solitudinem vsq; ad Mare-
‖Nu. 20. c. 19. 17 rubrum, & vênit in Cades. ¶‖Misitq;
nuntios ad regē Edom,dicens: Dimitte
me vt trāseam terrā tuā.Qui noluit ac-
qescere pcibus eius. Misit quoq; ad re-
gē Moab,qui & ipse trāsitū præbere cō-
18 tempsit. Māsit itaq; in Cades¶& circui-
uit ex latere Terrā-Edom,& Terrā-Mo-
ab:venitq; cōtra orientalē plagā Terrę-
Moab,& castrametatus est trās Arnon:
nec voluit intrare terminos Moab:Ar-
non quippe confiniū est Terræ-Moab.
Num. 21 c. 13. & 22. f. 24 19 ¶Misit itaq; Israël nūtios ad Sehō regē
D Amorrhęorum,qui habitabat in Hese-
bon,& dixerūt ei: Dimitte vt transeā ꝑ
20 terrā tuā vsq; ad fluuiū. ¶Qui & ipse Is-
raël verba despiciens, nō dimisit eum
transire per terminos suos· sed infinita
multitudine cōgregata egressus est con
21 tra eū in Iasa,& fortiter resistebat.¶Tra
diditq; eū Dñs in manus Israël cum oī
exercitu suo,& pcussit eum, & possedit
oēm Terrā Amorrhęi habitatoris regio
22 nis illius,¶& vniuerso fines eius de Ar-
nō vsq; Ieboc,& de solitudine vsq; ad
23 Iordanē.¶Dñs ergo Deus Israël subuer-
tit Amorrhæū, pugnante contra illum
ppło suo Israël,& tu nunc vis possidere
24 terrā eius?¶Nónne ea quę possedit Cha
E mos Deus tuus, tibi iure debētur? Quæ
aūt Dñs Deus noster victor obtinuit.in
25 nr̄am cedent possessionem.¶nisi fortè ‖Nu. 22. a. 2.
melior es Balac filio Sephor rege Mo
ab:aut docere potes,ꝙ iurgatus sit con-
26 tra Israël,& pugnauerit contra eū,¶Qñ
habitauit in Hesebon,& viculis eius,&
in Aroer,& villis illius,vel in cūctis ci-
uitatibus iuxta ‖Iordanē,‖per trecentos ‖Arnon.
annos.Quare tanto tpe nihil super hac
27 repetitione tentastis?Igitur nō ego pec-
co in te,sed tu cōtra me malè agis,indi
cens mihi bella non iusta. Iudicet Dñs
arbiter huius diei inter Israël, & inter
28 filios Ammon. ¶Noluitq; acquiescere
rex filiorum Ammō verbis Iephte,quæ
29 per nuntios mandauerat.¶Factus est er
F go super Iephte Spūs Dñi, & circuiens
Galaad & Manasse, Maspha quoq; Ga-
laad,& inde trāsiens ad filios Ammō,
30 ¶Votum vouit Dño, dicens:Si tradide-
31 ris filios Ammon in manus meas:¶qui
cunq; primus fuerit egressus de forib⁹
domus meæ,mihiq; occurrerit reuertē-
ti cum pace à filiis Ammon, eum holo
32 caustū offeram Dño.¶Trāsiuitq; Iephte
ad filios Ammon, vt pugnaret contra
eos: quos tradidit Dñs in manu eius.
33 ¶Percussitq; ab Aroer vsq; dum venias
in Mennith,viginti ciuitates,& vsq; ad
Abel;quæ est vineis consita, plaga ma-
gna nimis: humiliatiq; sunt filij Am-
34 mon à filiis Israël.¶Reuertēte aūt Ieph-
te in Maspha domū suam, occurrit ei
vnigenita filia sua cū tympanis & cho-
ris.non enim habebat alios liberos.
35 ¶Qua visa scidit vestimenta sua, & ait:
Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa
decepta es. aperui enim os meum ad
36 Dñm,& aliud facere nō potero.¶Cui il
G la rñdit:Pater mi,si aperuisti os tuū ad
Dñm, fac mihi quodcūq; pollicitus es,
cōcessa tibi vltione atq; victoria de ho-
37 stibus tuis. ¶Dixitq; ad patrem hoc so-
lum mihi pręsta qd deprecor: Dimitte
me vt duobus mēsibus circumeā mon-
tes,& plangam virginitatem meā cū so
38 dalibus meis.¶Cui ille rñdit:Vade. Et
dimisit eam duobus mensibus.Cumq;
abiisset cū sociis ac sodalib⁹ suis, flebat
39 virginitatē suā in mōtibus. ¶Expletisq;
duob⁹ mensib⁹ reuersa est ad prēm suū,
& fecit ei sicut vouerat, q ignorabat vi
rū. Exinde mos increuit in Israël,& cō-
40 suetudo seruata est,¶vt post anni circu
lū cōueniāt in vnū filij Israël, & plāgāt
filiā Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

C A P. XII.

1 Ecce aũt ĩ Ephráim orta est seditio:
A nã transeuntes cõtra Aqlonẽ, dixe-
rũt ad Iephte. Quare vadens ad pugnã
contra filios Ammõ, vocare nos noluis-
sti, vt pgeremus tecũ? Igitur incẽdemus
2 *domũ tuã. Quib⁹ ille rñdit: Discepta (*10 & 2.)
tio erat mihi & pplo meo contra filios
Ammõ vehemens: vocauiq; vos vt pbe
retis mihi auxiliũ, & facere noluistis.
3 Quod cernẽs, posui aĩam meã in mani
bus meis, transiuiq; ad filios Ammon,
B & tradidit eos dñs in man⁹ meas. Quid
cõmerui, vt aduersum me consurgatis
4 in prælium? Vocatis itaq; ad se cũctis
viris Galaad, pugnabat cõtra Ephráim:
percusseruntq; uiri Galaad Ephráim, qa
dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephrá
im & habitat in medio Ephráim & Ma
5 nasse. Occupauerũtq; Galaaditæ vada
Iordanis, per q̃ Ephráim reuersur⁹ erat.
Cumq; venisset ad ea de Ephráim nu-
mero, fugiens, atq; dixisset. Obsecro vt
me transire pmittas: dicebãt ei Galaadi
tæ, Nunqd Ephrathęus es? Quo dicẽte,
6 Non sum: interrogabant eũ: Dic ergo
C Schibbóleth, qđ interpretat̃ spica. Qui
rñdebat, Sibbóleth: eadẽ litera spicam
exprimere non valens. Statimq; appre-
hensum iugulabãt in ipso Iordanis trã
situ. Et ceciderunt in illo tpe de Ephrá-
7 im quadragintaduo millia. Iudicauit
itaq; Iephte Galaadites Israël sex annis:
& mortuus est, ac sepult⁹ in ciuitate sua
8 Galaad. Post hunc iudicauit Israël Ab
9 esan de Beth-lehem: q̃ habuit triginta
filios, & totidẽ filias: quas emittens fo-
ras, maritis dedit, & eiusdẽ numeri fi-
lius suis accepit vxores introducẽs in do
D mũ suã. Qui septẽ annis iudicauit Isra-
10 ël, mortuusq; est, ac sepultus in Beth-
11 léhẽ. Cui successit *Ahialõ Zabuloni- (*Elon)
12 tes: & iudicauit Israël decẽ annis: mor
13 tuusq; est ac sepultus in Zabulõ. Post
hunc iudicauit Israël Abdon, filius E-
14 lel Pharathonites: qui habuit quadra-
ginta filios, & triginta ex eis nepotes,
ascendentes super septuaginta pullos
asinarũ, & iudicauit Israël octo annis:
15 mortuusq; est ac sepult⁹ in Pharathõ
terræ Ephráim, in monte Amalec.

C A P. XIII.

1 Rursumq; filij Israël fecerunt malũ
A in cõspectu Dñi: q tradidit eos in
manus Philisthinorũ quadraginta an-
2 nis. Erat autẽ quidam vir de Saraa, &
de stirpe Dã, noie Manue, habẽs vxorẽ
3 sterilẽ. Cui apparuit angelus dñi, & di (Num. 6. 2.5.)
xit ad eã: Sterilis es & absq; liberis: sed
4 concipies & paries filiũ. Caue ergo ne
bibas vinũ ac sicerã, nec immundũ qc-
5 quã comedas: qa concipies & paries fi-
liũ, cuius nõ tãget caput nouacula: erit
enim nazaræus Dei ab infantia sua, &
ex mřis vtero, & ipse icipiet liberare Is-
6 raël de manu Philisthinorũ. Quæ cũ
venisset ad maritũ suũ, dixit ei: Vir Dei
venit ad me, habens vultum angelicũ.
B terribilis nimis. Quẽ cũ interrogassem
quis esset, & vnde venisset & quo noie
7 vocaret̃, noluit mihi dicere: sed hoc rñ
dit. Ecce cõcipies & paries filiũ: caue ne
2 ❡ Non est sanctus vt est Dominus:
neque enim est alius extra te, & non
fortis sicut Deus noster.
3 ❡ Nolite multiplicare loq sublimia
gloriātes: recedant vetera de ore vestro:
quia Deus scientiarum Dominus est, &
ipsi præparantur cogitationes.
4 ❡ Arcus fortium superatus est, & in-
firmi accincti sunt robore.
5 ❡ *Repleti prius, pro panibus se loca-
uerūt: & famelici saturati sunt: donec
sterilis peperit plurimos: & quæ mul-
B tos habebat filios, infirmata est.
6 ❡ Dominus mortificat & viuificat,
deducit ad inferos & reducit.
7 ❡ Dominus pauperem facit & ditat,
humiliat & subleuat.
8 ❡ Suscitat de puluere egenum, & de
stercore eleuat pauperem, vt sedeat cū
principibus, & solium gloriæ teneat.
Domini enim sunt cardines terræ, &
posuit super eos orbem.
9 ❡ Pedes sanctorum suorū seruabit, &
impij in tenebris conticescent: quia nō
in fortitudine sua roborabitur vir.
10 ❡ Dñm formidabūt aduersarij eiꝰ, sup
ipsos in cęlis tonabit: Dñs iudicabit fi-
nes terræ, & dabit imperiū regi suo, &
11 sublimabit cornu Chri sui. ❡ Et abijt El
C cana in Ramatha, in domum suā: puer
aūt erat minister in cōspectu Dñi ante

*Saturati 10.

Deu. 32. f. 39. Tob. 13. a. 2. Sap. 16. b. 13.

12 faciē Heli sacerdotis. ❡ Porrò filij Heli,
13 filij Belial, nesciētes Dñm, ❡ neq; offiū
sacerdotū ad pplm: sed qcunq; immo-
lasset victimā, veniebat puer sacerdotis
dū coquerentur carnes, & habebat fusci-
14 nulā tridentē ī manu sua, ❡ & mittebat
eā in lebetē, vel in caldariā, aut in ollā
siue in cacabū: & oē quod leuabat fu-
scinula tollebat sacerdos sibi, sic facie-
bāt vniuerso Israëli venientiū in Silo.
15 ❡ Etiā antequā adolerēt adipē, veniebat
puer sacerdotis, & dicebat immolanti,
Da mihi carnē, vt coquā sacerdoti: non
enim accipiā à te carnem coctā, sed cru
16 dā: ❡ Dicebatq; illi immolās, Incendatur
D primū iuxta morē hodie adeps, & tol-
le tibi quātumcunq; desiderat aīa tua.
Qui rńdens aiebat ei, Nequaquā: nunc
17 enim dabis, alioqn tollā vi. ❡ Erat ergo
pctm puerorū grande nimis corā Dño:
18 qa detrahebāt hoīes sacrificio Dñi. ❡ Sa
muel autē ministrabat ante faciē Dñi:
19 puer accinctus ephod lineo. ❡ Et tunicā
paruā faciebat ei mater sua, quā affere-
bat statutis diebꝰ, ascēdens cū viro suo,
20 vt immolaret hostiā solennē. *Et bñdi-
xit Heli Elcanę & vxori eius, dixitq; ei,
Reddat tibi Dñs semē de muliere hac,
p fęnore qđ cōmodasti dño. Et abierūt
21 in locū suū. ❡ Visitauit ergo Dñs Annā,
E & concepit, & peperit tres filios, & duas
filias: & magnificatus est puer Samuel
22 apud Dñm: ❡ Heli aūt erat senex valde,
& audiuit oīa q faciebant filij sui vni-
uerso Israëli: & quomodo dormiebant
cū mulieribꝰ q obseruabāt ad ostiū ta-
23 bernaculi: ❡ & dixit eis: Quare facitis
res huiuscemodi, quas ego audio, res
24 pessimas, ab omni populo? ❡ Nolite filij
mei: nō enim est bona fama quam ego
audio vt transgredi faciatis pplm Dñi.
25 ❡ Si peccauerit vir in virū, placari ei pō-
test Deus: si aūt in Dñm peccauerit vir,
qs orabit p eo? Et nō audierūt vocē pa-
tris sui: quia voluit Dñs occidere eos.
26 ❡ Puer aūt Samuel pficiebat atq; cresce
27 bat, & placebat tā Deo q hoibus. ❡ Ve-
F nit aūt vir Dei ad Heli, & ait ad eū, Hęc
dicit Dñs, Nunqd nō apertè reuelatus
sum domui patris tui, cùm essent in
28 Ægypto in domo Pharaonis? ❡ Et elegi
eū ex oībus tribubus Israël mihi in sa-
cerdotē, vt ascenderet ad altare meū, &
adoleret mihi incensum, & portaret
ephod corā me: & dedi domui pris tui

*& vocē suum.

29 oĩa de sacrificijs filiorũ Israël. ❡ Quare
calce abiecistis victimã meã, & munera
mea q̃ præcepi vt offerant' in templo: &
magis honorasti filios tuos q̃ me, vt co
mederetis primitias oĩs sacrificij Israël
30 populi mei? ❡ Propterea ait Dñs Deus Is
raël, ‖ Loquens locutus sum, vt domus — 3. Re. 2. c. 27.
tua, & domus patris tui ministraret in
conspectu meo, vsque in sempiternum.
Nunc autem dicit Dñs, absit hoc à me:
G sed qcunq; honorificauerit me, glorifi
cabo eum: qui aũt cõtẽnunt me, erunt
31 ignobiles. ❡ Ecce dies veniũt & ꝓcĩdam
brachiũ tuum, & brachium dom⁹ pa
32 tris tui, vt nõ sit senex in domo tua. ❡ Et
videbis æmulũ tuũ in tẽplo, in vniuer
sis ꝓsperis Israël, & nõ erit senex in do
33 mo tua oĩbus diebus. ❡ Veruntñ nõ au
ferã penitus virum ex te ab altari meo:
sed vt deficiãt oculi tui, & tabescat aĩa
tua, & pars magna domus tuę morief'
34 cùm ad virilẽ ętatẽ venerit. ❡ Hoc autem
erit tibi signũ quod venturũ est duob⁹
filijs Ophni & Phinees: In die vno mo
35 rientur ambo. ❡ Et suscitabo mihi sacer
dotẽ fidelẽ q iuxta cor meũ, & animam
meã faciet: & ędificabo ei domũ fidelẽ,
& ambulabit coram Christo meo cun
36 ctis dieb⁹. ❡ Futurũ est aũt vt quicunque
remãserit in domo tua, veniat vt oretur
ꝓ eo, & offerat nummũ argenteum, &
tortã panis, dicatque, Dimitte me obse
cro ad vnam partem sacerdotalem, vt
comedam buccellam panis.

CAP. III.

1 PVer autẽ Samuel ministrabat Dño
A corã Heli, & sermo Dñi erat ꝑtio
sus in dieb⁹ illis, non erat visio manife
2 sta.) ❡ Factum est ergo in die quadã, He
li iacebat in loco suo, & oculi eius ca
3 ligauerãt, nec poterat videre ❡ lucernam
Dei antequã extingueret'. Samuel autẽ
dormiebat in templo Dñi vbi erat arca
4 Dei. ❡ Et vocauit Dñs Samuel. Qui rñ
5 dẽs ait, Ecce ego. ❡ Et cucurrit ad Heli, &
dixit, Ecce ego: vocasti enim me. Qui di
xit, Non vocaui *: reuertere, & dormi. — * te fili.
6 Et abijt, & dormiuit. ❡ Et adiecit Dñs
rursum vocare Samuelẽ. Consurgensq;
Samuel abijt ad Heli, & dixit, Ecce e
go: qa vocasti me. Qui rñdit, Nõ vocaui
7 te fili mi, reuertere & dormi. ❡ Porrò Sa
B muel necdum sciebat Dñm, neque re
8 uẽlatus fuerat ei sermo Dñi. ❡ Et adie
cit Dñs, & vocauit adhuc Samuelem ter
9 tiò. Qui consurgens abijt ad Heli, ❡ &
ait, Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit
ergo Heli quia dñs vocaret puerum: &
ait ad Samuelẽ, Vade & dormi: & si de
inceps vocauerit te, dices, Loquere dñe,
quia audit seruus tuus. Abijt ergo Sa
10 muel & dormiuit in loco suo. ❡ Et venit
dñs, & stetit: & vocauit sicut vocauerat
secũdò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel,
Loquere Dñe', qa audit seruus tuus. —1.
11 ❡ Et dixit Dñs ad Samuelẽ, Ecce ego fa
C cio verbũ in Isrl', quod qcunque audie
12 rit, tinniẽt ambæ aures eius. ❡ In die il
la suscitabo aduersum Heli, oĩa q̃ locu
tus sum sup domum eius: incipiã & cõ
13 plebo. ❡ Prędixi enim ei, quod iudicatu
rus essem domum eius in ęternum, pp
iniquitatem, eo ꝙ nouerat indignè age
14 re filios suos, & nõ corripuerit eos. ❡ Id
circo iuraui domui Heli ꝙ non expief'
iniquitas domus eius victimis & mune
15 ribus vsq; in æternũ. ❡ Dormiuit autem
Samuel vsq; mane, aperuitq; ostia do
mus Dñi. Et Samuel timebat indicare
16 visionem Heli. ❡ Vocauit ergo Heli Sa
muelẽ, & dixit, Samuel fili mi? Qui rñ
17 dens ait, Prętò sum. ❡ Et interrogauit
eũ, Quis est sermo quẽ locutus est dñs' —2.
D ad te? oro te ne celaueris me, hęc faciat
tibi Deus, & hæc addat, si absconderis à
me sermonẽ, ex oĩbus verbis quæ dicta
18 sunt tibi. ❡ Indicauit itaque ei Samuel
vniuersos sermones, & non abscondit
ab eo. Et ille rñdit, Dñs est: quod bonũ
19 est in oculis suis faciat. ❡ Creuit autẽ Sa
muel, & Dñs erat cũ eo, & nõ cecidit ex
20 oĩbus verbis eius in terrã. ❡ Et cognouit
vniuersus Israël à Dan, vsq; Bersabee,
21 ꝙ fidelis Samuel ꝓpheta esset Dñi. ❡ Et
addidit Dñs vt appareret in Silo: quo
niam reuelatus fuerat Dñs Samueli in
Silo iuxta verbum Domini. Et euenit
sermo Samuelis vniuerso Israëli.

CAP. IIII.

1 ET factũ est in dieb⁹ illis, conuene —1.
A rũt Philisthijm in pugnam'. Egres
sus est nanq; Isrl' obuiã Philisthijm in
ꝑliũ, & castrametatus est iuxta Lapidẽ
adiutorij. Porrò Philisthijm venerunt
2 in Aphec, ❡ & instruxerunt aciẽ cõtra Is
raël. Inito autem certamine, terga ver
tit Isrl' Philisthęis: & cęsa sunt in illo cer
tamine passim ꝑ agros, quasi quatuor
3 millia virorum. ❡ Et reuersus est ppl's ad
castra, dixeruntq; maiores natu de Isrl':

Quare pcussit nos Dñs hodie corá Phi-
listhijm? afferamus ad nos de Silo arcá
fœderis Dñi, & veniat in mediũ nostri,
vt saluet nos de manu inimicorum no-
4 strorũ. ¶ Misit ergo pp̃ls in Silo & tule-
rũt inde arcá fœderis Dñi exercituũ se-
dentis super cherubim: erãtq; duo filij
Heli cum arca fœderis Dñi, Ophni &
5 Phinees. ¶ Cumq; venisset arca fœderis
B Dñi in castra, vociferatus est oĩs Israël
6 clamore grãdi, & psonuit terra. ¶ Et au-
dierũt Philisthijm vocẽ clamoris, dixe-
rũtq;: Quænã est hæc vox clamoris ma-
gni in castris Hebræorũ? Et cognouerũt
7 q arca Dñi venisset in castra. ¶ Timue-
rũtq; Philisthijm, dicẽtes: Venit Deus
8 in castra. Et ingemuerũt dicentes: ¶ Væ
nobis: nõ enim fuit tãta exultatio heri
& nudiustertius: væ nobis. Quis nos
seruabit de manu deorum sublimium
istorũ? hi sunt dij q pcusserũt Ægyptũ
9 omni plaga, in deserto. ¶ Cõfortamini,
& estote viri, Philisthiim: ne seruiatis
Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis:
10 cõfortamini & bellate. ¶ Pugnauerunt
ergo Philisthiim, & cæsus est Israël, &
fugit vnusquisq; in tabernaculũ suũ: &
facta est plaga magna nimis: & cecide-
runt de Israël triginta millia peditum.
11 ¶ Et arca Dei capta est: duo quoque filij
Heli mortui sunt Ophni & Phinees.
12 ¶ Currẽs aũt vir de Ben-iamin ex acie,
C venit in Silo in die illa, scissa veste, &
13 conspersus puluere caput. ¶ Cumq; ille
venisset, Heli sedebat sup sellã contra
viã *expectãs'. Erat enim cor eius pauẽs *spectans 2.
p arca Dei. Vir aũt ille postq̃ ingressus
est, nuntiauit vrbi: & vlulauit oĩs ciui-
14 tas. ¶ Et audiuit Heli sonitũ clamoris,
dixitq;: Quis est hic sonitus tumultus
huius? At ille festinauit, & venit, & nũ-
15 tiauit Heli. ¶ Heli autẽ erat nonaginta
& octo annorũ, & oculi eius caligaue-
16 rãt & videre nõ poterat. ¶ Et dixit ad He-
li: Ego sum qui veni de p̃lio, & ego q de
acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actũ
17 est fili mi? ¶ Rñdẽs aũt ille q nũtiabat:
Fugit, inquit, Israël corã Philisthiim, &
ruina magna facta est in pp̃lo: insuper
& duo filij tui mortui sunt, Ophni &
18 Phinees: & arca Dei capta est. ¶ Cumq;
D ille nõasset arcam Dei, cecidit de sella
retrorsum iuxta ostiũ, & fractis ceruici-
bus mortuus est. Senex enim erat vir &
grãdæuus: & ipse iudicauit Isrl̃ quadra-
19 ginta annis. ¶ Nurus autem eius vxor
Phinees, p̃gnans erat. vicinaq; partui,
& audito nũtio q capta esset arca Dei,
& mortuus esset socer suus & vir suus,
incuruauit se & peperit, irruerant enim
20 in eam dolores subiti. ¶ In ipso autẽ mo-
mento mortis eius, dixerunt ei q stabãt
circa eã: Ne timeas quia filiũ peperisti.
Quæ nõ rñdit eis, neque animaduertit.
21 ¶ Et vocauit puerum, I-chabod, dicens: *Dñi.
Trãslata est gloria *de Israël, quia capta
est arca Dei, & pro socero suo, & p viro *Et 4.
22 suo. ¶ * Ait: Translata est gloria ab Is-
raël, eo quod capta esset arca Dei.

CAP. V.

1 PHilisthiim autẽ tulerunt arcã Dei,
A & asportauerunt eã à Lapide-adiu-
2 torij in Azotũ. ¶ Tulerũtq; Philisthiim
arcã Dei, & intulerũt eã in tẽplũ Dagõ,
3 & statuerunt eã iuxta Dagon. ¶ Cũq; sur-
rexissent diluculo Azotij altera die, ec-
ce Dagon iacebat pnus in terra ante ar-
cã Dñi: & tulerunt Dagõ, & restituerũt
4 eũ in locum suũ. ¶ Rursumq; manè die
altera cõsurgẽtes inuenerũt Dagõ iacen-
tẽ sup faciẽ suã in terra corã arca Dñi: ca-
put aũt Dagõ, & duæ palmæ manuum
5 eius abscissæ erant sup limẽ. ¶ porrò Da-
B gon solus truncus remanserat in loco
suo. Propter hanc causam nõ calcãt sa-
cerdotes Dagõ, & oẽs q ingrediunt tem-
plũ eius, sup limẽ Dagon in Azoto, vsq;
6 in hodiernũ diẽ. ¶ Aggrauata est autem
manus Dñi sup Azotios, & demolitus |Psal 77 g 66.
est eos: ¶ & percussit in secretiori parte -6.
natiũ Azotũ, & fines eius. - Et ebullie-
rũt villę & agri in medio regionis illius,
& nati sunt mures, & facta est confusio
7 mortis magnę i ciuitate.' ¶ Vidẽtes aũt
viri Azotij huiuscemodi plagam, dixe-
rũt: Nõ maneat arca Dei Isrl̃ apud nos:
qm̃ dura est manus eius super nos, &
8 sup Dagõ deũ nostrũ. ¶ Et mittentes con-
gregauerunt oẽs satrapas Philisthinorũ
C ad se, & dixerunt: Quid faciemus de ar-
ca Dei Isrl̃? Rñderũtq; Gethęi, Circũdu-
cat arca Dei Isrl̃. Et circunduxerũt arcã
9 Dei Isrl̃. ¶ Illis aũt circunducentibus eã:
fiebat manus Dñi p singulas ciuitates
interfectionis magnæ nimis: & percu-
tiebat viros vniuscuiusq; vrbis, a paruo
vsq; ad maiorẽ, & cõputrescebant pmi-
nentes extales eorũ. - Inierũtq; Gethæi -4.
cõsiliũ, & fecerunt sibi sedes pelliceas'.
10 ¶ Miserũt ergo arcã Dei in Accarõ. Cũq;

D venisset arca Dei in Accarõ, exclama-
uerũt Accaronitæ, dicẽtes: Adduxerunt
ad nos arcã Dei Israël, vt interficiat nos
11 & pplm nostrũ. ¶ Miserunt itaq; & con
gregauerũt oẽs satrapas Philisthinorũ:
q dixerũt: Dimittite arcã Dei Israël, * & ʾ
reuertat in locum suũ, & nõ interficiat
nos cũ pplo nostro. Fiebat enim pauor
mortis in singulis vrbibus, & grauissi-
12 ma valde manus Dei. ¶ viri quoque qui
mortui nõ fuerãt, pcutiebant in secre-
tiori parte natium: & ascendebat vlu-
latus vniuscuiusq; ciuitatis in cęlum.

CAP. VI.

1 FVit ergo arca Dñi in regione Phili-
A sthinorũ septẽ mensibus. ¶ Et * voca-
2 uerunt Philisthijm sacerdotes & diui-
nos dicẽtes: Quid faciem de arca Dñi?
indicate nobis quomodo remittamus
3 eã in locum suũ. Qui dixerunt. ¶ Si re-
mittitis arcã Dei Israël, nolite dimitte-
re eam vacuã, sed quod debetis, reddi-
te ei p pctõ, & tunc curabimini: & scie-
tis quare nõ recedat manus eius à vobis.
4 ¶ Qui dixerũt: Quid est quod p delicto
reddere debeamus ei? Rñderuntq; illi:
5 ¶ Iuxta numerũ prouinciarũ Philisthi-
norũ quinq; anos aureos facietis, & qn
que mures aureos: quia plaga vna fuit
oĩbus vobis, & satrapis vestris. Facietisq;
similitudines anorũ vestrorũ, & simi-
litudines murium q demoliti sunt ter-
rã, & dabitis Deo Israël gloriã: si forte
releuet manũ suã à vobis, & à diis vris,
6 & à terra vestra. ¶ Quare aggrauatis cor-
da vestra, sicut aggrauauit Ægyptus, &
Pharao cor suum? ‖ nõnne postquã per-
B cussus est, tunc dimisit eo, & abierũt?
7 ¶ Nũc ergo arripite & facite plaustrum
nouum vnum: & duas vaccas fœtas, q-
bus nõ est impositum iugũ, iungite in
plaustro, & recludite vitulos earum do
8 mi. ¶ Tolletisq; arcã dñi & ponetis in
plaustro, & vasa aurea q exoluistis ei
p delicto, ponetis in capsellã ad latus
9 eius: & dimittite eã vt vadat. ¶ Et aspicie
tis: & siqdẽ p viam finiũ suorũ ascẽde-
rit contra Beth-sames, ipse fecit nobis
hoc malũ grãde: sin autẽ minime, scie-
mus quia nequaquã manus eius teti-
10 git nos, sed casu accidit. ¶ Fecerũt ergo
illi hoc modo: & tollẽtes duas vaccas q
lactabãt vitulos, iunxerũt ad plaustrũ,
11 vitulosq; earũ concluserunt domi. ¶ Et
posuerũt arcã Dei sup plaustrum, & ca
psellã q habebat mures aureos & simili
12 tudinẽ anorũ. ¶ Ibãt autẽ in directum
C vaccæ p viã q ducit Beth-sames, & itine
re vno gradiebant, pgẽtes, & mugiẽtes:
& nõ declinabãt neq; ad dextram neq;
ad sinistram, sed & satrapæ Philisthiim
sequebantur vsq; ad terminos Beth-sa-
13 mes. ¶ Porrò Beth-samitæ metebant tri-
ticũ in valle: & eleuantes oculos suos,
viderunt arcã, & gauisi sunt cùm vidis-
14 sent. ¶ Et plaustrũ venit in agrum Iosue
Beth-samitæ, & stetit ibi. Erat autẽ ibi
lapis magnus, & cõciderũt ligna plau-
stri, vaccasq; imposuerũt sup ea holo-
15 caustũ Dño. ¶ Leuitæ autẽ deposuerunt
arcã Dei, & capsellã q erat iuxta eã, in
qua erãt vasa aurea, & posuerũt sup la-
pidẽ grãdẽ. Viri aũt Beth-samitæ obtu-
lerũt holocausta, & immolauerũt victi
16 mas in die illa Dño. ¶ Et quinq; satrapę
D Philisthinorũ viderũt, & reuersi sunt i
17 Accaron i die illa. ¶ Hi sunt aũt ani au-
rei quos reddiderũt Philisthijm p deli-
cto Dño, Azotus vnũ, Gaza vnũ, Asca-
18 lon vnũ, Geth vnũ, Accaron vnum: ¶ &
mures aureos s'm numerũ vrbium Phi
listhijm, quinq; puinciarum, ab vrbe
murata, vsq; ad villã q erat absq; mu-
ro, & vsq; ad Abel-magnum, super quẽ
posuerũt arcã Dñi q erat vsq; in die il-
19 la in agro Iosue Beth-samitis. ¶ Percus-
sit aũt * de viris Beth-samitibus, eo q vi-
dissent arcam dñi: & pcussit de pplo se-
ptuaginta viros, & qnquaginta millia
plebis. Luxitq; ppls, eo q Dñs pcussis-
20 set plebẽ plaga magna. ¶ Et dixerũt viri
Beth-samitę, Quis poterit stare in con-
spectu Dñi Dei sancti huius? & ad quẽ
21 ascẽdet à nobis? ¶ Miseruntq; nũtios ad
habitatores Cariath-iarim, dicẽtes: Re-
duxerunt Philisthijm arcam Dñi, de-
scendite, & * reducite ʾ eam ad vos.

CAP. VII.

1 VEnerũt ergo viri Cariath-iarim, &
A reduxerũt arcã Dñi, & intulerunt
eam in domum Abinadab in Gabaa.
Eleazarum autem filium eius sanctifi-
2 cauerũt, vt custodiret arcã Dñi. ¶ Et fa-
ctũ est ex qua die mansit arca Dñi in
Cariath-iarim, multiplicati sunt dies,
erat quippe iã annus vicesimus: & reqe
3 uit oĩs domus Israël post dñm. ¶ Ait aũt
Samuel ad vniuersam domũ Israël, di-
cens, Si i toto corde vro reuertimini ad
dñm, auferte deos alienos de medio ve

Margin notes: * vt 2. — * post hęc — ‖ Exo. 12. d. 31. — * Dño. — * ducite.

–5. stri,-Baalim'& Astaroth : & præparate
¶Deut.6. c.13. Matt. 4. b.18. corda vestra dño, ‖ & seruite ei soli, &
4 eruet vos de manu Philisthijm. ¶Abstu-
lerunt ergo filij Israël Baalim & Asta-
5 roth, & seruierũt dño soli. ¶Dixit autẽ
B Samuel, cõgregate vniuersum Israël in
6 Masphath, vt orẽ ꝑ vobis Dñm. ¶Et cõ-
uenerũt ĩ Masphath: hauserũtq; aquã,
& effuderũt in cõspectu Dñi, & ieiuna-
uerũt in die illa, atq; dixerunt ibi, Pec-
cauimus Dño. Iudicauitq; Samuel fi-
7 lios Israël in Masphath. ¶Et audierunt
Philisthijm ꝙ cõgregati essent filij Isr̃
in Masphath, & ascẽderũt satrapæ Phi-
listhinorũ ad Israël. Quod cũ audissent
filij Israel, timueruntq; à facie Phili-
8 sthinorum. ¶Dixerũtq; ad Samuelẽ, Ne
cesses pro nobis clamare ad dñm Deũ
nr̃m, vt saluet nos de manu Philisthi-
9 norũ. ¶Tulit aũt Samuel agnũ lactentẽ
C vnũ, & obtulit illũ holocaustũ integrũ
Dño: & clamauit Samuel ad Dñm pro
10 Israël, & exaudiuit eũ dñs. ¶Factum est
autẽ, cùm Samuel offerret holocaustũ.
Philisthijm iniêre ꝑlium contra Israël:
intonuit aũt Dñs fragore magno in die
illa sup Philisthijm, & exterruit eos, &
11 cesi sunt à filijs Israël. ¶Egressiq; viri Is-
Eccl. 46. d.22. raël de Masphath persecuti sunt Phili-
sthæos & ꝑcusserũt eos vsq; ad locũ q
12 erat subter Beth-char: ¶Tulit autẽ Sa-
muel lapidẽ vnũ, & posuit eũ inter Ma
sphath & inter Sen: & vocauit nomen
*Dñs *loci illius', Lapis-adiutorij. Dixitque:
13 Hucusq; auxiliatus est nobis Dñs. ¶Et
humiliati sunt Philisthijm, nec appo-
D suerũt vltrà vt venirẽt in terminos Is-
raël: facta est itaq; man⁹ Dñi sup Phi-
14 listhæos, cũctis dieb⁹ Samuelis. ¶Et red
ditæ sunt vrbes quas tulerãt Philisthi-
im ab Isr̃ Israëli, ab Accarõ vsq; Geth,
& terminos suos: liberauitq; Israël de
manu Philisthinorũ, eratq; pax inter
15 Israël & Amorrhæũ. ¶Iudicabat quoq;
Samuel Israëlem cũctis dieb⁹ vitæ suæ:
16 ¶& ibat ꝑ singulos annos circuiẽs Beth-
el & Galgala & Masphath, & iudicabat
17 Israëlem in supradictis locis. ¶Reuerte-
baturq; in Ramatha. ibi enim erat do-
mus eius, & ibi iudicabat Israëlem: ędi
ficauit etiam ibi altare Domino.

CAP. VIII.

1 A FActũ est autẽ cum senuisset Samuel,
posuit filios suos iudices sup Israel.
2 ¶Fuitq̃ nomẽ filij ei⁹ primogeniti Ioel:
& nomẽ secũdi Abia, iudicũ in Ber-sa-
3 bee. ¶Et nõ ambulauerũt filij illius in
vijs eius: sed declinauerunt post auari-
tiã, acceperũtq; munera, & peruerterunt
4 iudiciũ. ¶Cõgregati ergo vniuersi ma-
iores natu Isr̃, venerũt ad Samuelẽ in
5 Ramátha. ¶Dixerũtq; ei, Ecce tu senui-
sti, & filij tui non ambulãt in viis tuis:
‖constitue nobis regẽ, vt iudicet nos, si- ‖Osee 9. b.14.13. c.10. Act 13. c.21.
6 cut & vniuersæ habẽt nationes. ¶Displi-
cuitq; sermo in oculis Samuelis, eò ꝙ
B dixissent: Da nobis Regem, vt iudicet
7 nos. Et orauit Samuel ad Dñm. ¶Dixit
aũt dñs ad Samuelẽ: Audi vocẽ ppl̃i in
oĩbus q̃ loquunt̃ tibi: nõ enim te abie-
8 cerũt: sed me, ne regnẽ sup eos. ¶Iuxta
oĩa opera sua, q̃ fecerũt à die qua edux
xi eos de Ægypto vsq; ad diẽ hãc: sicut
dereliquerũt me, & seruierũt dijs alie-
9 nis, sic faciũt etiã tibi. ¶Nũc ergo vocẽ
eorũ audi: verũtñ cõtestare eos, & ꝑdic
eis ius regis qui regnaturus est sup eos.
10 ¶Dixit itaq; Samuel oĩa verba Dñi ad
11 ppl̃m q petierat à se Regẽ, ¶& ait: Hoc
erit ius regis q imperaturus est vobis.
C Filios vr̃os tollet, & ponet in curribus
suis, facietq; sibi equites & ꝑcursores
12 quadrigarũ suarũ, ¶& cõstituet sibi tri-
bunos & cẽturiones, & aratores agrorũ
suorũ & messores segetũ, & fabros ar-
13 morũ & curruũ suorũ. ¶Filias quoq; ve
stras faciet sibi vnguẽtarias & focarias
14 & panificas. ¶Agros quoque vr̃os, & vi-
neas & olíueta optima tollet & dabit
15 seruis suis. ¶Sed & segetes vr̃as & vinea
rũ redditus addecimabit, vt det eunu-
16 chis & famulis suis. ¶Seruos ẽt vr̃os, &
D ancillas, & iuuenes optimos, & asinos
17 auferet, & ponet in opere suo. ¶Greges- –4.
quoq;' vr̃os addecimabit, vosq; eritis ei
18 serui. ¶Et clamabitis in die illa, à facie
regis vr̃i quẽ elegistis vobis: & nõ exau-
diet vos Dñs in die illa, –quia petistis –7.
19 vobis regẽ. ¶Noluit aũt populus audire
vocẽ Samuelis, sed dixerũt: Nequaquã.
20 Rex enim erit super nos, ¶& erim⁹ nos
quoq; sicut oẽs gentes: & iudicabit nos
Rex noster, & egrediet̃ ante nos, & pu-
21 gnabit bella nostra ꝑ nobis. ¶Et audi-
uit Samuel oĩa verba populi, & loqu-
22 tus est ea in auribus domini. ¶Dixit au
tem Dominus ad Samuelem: Audi vo-
cem eorum, & constitue super eos Re-
gem. Et ait Samuel ad viros Israël: Va-
dat vnusquisque in ciuitatem suam.

CAP. IX.

1 ET erat vir de Ben-iamin noīe Cis, fi
A lius Abi-el, filij Seor, filij Bechora
th, *filij Aphia, filij viri Iemini, fortis ro *Filij Sareth.
2 bore. ¶ Et erat ei fili⁹ vocabulo Saul, ele
ctus & bon⁹: & nō erat vir đ filijs Israël
melior illo, ab humero & sursū emine
3 bat sup oēm ppl̄m. ¶ Perierāt aūt asinæ
Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filiū
suū: Tolle tecū vnū de pueris, & cōsur-
gens vade, & q̄re asinas. Qui cū transis
4 sent p montē Ephraim, ¶ & p Terrā-Sa-
lisa, & nō inuenissent, trāsierunt etiam
per terrā-Salim, & nō erant: sed & p ter
5 rā-Iemini, & minimè repererūt. ¶ Cùm
aūt venissent ī Terrā-Suph *, dixit Saul *& non inuenissent 7.
ad puerū *q erat cū eo: Veni & reuerta- *suū 6.
mur, ne fortè dimiserit pr̄ me⁹ asinas,
6 & solicitus sit p nobis. ¶ Qui ait ei: Ecce
vir Dei est ī ciuitate hac, vir nobilis: oē
qđ loquit̄, sine ambiguitate venit. nūc
ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis
7 de via nr̄a ppter quā venimus. ¶ Dixitq;
B Saul ad puerū suū: Ecce ibimus: q̄d fe-
rem⁹ ad virū Dei? panis defecit in cistar
tijs nr̄is: & sportulā nō habemus vt de
8 mus hoī Dei, nec quicquā aliud. ¶ Rur-
sum puer r̄ndit Sauli, & ait: Ecce inuē-
ta est in manu mea quarta pars stateris
argenti: demus hoī Dei, vt indicet no-
9 bis viā nostrā. ¶ (Olim ī Israël sic loque
bat̄ vnusquisq;, vadēs cōsulere Deū: Ve
nite, & eamus ad Videntē. Qui enī pro
pheta dr̄ hodie, vocabat̄ olim Vidēs.)
10 ¶ Et dixit Saul ad puerū suū: Optim⁹ ser
mo tuus, Veni eam⁹. Et ierūt in ciuitatē
11 ī qua erat vir Dei. ¶ Cūq; ascenderēt cli
uū ciuitatis, inuenerūt puellas egrediē-
tes ad hauriendā aquā, & dixerunt eis:
12 Num hic est Vidēs? ¶ Quæ r̄ndentes di-
xerunt illis: Hic est, ecce ante te festina
nunc, hodie enim venit in ciuitatē, q̄a
sacrificiū est hodie ˈpopuliˈ in excelso. *populo 2.
13 ¶ Ingrediētes vrbē, statim inuenietis eū
antequā ascendat excelsum ad vescen-
dū, neq; enim comesturus est populus
donec ille veniat, q̄a ipse benedicet ho
stię, & deinceps comedēt q vocati sunt.
Nūc ergo conscēdite, q̄a hodie reperie-
14 tis eū. ¶ Et ascenderūt in ciuitatē. Cūq;
illi ambularent in medio vrbis, appa-
ruit Samuel egrediēs obuiā eis, vt ascē-
15 deret ī excelsū. ¶ (‖Dn̄s aūt reuelauerat ‖Act. 13. c. 21.
auriculā Samuelis, ante vnam diem q̄
16 veniret Saul, dicēs, ¶ Hac ipsa hora, quę
C nūc est, cras mittā virū ad te de Terra-
Ben-iamin, & vnges eū ducē sup ppl̄m
meū Israël: & saluabit populū meū de
manu Philisthinorū: q̄a respexi popu-
lū meū, venit enī clamor eorū ad me.)
17 ¶ Cumq; aspexisset Samuel Saulē, Dn̄s
dixit ei: Ecce vir quē dixerā tibi, iste do
18 minabitur populo meo. ¶ Accessit autē
Saul ad Samuelē in medio portę & ait:
Indica, oro, mihi, vbi est domus Viden
19 tis. ¶ Et respondit Samuel Sauli dicens:
Ego sum Vidēs, ascēde ante me in ex-
celsum, vt comedatis mecū hodie, & di
mittam te mane: & oīa q̄ sunt in corde
20 tuo, īdicabo tibi. ¶ Et de asinis quas nu
diustertius pdidisti, ne solicitus sis, q̄a
inuentę sunt. Et cui⁹ erūt optima queq;
Israël? nōnne tibi & oī domui pr̄is tui?
21 ¶ Respōdens aūt Saul ait: Nūquid non
fili⁹ Iemini ego sum, de minima tribu
Israël, & cognatio mea nouissima inter
oēs familias de tribu Ben-iamin? qua-
re ergo loquutus es mihi sermonē istū?
22 ¶ Assumens itaq; Samuel Saulē & pue-
D rū eius, introduxit eos in triclinium, &
dedit eis locū in capite eorū qui fuerāt
inuitati. erant enim quasi triginta viri.
23 ¶ Dixitq; Samuel coco: Da partē quam
dedi tibi, & pręcepi vt reponeres seorsū
24 apud te. ¶ Leuauit aūt cocus armum, &
posuit ante Saul. Dixitq; Samuel: Ecce
quod remāsit pone ante te, & comede:
quia de industria seruatū est tibi, quā-
do populū vocaui. Et comēdit Saul cū
25 Samuele in die illa. ¶ Et descenderūt de
excelso in oppidū, & loquutus est cum
Saule in solario: –strauitq; Saul in so- –5.
26 lario, & dormiuitˈ. ¶ Cumq; mane sur-
rexissent, & iam elucesceret, vocauit Sa
muel Saulē in solario dicēs: Surge, *vtˈ *& 1.
dimittam te. Et surrexit Saul: egressiq;
sunt ambo: ipse videlicet & Samuel.
27 ¶ Cūq; descenderēt in extrema parte ci-
uitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero
vt antecedat nos, & trāseat tu aūt sub-
siste paulisper, vt indicē tibi verbū dn̄i.

CAP. X.

1 TVlit autē Samuel lenticulā olei,
A & effudit sup caput ei⁹, & deoscu-
latus est eū, & ait ‖Ecce vnxit te Dn̄s su ‖Act. 13. c. 21. Osee 9. d. 15.
per hr̄ditatē suā in principē, – & libera-
bis ppl̄m suū de manib⁹ inimicorū ei⁹
qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi si- –5.
2 gnū, q̄a vnxit te Deus in principēˈ. ¶ Cū
abieris hodie à me inuenies duos vi-

ros iuxta sepulchrũ Rachel in finibus
Ben-iamin in meridie, dicẽtq; tibi: In-
ventæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirẽ-
das: & intermissis pr̃ tuus asinis solicit⁹
est ꝓ vobis, & dicit: Quid faciã de filio
3 meo? ¶Cumq; abieris inde, & vltra trã-
sieris, & veneris ad quercũ Thabor, in-
uenient te ibi tres viri ascendentes ad
Deũ in Beth-el, vnus portans tres hœ-
dos, & alius tres tortas panis, & alius
4 portans lagenã vini. ¶Cumq; te saluta-
uerint, dabunt tibi duos panes, & acci-
5 pies de manu eorũ. ¶ Post hęc venies in
collẽ Dei, vbi est statio Philisthinorum
& cùm ingressus fueris ibi vrbẽ, obuiã
habebis gregem prophetarum descen-
dentiũ de excelso, & ante eos psalteriũ
& tympanũ, & tibiã, & cytharã: ipsosq;
6 prophetantes. ¶ Et insiliet in te spiritus
B Dñi, & ꝓphetabis cũ eis, & mutaberis
7 in virũ aliũ. ¶Qñ ergo euenerint signa
hęc oĩa tibi, fac quęcũq; inuenerit ma-
8 nus tua, qa Dñs tecũ est. ¶ Et descendes
ante me i Galgala: (ego qppe descendã
ad te) vt offeras oblationẽ, & immoles
victimas pacificas, Septẽ dieb⁹ expecta-
bis donec veniã ad te, & ostendam tibi
9 qd facias. ¶ Itaq; cũ auertisset humerũ
suũ vt abiret à Samuele, immutauit ei
De⁹ cor aliud, & venerũt oĩa signa hęc
10 in die illa. ¶Venerũtq; ad ꝑdictum col
lem, & ecce cuneus ꝓphetarũ obuius
ei: & insiluit sup eũ spiritus Dñi, & ꝓ-
11 phetauit in medio eorũ. ¶Vidẽtes autẽ
oẽs q nouerãt eũ heri & nudiustertius,
C ꝙ esset cũ prophetis, & prophetaret, di-
xerunt ad inuicẽ: Quænã res accidit fi-
12 lio Cis? nũ & Saul inter ꝓphetas? ¶ Rñ-
ditq; alius ad alterum dicens: Et *quis
pr̃ *eius? Propterea versum est in ꝓuer-
biũ: NVM ET SAVL INTER PRO-
13 PHETAS? ¶Cessauit autẽ ꝓphetare, &
14 venit ad excelsum. ¶ Dixitque patruus
Saul ad eũ, & ad puerũ eius, ‖Quò abi-
stis? Qui rñderũt: Quærere asinas, quas
quũ nõ reperissem⁹, venim⁹ ad Samue-
15 lẽ. ¶Et dixit ei patruus su⁹, Indica mihi
16 qd dixerit tibi Samuel: ¶Et ait Saul ad
patruũ suũ: Indicauit nobis qa inuentę
essent asinę. De sermone aũt regni nõ
indicauit ei quẽ loquutus fuerat ei Sa-
17 muel. ¶ Et conuocauit Samuel ppl̃m ad
18 Dñm i Masphat, ¶& ait ad filios Israël:
Hæc dicit dñs De⁹ Isrl̃: Ego eduxi Israël
de Ægypto, & erui vos de manu Ægy-

* Cis pater ei. *illi. *eorum. ‖ Inf. 19 d 24.

ptiorũ, & de manu oĩum regũ q affligẽ
19 bãt vos. ¶ Vos aũt hodie ꝓiecistis Deũ
vr̃m, q solus saluauit vos de vniuersis
malis & tribulationib⁹ vr̃is, & dixistis:
D Nequaquã, sed regẽ cõstitue sup nos.
Nũc ergo state corã dño p trib⁹ vr̃as, &
20 per familias. ¶ Et applicuit Samuel oẽs
tribus Israël, & cecidit sors tribus Ben-
21 iamin. ¶Et applicuit tribũ Bẽ-iamin &
cognationes ei⁹, & cecidit cognatio Me
tri, & peruenit vsq; ad Saul filium Cis.
Quęsierũt ergo eũ, & non est inuẽtus*. *illic.
22 ¶Et cõsuluerunt post hęc Dñm vtrum-
nã venturus esset illuc. Rñditq; Dñs, Ec
23 ce absconditus est domi. ¶ Cucurrerunt
itaq; & tulerũt eũ inde: stetitq; in me-
dio populi: & altior fuit vniuerso ppl̃o
24 ab humero & sursum. ¶ Et ait Samuel
ad omnem populũ: Certè videtis quem
elegit Dñs, qm̃ non sit similis illi in o-
mni populo. Et clamauit omnis popu-
25 lus, & ait: ‖ Viuat rex. ¶Loquutus est ‖Sup. 8. c. 12.
autem Samuel ad populũ legem regni,
& scripsit in libro, & reposuit corã do-
mino: & dimisit Samuel omnem po-
26 pulũ, singulos in domum suam. ¶ Sed
& Saul abijt in domũ suam in Gabaa:
& abijt cum eo pars exercitus, quorum
27 tetigerat Deus corda. ¶ Filij verò Belial
dixerũt: Num saluare nos poterit iste? Inf. 11. c. 12.
Et despexerũt eũ, & nõ attulerũt ei mu
nera: ille verò dissimulabat se audire.

CAP. XI.

1 ET factum est quasi post mensem,
A ascendit Naas Ammonites, & pu-
gnare cœpit aduersum Iabes-Galaad. Di
xerũtq; oẽs viri Iabes ad Naas, Habeto
2 nos fœderatos, & seruiemus tibi. ¶ Et
rũdit ad eos Naas Ammonites: In hoc
feriam vobiscũ fœdus, vt eruam oĩum
vrm oculos dextros, ponamq; vos op-
3 probriũ in vniuerso Israël. ¶ Et dixerũt
ad eum seniores Iabes: Concede nobis
septem dies, vt mittamus nuntios ad
vniuersos terminos Isrl̃: & si non fuerit
4 q defendat nos, egrediemur ad te. ¶Ve-
B nerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis: &
locuti sunt verba hæc audiẽte ppl̃o: &
leuauit omnis ppl̃s vocem suã & fleuit.
5 ¶Et ecce Saul veniebat, sequens boues
de agro, & ait: Quid habet ppl̃s quòd
plorat? Et narrauerunt ei verba virorũ
6 Iabes. ¶Et insiluit spiritus Dñi in Saul,
cũ audisset verba hæc, & iratus est fu-
7 ror eius nimis. ¶ Et assumens vtrunque

bouem, cõcidit in frusta, misitq; in oẽs
terminos Israël p manũ nuntiorũ, di-
cens: Quicunq; nõ exierit & sequutus
fuerit Saul & Samuel, sic fiet bob⁹ eius.
Inuasit ergo timor Dñi pplm, & egressi
8 sunt quasi vir vnus. Et recẽsuit eos in
C Bezec: fueruntq; filiorũ Isrl trecẽta mil
lia: virorũ autem Iuda triginta millia.
9 Et dixerũt nũtijs q venerant: Sic dice-
tis viris qui sunt in Iabes-Galaad: Cras
erit vobis salus cùm incaluerit sol. Ve-
nerũt ergo nuntij, & annũtiauerũt vi-
10 ris Iabes: qui lætati sunt. Et dixerunt:
Manè exibimus ad vos: & facietis no-
11 bis oẽ quod placuerit vobis. Et factũ
est, cùm dies crastin⁹ venisset, cõstituit
Saul pplm i tres partes: & ingressus est
media castra in vigilia matutina, &
percussit Ammon vsq; dũ incalesceret
dies: reliqui autem dispersi sunt, ita vt
non relinquerentur in eis duo pariter.
12 Et ait ppls ad Samuelẽ: Quis est iste
D q dixit: Saul num regnabit sup nos?
13 Date viros: & interficiemus eos. Et ait
Saul: Non occidet quisquã in die hac,
quia hodie fecit Dñs salutem in Israël.
14 Dixit autẽ Samuel ad pplm: Venite,
& eamus in Galgala, & innouemus ibi
15 regnũ. Et perrexit oĩs ppls in Galgala,
& fecerunt ibi regem Saul coram Dño
in Galgala, & immolauerunt ibi victi-
mas pacificas corã Dño. Et lætatus est
ibi Saul, & cuncti viri Israël nimis.

Sup. 10, d. 27.

CAP. XII.

1 Dixit aũt Samuel ad vniuersum Is-
A raël, Ecce audiui vocẽ vestrã iuxta
omnia quę locuti estis ad me, & consti
2 tui sup vos regem. Et nũc rex graditur
ante vos: ego aũt senui & incanui, por-
rò filij mei vobiscũ sunt: itaq; cõuersa-
tus corã vobis ab adolescẽtia mea vsq;
3 ad hanc diẽ, ecce p̃sto sum. Loquimi-
ni de me corã Dño, & corã Chro eius,
vtrũ bouẽ cuiusquã tulerim aut asinũ,
si quẽpiã calũniatus sum, si oppressi ali
quem, si de manu cuiusquã munus ac-
cepi: & cõtemnã illud hodie, restituãq;
4 vobis. Et dixerunt: Nõ es calumniatus
nos, neq; oppressisti, neq; tulisti de ma
5 nu alicuius quippiam. Dixitq; ad eos:
Testis est Dñs aduersum vos, & testis
Chrs eius in die hac, quia nõ inueneri-
tis in manu mea quippiã. Et dixerunt:
6 Testis. Et ait Samuel ad pplm: Dñs q
B fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres

Eccl. 46 d. 21.

7 nros de terra Ægypti, adest. Nũc er-
go state, vt iudicio contendã aduersum
vos corã Dño de omnib⁹ misericordijs
Dñi, quas fecit vobiscũ, & cum prĩbus
8 vris: Quomodo Iacob ingressus est in
Ægyptũ, & clamauerũt patres vestri ad
dñm: & misit Dñs Moysen & Aaron, &
eduxit p̃res vr̃os de Ægypto, & colloca-
9 uit eos in loco hoc. Qui obliti sunt Dñi
Dei sui, & tradidit eos in manu Sisaræ
magistri militię* Hasor, & in manu Phi
listhinorũ, & in manu regis Moab, &
10 pugnauerũt aduersum eos. Postea aũt
clamauerũt ad Dñm, & dixerũt: Pecca-
uimus, qa dereliquim⁹ Dñm, & seruiui
mus Baalim & Astaroth: nũc ergo erue
nos de manu inimicorũ nostrorum, &
11 seruiemus tibi. Et misit Dñs Ierobaal
& *Badã & Sãson, & Barac, & Iephte,
& Samuel, & eruit vos de manu inimi
corum vestrorũ per circuitũ, & habita-
12 stis confidenter. Videntes aũt q Naas,
C rex filiorũ Ammon, venisset aduersum
vos dixistis mihi: Nequaquam, sed rex
imperabit nobis: cùm Dñs De⁹ vester
13 regnaret in vobis: Nũc ergo pręsto est
rex vester, quem elegistis & petistis: ec-
14 ce dedit vobis dñs regem. Si timueritis
dñm, & serulentis ei, & audieritis vocẽ
eius, & non exasperaueritis os domini,
eritis & vos, & rex qui imperat vobis se
15 quentes dñm Deum vestrum: si autẽ
non audieritis vocem Dñi, sed exaspe-
raueritis sermones eius, erit manus dñi
16 super vos, & super patres vestros. Sed
& nunc state & videte rem istam gran
dẽ, quam facturus est dñs in conspectu
17 vestro. Nunqd nõ messis tritici est ho-
die? inuocabo dñm, & dabit voces &
pluuias: & scietis & videbitis quia grã-
de malum feceritis vobis in conspectu
18 domini, petentes super vos regem. Et
clamauit Samuel ad dominũ, & dedit
19 dñs voces & pluuias in illa die. Et ti-
D muit oĩs popul⁹ nimis dñm & Samue-
lem. Et dixit vniuersus populus ad Sa-
muelem: Ora pro seruis tuis ad dñm
Deum tuum, vt nõ moriamur. addidi-
mus enim vniuersis peccatis nr̃is ma-
20 lum vt peteremus nobis regem. Dixit
aũt Samuel ad populum: Nolite time-
re, vos fecistis vniuersum malum hoc:
veruntamẽ nolite recedere à tergo dñi,
sed seruite dño in omni corde vestro.
21 Et nolite declinare post vana, quæ nõ

Gen. 46. a. 5.

Iudic. 4. a. 2.

*regis.

*Badã & Barac.

proderunt

proderunt vobis, neq; eruent vos, quia
22 vana sunt. Et non derelinquet dñs po
pulum suum, pp nomé suum magnũ:
quia iurauit dñs facere vos sibi popu-
23 lum. Absit aũt à me hoc peccatum in
dño, vt cessem orare pro vobis, & doce
24 bo vos viam bonam & rectam. Igitur
timete dñm, & seruite ei in veritate & ex toto corde vestro. vidistis enim ma-
25 gnifica, quæ in vobis gesserit. Quòd si
perseueraueritis in malitia: & vos &
Rex vester pariter peribitis.

CAP. XIII.

1 A Filius vnius anni erat Saul cũ regna-
re cœpisset: duobus aũt annis regna-
2 uit super Israël. Et elegit sibi Saul tria
millia de Israël: & erant cum Saul duo
millia in Machmas, & ĩ mõte Beth-el:
mille aũt cum Ionatha in Gabaa Ben-
iamin. porrò cęterũ pplm remisit vnũ-
3 quéq; in tabernacula sua. Et percussit
Ionathas stationé Philisthinorũ, quæ
erat in Gabaa. Quod cũ audissent Phili
sthiim, Saul cecinit buccina ĩ oĩ terra,
4 dicens, Audiant Hebræi. Et vniuersus
Israël audiuit huiuscemodi famã. Per-
cussit Saul stationem Philisthinorum:
& erexit se Israël aduersus Philisthijm.
Clamauit ergo pplš post Saul in Galga
5 la. Et Philisthiim congregati sunt ad
pliandũ contra Israël, triginta millia
curruum, & sex millia equitũ, & reli-
quum vulgus sicut arena q̃ est in litore
maris plurima. Et ascendentes castra-
metati sunt in Machmas ad orientem
6 Beth-áuen. Quod cũ vidissent viri Is-
B raël se in arcto positos (afflictus enim
erat pplš) absconderũt se in spelũcis, &
in abditis: ĩ petris quoq;, & in antris, &
7 in cisternis. Hebrei aũt trãsierũt Iorda
nem in terrã Gad & Galaad. Cùmq;
adhuc esset Saul ĩ Galgala, vniuersus po
pulus perterritus est, qui sequebatur eũ.
8 Et expectauit septem diebus iuxta pla
citũ Samuelis, & non venit Samuel in
9 Galgala, dilapsusq; est pplš ab eo. Ait
ergo Saul, Afferte mihi holocaustũ, &
10 pacifica. Et obtulit holocaustũ. Cũq;
complesset offeres holocaustũ, ecce Sa-
muel veniebat: & egressus est Saul ob-
11 uiam ei, vt salutaret eũ. Locutusq; est
ad eũ Samuel, Quid fecisti? Rñdit Saul,
Quia vidi q pplš dilaberet à me, & tu
non veneras iuxta placitos dies, porrò
Philisthijm cõgregati fuerãt in Mach-
12 mas: & dixi, Nunc descendent Phili-
C sthijm ad me in Galgala, & faciem dñi
non placaui. Necessitate compulsus, ob
13 tuli holocaustum. Dixitq; Samuel ad
Saul. Stultè egisti, nec custodisti mãda
ta dñi Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod
si non fecisses, iam nunc præparasset
dñs regnum tuum sup Israël in sempi-
14 ternum, sed nequaquã regnũ tuũ vltrà
consurget. Quæsiuit dñs sibi virũ iuxta
cor suum: & præcepit ei Dñs vt esset
dux super populum suum, eò q non
15 seruaueris quæ pcepit Dominus. Sur-
rexit autem Samuel, & ascendit de Gal
galis in Gabaa Ben-iamin. Et reliq po
puli ascenderunt post Saul obuiam po
pulo, qui expugnabãt eos venientes de
Galgala in Gabaa, ĩ colle Ben-iamin.
Et recensuit Saul pplm, qui inuenti fue
16 rant cum eo, quasi sexcentos viros. Et
Saul & Ionathas filius eius, populusq;
q inuentus fuerat cũ eis, erat in Gabaa
Ben-iamin: porrò Philisthijm consede
17 rãt in Machmas. Et egressi sunt ad prę
D liandũ de castris Philisthinorũ tres cu
nei. Vnus cuneus pgebat contra viam
18 Ephra ad terram Sual. porrò alius in-
grediebat p viam Beth-oró. tertius aũt
verterat se ad iter termini in terra-Sa-
baa iminẽtis valli Seboim cõtra deser-
19 tum. Porrò faber ferrari non inuenie
batur in oĩ terra Israël. cauerant enim
Philisthijm, ne fortè facerẽt Hebręi gla
20 dium aut lanceam. Descendebat ergo
oĩs Israël ad Philisthijm vt exacueret
vnusquisq; vomeré suum, & ligoné, &
21 securim & sarculũ. Retusæ itaq; erãt
acies vomerũ, & ligonum, & tridẽtum,
& securium vsq; ad stimulum corrigé-
22 dum. Cúmq; venisset dies prælij, non
est inuent ensis & lancea in manu to
tius populi qui erat cum Saule & Iona-
tha, excepto Saul & Ionatha filio eius.
23 Egressa est autem statio Philisthijm,
vt transcenderet in Machmas.

CAP. XIIII.

1 A ET accidit in quadam die vt diceret
Ionathas filius Saul ad adolescẽté
armigerũ suũ, Veni & transeamus ad
statioñé Philisthinorũ, quę est trans lo
cum illũ. Patri aũt suo hoc ipsum non
2 indicauit. Porrò Saul morabat in ex-
trema parte Gabaa sub malogranato, q̃
erat in agro Gabaa: & erat pplš cũ eo
3 quasi sexcentenorũ virorũ. Et Achias

Gen. 46. a. 5.
Iudic. 4. a. 1.
regū.
Ios. 15. d. 17.
Iudic. 8
Barac.
antè 1.
Act. 13. d. 11.
prædandum 9.
& tridētem.
Magron 1.

filius Achitob fratris I-chabod filij Phi
¶Sup. 4. a. 2. nees, ꝗ ortus fuerat ex Heli sacerdote
dñi in Silo, portabat Ephod. Sed & pp̃ls
4 ignorabat quò isset Ionathas. ¶Erát aũt
inter ascensus, p quos nitebatur Iona-
thas transire ad statione Philisthinorũ,
eminétes petræ ex vtraq; parte, & quasi
in modum dentium scopuli hinc inde
prærupti, nomen vni Boses, & nomé al-
5 teri Sene: ¶vnus scopulus pminens ad
aquiloné ex aduerso Machmas, & alter
6 ad meridié, contra Gabaa. ¶Dixit aũt Io
B nathas ad adolescenté armigerũ suum,
Veni trãseamus ad statione incircunci-
sorũ horum, si fortè faciat dñs pro no-
bis: qa non est dño difficile saluare vel
2. Pa. 14. c. 11. 7 in multis vel ĩ paucis. ¶Dixitq; ei armi
ger suus, Fac oĩa quæ placent aĩo tuo:
-3. perge quò cupis- &' ero tecũ vbicunq;
8 volueris. ¶Et ait Ionathas, Ecce nos trã-
simus ad viros istos. Cúmq; apparueri-
9 mus eis, ¶si taliter locuti fuerint ad nos,
Manete, donec veniamus ad vos: stemus
in loco nostro, nec ascendamus ad eos,
10 ¶Si aũt dixerint, Ascendite ad nos ascé-
damus, qa tradidit eos dñs in manibus
*& 1. 11 nostris, *hoc erit nobis signũ. ¶Apparuit
igitur vterq; stationi Philisthinorũ: di-
xeruntq; Philisthijm, En Hebræi egre-
diuntur de cauernis in quibus abscon-
12 diti fuerant. ¶Et locuti sunt viri de sta-
tione ad Ionathan, & ad armigerum
eius, dixeruntq;, Ascédite ad nos & osté
demus vobis rem. Et ait Ionathas ad ar
migerũ suum, Ascédamus, sequere me,
tradidit enim dñs eos in manus Israël.
13 ¶Ascendit aũt Ionathas manibus & pe
C dibus reptans, & armiger eius post eũ.
*quũ vidissent faciẽ Ionathæ. Itaq; *alij cadebãt ante Ionathan, alios
armiger eius interficiebat sequens eũ.
14 ¶Et facta est plaga prima, qua percussit
Ionathas & armiger eius, quasi viginti
virorũ in media parte iugeris, quã par
15 boum in die arare consueuit. ¶Et factũ
-10. est miraculũ ĩ castris, -&' per agros: sed
& oĩs pp̃ls stationis eorũ: qui ierant ad
est terra 4. prædandũ, obstupuit, & cóturbata sunt
castra': & accidit quasi miraculũ à deo.
16 ¶Et respexerunt speculatores Saul, qui
erát in Gabaa Ben-iamin, & ecce multi
tudo prostrata, & huc illucq; diffugiés,
17 ¶Et ait Saul pp̃lo qui erat cũ eo, *Requi-
rite & videte qs abierit ex nobis. Cũq;
requisissent, repertum est non adesse Io
18 nathan & armigerum eius. ¶Et ait Saul
ad Achiam: Applica arcam dñi. (Erat
enim ibi arca Dei in die illa cum filiis
19 Israël.) ¶Cúmq; loqueretur Saul ad sa-
cerdotem, tumultus magnus exortus est
ĩ castris Philisthinorũ: crescebatq; pau
latim, & clarius resonabat. Et ait Saul
ad sacerdotem, Contrahe manũ tuá.
20 ¶Conclamauit ergo Saul, & omnis pp̃ls
qui erat cum eo, & venerunt vsq; ad lo
cum certaminis: & ecce versus fuerat
gladius vniuscuiusq; ad proximũ suũ,
21 & cædes magna nimis. ¶Sed & Hebræi
ꝗ fuerát cũ Philisthiim heri & nudius-
tertius, ascenderantq; cũ eis in castris,
reuersi sunt vt essent cum Israël *ꝗ erát * & iji.
22 cum Saul & Ionatha. ¶Oẽs quoq; Israe
D litæ ꝗ se absconderant in monte Ephrã
im, audientes ꝙ fugissent Philisthæi, so
ciauerunt se cũ suis in prælio. -Et erát -5.
cum Saul quasi decem millia virorũ'.
23 ¶Et saluauit dñs in die illa Israël, pu-
24 gna aũt puenit vsq; ad Beth-áuen. ¶Et
viri Israël sociati sunt sibi in die illa:
adiurauit aũt Saul pp̃lm, dicens, Male-
dictus vir qui comederit pané vsq; ad
vesperã, donec vlciscar de inimicis me-
is. Et non mãducauit vniuersus pp̃ls pa
25 nem: ¶oéq; terræ vulgus venit in saltũ,
26 in quo erat mel sup faciẽ agri. ¶Ingres-
sus est itaque pp̃ls saltum, & apparuit
fluẽs mel, nullusq; applicuit manum
ad os suum, timebat enim pp̃ls iuramé
27 tum. ¶Porrò Ionathas non audierat cũ
adiuraret pater eius pp̃lm: extenditq;
summitatem virgæ, quã habebat in ma
nu, & intinxit in fauum mellis: & con-
uertit manũ suam ad os suum, & illu-
28 minati sunt oculi eius. ¶Rñdensq; vnus
de pp̃lo ait, Iureiurando constrinxit pa-
ter tuus pp̃lm, dicens, Maledictus vir ꝗ
comederit panem hodie (defecerat aũt
29 pp̃ls. ¶Dixitq; Ionathas, Turbauit pater
E meus terram: vidistis ipsi quia illumi-
nati sunt oculi mei, eo ꝙ gustauerim
30 paululum de melle isto: ¶quãto magis
si comedisset pp̃ls de præda inimicorũ
suorum quam reperit? nõne maior pla
31 ga facta fuisset in Philisthiim? ¶Percus-
serunt ergo in die illa Philisthæos à
Machmis vsq; in Aialõ. Defatigatus est
32 aũt pp̃ls nimis: ¶& versus ad prædã tu-
lit oues, & boues, & vitulos, & macta-
uerũt in terra: comeditq; pp̃ls cum san
33 guine. ¶Nunciauerunt aũt Sauli dicen-
tes ꝙ pp̃ls peccasset dño, comedens cũ

sanguine

sanguine, Qui ait, Præuaricati estis. Vol
uite ad me iam nunc saxum grande.
34 ¶Et dixit Saul, Dispergimini in vulgus,
& dicite eis vt adducat ad me vnusquis-
que bouẽ suum & arietem, & occidite
sup istud, & vescimini, & nõ peccabitis
Dño comedẽtes cũ sanguine. Adduxit
itaq; omnis pp̄ls vnusquisq; bouem in
manu sua vsq; ad noctẽ: & occiderunt
35 ibi. ¶Ædificauit aũt Saul altare Dño:
tuncq; primùm cœpit ædificare altare
36 Dño. ¶Et dixit Saul, Irruamus sup Phi-
listhæos nocte, & vastemus eos vsq; dũ
illucescat manè, nec relinquamus ex
F eis virum: Dixitq; pp̄ls, Oẽ quod bonũ
videť in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos,
37 Accedamus huc ad Deum. ¶Et cõsuluit
Saul Dñm, dicẽs, Num persequar Phi-
listhijm? si trades eos in manus Israël?
38 Et nõ r̄ndit ei in die illa. ¶Dixitq; Saul,
Applicate huc vniuersos angulos pp̄li:
& scitote, & videte per quem acciderit
39 pc̄tm̃ hoc hodie. ¶Viuit Dñs saluator Is
raël, quia si per Ionathan filium meũ
factum est, absq; retractatione morieť.
Ad quod nullus cõtradixit ei de omni
40 pp̄lo. ¶Et ait ad vniuersum Israël, Sepa-
ramini vos in partem vnam, & ego cũ
Ionatha filio meo ero in parte altera.
R̄nditq; pp̄ls ad Saul, Quod bonum ti-
41 bi videtur in oculis tuis, fac. ¶Et dixit
Saul ad Dñm Deum Israël, Dñe Deus
Israël da indicium, quid est quod non
r̄nderis seruo tuo hodie. Si in me aut ĩ
Ionatha filio meo est iniquitas hęc, da
ostensionem, aut si hæc iniquitas est in
pp̄lo tuo, da sanctitatem. ¶Et deprehẽ-
sus est Ionathas & Saul, pp̄ls autẽ exi-
42 uit. ¶Et ait Saul, Mittite sortẽ inter me,
& inter Ionathan filium meum. Et ca-
43 ptus est Ionathas. ¶Dixit aũt Saul ad Io
nathã, Indica mihi quid feceris. Et in-
dicauit ei Ionathas, & ait, Gustãs gusta-
ui in summitate virgæ, quæ erat in ma-
nu mea, paululũ mellis, & ecce ego mo
44 rior? ¶Et ait Saul, Hęc faciat mihi Deus,
G & hæc addat, quia morte morieris Io-
45 natha. ¶Dixitq; pp̄ls ad Saul, Ergòne Io
nathas morietur, qui fecit salutem hãc
magnam in Israël? hoc nefas est: viuit
Dñs, si ceciderit capillus de capite eius
in terram, quia cum Deo operatus est
hodie. Liberauit ergo pp̄ls Ionathan, vt
46 nõ moreretur. ¶Recessitq; Saul, nec pse
cutus est Philisthijm: porrò Philisthijm
47 abierunt in loca sua. ¶Et Saul cõfirma-
to regno super Israël, pugnabat per cir-
cuitum aduersum oẽs inimicos eius,
contra Moab, & filios Ammon, & Edõ,
& reges Soba, & Philisthęos: & quocun
48 que se verterat, superabat. ¶Congrega-
toq; exercitu percussit Amalec, & eruit
49 Israël de manu vastatorum eius. ¶Fue-
rũt autem filij Saul, Ionathas, & Iesui,
& Melchi-sua: & noïa duarum filiarũ
eius, nomẽ primogenitæ Merob, & no-
50 men minoris Michol. ¶Et nomẽ vxoris
Saul, Achinoã filia Achimaas: & nomẽ
principis militiæ eius Abnér filius Ner,
51 patruelis Saul. ¶Porrò Cis fuit pater Sa- 3 Pa. &. c. 35.
52 ul, & Ner pr̄ Abner, filius Abiel. ¶Erat
autem bellum potens aduersum Phili
sthęos omnibus diebus Saul. Nam quẽ-
cunque viderat Saul virum fortem, &
aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

CAP. XV.

1 ET dixit Samuel ad Saul, Me misit
A Dñs, vt vngerẽ te in regẽ sup pp̄lm
eius Israël, nũc ergo audi vocem Dñi:
2 ¶Hæc dicit Dñs exercituũ, Recẽsui, quę-
cũq; fecit Amalec Israëli, quo restitit Exo 17. b. 8.
3 ei in via cũ ascẽderet de Ægypto. ¶Nũc
ergo vade, & percute Amalec, & demo-
lire vniuersa eius: non parcas ei, & nõ
cõcupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed
interfice à viro vsq; ad mulierẽ, & par-
uulum atq; lactantẽ, bouem, & ouem,
4 camelum & asinũ. ¶Præcepit itaq; Saul
pp̄lo, & recẽsuit eos quasi agnos: ducẽ-
ta millia peditum, & decẽ millia viro-
5 rum Iuda. ¶Cùmq; venisset Saul vsque
ad ciuitatẽ Amalec, tetẽdit insidias in
6 torrẽte. ¶Dixitq; Saul Cinæo, Abite, re-
B cedite, atq; discedite ab Amalec: ne for
te inuoluã te cũ eo. tu enim fecisti mise
ricordiam cum oïbus filiis Israël, cùm
ascenderẽt de Ægypto. Et recessit Cinæus
7 de medio Amalec. ¶Percussitque Saul
Amalec ab Heuila, donec venias ad
8 Sur, quę est è regione Ægypti. ¶Et appre
hẽdit Agag regẽ Amalec viuum, oẽ aũt
9 vulgus interfecit in ore gladij. ¶Et pep-
cit Saul & pp̄ls, Agag, & optimis gregi-
bus ouiũ & armẽtorum, & vestibus, &
arietibus, & vniuersis q̄ pulchra erant,
nec voluerunt disperdere ea: quicquid
C verò vile fuit & reprobum, hoc demo-
10 liti sunt. ¶Factũ est autem verbum Dñi
11 ad Samuel, dicẽs, ¶Pœnitet me q̄ consti-
tuerim Saul regem: qa dereliquit me,

& verba

& verba mea opere nõ impleuit. Con-
tristatusq; est Samuel, & clamauit ad
11 dñm tota nocte. ¶Cùmq; de nocte sur-
rexisset Samuel, vt iret ad Saul, manè
nunciatum est Samueli, eo q̃ venisset
Saul in Carmelũ, & erexisset sibi forni-
cem triumphalẽ, & reuersus transisset:
descendissetq; in Galgala. Venit ergo → 3.
Samuel ad Saul, & Saul offerebat holo-
caustũ Dño de initiis prędarũ q̃ attule-
13 rat ex Amalec. ¶Et cum venisset Samuel
ad Saul, dixit ei Saul, Bñdict⁹ tu à Dño,
14 impleui verbũ dñi. ¶Dixitq; Samuel. Et
D quæ est hæc vox gregũ quæ resonat in
auribus meis, & armẽtorum quam ego
15 audio? ¶Et ait Saul, De Amalec adduxe-
runt ea: pepercit enim ppl's melioribus
ouibus & armẽtis vt immolarent Dño
16 Deo tuo, reliqua verò occidimus. ¶Ait
aũt Samuel ad Saul, Sine me, & indica-
bo tibi q̃ locutus sit Dñs ad me nocte.
17 Dixitque ei, Loquere. ¶Et ait Samuel,
‖Nónne cũ paruulus esses in oculis tuis ‖Sup. 13. a. 1.
caput in tribubus Isrl' factus es? vnxitq;
18 te Dñs in regem sup Israël, ¶ & misit te
Dñs in viã, & ait, Vade & interfice pec-
catores Amalec, & pugnabis contra eos
19 vsq; ad internecionẽ eorũ? ¶Quare ergo
nõ audisti vocem Dñi: sed versus ad p̃-
20 dã es, & fecisti malũ in oculis Dñi? ¶Et
ait Saul ad Samuelem, Imò audiui vo-
E cem Dñi, & ambulaui in via per quam
misit me Dñs, & adduxi Agag regem
21 Amalec, & Amalec interfeci. ¶Tulit aũt
de pręda populus oues & boues primi-
tias eorũ q̃ cęsa sunt, vt immolet Dño
22 Deo *suo' in Galgalis. ¶Et ait Samuel, *tuo 1.
Nunquid vult Dñs holocausta & victi-
mas, & non potius vt obediat' voci Dñi?
MELIOR EST ENIM OBEDIEN- Eccle. 4. d. 17.
TIA QVAM VICTIMAE: & auscul Ose. 6. c. 7.
tare, magis q̃ offerre adipem arietum. Matt. 9 b. 13. & 12. a. 7.
23 ¶qm̃ quasi pctm̃ ariolãdi est, repugna-
re: & quasi scelus idololatrię, nolle ac-
quiescere. Pro eo ergo quod abiecisti ser
monem Dñi, abiecit te Dñs ne sis rex. → 5.
24 ¶Dixitq; Saul ad Samuelẽ, Peccaui, quia
pręuaricat⁹ sum sermonẽ Dñi, & verba
tua, timens ppl'm, & obediẽs voci eorũ.
25 ¶Sed nunc porta quęso pctm̃ meum, &
26 reuertere mecum vt adorẽ Dñm. ¶Et ait
F Samuel ad Saul, Non reuertar tecũ, qa
proiecisti sermonem Dñi, & proiecit te
27 Dñs ne sis Rex super Israël. ¶Et conuer-
sus est Samuel vt abiret: ille aũt appre-
hendit summitatem pallij eius, quæ &
28 scissa est. ¶Et ait ad eum Samuel, Scidit Infrà 28. c. 17.
Dñs regnũ Israël à te hodie, & tradidit
29 illud proximo tuo meliori te. ¶Porrò
Triumphator in Israël nõ parcet, & pę-
nitudine non flectet: neq; enim homo
30 est vt agat pęnitentiã. ¶At ille ait, Pecca
ui: sed nunc honora me corã seniorib⁹
ppl'i mei & corã Israël, & reuertere me-
31 cum, vt adorem Dñm Deũ tuũ. ¶Reuer-
G sus ergo Samuel secutus est Saulem: &
32 adorauit Saul Dñm. ¶Dixitq; Samuel,
Adducite ad me Agag regẽ Amalec. Et
oblatus est ei Agag pinguissimus tre- → 4.
mens'. Et dixit Agag, Siccine separat
33 amara mors? ¶Et ait Samuel, Sicut fecit
absq; liberis mulieres gladius tuus, sic
absq; liberis erit inter mulieres mater
tua. Et in frusta concidit eum Samuel
34 coram Dño in Galgalis. ¶Abiit aũt Sa-
muel in Ramátha. Saul verò ascẽdit in
35 domum suam in Gabaa*. & non vidit *Saulis a
Samuel vltrà Saul vsq; ad diem mortis
suę: veruntamen lugebat Samuel Sau-
lem, qm̃ Dominum pœnitebat quòd
constituisset regem Saul super Israël.

CAP. XVI.

1 Dixitq; Dñs ad Samuelẽ, Vsquequo
A tu luges Saul, cùm ego proiecerim
eum ne regnet sup Israël? imple cornu
tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai
Bethlehemitẽ: prouidi enim in filiis ei⁹
2 mihi regem. ¶Et ait Samuel. Q̃uo vadã? Inf. 17. a. 12.
audiet enim Saul, & interficiet me. Et
ait Dñs, Vitulum de armento tolles in
manu tua, & dices, Ad immolãdũ Dño
3 veni. ¶Et vocabis Isai ad victimã, & ego
ostendã tibi q̃d facias, & vnges quẽcũq;
4 mõstrauero tibi. ¶Fecit ergo Samuel si-
cut locutus est ei Dñs. Venitq; in Beth-
lẽhẽ. & admirati sunt seniores ciuita-
B tis, occurrẽtes ei, dixerũtq;, Pacificúsne
5 est ingressus tuus? ¶Et ait, Pacificus: ad
immolandũ dño veni, sanctificamini,
& venite mecum vt immolẽ. Sãctifica-
uit ergo Isai & filios ei⁹, & vocauit eos
6 ad sacrificium. ¶Cũq; ingressi essent, vi-
dit Eliab, & ait, Nũ corã Dño est Chrs
7 eius? ¶Et dixit Dñs ad Samuelẽ, Ne re-
spicias vultũ eius, neq; altitudinem sta
turæ eius: qm̃ abieci eũ, nec iuxta intui-
tum hoĩs ego iudico: homo enim videt
8 ea q̃ parẽt, Dñs aũt intuetur cor. ¶Et vo- Psal. 7. a. 10.
cauit Isai Abinadab, & adduxit eum
corã Samuele. Qui dixit, Nec hunc ele-

git

Infrà 18, c.17.

9 git Dñs. ¶Adduxit aũt Isai Samma, de
quo ait, Etiam hunc non elegit Dñs.
10 ¶Adduxit itaq; Isai septẽ filios suos co-
ram Samuele, & ait Samuel ad Isai, Nõ
11 elegit dñs ex istis. ¶Dixitque Samuel ad
Isai, Nunquid iam completi sunt filij?
Qui rñdit, Adhuc reliquus est paruul⁹,
& pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mit
C te, & adhuc eum: nec enim discũbem⁹
12 priusq̃ hũc ille veniat. ¶ Misit ergo, &
adduxit eũ. Erat autẽ rufus, & pulcher
aspectu, decoraq; facie, & ait Dñs, Sur-
13 ge, & vnge eũ: ipse est enim. ¶Tulit er-
go Samuel cornu olei, & vnxit eum in
medio fratrũ eius: & ‖directus est Spũs
Dñi à die illa in Dauid, & deinceps: sur
14 gésq; Samuel abijt in Ramátha. ¶ Spũs
aũt Dñi recessit à Saul, & exagitabat eũ
15 spũs nequam, à Dño. ¶Dixeruntq; serui
Saul ad eũ, Ecce Spũs Dei malus exagi-
16 tat te. ¶Iubeat dñs nr̃, *& serui tui q̃ co-
ram te sunt, q̃rent hoĩem scientẽ psalle-
re cithara, vt qñ arripuerit te Spũs Dñi
malus, psallat manu sua, & leui⁹ feras.
17 ¶Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete er
go mihi aliquem bene psallentẽ, & ad-
18 ducite eum ad me. ¶Et rñdens vnus de
D pueris, ait, Ecce vidi filium Isai Bethle-
mitẽ scientẽ psallere, & fortissimũ robo
re, & virum bellicosum, & prudentem
in verbis, & virũ pulchrum, & Dñs est
19 cum eo. ¶Misit ergo Saul nũcios ad Isai
dicens, 'Mitte ad me Dauid filium tuũ,
20 q̃ est in pascuis. ¶Tulit itaq; Isai asinũ
plenũ panibus, & lagenã vini, & hœdũ
de capris vnũ, & misit p̃ manũ Dauid
21 filij sui Sauli. ¶Et venit Dauid ad Saul,
& stetit coram eo, at ille dilexit eum ni-
22 mis, & factus est eius armiger. ¶Misitq;
Saul ad Isai, dicens, Stet Dauid in cõspe
ctu meo: inuenit enim gratiam in ocu-
23 lis meis. ¶Igitur quandocunq; Spiritus
°Dñi malus arripiebat 'Saul, Dauid tol-
lebat citharã, & p̃cutiebat manu sua,
& refocillabatur Saul, & leuius habe-
bat. recedebat enim ab eo Spũs malus.

‖2. Re. 7. b. 8. Psal. 17. d. 44. 88. c. 22. Act. 7. f. 45. 13. d. 24.

* rex.

Inf. 19 a. 12.

°Dei arripiebat 3.

CAP. XVII.

1 A CONgregantes aũt Philisthiim agmi
na sua in prælium, cõuenerunt in
Socho Iudę: & castrametati sunt inter
Socho & Azeca in finibus Dommim.
2 ¶ Porrò Saul & filij Israël congregati ve
nerunt in Vallem-terebinthi, & direxe
runt aciem ad pugnandũ contra Phili-
3 sthiim. ¶ Et Philisthiim stabãt sup̃ mõ-
tem ex parte hac, & Israël stabat supra
mõtẽ ex altera parte: vallisq; erat inter
4 eos. ¶ Et egressus est vir spuri⁹ de castris
Philisthinorum noĩe Goliath, de Geth,
5 altitudinis sex cubitorum & palmi: ¶&
cassis ęrea super caput eius, & lorica ha
mata induebať. porrò põdus loricę ei⁹,
6 q̃nq; millia siclorũ ęris erat: ¶& ocreas
æreas habebat in cruribus: & clypeus
7 ęre⁹ tegebat humeros eius. ¶hastile aũt
hastæ eius erat quasi liciatorium texen
tium. ipsum aũt ferrum hastę eius sex-
centos siclos habebat ferri: & armiger
8 eius antecedebat eũ. ¶Stansq; clamabat
aduersum phalangas Israël, & dicebat
eis, Quare venistis parati ad pręliũ? Nũ-
quid ego nõ sum Philisthęus, & vos ser
ui Saul? Eligite ex vobis virũ, & descen-
9 dat ad singulare certamen. ¶si quiuerit
B pugnare mecũ, & p̃cusserit me. erimus
vobis serui: si aũt ego pręualuero, & p̃-
cussero eum, vos serui eritis, & seruietis
10 nobis. ¶Et aiebat Philisthæ⁹, Ego expro
braui agminibus Israël hodie, Date mi-
hi virum, & ineat mecũ singulare cer-
11 tamen. ¶ Audiens aũt Saul, & oẽs Israë-
litæ sermones Philisthęi huiuscemodi,
12 stupebant, & metuebãt nimis. ¶Dauid
aũt erat fili⁹ viri Ephrathei, de quo ‖su-
pra dictũ est de Beth-léhé Iuda, cui nõ-
men erat Isai, qui habebat octo filios,
& erat vir in diebus Saul senex, & gran-
13 dęuus inter viros. ¶Abierunt aũt tres fi-
lij eius maiores post Saul in pręliũ: &
noĩa triũ filiorum eius, q̃ perrexerũt ad
bellũ, Eliab primogenitus, & secundus
14 Abinadab, tertius quoq; Sãma, ¶Dauid
aũt erat minimus. Tribus ergo maiori-
15 bus secutis Saulem, ¶abijt Dauid, & re-
uersus est à Saul, vt pasceret gregẽ p̃ris
16 sui in Beth-léhé. ¶Procedebat verò Phi-
listhęus manè & vespere, & stabat qua-
17 draginta diebus. ¶Dixit aũt Isai ad Da-
C uid filiũ suũ, Accipe fratrib⁹ tuis ephi
18 polentæ, ¶& decem panes istos, & curre
in castra ad fratres tuos, & decẽ formel-
las casei has deferes ad tribunũ: & fra-
tres tuos visitabis, si rectè agant: & cum
19 q̃bus ordinati sunt, disce. ¶Saul autẽ, &
illi, & oẽs filij Israël ĩ Valle-terebinthi,
20 pugnabãt aduersum Philisthiim. ¶Sur-
rexit itaq; Dauid manè, & cõmendauit
gregẽ custodi: & onustus abijt, sicut pręc
ceperat ei Isai. Et venit ad locũ Magála,
& ad exercitum qui egressus ad pugnã

‖Sup. 16, a. 1.

Psal. 6 a. 10.

vocife-

21 vociferatus erat in certamine. ¶Direxe-
rat enim acié Israël, sed & Philisthiim
22 ex aduerso fuerant præparati. ¶Derelin
quens ergo Dauid vasa q̃ attulerat, sub
manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad
locũ certaminis, & interrogabat si oĩa
23 rectè agerent erga fratres suos. ¶Cùmq;
adhuc ille loqueret eis, apparuit vir il-
le spuriꝰ ascendẽs, Goliath noĩe, Phili-
sthæus, de Geth, de castris Philisthino-
rum, & loquente eo hæc eadem verba
24 audiuit Dauid. ¶Oẽs aũt Israëlitæ, cùm
vidissent virum fugerunt à facie eius,
25 timẽtes eũ valde. ¶Et dixit vnꝰ q̄spiam
de Israël, Num vidistis virũ hũc q̄ ascẽ
dit? ad exprobrandũ enim Israëli, ascẽ
dit. Virũ ergo qui ꝑcusserit eũ, ditabit
rex diuitiis magnis, & filiá suam dabit
ei, & domũ p̄ris eius faciet absq; tribu-
26 to in Israël. ¶Et ait Dauid ad viros qui
D stabãt secum, dicẽs, Quid dabit viro q̄
ꝑcusserit Philisthæũ hũc, & tulerit op-
probriũ de Israël? q̄s est enim hic Phili-
sthęus incircũcisus, q̄ exprobrauit acies
27 Dei viuẽtis? ¶Referebat aũt ei pp̄ls eun-
dem sermonem, dicens, Hęc dabuntur
28 viro q̄ ꝑcusserit eum. ¶Q̄d cũ audisset
Eliab frater eius maior, loquente eo cũ
aliis iratus est cõtra Dauid, & ait, Qua-
re venisti, & quare dereliquisti paucu-
las oues illas in deserto? ego noui suꝑ-
biá tuam, & nequitiá cordis tui: q̄a vt
29 videres p̄lium, descẽdisti. ¶Et dixit Da-
uid, Quid feci? nunq̄d nõ verbum est?
30 ¶Et declinauit paululũ ab eo ad aliũ:
dixitq; eundem sermonem. Et r̃ndit ei
31 pp̄ls verbũ sicut p̄riꝰ. ¶Audita sunt aũt
verba q̃ locutus est Dauid, & annũtiata
32 in conspectu Saul. ¶Ad quem cũ fuisset
adductus, locutus est ei, Non concidat
cor cuiusquá in eo: ego seruus tuus va-
dá, & pugnabo aduersus Philisthæum.
33 ¶Et ait Saul ad Dauid, Nõ vales resiste-
re Philisthæo isti, nec pugnare adu*er*-
E sus eũ: q̄a puer es, hic autẽ vir bellator
§Eccl. 47 a.4. 34 est ab adolescẽtia sua. ¶§Dixitq; Dauid
ad Saul, Pascebat seruus tuus p̄ris sui
gregẽ, & veniebat leo vel vrsus, & tol-
35 lebat arietẽ de medio gregis: ¶& ꝑseque
bar eos, & ꝑcutiebam, eruebãq; de ore
eorũ, & illi cõsurgebãt aduersum me,
& apprehendebam mentũ eorũ, & suf-
36 focabam, interficiebamq; eos. ¶Nam &
leonẽ & vrsum interfeci ego seruꝰ tuus:
erit igit & Philisthęus hic incircunci
sus, quasi vnus ex eis. –Nunc vadam & -8.
auferá opprobriũ pp̄li, q̄m quis est iste
Philisthęꝰ incircũcisus', ᵃqui' ausus est ᵃ quia 5.
37 maledicere exercitui Dei viuẽtis. ¶Et ait
Dauid, Dñs q̄ eripuit me de manu leo-
nis, & de manu vrsi, ipse me liberabit
de manu Philisthæi huius'. Dixit autẽ
Saul ad Dauid, Vade, & Dñs tecum sit.
38 ¶Et induit Saul Dauid vestimẽtis suis,
& imposuit Galeá æreá suꝑ caput eius,
39 & vestiuit eũ lorica. ¶Accinctꝰ ergo Da-
uid gladio eius suꝑ vestẽ suá, cępit ten-
tare si armatꝰ posset incedere: nõ enim
habebat consuetudinẽ. Dixitq; Dauid
ad Saul, Non possum sic incedere, quia
40 nõ vsum habeo. Et deposuit ea, ¶& tu-
lit baculũ suum quem semꝑ habebat
in manibus: & elegit sibi quinq; limpi-
dissimos lapides de torrẽte, & misit eos
in perá pastoralẽ quam habebat secũ,
& fundá manu tulit: & processit aduer-
41 sum Philisthęum. ¶Ibat autẽ Philisthęꝰ
incedẽs & appropinquãs aduersum Da
42 uid, & armiger eiꝰ ante eũ. ¶Cumq; in-
F spexisset Philisthæus, & vidisset Dauid,
despexit eũ. Erat aũt adolescens rufus.
43 & pulcher aspectu. ¶Et dixit Philisthæꝰ
ad Dauid, Nunquid ego canis sum, q̄
tu venis ad me cum baculo? Et maledi-
44 xit Philisthæus Dauid in diis suis: ¶Di-
xitq; ad Dauid, Veni ad me, & dabo
carnes tuas volatilibꝰ cęli & bestiis ter-
45 rę: ¶Dixit aũt Dauid ad Philisthęũ, Tu
venis ad me cũ gladio, & hasta, & cly-
peo: ego autem venio ad te in noĩe Dñi
exercituũ, Dei agminũ Isr̄l, q̄bus expro-
46 brasti ¶hodie, & dabit te Dñs in manu
mea, & ꝑcutiá te, & auferá caput tuũ à
te: & dabo cadauera castrorum Phili-
sthiim hodie volatilibus cęli, & bestiis
terræ: vt sciat omnis terra q̄a est Deꝰ in
47 Isr̄l. ¶Et nouerit vniuersa Ecclesia hæc
q̄a nõ in gladio, nec ĩ hasta saluat Dñs:
ipsiꝰ enim est bellũ, & tradet vos ĩ ma-
48 nꝰ nr̃as: ¶Cũ ergo surrexisset Philisthęꝰ,
& veniret, & appropinquaret cõtra Da-
uid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pu
49 gná ex aduerso Philisthęi. ¶Et misit ma
G num suá in perá, tulitq; vnum lapidẽ,
& funda iecit, & –circũducens' ꝑcussit -5.
Philisthęum in fronte: & infixus est la-
pis in fronte eius, & cecidit in faciẽ suá
50 suꝑ terrá. ¶§Pręualuitq; Dauid aduer- 1. Ma 4
sum Philisthęũ in funda & lapide, per- 1 38.
cussumq; Philisthęũ interfecit: Cùmq;

gladium

gladium non haberet in manu Dauid,
51 ¶cucurrit, & stetit sup Philisthęū, & tu
lit gladium eius, & eduxit eū de vagina
sua: & interfecit eum, præciditq; caput
eius. Videntes aūt Philisthiim, q̄ mor-
tuus esset fortissimus eorum fugerunt.
52 ¶Et consurgentes viri Israël & Iuda vo-
ciferati sunt, & psecuti sunt Philisthęos
vsq; dum venirēt in vallem, & vsq; ad
portas Accaron, cecideruntq; vulnera-
ti de Philisthiim in via Saraim, *vsque
53 ad Geth, & vsq; ad Accarō. ¶Et reuertē-
tes filij Israël postq̄ psecuti fuerāt Phili
54 sthęos, inuaserūt castra eorū. ¶Assumēs
autē Dauid caput Philisthęi, attulit il-
lud in Ierusalē: arma verò eius posuit
55 in tabernaculo suo. ¶Eo aūt tpe quo vi-
derat Saul Dauid egredientem contra
Philisthæum, ait ad Abner principem
militiæ, De qua stirpe descēdit hic ado-
lescens*? Dixitq; Abner, Viuit aia tua,
56 rex, si noui. ¶Et ait rex, Interroga tu, cu-
57 ius filius sit iste puer. ¶Cùmq; egressus
esset Dauid, pcusso Philisthęo, tulit eū
Abner, & introduxit coram Saule, ca-
put Philisthæi habētem in manu sua.
58 ¶Et ait ad eum Saul, De qua progenie
es ô adolescens? Dixitq; Dauid, Filius
serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

*Abner ra.

CAP. XVIII.

1 ET factū est cū complesset loqui ad
A Saul, aia Ionathæ conglutinata est
aiæ Dauid, & dilexit eū Ionathas quasi
2 aiam suam. ¶Tulitq; eū Saul í die illa,
& nō cōcessit ei vt reuerteret in domū
3 pris sui. ¶Inierunt autē Dauid & Iona-
thas fœdus: diligebat enim eum quasi
4 aiam suam. ¶Nā expoliauit se Ionathas
tunica qua erat indutus, & dedit eam
Dauid, & reliqua vestimēta sua vsq; ad
gladiū & arcū suū, & vsq; ad baltheū.
5 ¶Egrediebat quoq; Dauid ad oia q̄cūq;
B misisset eum Saul, & prudenter se age-
bat: posuitq; eū Saul super viros belli,
& acceptus erat in oculis vniuersi po-
puli, maximeq; in cōspectu famulorū
6 Saul. ¶Porrò cum reuerteretur percusso
Philisthęo Dauid, –& ferret caput eius
in Ierusalem', egressę sunt mulieres de
vniuersis vrbibus Isrl', cātātes chorosq;
ducētes in occursum Saul regis, in tym
7 panis lętitię & in sistris. ¶Et præcinebāt
mulieres ludentes, atq; dicētes, Percus-
sit Saul mille, & Dauid decem millia.
8 ¶Iratus est autem Saul nimis, & displi-
cuit in oculis eius sermo iste: dixitque,
Dederūt Dauid decem millia, & mihi
C mille dederūt: quid ei superest, nisi so-
9 lum regnū? ¶Nō rectis ergo oculis Saul
aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps.
10 ¶Post diem aūt alterā, inuasit Spiritus
Dei malus Saul, & pphetabat in medio
domus suę. Dauid aūt psallebat manu
sua, sicut per singulos dies. Tenebatq;
11 Saul lāceā, ¶& misit eam, putans q̄ con
figere posset Dauid cū pariete: & decli-
12 nauit Dauid à facie ei⁹ secundò. ¶Et ti-
muit Saul Dauid eò, q̄ Dñs esset cū eo,
13 & à se recessisset. ¶Amouit ergo eū Saul
à se, & fecit eū tribunum sup mille vi-
ros, & egrediebat, & intrabat in cōspe-
14 ctu ppli. ¶In oīb⁹ quoq; viis suis Dauid
D prudenter agebat, & Dñs erat cum eo.
15 ¶Vidit itaq; Saul q̄ prudēs esset nimis,
16 & cępit cauere eū. ¶Oīs aūt Israël & Iu-
da diligebat Dauid: ipse enim ingre-
17 diebat & egrediebat ante eos. ¶Dixitq;
Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior
Merob, ipsam dabo tibi vxorē, tantum
modo esto vir fortis, & prœliare bella
Dñi. Saul aūt reputabat, dicens, Nō sit
manus mea* in eū', sed sit sup eū man⁹
18 Philisthinorū. ¶Ait aūt Dauid ad Saul,
E Quis ego sum, aut q̄ est vita mea, aut
cognatio pris mei in Israël, vt fiā gener
19 regis? ¶Factū est aūt tēpus cum deberet
dari Merob filia Saul Dauid, data est
20 Hadrieli Molathitæ vxor. *¶Dilexit aūt
Dauid Michol filiam Saul alteram'. Et
21 nuntiatum est Saul, & placuit ei. ¶Di-
xitq; Saul, Dabo eā illi, vt fiat ei in scā-
dalum, & sit sup eum man⁹ Philisthi-
norum. Dixitq; Saul ad Dauid, In dua-
22 bus rebus gener me⁹ eris hodie. ¶Et mā
dauit Saul seruis suis, Loquimini ad
Dauid clā me, dicētes, Ecce places regi,
& oēs serui eius diligunt te. Nunc ergo
23 esto gener regis. ¶Et locuti sunt serui Sa
ul in auribus Dauid oia verba hæc: &
ait Dauid, Num parū videt vobis gene
rū esse regis? ego aūt sum vir pauper &
24 tenuis. ¶Et renuntiauerunt serui Saul,
dicētes, huiuscemodi verba locutus est
25 Dauid. ¶Dixit aūt Saul, Sic loquimini
F ad Dauid, Nō habet rex spōsalia neces-
se, nisi tm̄ centū pputia Philisthinorū,
vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Sa
ul cogitabat tradere Dauid í man⁹ Phi
26 listhinorū. ¶Cùmq; renūtiassent serui
eius Dauid verba quę dixerat Saul, pla-

* in eū 1°

* Dilexit autē Michol filia Saul altera Dauid 5.

cuit

cuit sermo in oculis Dauid, vt fieret ge-
27 ner regis. Et post paucos dies surgẽs Da
uid, abiit cũ viris q̃ sub eo erãt. Et per- In Accaron.
cussit rex Philisthiim ducentos viros, &
attulit eorũ p̃putia, & annumerauit ea
regi, vt esset gener eius. Dedit itaq; Saul
28 ei Michol filiã suã vxorẽ. Et vidit Saul,
& intellexit q̃ Dñs esset cum Dauid, Mi
29 chol aũt filia Saul, diligebat eũ. Et Saul
magis cępit timere Dauid: factusq; est
30 Saul inimicus Dauid cũctis diebus. Et
egressi sunt principes Philisthinorum:
à principio aũt egressionis eorũ pruden
tius se gerebat Dauid, q̃ oẽs serui Saul,
& celebre factũ est nomen eius nimis.

CAP. XIX.

1 LOcutus est autẽ Saul ad Ionathã fi-
A lium suum, & ad oẽs seruos suos, vt
occiderẽt Dauid. Porrò Ionathas filius
2 Saul diligebat Dauid valde. Et indica
uit Ionathas Dauid, dicẽs: Quærit Saul
p̃r meus occidere te: quapp̃ obserua te
q̃so mane, & manebis clã, & abscondẽ-
3 ris. Ego aũt egrediẽs stabo iuxta p̃rem
meũ in agro, vbicunq; fuerit: & ego lo factis 3
quar de te ad p̃rem meũ: & quodcunq;
4 videro nuntiabo tibi. Locutus est ergo
Ionathas de Dauid bona ad Saul p̃rem
suum: dixitq; ad eum, Ne pecces rex in peccet rex in seruũ suũ 1.
seruũ tuum Dauid, q̃a non peccauit ti-
bi, & opera eius bona sunt tibi valde.
5 Et posuit aĩam suam in manu sua, &
p̃cussit Philisthęũ, & fecit Dñs salutem
magnã vniuerso Israëli. vidisti, & lętat⁹
es. Quare ergo peccas ĩ sanguine inno-
xio, interficiens Dauid, q̃ est absq; cul-
6 pa? Quod cũ audisset Saul, placat⁹ voce
Ionathę iurauit, Viuit Dñs, q̃a nõ occi-
7 detur. Vocauit itaq; Ionathas Dauid,
B & indicauit ei oĩa verba hæc: & intro-
duxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit
ante eũ sicut fuerat heri & nudiuster-
8 tius. Motũ est autẽ rursum bellum &
egressus Dauid, pugnauit aduersũ Phi-
listhiim: p̃cussitq; eos plaga magna, Et
9 fugerũt à facie eius. Et factus est spũs
Dñi mal⁹ in Saul: sedebat aũt in domo
sua, & tenebat lãceã: porrò Dauid psal-
10 lebat manu sua. Nisusq; est Saul con-
figere Dauid lancea in pariete, & decli-
nauit Dauid à facie Saul: lãcea aũt cas-
so vulnere plata est ĩ pariete, & Dauid
11 fugit, & saluat⁹ est nocte illa. Misit er-
go Saul satellites suos in domũ Dauid nocte.
vt custodirẽt eũ, & interficerẽt manè.

Quod cùm annũciasset Dauid Michol
vxor sua, dicẽs: Nisi saluaueris te nocte
12 hac, cras morièris: deposuit eũ p̃ fene-
strã: porrò ille abiit & aufugit, atq; sal-
13 uatus est. Tulit aũt Michol statuã, &
C posuit eã super lectũ, & pellẽ pilosam
caprarũ posuit ad caput eius, & operuit
14 eã vestimẽtis. Misit aũt Saul apparito-
res q̃ raperẽt Dauid: & r̃nsum est quòd
15 ægrotaret. Rursumq; misit Saul nun-
tios vt viderent Dauid, dicens: Afferte
16 eum ad me in lecto, vt occidat. Cũq;
venissent nũtij, inuẽtum est simulacrũ
sup̃ lectũ, & pelles caprarum ad caput
17 ei⁹. Dixitq; Saul ad Michol. Quare sic
illusisti mihi, & dimisisti inimicũ meũ
vt fugeret? Et respõdit Michol ad Saul.
Quia ipse locut⁹ est mihi, Dimitte me, dicens.
18 alioquin interficiam te. Dauid aũt fu-
giẽs, saluatus est, & venit ad Samuel, in
Ramátha, & nũtiauit ei oĩa q̃ fecerat si-
bi Saul: & abierunt ipse & Samuel, &
19 morati sunt in Naioth. Nũtiatum est
aũt Sauli à dicẽtib⁹, Ecce Dauid in Na-
20 ioth ĩ Ramátha. Misit ergo Saul lícto-
D res, vt raperent Dauid: q̃ cùm vidissent
cuneũ prophetarũ vaticinantiũ, & Sa-
muelẽ stantẽ sup̃ eos, factus est etiam
Spiritus Dñi in illis, & p̃phetare cępe- sup nuntios Saul 1.
21 runt ẽt ipsi. Quod cũ nuntiatum esset
Sauli, misit & alios nuntios: p̃phetaue-
runt aũt & illi. Et rursum misit Saul ter
tios nuntios: q̃ & ipsi p̃phetauerũt. Et
22 irat⁹ iracũdia Saul abiit ẽt ipse in Ra-
mátha, & venit vsq; ad cisternã magnã
q̃ est in Socho, & interrogauit & dixit,
In quo loco sunt Samuel & Dauid? Di-
ctũq; est ei, Ecce in Naioth sunt in Ra-
23 mátha. Et abiit in Naioth in Ramá-
tha, & factus est etiã sup̃ eum Spiritus
Dñi, & ambulabat ingrediens, & p̃phe-
tabat vsquedum veniret in Naioth in
24 Ramátha. Et expoliauit etiam ipse se
vestimentis suis, & prophetauit cũ cæ-
teris corã Samuele, & cecinit nud⁹ tota
die illa & nocte. Vnde & exiuit p̃uer-
bium, Num & Saul inter prophetas? Sup. 10. c. 12.

CAP. XX.

1 FVgit autẽ Dauid de Naioth q̃ est in
A Ramátha, veniensq; locutus est co-
rã Ionatha: Quid feci? quę est iniquitas
mea, & quod pctm̃ meũ in patrẽ tuum,
2 quia q̃rit aĩam meã? Qui dixit ei, Absit
nõ morièris: neq; enim faciet p̃r meus
q̃cq̃ grande vel paruũ, nisi prius indi-

cauerit mihi: hunc ergo celauit me pa-
ter meus sermoné tantúmodo? nequa-
3 quá erit istud. ¶ Et iurauit rursum Da-
uidi: & ille ait, Scit ꝓfecto pater tuus
quia inueni gratiá in oculis tuis, & di-
cet, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tri-
stetur. Quinimò viuit Dñs, & viuit aía
tua, qa vno tm̃ (vt ita dicá) gradu, ego
4 morsq; diuidimur. ¶ Et ait Ionathas ad
Dauid, Quodcúq; dixerit mihi aía tua,
5 faciam tibi. ¶ Dixit aût Dauid ad Iona-
than, Ecce calédæ sunt crastino, & ego
B ex more sedere soleo iuxta regé ad ve-
scendú: dimitte ergo me vt abscódar in
6 agro vsq; ad vesperá diei tertię. ¶ Si re-
spiciés requisierit me pater tuus rñde-
bis ei, Rogauit me Dauid, vt iret celeri-
ter in Beth-léhem ciuitaté suam: quia
victimę solennes ibi sunt vniuersis cô-
7 tribulib⁹ suis. ¶ Si dixerit, Bene: pax erit
seruo tuo. si aût fuerit iratus, scito quia
8 cópleta est malitia eius. ¶ Fac ergo mise-
ricordiam in seruú tuú: quia fędus Dñi
me famulú tuum tecum inire fecisti. si
aût est iniquitas aliqua í me, tu me in-
terfice, & ad patrem tuú ne introducas
9 me. ¶ Et ait Ionathas. ¶ Absit hoc à me:
neq; enim fieri pót, vt si certè cognoue-
ro cópletá esse patris mei malitiá côtra
10 te, non annuntié tibi. ¶ Rñditq; Dauid
ad Ionathan, Quis renútiabit mihi, si-
quid forte rñderit tibi pater tuus durè
11 de me? ¶ Et ait Ionathas ad Dauid: Ve-
ni, & egrediamur foras in agrú. Cúq;
12 exissent ambo in agrum, ¶ ait Ionathas
C ad Dauid, Dñe De⁹ Israël, si inuestiga-
uero sententiam patris mei crastino vel
perédie: & aliquid boni fuerit sup Da-
uid, & nó statim misero ad te, & notum
13 tibi fecero, ¶ hæc faciat Dñs Ionathæ, &
hæc addat. Si aût pseuerauerit pris mei
malitia aduersú te, reuelabo auré tuá
& dimittá te, vt vadas í pace, & sit Dñs
14 tecú, sicut fuit cum pre meo. ¶ Et si vixe-
ro, facies mihi misericordiá Dñi: si verò
15 mortuus fuero, ¶ non auferes misericor
diá tuá à domo mea vsq; in sempiter-
num, qñ eradicauerit Dñs inimicos Da
uid, vnúquenq; de terra: auferat Iona-
than de domo sua, & requirat Dñs de
16 manu inimicorú Dauid. ¶ Pepigit ergo
Ionathas fœdus cú domo Dauid: & re-
quisiuit Dñs de manu inimicorum Da
17 uid. ¶ Et addidit Ionathas deierare Da-
D uid, eo q̃ diligeret illú: sicut enim ani-
18 má suá, ita diligebat eú. ¶ Dixitq; ad eú
Ionathas, Cras calédæ sunt, & requirê-
19 ris: requiretur enim sessio tua ¶ vsq; pe-
rendie. Descendens ergo festinus, & ve-
niens in locú vbi celandus es in die qñ
operari licet, & sedebis iuxta lapidem,
20 qui nomen est Ezel. ¶ Et ego tres sagittas
mittá iuxta eú, & iaciam quasi exercens
21 me ad signú. ¶ Mittá quoq; & puerú, di-
22 cens ei: Vade & affer mihi sagittas. ¶ Si
dixero puero, Ecce sagittę intra te sunt,
tolle eas: tu veni ad me qa pax tibi est,
& nihil est mali, viuit Dñs. Si aût sic lo
cutus fuero puero. Ecce sagittæ vltra te
sunt: Vade í pace, quia dimisit te Dñs.
23 ¶ De verbo aût quod locuti sumus ego
& tu, sit dñs inter me & te, vsq; in sem-
24 piternú. ¶ Abscóditus est ergo Dauid in
agro, & venerût calendę, & sedit rex ad
25 comedendú pané. ¶ Cúq; sedisset rex su
E per cathedrá suá (secundú consuetudi-
né) quę erat iuxta parieté, surrexit Iona-
thas, & sedit Abner ex latere Saul va-
26 cuusq; apparuit locus Dauid. ¶ Et non
est locutus Saul qcquã in die illa: cogi-
tabat enim qd forte euenisset ei vt non
27 esset mundus, nec purificatus: ¶ Cûmq;
illuxisset dies secúda post calédas, rur-
sus apparuit vacuus locus Dauid. Di-
xitq; Saul ad Ionathá filiú suú. Cur nó
venit filius Isai nec heri, nec hodie ad
28 vescendum? ¶ Rñditq; Ionathas Sauli,
Rogauit me obnixè, vt iret in Beth-lé-
29 hé, ¶ & ait: Dimitte me qm̃ sacrificium
soléne est in ciuitate, vnus de fratrib⁹
meis accersiuit me: nunc ergo si inueni
gratiam in oculis tuis, vadá citò, & vi-
debo fratres meos. Ob hanc causam nó
30 venit ad mensam regis. ¶ Iratus autem
F Saul aduersum Ionathan, dixit ei: Fili
mulieris virú vltrò rapientis, nunquid
ignoro qa diligis filiú Isai in confusio-
né tuam, & in cófusioné ignominiosæ
31 matris tuæ? ¶ Oĩbus enim diebus qbus
filius Isai vixerit super terrá, non stabi-
lieris tu, neq; regnum tuú, itaq; iã núc
mitte & adduc eú ad me: qa filius mor-
32 tis est. ¶ Rñdens aût Ionathas Sauli pa-
tri suo, ait: Quare morietur? Quid fecit?
33 ¶ Et arripuit Saul lanceá vt pcuteret eú.
Et intellexit Ionathas q̃ definitú esset à
34 pre suo vt interficeret Dauid. ¶ Surrexit
ergo Ionathas à mensa in ira furoris, &
non comedit in die calendarum secun
da panem. Contristatus est enim super

Dauid,

David, eo quod confudisset eũ pater suus.
35 ¶Cũq; illuxisset mane, venit Ionathas
ĩ agrũ iuxta placitũ David, & puer par-
36 uulus cum eo, ¶& ait ad puerũ suũ, Va-
de, & affer mihi sagittas quas ego iacio.
G Cũq; puer cucurrisset, iecit aliã sagittã
37 trãs puerũ. ¶Venit itaq; puer ad locum
iaculi, qđ miserat Ionathas: & clamauit
Ionathas post tergum pueri, & ait, Ecce
38 ibi est sagitta porrò vltrà te? ¶Clama-
uitq; iterũ Ionathas post tergum pueri,
dicens. Festina velociter ne steteris. Col
legit aũt puer Ionathę sagittas, & attu-
39 lit ad Dñm suũ: ¶& qđ ageretur, penit⁹
ignorabat, tantũmodo enim Ionathas
40 & David rẽ nouerãt. ¶Dedit ergo Iona-
thas arma sua puero, & dixit ei: Vade
41 & defer ĩ ciuitatẽ. ¶Cũq; abijsset puer,
surrexit David de loco qui vergebat ad
austrũ, & cadens pronus in terrã, ado-
rauit tertiò: & osculantes se alterutrũ,
42 fleuerũt pariter, David aũt ampli⁹. ¶Di
xit ergo Ionathas ad David. Vade in pa
ce: quęcũq; iurauimus ambo ĩ noĩe Dñi,
dicentes: Dñs sit inter me & te, & inter
semen tuũ, & semen meũ vsq; in sem-
43 piternum. ¶Et surrexit David, & abiit:
sed Ionathas ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI.

1 Venit aũt David in Nobe ad Achi-
A mélech sacerdotẽ: & obstupuit A-
chimélech, eo quod venisset David. ¶Et di-
xit ei: Quare tu solus, & null⁹ est tecũ?
2 ¶Et ait David ad Achimélech sacerdo-
tẽ: Rex pcepit mihi sermonẽ, & dixit:
Nemo sciat rẽ pp quã missus es à me, &
cuiusmodi pcepta tibi dederim: nã &
pueris meis cõdixi ĩ illũ & illum locũ.
3 ¶Nunc ergo siquid habes ad manũ, vel
qnq; panes, da mihi, aut quicquid inue-
4 neris. ¶Et rñdens sacerdos ad David, ait
illi. Nõ habeo laicos panes ad manũ,
sed tm̃ panẽ sctm̃: si mundi sunt pueri,
5 maximè à mulierib⁹ *. ¶Et rñdit David
B sacerdoti, & dixit ei: Et qdem si de mu
lieribus agit, continuimus nos ab heri
& nudiustertius, qñ egrediebamur, &
fuerunt vasa puerorũ sancta. porrò via
hęc polluta est, sed & ipsa hodie san-
6 ctificabitur in vasis. ¶‖Dedit ergo ei sa-
cerdos sãctificatũ panẽ. neq; enim erat
ibi panis, nisi tm̃ panes ppositionis qui
sublati fuerãt à facie Dñi, vt ponerent
7 panes calidi. ¶Erat aũt ibi vir quidã de
seruis Saul, in die illa intus in taberna-
C culo Dñi: & nomẽ eius Doeg Idumęus
8 potẽtissimus pastorũ Saul: *¶Dixit autẽ
David ad Achimélech, Si habes hic ad
manũ hastã aut gladiũ? *quia gladium
meũ, & arma mea nõ tuli mecum. ser-
9 mo enim regis vrgebat. ¶Et dixit sacer-
dos, Ecce hic gladi⁹ Goliath Philisthęi,
quẽ pcussisti ĩ Valle-terebinthi, est in-
uolutus pallio post ephod: si istum vis
tollere, tolle neq; enim hic est ali⁹ abs-
que eo. Et ait David, Non est huic alter
10 similis, da mihi eũ. ¶Surrexit itaq; Da-
uid, & fugit in die illa à facie Saul, &
11 venit ad Achis regẽ Geth; ¶dixeruntq;
serui Achis ad eũ, cũ vidissent David,
Nũquid nõ iste est David rex terrę? nõ-
D ne huic cãtabãt p choros, dicentes: Per-
cussit Saul mille, & David decẽ millia?
12 ¶Posuit aũt David sermones istos ĩ cor-
de suo, & extimuit valde à facie Achis
13 regis Geth. ¶Et immutauit os suũ corã
eis, & collabebatur inter manus eorũ: &
impingebat in ostia portæ, defluebãtq;
14 saliuę ei⁹ ĩ barbã. ¶Et ait Achis ad seruos
suos, Vidistis hoĩem insanũ: quare ad-
15 duxistis eũ ad me? ¶An desunt nobis fu
riosi, quod introduxistis istũ, vt fureret me
pñte? hiccine ingredietur domum meã?

CAP. XXII.

1 Abijt ergo David inde & fugit ĩ spe-
A luncã Odollã. Qđ cùm audissent
fratres eius: & oĩs dom⁹ patris eius, de-
2 scenderũt ad eũ illuc. ¶Et conuenerũt
ad eũ oẽs q erant in angustia constitu-
ti, & oppressi ære alieno: & amaro aĩo,
& factus est eorũ princeps, fueruntq; cũ
3 eo quasi quadringẽti viri. ¶Et pfectus
est David inde in Maspha, quę est Moab:
& dixit ad regẽ Moab. Maneat oro pr
meus & mater mea vobiscũ, donec sciã
4 quid faciat mihi Deus. ¶Et reliquit eos
ante faciẽ regis Moab: mãserũtq; apud
eũ cunctis diebus quib⁹ David fuit in
5 psidio. ¶Dixitq; Gad ppheta ad David:
Noli manere in psidio, pficiscere, & va
de in Terrã-Iuda. Et pfectus est David,
6 & venit ĩ Saltũ hareth. ¶Et audiuit Saul
qđ apparuisset David, & viri, q erãt cũ
B eo. Saul aũt cũ maneret ĩ Gabaa, & es-
set in nemore quod est in Rama. hastã
manu tenens, cunctiq; serui eius circũ-
7 starẽt eũ, ¶ait ad seruos suos qui assiste-
bant ei, Audite me nũc filij Iemini nũ-
quid oĩbus vobis dabit filius Isai agros
& vineas, & vniuersos vos faciet tribu-

* manduca-uit.
‖ Mat. 12. a. 3.
* hic pascebat mulas Saul.
* da mihi.
— 1.
— 6.

nos,

8 nos, & cēturiones: ¶qm̄ coniuraſtis oēs
aduerſum me, & non eſt q mihi renũ-
tiet, maximè cùm & filius meus fędus
inierit cum filio Iſai? Nō eſt qui vicem
meam doleat ex vobis, nec q annuntiet
mihi: eo ꝙ ſuſcitauerit filius meus ſer-
uum meum aduerſum me, inſidiantē
9 mihi vſq; hodie. ¶Rñdés aũt Doeg Idu
mæus qui aſſiſtebat, & erat primus in-
ter ſeruos Saul. Vidi inquit filium Iſai
in Nobe apud Achi-mélech filiũ Achi-
10 tob-ſacerdotem. ¶Qui conſuluit ꝓ eo
Dñm, & cibaria dedit ei: ſed & gladiũ
11 Goliath Philiſthęi dedit illi. ¶Miſit er-
go rex ad accerſendũ Achi-mélech ſa-
cerdotem filium Achitob, & oém do-
mum patris eius, ſacerdotum qui erant
in Nobe, qui vniuerſi venerũt ad regé.
12 ¶Et ait Saul ad Achi-mélech, Audi fi-
li Achitob. Qui rñdit Præſto ſum Dñe.
13 ¶Dixitq; ad eũ Saul. Quare coniuraſtis
C aduerſum me tu & filius Iſai, & dediſti
ei panes & gladiũ, & conſuluiſti pro eo
Dñm, vt conſurgeret aduerſum me inſi
14 diator vſq; hodie permanens? ¶Reſpon
denſq; Achi-mélech regi, ait. Et quis in
oībus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis, &
gener regis, & pergens ad imperiũ tuũ,
15 & glorioſus in domo tua? ¶Num hodie
cœpi pro eo conſulere Dñm? abſit hoc
à me: ne ſuſpicetur rex aduerſus ſeruũ
ſuum rem huiuſcemodi, in vniuerſa
domo patris mei: nō enim ſciuit ſeruus
tuus quicquam, ſuper hoc negotio, vel
16 modicũ vel grande. ¶Dixitq; rex: Morte
morieris Achi-mélech, tu & omnis do-
17 mꝰ patris tui. ¶Et ait rex emiſſariis qui
circunſtabant eũ: Conuertimini, & in-
terficite ſacerdotes Dñi: nam manus eo
rum cum Dauid eſt: ſciētes ꝙ fugiſſet,
& non indicauerunt mihi. Noluerũt
aũt ſerui Regis extēdere manus ſuas in
18 in ſacerdotes Dñi. ¶Et ait rex ad Doeg:
D Cōuertere tu & irrue in ſacerdotes*. Cō
uerſuſq; Doeg Idumæus, irruit in ſacer
dotes: & trucidauit in die illa octogin-
taquinque viros veſtitos ephod lineo.
19 ¶Nobe aũt ciuitatem ſacerdotũ ꝑcuſſit
in ore gladij, viros & mulieres, & par-
uulos & lactentes, bouéq; & aſinum, &
20 ouem in ore gladij. ¶Euadens aũt vnus
filius Achi-mélech filij Achitob, cuius
nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid,
21 ¶& annuntiauit ei ꝙ occidiſſet Saul ſa-
22 cerdotes Dñi. ¶Et ait Dauid ad Abia-

* Domini.

thar: Sciebam in die illa, ꝙ cum ibi eſ
ſet Doeg Idumæus, proculdubio annũ
tiaret Sauli: ego ſum reus oīum anima
23 rũ* patris tui. ¶Mane mecũ, ne timeas:
ſi quis quæſierit aīam meam, quæret &
animam tuam, mecumq; ſeruaberis.

CAP. XXIII.

1 ET annuntiauerũt Dauid dicentes:
A Ecce Philiſthiim oppugnãt Ceilam
2 & diripiunt areas. ¶Conſuluit ergo Da
uid Dñm dicens: Num vadam & ꝑcu-
tiam Philiſthęos iſtos? Et ait Dñs ad Da
uid: Vade, & ꝑcuties Philiſthæos & Cei
3 lam ſaluabis. ¶Et dixerunt viri q erát
cũ Dauid ad eũ: Ecce nos hic in Iudęa
conſiſtentes timemus: quanto magis ſi
ierimus in Ceilam: aduerſum agmina
4 Philiſthinorum? ¶Rurſum ergo Dauid
conſuluit Dñm. Qui rñdens ait ei: Sur-
ge: & vade in Ceilã: ego enim tradam
5 Philiſthęos ĩ manu tua. ¶Abiit ergo Da
uid & viri eius in Ceilam, & pugnauit
aduerſum Philiſthęos, & abegit iumen
ta eorum, & ꝑcuſſit eos plaga magna:
& ſaluauit Dauid habitatores Ceilæ.
6 ¶Porrò eo tpe quo fugiebat Abiathar fi
lius Achi-mélech ad Dauid in Ceilam.
7 ephod ſecũ habens deſcenderat. ¶Nun-
tiatũ eſt aũt Sauli ꝙ veniſſet Dauid in
Ceilam: & ait Saul: Tradidit eum Dñs
B in manus meas, concluſuſq; eſt intro-
greſſus vrbé in qua portæ & ſerę ſunt.
8 ¶Et pcepit Saul oĩ pplo, vt ad pugnam
deſcenderet in Ceilam, & obſideret Da
9 uid & viros eius. ¶Qđ cũ Dauid reſciſ-
ſet qđ prępararet ei Saul clam malum,
dixit ad Abiathar ſacerdotem: Applica
10 Ephod. ¶Et ait Dauid: Dñe Deus Iſraël,
audiuit famá ſeruus tuus, ꝙ diſponat
Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbé
11 ꝑpter me. ¶Si tradét me viri Ceilę in ma-
nus eius? & ſi deſcédet Saul, ſicut audi
uit ſeruus tuus? Dñe Deus Iſraël indica
ſeruo tuo. Et ait Dñs: Deſcédet. Dixitq;
12 ¶*Dauid: Si tradent me viri Ceilæ, & vi
ros qui ſunt mecum in manus Saul? Et
13 dixit Dñs: Tradent. ¶Surrexit ergo Da-
uid & viri eiꝰ quaſi ſexcéti, & egreſſi de
Ceila, huc atq; illuc vagabant̃ incerti:
nuntiatũq; eſt Sauli ꝙ fugiſſet Dauid
de Ceila & ſaluatus eſſet: quá ob ré diſ
14 ſimulauit exire. ¶Morabat̃ aũt Dauid
in deſerto, in locis firmiſſimis, mãſitq;
in mōte ſolitudinis Ziph-in mōte opa-
C co, quęrebat eum tñ Saul cunctis diebꝰ,

* domus

* rurſũ.

& non tradidit eum Dñs in manus ei⁹.
15 ꝰEt vidit Dauid ꝙ egressus esset Saul vt
quęreret aïam eius. Porrò Dauid erat in
16 deserto-Ziph in sylua. ꝰEt surrexit Io-
nathas filius Saul, & abiit ad Dauid in
syluá. & cõfortauit manus eius in Deo,
17 ꝰdixitq; ei: Ne timeas, neq; enim inue-
niette manus Saul patris mei, & tu
regnabis supra Israël, & ego ero tibi se-
18 cundus, sed & Saul pr̃ me⁹ scit hoc. ꝰPer
cussit ergo vterq; fędus coram Dño: má
sitq; Dauid in sylua, Ionathas aũt reuer
19 sus est in domũ suam. ꝰAscenderũt aũt
Ziphęi ad Saul in Gabaa, dicentes: Non
ne ecce Dauid latitat apud nos in lo-
cis tutissimis syluæ, in Colle-Hachila, q̃
20 est ad dexteram deserti? ꝰNunc ergo si-
cut desiderauit aïa tua vt descenderes,
descẽde: nostrum aũt erit vt tradamus
21 eũ in manus regis. ꝰDixitq; Saul: Bene
dicti vos à Dño, qa doluistis vicẽ meá.
22 ꝰAbite ergo oro, & diligentius ꝑparate,
& curiosius agite & considerate locum
vbi sit pes eius*, vel qs viderit eũ ibi, *re
cogitat enim de me, ꝙ callidè insidier
23 ei. ꝰConsiderate, & videte oïa latibula
D eius, in quibus absconditur: & reuerti-
mini ad me ad rem certá, vt vadá vobis-
cum, ꝙ si etiam in terrá se obstruxerit,
perscrutabor eũ in cũctis millib⁹ Iuda.
24 ꝰAt illi surgẽtes abierunt in Ziph ante
Saul: Dauid aũt & viri eius erant in De
serto-Maon, in cãpestribus ad dexteram
25 Iesimon. ꝰIuit ergo Saul & socij eius ad
quærendũ eũ: & nuntiatum est Dauid
statimq; descendit ad petrá, & versabat
in Deserto-Maon, ꝙ cum audisset Saul,
ꝑsequutus est Dauid in Deserto-Maon.
26 ꝰEt ibat Saul *ad lat⁹ mõtis ex parte vna:
Dauid aũt & viri eius erãt in latere mõ
tis ex parte altera: porrò Dauid despera
bat se posse euadere à facie Saul: itaque
Saul, & viri eius in modum coronæ cin
gebãt Dauid & viros ei⁹, vt caperẽt eos.
27 ꝰEt nuntius venit ad Saul: dicens: Festi-
na, & veni, qm̃ infuderũt se Philisthiim
28 super terrá. ꝰReuersus est ergo Saul desi
stens persequi Dauid, & perrexit in oc-
cursum Philisthinorum, ꝓpter hoc vo
cauerũt locũ illum Petram diuidenté.

* veloci ter.
*vbi dixi ft.
* & viri eius.

CAP. XXIIII.

1 A Scẽdit ergo Dauid ĩde & habitauit
A in locis tutissimis En-gaddi. ꝰCũq;
2 reuersus esset Saul, postq̃ persequutus
est Philisthęos, nũtiauerunt ei dicẽtes,
3 Ecce Dauid ĩ deserto est En-gaddi. ꝰAs-
sumẽs ergo Saul tria millia electorũ vi-
rorũ ex oĩ Israël, perrexit ad inuestigan
dũ Dauid & viros eius, ẽt sup abruptis
simas petras, q̃ solis ibicibus puię sunt.
4 ꝰEt venit ad caulas ouiũ, q̃ se offer bát
vianti, eratq; ibi spelũca quá ingressus
est Saul, vt purgaret vẽtrẽ: porrò Dauid
& viri eius in interiore parte spelũcę la
5 tebãt. ꝰEt dixerũt serui Dauid ad eum:
Ecce dies de qua loquut⁹ est Dñs ad te,
Ego tradá tibi inimicũ tuũ, vt facias ei
sicut placuerit ĩ oculis tuis: Surrexit er-
go Dauid & ꝑcidit orá chlamydis Saul
6 silẽter. ꝰPost hęc ꝑcussit cor suũ Dauid,
eo ꝙ abscidisset oram clamydis Saul.
7 ꝰDixitq; ad viros suos: Propiti⁹ sit mihi
B Dñs ne faciá hác rem Dño meo Christo
Dñi, vt mittá manu meá in eũ, qa Chri
stus Dñi est. Viuit Dñs, quia nisi Dñs
ꝑcusserit eũ, aut dies ei⁹ venerit vt mo-
riatur, aut descendens in prælĩũ perie-
rit: propitius mihi sit Dñs vt non mittá
8 manũ meá in Christũ Dñi. ꝰEt cõfregit
Dauid viros suos sermonibus*, & non
ꝑmisit eos vt consurgerẽt in Saul: porrò
Saul exurgẽs de spelunca, ꝑgebat cępto
9 itinere. ꝰSurrexit aũt Dauid post eũ: &
egressus de spelunca, clamauit post ter-
gũ Saul, dicens: dñe mi rex. Et respexit
Saul post se: & ĩclinás se Dauid ꝓnus
10 ĩ terrá, adorauit, ꝰdixitq; ad Saul: Qua-
re audis verba hoïum loquentium, Da
11 uid q̃rit malũ aduersum te? Ecce hodie
viderunt oculi tui ꝙ tradiderit te Dñs
in manu mea in spelũca: & cogitaui vt
occideré te, sed pepercit tibi ocul⁹ me⁹.
C dixi enim: Non extendá manũ, meá in
12 Dñm meũ, qa Christius Dñi est. ꝰQuin
potius pater mi, vide, & cognosce oram
chlamydis tuę in manu mea: qm̃ cùm
pręscinderẽ summitatẽ chlamydis tuæ,
nolui extẽdere manũ meá in te: aïaduer
te, & vide, qm̃ nõ est in manu mea ma-
lum, neq; iniquitas, neq; peccaui in te:
tu aũt insidiaris aïæ meę vt auferas eá.
13 ꝰIudicet Dñs inter me & te, & vlciscat
me Dñs ex te: manus aũt mea nõ sit in
14 te: ꝰSicut & in prouerbio antiquo dr̃:
AB IMPIIS egrediet impietas: man⁹
15 ergo mea non sit in te. ꝰQuẽ perseque-
ris Rex Israël? quẽ ꝑsequeris? canẽ mor-
16 tuũ ꝑsequeris, & pulicem vnũ. ꝰSit Dñs
iudex, & iudicet ĩter me & te: & videat
& iudicet causam meam & eruat me de

*istis.

17manu tua. ¶ Cùm aūt cōplesset Dauid,
D loqués sermones huiuscemodi ad Saul
dixit Saul: Nūquid vox hęc tua est fili
mi Dauid? Et leuauit Saul vocē suā, &
18fleuit, ¶dixitq; ad Dauid: iustior tu es
quàm ego: tu enim tribuisti mihi bo-
19na: ego aūt reddidi tibi mala. Et tu in-
dicasti hodie q̃ feceris mihi bona: quo-
modo tradiderit me dn̄s in manū tuā,
20& non occideris me. ¶ Quis enim cùm
inuenerit inimicū suū, dimittet eū in
via bona? Sed dn̄s reddat tibi vicissitu-
dinem hanc pro eo quod hodie opera-
21tus es in me. ¶Et nunc quia scio quòd
certissimè regnaturus sis, & habiturus
22in manu tua regnū Israël: ¶Iura mihi
in dn̄o, ne deleas semen meū post me,
neq; auferas nomen meum de domo
23patris mei. ¶Et iurauit Dauid Sauli. Abiit
ergo Saul in domum suam: & Dauid,
& viri eius ascenderūt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

Eccl. 46. d. 23.

1
A MOrtuus est aūt Samuel, & congre-
gatus est vniuersus Israël, & plan-
xerunt eum, & sepelierunt eū in domo
sua in Ramátha. Consurgensq; Dauid
2 descendit in desertū Pharan. ¶Erat aūt
vir q̄spiā in solitudine Maon, & posses-
sio eius in Carmelo, & homo ille ma-
gnus nimis: erantq; ei oues tria millia,
& mille capræ: et accidit vt tonderetur
3 grex eius in in Carmelo. ¶Nomē aūt vi-
ri illius erat Nabal, et nomē vxoris eiꝰ
Abigáil: eratq; mulier illa prudentissi-
ma & speciosa: porrò vir eius durus, et
pessimus, et malitiosus: erat aū. de ge-
4 nere Caleb. ¶Cum ergo audisset Dauid
in deserto q̄ tonderet Nabal gregē suū,
5 ¶misit decem iuuenes et dixit eis: Ascē-
dite in Carmelū, et venietis ad Nabal,
et salutabitis eum ex noīe meo pacifi-
6 cè. ¶Et dicetis: Sit fratribus meis et tibi
B pax, et domui tuæ pax, et oībus quæcū-
que habes, sit pax. Ex multis annis sal
7 uos faciens tuos, et oīa tua. ¶Audiui q̄
tonderent pastores tui* qui erāt nobiscū
in deserto: nunquā eis molesti fuimus,
nec aliq̄n defuit q̄cquam eis de grege,
omni tp̄e quo fuerūt nobiscū in Carme
8 lo. ¶Interroga pueros tuos, et indicabūt
tibi. Nunc ergo inueniāt pueri tui gra-
tiam in oculis tuis: in die enim bona
venimus. quodcunq; inuenerit manus
tua, da seruis tuis, et filio tuo Dauid.
9 ¶Cūq; venissent pueri Dauid, loquuti

* greges tuos.

sunt ad Nabal oīa verba hęc ex noīe
10Dauid: Et siluerunt. ¶Rn̄dens aūt Na-
bal pueris Dauid ait: Quis est Dauid?
et quis est filius Isai? hodie increuerunt
11serui qui fugiunt dn̄os suos. ¶Tollam
ergo panes meos, et aquas meas, et car-
nes pecorū quæ occidi tōsoribus meis,
12et dabo viris quos nescio vnde sint? ¶Re
gressi sunt itaq; pueri Dauid per viam
suam, et reuersi venerunt, et annuntia-
uerunt ei omnia verba quæ dixerat * viris 8.
13Nabal. ¶Tunc ait Dauid *pueris* suis:
Accingatur vnusquisque gladio suo. Et
C accincti sunt singuli gladiis suis, accin-
ctusq; est et Dauid ense suo: et secuti
sunt Dauid quasi quadringenti viri:
porrò ducenti remāserunt ad sarcinas.
14¶Abigáil aūt vxori Nabal nūtiauit vnꝰ
de pueris suis, dicēs: Ecce Dauid misit
nūtios de deserto vt benedicerent dn̄o
15nostro: et auersatus est eos. ¶hoīes isti,
boni satis fuerunt nobis, et non mole
sti, nec quicquā aliq̄n periit omni tp̄e
quo fuimus conuersati cum eis in deser
16to: ¶pro muro erant nobis tam in nocte
q̄ in die, oībus diebus quibus pauimꝰ
17apud eos greges. ¶Quā ob rē considera,
et recogita quid facias: q̄m cōpleta est
malitia aduersum virum tuum, et ad-
uersum domum tuā, et ipse est filiꝰ Be-
18lial, ita vt nemo possit ei loqui. ¶Festi-
nauit igitur Abigáil, et tulit ducētos pa
nes et duos vtres vini, et quinq; arietes
coctos, et q̄nq; sata polētę, et centū liga
turas vuæ passę, et ducentas massas cari
19carū, et posuit sup asinos, ¶dixitq; pue-
ris suis: Pręcedite me, ecce, ego post ter-
D gū sequar vos. viro aūt suo Nabal non
20indicauit. ¶Cū ergo ascendisset asinū, et
descēderet ad radicē mōtis, Dauid et vi-
ri eiꝰ descēdebāt in occursum eiꝰ: q̄bus
21et illa occurrit. Et ait Dauid. ¶ Verè fru-
stra seruaui oīa q̄ huius erāt in deserto,
et non periit q̄cquam de cūctis quæ ad
eum ptinebant, et reddidit mihi malū
22pro bono. ¶Hæc faciat Deus inimicis
Dauid, et hęc addat, si reliquero de oī-
bus quę ad ipsum pertinēt vsq; mane,
23mingentē ad parietem. ¶Cum aūt vidis
set Abigáil Dauid, festinauit, et descen-
dit de asino, et procidit corā Dauid su-
per faciē suā, et adorauit super terram,
24¶et cecidit ad pedes eius, et dixit: In me
sit dn̄e mi hęc iniquitas: loquat obse-
cro ancilla tua in auribus tuis: et audi

25 verba famulę tuę. ¶Ne ponat oro Dñs
meus rex cor suum sup virũ istum ini-
quum Nabal: qm̃ ẽm nomen suũ stul-
tus est, & stultitia est cum eo: ego auté
ancilla tua non vidi pueros tuos Dñe
26 mi quos misisti. ¶Nũc ergo Dñe mi vi-
E uit Dñs, & viuit aĩa tua, qui prohibuit
te ne venires in sanguinem, & saluauit
manum tuam tibi: & nunc fiant sicut
Nabal inimici tui, & qui quærunt dño
27 meo malũ. ¶Quapp suscipe bñdictio-
nem hanc, quã attulit ancilla tua tibi
Dño meo: & da pueris qui sequũtur te
28 Dñm meum. ¶Aufer iniquitaté famulę
tuæ: faciens enim faciet Dñs tibi Dño
meo domũ fidelé, quia prælia Dñi Dñe
mi tu præliaris: malitia ergo non inue-
29 niatur in te oĩbus diebus vitę tuæ. ¶Si
enim surrexerit aliqñ homo psequens
te, & quærens aĩam tuam, erit aĩa Dñi
mei custodita quasi in fasciculo viuen
tium, apud Dñm Deum tuum: porrò
inimicorum tuorũ aĩa rotabitur, quasi
30 in impetu & circulo fundæ. ¶Cũ ergo
fecerit Dñs tibi Dño meo oĩa q̃ loquut⁹
est bona de te, & constituerit te ducem
31 super Israël. ¶nõ erit tibi hoc in singul-
tum, & in scrupulum cordis Dño meo,
ꝙ effuderis sanguinem innoxium, aut
ipse te vltus fueris: & cum benefecerit
Dñs Dño meo, recordaberis ancillæ
32 tuę. ¶Et ait Dauid ad Abigáil, Benedi-
F ctus Dñs Deus Israël, qui misit hodie
33 te in occursum meum, ¶& benedictũ
eloquium tuum, & benedicta tu, quæ
phibuisti me hodie ne irem ad sangui-
34 nem, & vlciscerer me manu mea. ¶Alio
quin viuit Dñs Deus Israël qui prohi-
buit me, ne malum facerem tibi: nisi ci
tò venisses in occursum mihi, nõ remá
sisset Nabal vsq; ad lucem matutinã,
35 mingẽs ad parietem. ¶Suscepit ergo Da
uid de manu eius omnia quæ attulerat
ei, dixitq; ei: Vade pacificè in domum
tuam, ecce audiui vocem tuá, & hono-
36 raui faciem tuá. ¶Venit aũt Abigáil ad
Nabal: & ecce erat ei cõuiuiũ in domo
eius, quasi conuiuiũ regis, & cor Nabal
iucundum: erat enim ebrius nimis: &
non indicauit ei verbum pusillũ aut
37 grande vsq; mane. ¶Diluculo auté cũ
digessisset vinum Nabal, indicauit ei
G vxor sua verba hæc, & emortuũ est cor
ei⁹ intrinsecus, & factus est quasi lapis.
38 ¶Cumq; pertrãsissent decem dies, per-
39 cussit Dñs Nabal, & mortu⁹ est. ¶Quod
cum audisset Dauid mortuum Nabal,
ait: Benedictus Dñs qui iudicauit cau-
sam opprobrij mei de manu Nabal, &
seruum suũ custodiuit à malo, & mali-
tiam Nabal reddidit Dñs in caput ei⁹.
Misit ergo Dauid, & locutus est ad Abi
40 gáil, vt sumeret eam sibi in vxoré. ¶Et
venerũt pueri Dauid ad Abigáil in Car
melum, & locuti sunt ad eam, dicẽtes:
Dauid misit nos ad te, vt accipiat te si-
41 bi in vxorem. ¶Quę consurgens adora-
uit prona in terram, & ait: Ecce famula
tua sit in ancillam, vt lauet pedes ser-
42 uorum Dñi mei. ¶Et festinauit, & surre
xit Abigáil, & ascendit super asinũ, &
quinq; puellæ ierunt cum ea, pedisse-
quæ eius, & secuta est nuntios Dauid:
43 & facta est illi vxor. ¶Sed & Achinoam
accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtra-
44 que vxor eius. ¶Saul auté dedit Michol
filiam suam vxorem Dauid Phalti, fi-
lio Lais, qui erat de Gallim.

CAP. XXVI.

1 ET venerunt Ziphęi ad Saul in Ga-
A baa, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in Colle-Hachila, quæ est ex ad-
2 uerso solitudinis. ¶Et surrexit Saul, &
descendit in desertum-Ziph, & cum eo
tria millia virorum de electis Israël, vt
3 quæreret Dauid in deserto-Ziph. ¶Et ca
strametatus est Saul in Gabaa-hachila,
q̃ erat ex aduerso solitudinis in via: Da
uid aũt habitabat in deserto. Videns
aũt ꝙ venisset Saul post se in desertũ,
4 ¶misit exploratores, & didicit qđ-illuc -7.
5 venisset certissimè. ¶Et surrexit Dauid
-clam & venit ad locũ vbi erat Saul: -3.
cumq; vidisset locũ in quo dormiebat
Saul & Abner filius Ner princeps mili-
tię eius, & Saulem dormienté in tento
rio, & reliquum vulgus per circuitum
6 eius, ¶ait Dauid ad Achi-mélech He-
thæum, & Abisai filium Saruiæ, fratré
Ioab dicens: Quis descendet mecũ ad
Saul ĩ castra? Dixitq; Abisai: Ego descé-
7 dam tecũ. ¶Venerũt ergo Dauid & Abi
sai ad pplm̃ nocte, & inuenerunt Saul
iacentem & dormienté in tentorio, &
hastã fixã in terra ad caput eius. Abner
aũt & pplm̃ dormientes in circuitu ei⁹.
8 ¶Dixitq; Abisai ad Dauid, Cõclusit De⁹
B inimicum tuum hodie in manus suas;
nũc ergo pfodiã eum lancea in terra se
9 mel, & secũdo opus non erit. ¶Et dixit

Dauid ad Abisai: Ne interficias eũ: quis
enim extendet manũ suam in Christũ
10 Dñi, & innocens erit? ¶Et dixit Dauid:
Viuit Dñs, quia nisi Dñs percusserit eũ,
aut dies eius venerit vt moriatur, aut in
11 prælium descendens perierit. ¶propitius
sit mihi dñs ne extendam manũ meam
in Christum Dñi: nunc igitur tolle ha-
stam quæ est ad caput eius, & scyphum
12 aquæ, & abeamus. ¶Tulit igitur Dauid
hastã, & scyphum aquæ, qui erat ad ca-
put Saul, & abierunt: & non erat qsquã
q̃ videret, & intelligeret, & euigilaret,
sed oẽs dormiebant, quia sopor Dñi ir-
13 ruerat sup eos. ¶Cùmq; trãsisset Dauid
ex aduerso, & stetisset in vertice mõtis
de longè, & esset grande interuallũ in-
14 ter eos, ¶clamauit Dauid ad pplm, &
ad Abner filium Ner, dicẽs: Nonne rñ-
C debis Abner? Et rñdẽs Abner ait: Quis
15 es tu qui clamas, & inquietas regẽ? ¶Et
ait Dauid ad Abner: Nunquid non vir
tu es? & quis alius similis tui in Israël?
quare ergo non custodisti Dñm tuum
regem? ingressus est enim vnus de tur-
16 ba vt interficeret regem Dñm tuũ. ¶Nõ
est bonum hoc quod fecisti: viuit Dñs,
qm filij mortis estis vos, qui non custo-
distis Dñm vestrũ Christum Dñi. nunc
ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi scy-
17 phus aquę q̃ erat ad caput eius. ¶Cogno
uit aũt Saul vocem Dauid, & dixit: Nũ-
q̃d vox hęc tua fili mi Dauid? Et ait Da
18 uid: Vox mea Dñe mi rex. ¶Et ait: Quã
ob causam Dñs meus persequitur seruũ
suum? Quid feci? aut quod est malũ in
19 manu mea? ¶Nunc ergo audi oro Dñe
mi rex verba serui tui, Si Dñs incitat te
aduersum me odoret sacrificiũ: si aũt
D filij hoium: maledicti sunt in cõspectu
*quia 1. Dñi *qui eiecerunt me hodie, vt non ha
bitem in hęreditate Dñi: dicẽtes: Vade,
20 serui diis alienis. ¶Et nunc nõ effunda-
tur sanguis meus in terrã coram Dño:
qa egressus est rex Israël vt quærat puli
cem vnum, sicut persequitur perdix in
21 in mõtibus. ¶Et ait Saul, peccaui, reuer-
tere fili mi Dauid: nequaq̃ enim vltra
tibi malefaciã, eo q̃ prætiosa fuerit aïa
mea in oculis tuis hodie: apparet enim
q̃ stultè egerim, & ignorauerim multa
22 nimis. ¶Et rñdens Dauid ait: Ecce hasta
regis, trãseat vnus de pueris regis, & tol-
23 lat eam. ¶Dñs aũt retribuet vnicuiq; fm
iustitiam suã & fidem: tradidit enim
te Dñs hodie in manum meã, & nolui
extendere manum meam in Christum
24 Dñi. ¶Et sicut magnificata est aïa tua
hodie in oculis meis, sic magnificetur
aïa mea in oculis Dñi, & liberet me de
25 omni angustia. ¶Ait ergo Saul ad Da-
uid: Benedictus tu fili mi Dauid: & qui
dem faciens facies, & potens poteris.
Abiit autem Dauid in viam suam, &
Saul reuersus est in locum suum.

CAP. XXVII.

1 ET ait Dauid in corde suo: Aliqñ in-
A cidã vna die in manus Saul: nónne
melius est vt fugiam, & saluer in terra
Philisthinorum, *vt desperet Saul, ces-
setq; me quærere in cũctis finibus Isra- *& 1.
2 ël? fugiam ergo manꝰ eius. ¶Et surrexit
Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cũ
eo, ad Achis filium Maoch regẽ Geth.
3 ¶Et habitauit Dauid cũ Achis in Geth,
ipse & viri eius, *& domus eius, Dauid *viri 2.
& duę vxores eius, Achi-nóam Iezrahe
litis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli.
4 ¶Et nuntiatũ est Sauli q̃ fugisset Dauid
in Geth, & nõ addidit vltrà quęrere eũ.
5 ¶Dixit autẽ Dauid ad Achis. Si inueni
B gratiã in oculis tuis, detur mihi locus
in vna vrbium regionis huius, vt habi-
tem ibi, cur enim manet seruus tuus in
6 ciuitate regis tecum? ¶Dedit itaq; ei A-
chis in die illa Siceleg: pp quã causam
facta est Siceleg regum Iuda vsq; in diẽ
7 hanc. ¶Fuit aũt numerus dierum quibꝰ
habitauit Dauid in regione Philisthino
8 rum quatuor mẽsium. ¶Et ascendit Da
C uid, & viri eius, & agebant prædas de
Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi
enim *pagi *habitabantur in terra antiq *habitabant 8. *vagi, habitabant 4
tus, euntibus Sur vsq; ad terrã Ægypti,
9 Et percutiebat Dauid oẽm terram *, nec * illorũ.
relinquebat viuentẽ virũ & mulierem:
tollensq; oues & boues, & asinos, & ca-
melos, & vestes, reuertebatur & venie-
10 bat ad Achis. ¶Dicebat aũt ei Achis: in
quem irruisti hodie? Respondebat Da-
uid: Contra meridiem Iudę, & contra
meridiem Ierameel, & contra meridiẽ
11 Ceni. ¶Virum & mulierem nõ viuifica
D bat Dauid, nec adducebat in Geth: di-
cens: Ne fortè loquant aduersum nos.
Hęc fecit Dauid: & hoc erat decretum
illi oĩbus diebus quibus habitauit in
12 regione Philisthinorũ. ¶Credidit ergo
Achis Dauid, dicẽs: Multa mala opera-
tus est contra populum suum Israël:

erit igitur mihi seruus sempiternus.

CAP. XXVIII.

1 FActū est aūt in diebus illis, congrega
A uerunt Philisthiim agmina sua, vt
præpararentur ad bellū contra Israël: di
xitq; Achis ad Dauid: Sciens nūc scito,
qm̄ mecū egredieris in castris tu & viri
2 tui. ¶ Dixitq; Dauid ad Achis: Nūc scies
q̄ facturus est seruus tuus. Et ait Achis
ad Dauid: Et ego custodem capitis mei
3 ponam te cunctis diebus. ‖ ¶ Samuel aūt
mortuus est, planxitq; eum oīs Israël,
& sepelierunt eum in Ramátha vrbe
sua. Et Saul abstulit magos, & hariolos
de terra:- & interfecit eos, q pythones
4 habebant in ventre'. ¶ Cōgregatiq; sunt
Philisthiim & venerunt & castrameta-
ti sunt in Sunā, congregauit aūt & Saul
vniuersum Israël, & venit in Gelboe.
5 ¶ Et vidit Saul castra Philisthiim & ti-
6 muit, & expauit cor eius nimis. ¶ Cōsu-
luitq; dn̄m, & non rn̄dit ei, neq; p som
nia, neq; per sacerdotes, neq; p Prophe-
7 tas. ¶ Dixitq; Saul seruis suis, Quærite
mihi mulierem habentem pythonem,
& vadam ad eam, & sciscitabor p illā.
B Et dixerunt serui eius ad eum: Est mu-
8 lier pythonē habens in Endor. ¶ Muta-
uit ergo habitum suum, vestitusq; est
aliis vestimentis, & abiit ipse & duo vi
ri cum eo, veneruntq; ad mulierem no
cte, & ait illi: Diuina mihi in pythone,
9 & suscita mihi quem dixero tibi. ¶ Et
ait mulier ad eum: Ecce tu nosti quāta
fecerit Saul, & qūo eraserit magos &
hariolos de terra: quare ergo insidiaris
10 animæ meç, vt occidar? ¶ Et iurauit ei
Saul in Dn̄o, dicens: viuit Dn̄s, quia
non eueniet tibi quicquam mali ꝑpter
11 hanc rem. ¶ Dixitq; ei mulier: Quē su-
scitabo tibi? Qui ait: Samuelem mihi
12 suscita. ¶ Cū aūt vidisset mulier Samue
lem exclamauit voce magna, & dixit
ad Saul: Quare imposuisti mihi? Tu es
13 enim Saul. ¶ Dixitq; ei rex: Noli time-
re: quid vidisti? Et ait mulier ad Saul:
14 deos vidi ascendētes de terra. ¶ Dixitq;
C ei: Qualis est forma eius? Quæ ait. Vir
senex ascēdit, & ipse amictus est pallio
Et intellexit Saul quod Samuel esset, &
inclinauit se super faciem suam in ter-
15 ra, & adorauit. ‖ ¶ Dixit aūt Samuel ad Sa
ul: Quare inquietasti me vt suscitarer?
Et ait Saul: Coarctor nimis siquidē Phi
listhiim pugnant aduersum me, & De⁹
recessit à me, & exaudire me noluit, ne-
que in manu Prophetarū, neq; p som-
nia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi
16 quid faciam. ¶ Et ait Samuel: Quid inter
rogas me cum Dn̄s recesserit à te, & trā
17 sierit ad æmulum tuū? ¶ Faciet enim ti-
bi Dn̄s sicut loquut⁹ est in manu mea,
& ‖ scindet regnum tuum de manu tua, ‖ Sup. 15. f 28.
18 & dabit illud proximo tuo Dauid: ¶ qa
non obedisti voci Dn̄i, neq; fecisti iram
furoris eius in Amalec. idcirco quod pa
19 teris, fecit tibi Dn̄s hodie. ¶ Et dabit Dn̄s
etiam Israël tecū in man⁹ Philisthiim:
cras aūt tu & filij tui mecum eritis: sed
& castra Israël tradet Dn̄s in manus
20 Philisthiim. ¶ Statimq; Saul cecidit por
D rectus in terram; extimuerat enim *ver- ‖ valde 1.
ba Samuelis, & robur non erat in eo, qa
21 non comederat panē tota die illa. ¶ In-
gressa est itaq; mulier illa ad Saul, (con
turbatus enim erat valde) dixitque ad
eū: Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ,
& posui aīam meam in manu mea: &
audiui sermones tuos quos loquutus es
22 ad me. ¶ Nunc igitur audi & tu vocem
ancillæ tuæ, & ponam corā te bucellā
panis, vt comedens conualescas, & pos-
23 sis iter agere. ¶ Qui renuit, & ait: nō co-
medam. Coegerūt aūt eum serui sui &
mulier: & tandem audita voce eorū sur
24 rexit de terra, & sedit sup lectum. ¶ Mu-
lier aūt illa habebat vitulum pascualē
in domo; & festinauit, & occidit eum:
tollēsq; farinā miscuit eā, & coxit azy-
25 ma, ¶ & posuit ante Saul, & ante seruos
eius, Qui cū comedissent, surrexerūt &
ambulauerunt per totam noctem illā.

CAP. XXIX.

1 COngregata sunt ergo Philisthiim
A vniuersa agmina in Aphec: sed &
Israël castrametatus est sup fontem qui
2 erat in Iezrahel. ¶ Et satrapæ quidē Phi-
listhiim incedebant in centuriis & mil
libus: Dauid aūt & viri ei⁹ erāt in nouis
3 simo agmine cum Achis. ¶ Dixeruntq;
principes Philisthiim ad Achis'. Quid -5.
sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad
principes Philisthiim Nunquid ignora
tis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Is-
raël, & est apud me multis diebus vel
annis? & non inueni in eo quicquā *ex *mali.
die qua trāsfugit ad me, vsq; ad diē hāc?
4 ¶ Irati sunt aūt aduersus eum principes
Philisthiim. & dixerunt ei. ‖ Reuertatur ‖ 1. Pa. 12
B vir, & sedeat in loco suo, in quo consti d 19.

tuisti eum: & non descendat nobiscũ
in prælium, ne fiat nobis aduersarius
cũ preliari cœperimus: quo enim aliter
poterit placare Dñm suum, nisi in capi
5 tibus nostris? ¶Nõne iste est Dauid cui
cantabant in choris, dicentes: Percussit
Saul in millibus suis, & Dauid in decẽ
6 millibus suis? ¶Vocauit ergo Achis Da-
C uid, & ait ei: Viuit dñs, quia rect⁹ es tu;
& bonus in cõspectu meo: & exitus tu⁹
& introitus tuus mecum est in castris:
& nõ inueni in te quicquam mali ex die
qua venisti ad me vsq; in diem hãc, sed
7 satrapis non places. ¶Reuertere ergo: &
vade in pace, & non offendas oculos sa
8 traparum Philisthiim. ¶Dixitq; Dauid
ad Achis: Quid enim feci, & quid inue
nisti i me seruo tuo à die qua fui in cõ-
spectu tuo vsq; in diem hanc, vt non ve
niam, & pugnem contra inimicos Dñi
9 mei regis? ¶Rñdens aũt Achis, locut⁹ est
ad Dauid, Scio quia bonus es tu in ocu
lis meis, sicut Angel⁹ Dei: sed principes
Philisthinorũ dixerunt, Non ascendet
10 nobiscum in prelium. ¶Igitur consurge
D manè, tu & serui dñi tui, qui venerunt
tecum: & cum de nocte surrexeritis, &
11 cœperit dilucescere, pergite. ¶Surrexit
itaq; de nocte Dauid ipse & viri eius, vt
proficiscerentur manè, & reuerterentur
ad terram-Philisthiim: Philisthiim au-
tem ascenderunt in Iezrahel.

CAP. XXX.

1 CVmq; venissent Dauid & viri eius
A in Siceleg die tertia, Amalecitę im-
petũ fecerãt ex parte australi in Siceleg,
& percusserant Siceleg, & succenderant
2 eam igni. ¶Et captiuas duxerant mulie-
res ex ea, à minimo vsq; ad magnũ: &
non interfecerant quenquã, sed secum
3 duxerãt, & pgebant itinere suo. ¶Cum
ergo venisset Dauid & viri eius ad ciui
tatẽ, & inuenissent eã succẽsam igni, &
vxores suas, & filios suos, & filias du-
4 ctas esse captiuas, ¶leuauerũt Dauid &
ppl's qui erant cũ eo voces suas, & plan-
xerunt donec deficerẽt in eis lachrymę.
5 ¶Siquidẽ & duæ vxores Dauid captiuæ
ductæ fuerant, Achinoam Iezrahelitis,
6 & Abigail vxor Nabal Carmeli. ¶Et con
B tristatus est Dauid valde: volebat enim
eum ppl's lapidare, quia amara erat aĩa
vniuscuiusq; viri sup filiis suis, & filia-
bus, confortatus est aũt Dauid in Dño
7 Deo suo. ¶Et ait ad Abiathar sacerdotẽ
filium Achimélech, Applica ad me E-
phod: Et applicauit Abiathar Ephod ad
8 Dauid, ¶& cõsuluit Dauid Dñm, dicẽs,
Persequar latrũculos hos, & cõprehẽdã
eos, an non? Dixitq; ei Dñs, Perseque- — 6.
re: absq; dubio enim cõprehendes eos,
9 & excuties prædam. ¶Abiit ergo Dauid
ipse & sexcẽti viri q erant cũ eo, & vene
runt vsq; ad Torrentẽ-Besor: & lassi qui
10 dam substiterunt. ¶Persecutus est autẽ
C Dauid ipse & quadringenti viri*: substi- *cũ eo.
terãt enim ducenti qui lassi transire nõ
11 poterant Torrentẽ-Besor. ¶Et inuenerũt
virũ Ægyptium in agro, & adduxerunt
eum ad Dauid: dederuntq; ei panẽ vt
12 comederet, & biberet aquã, ¶sed & frag-
men massæ caricarũ, & duas ligaturas
vuæ passæ. Qui cũ comedisset, reuersus
est spũs eius, & refocillat⁹ est: non enim
comederat panem, neq; biberat aquã,
13 tribus diebus & tribus noctib⁹. ¶Dixit
itaq; ei Dauid. Cui⁹ es tu? vel vnde? & — 1.
D quo pergis? ¶Qui ait, Puer Ægyptius ego
sum seruus viri Amalecitę: dereliquit
aũt me dñs meus, quia ægrotare cœpi
14 nudiustertiũ. ¶Siquidẽ nos erupimus ad
australẽ plagam Cerethi, & cõtra Iudã,
& ad meridiem Caleb, & Siceleg succen
15 dim⁹ igni. ¶Dixitq; ei Dauid, Potes me
ducere ad cuneum istum? Qui ait, Iura
mihi p Deum q non occidas me, & nõ
tradas me in manus dñi mei, & ego du-
cam te ad cuneũ istũ. Et iurauit ei Da- — 4.
16 uid. ¶Qui cũ duxisset eum, ecce illi di
scumbebant sup faciem vniuersæ terrę
comedentes & bibẽtes, & quasi festum
celebrantes diem, pro cuncta præda &
spoliis q ceperant de terra-Philisthiim,
17 & de terra-Iuda. ¶Et percussit eos Dauid
E à vespere vsq; ad vesperã alterius diei,
& non euasit ex eis quisquam, nisi qua-
dringenti viri adolescentes, qui ascẽde-
18 rant camelos, & fugerãt. ¶Eruit ergo Da
uid oĩa quę tulerãt Amalecitæ, & duas
19 vxores suas eruit. ¶Nec defuit* q̃squam *quicquã
à paruo vsq; ad magnum, tam de filiis
q̃ de filiabus, & de spoliis: & quęcũq;
20 rapuerant, oĩa reduxit Dauid. ¶Et tulit
vniuersos greges & armẽta, & minauit
ante faciem suã, dixerũtq;, Hæc est pda
21 Dauid. ¶Venit aũt Dauid ad ducentos
viros, qui lassi substiterãt, nec sequi po-
tuerãt Dauid, & residere eos iusserat in
Torrẽte-Besor: q egressi sunt obuiã Da-
F uid, & pplo, qui erant cũ eo. Accedẽs aũt

Dauid ad pplm, salutauit eos pacificè
22 ¶Rñdensq; oĩs vir pessimus, & iniquus
de viris qui ierãt cũ Dauid, dixit, Quia
non venerunt nobiscũ, nõ dabimus eis
quicquã de præda quam eruimus: sed
sufficiat vnicuiq; vxor sua & filij, quos
23 cum acceperint, recedãt. ¶Dixit autem
Dauid, Non sic facietis fratres mei de
his quæ tradidit nobis Dñs, & custodi-
uit nos, & dedit latrunculos qui eru-
perant aduersum nos, in manus nras,
24 ¶nec audiet vos quisquam super sermo
ne hoc, æqua enim pars erit descenden
tis ad prælium, & remanentis ad sarci-
25 nas, & similiter diuidẽt. ¶Et factum est
hoc ex die illa, & deinceps cõstitutum
& præfinitũ, & quasi lex in Israël, vsq;
26 in diem hanc. ¶Venit ergo Dauid in Si-
celeg, & misit dona de præda seniori-
bus Iuda proximis suis, dicens, Accipi-
te benedictionem de præda hostium
27 Dñi: ¶His qui erãt in Bet-hel, & qui in
Ramoth ad meridiem, & qui in Ge-
28 ther, ¶& qui in Aroër, & qui in Sepha-
29 moth, & qui in Esthamo, ¶& qui in Ra
chal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui
30 in vrbibus Ceni, ¶& qui in Harama, &
31 qui in lacu Asan, & qui in Athac, ¶&
qui in Hebron: & reliquis qui erant
in his locis, in quibus commoratus fue
rat Dauid & viri eius.

CAP. XXXI.

1 PHilisthiim autẽ pugnabant aduer-
A sum Israël: & fugerũt viri Israël an-
te faciem Philisthiim, & ceciderunt in-
2 terfecti in monte Gelbóe. ¶Irrueruntq;
Philisthiim in Saul & in filios ei⁹, & per
cusserunt Ionathã & Abinadab & Mel-
3 chi-súa filios Saul, ¶totumq; pondus
prælij versum est in Saul: & consecuti
sunt eum viri sagittarij, & vulneratus
4 est vehementer à sagittariis. ¶Dixitque
Saul ad armigerum suum, Euagina gla
dium tuũ, & percute me ne forte veniãt
incircuncisi isti, & interficiant me, illu
B dẽtes mihi. Et noluit armiger eius: fue-
rat enim nimio terrore perterritus. arri
puit itaq; Saul gladium suũ & irruit — 1.
5 super eum. ¶Quod cũ vidisset armiger
eius, videlicet quod mortuus esset Saul, ir-
ruit etiã ipse sup gladium suũ, & mor-
6 tuus est cũ eo. ¶Mortu⁹ est ergo Saul: &
tres filij ei⁹, & armiger illi⁹, & vniuersi
7 viri eius in die illa pariter. ¶Vidẽtes aũt
*filij Israël qui erant trans vallẽ & trãs *viri 5.
Iordanem, quod fugissent viri Israëlitæ, &
quod mortuus esset Saul, & filij eius, re
liquerunt ciuitates suas, & fugerunt: ve
neruntq; Philisthiim, & habitauerunt
8 ibi. ¶Facta aũt die altera, venerunt Phi
C listhiim, vt expoliarẽt interfectos, & in-
uenerunt Saul & tres filios eius iacẽtes
9 in monte Gelbóe. ¶Et præciderunt caput
Saul, & expoliauerunt eũ armis. & mi-
serunt in terram Philisthinorum per cir
cuitum, vt annuntiaret in tẽplo idolo-
10 rum*, & in pplis: ¶Et posuerunt arma *suorũ 1
eius in tẽplo Astaroth, corpus verò eius
11 suspenderũt in muro Bethsan. ¶‖Quod ‖2 Reg. 2. 4, 5.
cum audissent habitatores Iabes-Gala-
ad, quæcunq; fecerant Philisthiim Saul,
12 ¶surrexerunt oẽs viri fortissimi, & am-
bulauerunt tota nocte, & tulerũt cada-
uer Saul, & cadauera filiorum eius de
Muro-Betsan: venerũtq; Iabes-Galaad,
13 & cõbusserunt ea ibi igni: ¶& tulerunt
ossa eorũ, & sepelierunt in nemore Ia-
bes, & ieiunauerunt septem diebus.

LIBER SECVNDVS SAMVELIS, quem nos Secundum Regum dicimus.

CAPVT PRIMVM.

1 FActvm est autem
A postq̃ mortuus est
Saul, vt Dauid re-
uerteret à cæde A-
malec, & maneret
ĩ Siceleg duos dies.
2 ¶In die autẽ tertia
apparuit homo ve
niens de castris Saul veste conscissa, &
puluere cõspersus caput: & vt venit ad
Dauid, cecidit super faciem suã, & ado
3 rauit. ¶Dixitq; ad eũ Dauid, vnde ve-
nis? Qui ait ad eum, De castris Israël fu
4 gi. ¶Et dixit ad eũ Dauid, Quod est ver-
bum quod factũ est? indica mihi. Qui
ait, Fugit populus ex prælio, & multi cor-
ruentes è populo mortui sunt: sed &
Saul & Ionathas filius eius interierũt.
5 ¶Dixitq; Dauid ad adolescentẽ qui nũ

tiabat ei, Vnde ſcis, quia mortuus eſt
6 Saul & Ionathas filius eius? ¶ Et ait a-
doleſcens qui nũtiabat ei, Caſu veni in
montẽ Gelboe, & Saul incũbebat ſuper
haſtã ſuã: porrò currus & equites appro
7 pinquabant ei, ¶ & cõuerſus poſt tergũ
B ſuũ, videnſq; me vocauit. Cui cũ rñdiſ-
8 ſem, Adſum, ¶ dixit mihi, Quiſnam es
tu? Et aio ad eum, Amalecites ego ſũ.
9 ¶ Et locutus eſt mihi, Sta ſup me, & inter
fice me: qm̃ tenent me anguſtiæ, & ad-
10 huc tota aĩa mea in me eſt. ¶ Stanſque
ſup eũ, occidi illũ: ſciebã enim quod vi
uere non poterat poſt ruinã: & tuli dia
dema quod erat in capite eius, & armil
lã de brachio illius, & attuli ad te Dñm
11 meum huc. ¶ Apprehendens aũt Dauid
veſtimenta ſua ſcidit, omneſque viri
12 qui erant cũ eo. ¶ & planxerunt, & fleue
runt, & ieiunauerunt vſque ad veſperã
ſuper Saul, & ſuper Ionathan filiũ eius,
& ſuper pplm̃ Dñi, & ſup domũ Iſraël,
13 eo ꝙ corruiſſent gladio. ¶ Dixitq; Dauid
ad iuuenẽ qui nunciauerat ei, Vnde es
tu? Qui reſpondit, Filius hoĩs adue-
14 næ Amalecitæ ego ſum. ¶ Et ait ad eum ‖Pſ.104. a.5.
C Dauid, ‖ Quare non timuiſti mittere
manum tuam vt occideres Chriſtum
15 Dñi? ¶ Vocanſq; Dauid vnum de pueris
ſuis, ait, Accedens irrue in eũ. Qui pcuſ
16 ſit illum, & mortuus eſt. ¶ Et ait ad eum
Dauid, Sanguis tuus ſup caput tuũ: os
enĩ tuũ locutũ eſt aduerſum te, dicens,
17 Ego interfeci Chrm̃ Dñi. ¶ Planxit aũt
Dauid planctũ huiuſcemodi ſup Saul
18 & ſuper Ionathan filiũ eius, ¶ (& præ-
cepit vt docerẽt filios Iuda arcum, ſicut
ſcriptum eſt in Libro iuſtorum.)
–Et ait, cõſidera Iſraël pro his q mor-
tui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati.
19 ¶ Inclyti, Iſraël, ſup mõtes tuos inter-
fecti ſunt: quomodò ceciderunt fortes?
20 ¶ Nolite annuntiare in Geth, neq; an-
nuntietis in cõpitis Aſcalonis: ne fortè
lętentur filij Philiſthiim, nec exultent
filiæ incircunciſorum.
21 ¶ Montes Gelbóe, nec ros, nec pluuia
veniant ſuper vos, neq; ſint agri primi-
tiarum: quia ibi abiectus eſt clypeus
fortium, clypeus Saul, quaſi non eſſet
vnctus oleo.
22 ¶ Sanguine interfectorũ, ab adipe for-
D tium, ſagitta Ionathæ nunquàm re-
dijt retrorſum, & gladius Saul non eſt
reuerſus inanis.

23 ¶ Saul & Ionathas amabiles, & decóri
in vita ſua, in morte quoq; nõ ſũt diui
ſi: aquilis velociores, leonibꝰ fortiores.
24 ¶ Filiæ Iſraël ſuper Saul flete, q veſtie
bat vos coccino in delitijs, qui præbe-
bat ornamenta aurea cultui veſtro.
25 ¶ Quomodò ceciderunt fortes in præ-
lio? Ionathas in excelſis tuis occiſus eſt.
26 ¶ Doleo ſuper te frater mi Ionatha de-
córe nimis, & amabilis ſuper amorem
mulierum.
–Sicut mater vnicũ amat filiũ ſuum,
ita ergo te diligebam.
27 ¶ Quomodo ceciderunt robuſti, & pe-
rierunt arma bellica?

CAP. II.

1 IGitur poſt hæc cõſuluit Dauid Dñm,
A dicens, Num aſcendam in vnam de
ciuitatibꝰ Iuda? Et ait Dñs ad eũ, Aſcen
de. Dixitq; Dauid, Quò aſcendã? & re-
2 ſpondit ei, in Hebron. ¶ Aſcẽdit ergo Da
uid, & duę vxores eius, Achi-nóam Iez
rahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carme
3 li: ¶ ſed & viros q erãt cũ eo, duxit Da-
uid ſingulos cũ domo ſua, & mãſerunt
4 in oppidis Hebron. ¶ ‖ Veneruntq; viri ‖1.Mac.2 f.57.
Iuda, & vnxerũt ibi Dauid, vt regnaret
ſuper domũ Iuda. ‖ Et nuntiatũ eſt Da- ‖1.Re.31
uid, ꝙ viri Iabe-Galaad ſepeliſſent d.11.
5 Saul. ¶ Miſit ergo Dauid nũtios ad viros
Iabeſ-Galaad, dixitq; ad eos, Benedi-
cti vos à Dño, q feciſtis miſericordiam
hanc cum dño veſtro Saul, & ſepeliſtis
6 eũ. ¶ Et nunc retribuet vobis quidem
B Dñs miſericordiam & veritatẽ: ſed &
ego reddã gratiam, eo ꝙ feciſtis verbũ
7 iſtud. ¶ Confortentur manus veſtræ, &
eſtote filij fortitudinis: licèt enim mor
tuus ſit dñs veſter Saul, tamen me vn-
8 xit domus Iuda in regem ſibi. ¶ Abner
autẽ filius Ner princeps exercitus Saul,
tulit Iſ-bóſeth filiũ Saul, & circundu-
9 xit eũ per caſtra, ¶ regemq; cõſtituit ſup
Galaad, & ſuper Geſſuri, & ſuper Gezra
hel, & ſuper Ephràim, & ſuper Ben-ia-
10 min, & ſuper Iſraël vniuerſum. ¶ Qua-
draginta annorum erat Iſ-bóſeth filius
Saul, cũ regnare cœpiſſet ſuper Iſraël,
& duobꝰ annis regnauit: ſola autẽ do-
11 mus Iuda ſequebat Dauid. ¶ Et fuit nu
C merus dierum quos cõmoratus eſt Da-
uid, imperans in Hebron ſuper domũ
Iuda, ſeptem annorũ, & ſex menſium.
12 ¶ Egreſſuſq; eſt Abner filius Ner, & pue-
ri Iſ-bóth filij Saul de caſtris I Gabaon.

13 ¶ Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Da-
uid egressi sunt, & occurrerunt eis iuxta
piscinā Gabaō. Et cū in vnū cōuenissent
ē regione sederūt: hi in vna parte pisci-
14 næ, & illi ex altera. ¶ Dixitq; Abner ab
Ioab, Surgāt pueri, & ludāt corā nobis.
15 Et rñdit Ioab, Surgāt. ¶ Surrexerunt ergo,
& trāsierūt numero duodecim de Ben-
iamin, ex parte Is-boseth filij Saul, &
16 duodecī de pueris Dauid. ¶ Apprehensō
que vnusquisq; capite cōparis sui, defixit
D gladiū in latus cōtrarij, & ceciderūt si-
mul: vocatūq; est nomē loci illius, A-
17 ger-robustorū, ī Gabaō. ¶ Et ortū est bel-
lū durū satis ī die illa: fugatusq; est Ab
18 ner & viri Isrl, à pueris Dauid. ¶ Erāt aūt
ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abisai, & A-
sael: porrò Asael cursor velocissimus
fuit, quasi vnus de capreis q̄ morant̄ in
19 syluis. ¶ Persequebat̄ autē Asael Abner, &
nō declinauit ad dexterā neq; ad sini-
20 strā, omittēs psequi Abner. ¶ Respexit ita
que Abner post tergū suū, & ait, Tūne
21 es Asael? Qui rñdit. Ego sum. ¶ Dixitque
E ei Abner, Vade ad dextrā, siue ad sini-
strā, & apprehēde vnū de adolescentib⁹
& tolle tibi spolia ei⁹. Noluit aūt Asael
22 omittere quin vrgeret eum. ¶ Rursumq;
locutus est Abner ad Asael. Recede, &
noli me sequi, ne cōpellar cōfodere te ī
terrā, & leuare non potero faciē meā ad
23 Ioab fratrē tuū. ¶ Qui audire cōtēpsit, &
noluit declinare: pcussit ergo eū Abner
auersa hasta ī inguine, & transfodit, &
mortuus est in eodē loco: oēsq; q̄ transi
bant p locū illū ī quo ceciderat Asael,
24 & mortuus erat, subsistebāt. ¶ Persequē
F tib⁹ aūt Ioab & Abisai fugientē Abner,
sol occubuit: & venerūt vsq; ad Collē
aquæductus q̄ est ex aduerso vallis &
25 itineris deserti in Gabaō. ¶ Cōgregatiq;
sunt filij Ben-iamin ad Abner: & con-
globati ī vnū cuneū, steterunt in sūmi-
26 tate tumuli vnius. ¶ Et exclamauit Ab-
ner ad Ioab, & ait, Num vsq; ad inter-
neciōnē tu⁹ mucro deseuiet? an ignoras
q̄ periculosa sit desperatio? vsque quo
nō dicis pplo vt omittat psequi fratres
27 suos? ¶ & ait Ioab, Viuit Dñs, si locutus
fuisses, manè recessisset ppls persequens
28 fratrē suū. ¶ Insonuit ergo Ioab buccina
& stetit oīs exercitus, nec persecuti sunt
29 vltrà Israël, neq; inière certamen. ¶ Ab-
ner aūt & viri eius abierunt per campe-
stria, tota nocte illa: & trāsierunt Iorda
nem, & lustrata oī Beth-horon, venerūt
30 ad castra. ¶ Porrò Ioab reuersus omisso
Abner, cōgregauit oēm pplm: & defue
runt de pueris Dauid decē & nouem vi
31 ri, excepto Asaele. ¶ Serui aūt Dauid per
cusserunt de Ben-iamin, & de viris qui
erant cū Abner trecētos sexaginta*, qui *viros 2.
32 & mortui sunt. ¶ Tuleruntq; Asael, &
sepelierunt eū in sepulcro patris sui in
Beth-lēhē: & ambulauerunt tota nocte
Ioab, & viri qui erant cū eo, & in ipso
crepusculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

1 FActa est ergo longa cōcertatio inter
A domum Dauid, & inter domū Sau-
lis: Dauid pficiens & semper seipso ro-
bustior, domus aūt Saul decrescēs quo-
2 tidie. ¶ ‖ Natiq; sūt filij Dauid in Hebrō ‖1. Par. 3 a. 1.
fuitq; primogenitus ei⁹ Ammon de A-
3 chinoā Iezrahelitide. ¶ Et post eum Che
leab de Abigail vxore Nabal Carmeli:
porrò terti⁹ Absalon fili⁹ Maacha filiæ
4 Tolmai regis Gessur. ¶ Quartus autē A-
donias, filius Haggith: & q̄ntus Sapha-
5 tia, filius Abital. ¶ Sextus quoq; Iethraā
de Egla vxore Dauid. hi nati sūt Dauid
6 in Hebron. ¶ Cū ergo esset prælium inter
domū Saul & domū Dauid, Abner fi-
7 li⁹ Ner regebat domū Saul. ¶ Fuerat aūt
Sauli cōcubina noīe Respha, filia Aia:
8 *Dixitq; Is-boseth ad Abner, ¶ Quare in *Ingressusq; est ad ea Abner.
B gressus es ad concubinā pris mei? Qui
iratus nimis pter verba Is-boseth, ait,
Nunquid caput canis ego sum aduersū
Iudā hodie, q̄ fecerim misericordiā su-
per domū Saul pris tui, & super fratres
& pximos eius, & nō tradidi te in ma
nus Dauid. & tu requisisti in me quod
9 argueres pro muliere hodie? ¶ Hæc fa-
ciat De⁹ Abner, & hæc addat ei, nisi quē
10 iurauit Dñs Dauid, sic faciam cū eo, ¶ vt
transferat̄ regnū de domo Saul, & ele-
uet̄ thronus Dauid sup Israël, & super
11 Iudam, à Dan vsq; Ber-sabee. ¶ Et non
potuit rñdere ei quicquā q̄a metuebat
12 illū. ¶ Misit ergo Abner nuntios ad Da-
uid *pro se dicentes, Cuius est terra? Et *in Hebron.
vt loquerent̄. Fac mecum amicitias, &
erit manus mea tecū, & reducam ad te
13 vniuersum Isrl. ¶ Qui ait, Optimè: ego
faciam tecū amicitias: sed vnā rem pe-
to à te, dicēs. Nō videbis faciem meā an
C teq̄ adduxeris Michol filiā Saul: & sic
14 venies, & videbis me. ¶ Misit aūt Dauid
nūtios ad Is-boseth filiū Saul, dicens,

Redde

1.Re.18 g.27.

Redde vxoré meã Michol quã despõdi
15 mihi centũ præputijs Philisthijm. ¶ Mi-
sit ergo Is-boseth, & tulit eã à viro suo
16 Phaltiel, filio Lais. ¶ Sequebaturq; eam
vir suus, plorans vsq; Bahurim: & dixit
ad eum Abner, Vade, & reuertere. Qui
17 reuersus est. ¶ Sermoné quoq; intulit
Abner ad seniores Israël, dicens, tã heri
q̃ nudiustertius quęrebatis Dauid vt re
18 gnaret sup vos. ¶ Nunc ergo facite qm̃
Dñs locutus est ad Dauid, dicés, In ma-
nu serui mei Dauid saluabo pplm meũ
Isrl de manu Philisthijm, et oĩum ini-
19 micorũ ei⁹. ¶ Locutus est aũt Abner etiã
D ad Ben-iamin. Et abijt vt loqueret̃ ad
Dauid ĩ Hebron oĩa q̃ placuerãt Isrli et
20 vniuerso Ben-iamin. ¶ Venitq; ad Da-
uid in Hebrõ cum viginti viris, et fecit
Dauid Abner et viris eius qui venerant
21 cũ eo, cõuiuiũ. ¶ Et dixit Abner ad Da-
uid, Surgã, vt cõgregé ad te Dñm meum
regé oém Isrl, et ineã tecũ fœdus, et im-
peres oĩbus, sicut desiderat anima tua.
Cũ ergo deduxisset Dauid Abner, et il-
22 le isset in pace, ¶ statim pueri Dauid &
Ioab venerunt cæsis latronibus cũ præ-
da magna nimis: Abner autẽ non erat
cũ Dauid in Hebron, quia iam dimise-
23 rat eũ, & profectus fuerat in pace. ¶ Et
Ioab & oĩs exercitus qui erant cum eo,
posteà venerãt: nuntiatũ est itaq; Ioab
à narrantibus, Venit Abner filius Ner
ad regem, & dimisit eũ, & abijt ĩ pace.
24 ¶ Et ingressus est Ioab ad regem, & ait,
E Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te:
quare dimisisti eum, & abijt & recessit?
25 ¶ Ignoras Abner filium Ner, qm̃ ad hoc
venit ad te vt deciperet te, & sciret exi
tum tuũ, & introitũ tuum, & nosset oĩa
26 quæ agis? ¶ Egressus itaq; Ioab à Dauid
misit nũtios post Abner, & reduxit eũ
27 à cisterna-Sira, ignorante Dauid. ¶ Cũq;
redijsset Abner in Hebron, seorsum ad-
duxit eũ Ioab ad medium portæ, vt lo-
queret̃ ei in dolo: & pcussit illũ ibi in
inguine, & mortu⁹ est ĩ vltione sangui-
28 nis Asael fratris ei⁹. ¶ Quòd cũ audisset
Dauid ré iam gestam, ait, Mundus ego
sum, & regnũ meũ apud Deũ vsque in
sempiternũ à sanguine Abner filij Ner,
29 ¶ & veniat super caput Ioab, & sup oém
F domũ patris eius: nec deficiat de domo
Ioab fluxũ seminis sustinens, & lepro-
sus, & tenens fusum, & cadens gladio,
30 & indigés pane. ¶ Igitur Ioab & Abisai

*vitus.

1.Par.3 a.1.

3.Re.2. a.5.

*ingressusq; est ad eũ in pace.

*in Hebron.

frater eius interfecerũt Abner, eo q̃ oc-
cidisset Asael fratré eorũ in Gabaon in
31 prælio. ¶ Dixit aũt Dauid ad Ioab, & ad
oém pplm qui erat cũ eo, Scindite ve-
stimenta vestra, & accingimini saccis,
& plangite ante exequias Abner: porrò
32 rex Dauid sequebatur feretrum. ¶ Cum
que sepelissent Abner in Hebron, leua-
uit rex Dauid vocé suã, & fleuit super
tumulum Abner: fleuit aũt & oĩs ppls. -5.
33 ¶ Plangensque rex & lugens Abner, ait, -4.
Nequaquã vt mori solent ignaui, mor-
34 tuus est Abner. ¶ Manus tuæ ligatæ non
sunt, & pedes tui non sunt compedib⁹
aggrauati: sed sicut solent cadere corã
G filijs iniquitatis, sic corruisti. Congemi
35 nansq;, oĩs ppls fleuit super eum. ¶ Cũ-
que venisset vniuersa multitudo cibũ
cape e cum Dauid, clara adhuc die iu-
rauit Dauid, dicens, Hæc faciat mihi
Deus, & hæc addat, si ante occasum so-
lis gustauero panem vel aliud quicquã.
36 ¶ Omnisque ppls audiuit, & placuerunt
eis cuncta quæ fecit rex in conspectu to
37 tius ppli. ¶ Et cognouit omne vulgus, &
vniuersus Israël in die illa qm̃ non a-
ctum fuisset à rege vt occideretur Ab-
38 ner filius Ner. ¶ Dixit quoque rex ad ser
uos suos, Num ignoratis qm̃ princeps
et maximus cecidit hodie in Israël?
39 ¶ Ego autem adhuc delicatus, et vn-
ctus rex: porrò viri isti filij Saruiæ duri
sunt mihi: retribuat Dominus facien-
ti malum iuxta malitiam suam.

CAP. IIII.

1 AVdiuit aũt Is-boseth filius Saul, -7.
A q̃ cecidisset Abner in Hebron, et
dissolutæ sunt manus eius, oĩsq; Israël
2 pturbatus est. ¶ Duo aũt viri principes
latronum erant filio Saul, nomen vni
Baana, et nomen alteri Rechab, filij
Rẽmon Berothitę de filijs Ben-iamin,
siquidé et Beroth reputata est ĩ Ben-ia-
3 min. ¶ et fugerunt Berothitę ĩ Gethaim.
fueruntq; ibi aduenæ vsq; ad tps illud.
4 ¶ Erat aũt Ionathæ filio Saul filius debi
lis pedib⁹: quĩquennis enĩ fuit qñ venit
nũti⁹ de Saul et Ionatha ex Iezrahel. tol
B lés itaq; eũ nutrix sua, fugit, cũq; festina
ret vt fugeret, cecidit et claudus effect⁹
5 é: habuitq; vocabulũ Miphiboseth. ¶ Ve
niẽtes igit̃ filij Rẽmõ Berothitę, Rechab
et Baana ĩgressi sũt feruẽte die domum
Is-boseth: q̃ dormiebat sup stratũ suũ
meridie. Et ostiaria dom⁹ pgans tri- -1.

ticum,

6 ticű, obdormiuit. Ingressi sunt aűt do-
mum latenter assumẽtes spicas tritici,
& percusserűt eum in inguine Rechab
7 & Baana frater ei⁹. & fugerűt. ¶ Cű autẽ
C ingressi fuissent domű, ille dormiebat
super lectű suű in cõclaui, & pcutiẽtes
interfecerűt eű: sublatoq; capite eius,
8 abierűt p viã deserti tota nocte, ¶ & at-
tulerűt caput Is-boseth ad Dauid ĩ He-
bron: dixeruntq; ad regem, Ecce caput
Is-boseth filij Saul inimici tui, q quære
bat animã tuam: & dedit Dñs dño meo
regi vltionẽ hodie de Saul, & de semi-
9 ne eius. ¶ Rñdens aűt Dauid Rechab,
& Baana fratri eius filijs Remon Bero-
thitę, dixit ad eos, Viuit Dñs qui eruit
10 aĩam meã de omni angustia, ¶ ‖ qm̃ eű
D qui annűtiauerat mihi, & dixerat, Mor
tuus est Saul: q putabat, se pspera nű-
tiare, tenui, & occidi eű in Siceleg, cui
oportebat mercedem dare pro nűtio:
11 ¶ Quanto magis nunc cùm homines
impij interfecerunt virum innoxium
in domo sua, super lectum suum, non
quærã sanguinem eius de manu vestra,
12 & auferã vos de terra? ¶ Præcepit itaque
Dauid pueris suis, & interfecerunt eos:
præcidentesq; manus & pedes eorum,
suspenderűt eos sup piscinã in Hebron
caput autẽ Is-boseth tulerunt & sepelie
runt in sepulchro Abner in Hebron.

‖ Supr. 1. c. 15.

CAP. V.

1 ET venerűt vniuersæ tribus Israël ad
A Dauid in Hebron, dicẽtes, Ecce nos
2 os tuű & caro tua sumus. ¶ Sed & heri
& nudiustertius cű esset Saul rex super
nos, tu eras educens & reducens Isrl: di
xit aűt Dñs ad te, Tu pasces ppľm meű
3 Israël, & tu eris dux sup Israël. ¶ Vene-
runt quoq; & seniores Israël ad regem
in Hebrõ, & pcussit cű eis rex Dauid fœ
dus in Hebron corã Dño: vnxeruntq́ue
4 Dauid in regẽ sup Israël. ¶ Filius trigin-
ta annorum erat Dauid, cű regnare cœ
pisset, & ‖ quadraginta annis regnauit.
5 ¶ In Hebrõ regnauit sup Iudã septẽ an-
nis, & sex mẽsib⁹: in Ierľm aűt regna-
uit triginta tribus annis sup oẽm Israël
6 & Iudã, ¶ & abijt rex, & oẽs viri qui erãt
cű eo, in Ierusalẽ ad Iebusęű habitato-
rem terrę: dictűq; est Dauid ab eis, Nõ
ingredieris huc, nisi abstuleris cęcos &
claudos, dicẽtes, Nõ ingredietur Dauid
7 huc. ¶ Cepit aűt Dauid arcem Sion, hæc
8 est ciuitas Dauid. ¶ Proposuerat enim

1. Par. 11 a. 1.
Psa. 77. g. 71.
‖ 3. Re. 2. c. 11.

B Dauid in die illa pręmiű, qui percussis-
set Iebusæum, & tigisset domatum fistu
las, & abstulisset cęcos & claudos odiẽ-
tes aĩam Dauid: idcirco dr in puerbio,
Cæcus & claudus nõ intrabunt in tem
9 plum. ¶ Habitauit aűt Dauid in arce*, & *Sion.
vocauit eam, Ciuitatẽ Dauid: & ædifica
10 uit p girű à Mello & intrinsecus. ¶ Et in
grediebatur proficiens atq; succrescẽs,
11 & dñs De⁹ exercituum erat cű eo. ¶ ‖ Mi
sit quoq; Hiram rex Tyri nűtios ad Da-
uid & ligna cedrina, & artifices ligno-
rű, artificesq; lapidű ad parietes: & ædi
12 ficauerunt Domű Dauid. ¶ Et cognouit
Dauid qm̃ confirmasset eű Dñs regem
super Israël, & qm̃ exaltasset regnű ei⁹
13 super ppl̃m suű Israël. ¶ ‖ Accepit ergo
C Dauid adhuc concubinas & vxores de
Ierľm, postq̃ venerat de Hebron: nati-
14 que sunt Dauid & alij filij & filiæ: ¶ &
hæc nomina eorű qui nati sunt ei in Ie
rusalem, Samua & Sobab & Nathan &
15 Salomon. ¶ & Iebahar & Elisua & Ne-
16 pheg ¶ & Iaphia & Elisama & Elioda &
17 Eliphálet. ¶ ‖ Audierűt ergo Philisthijm
q vnxissent Dauid in regem super Is-
raël, & ascẽderunt vniuersi vt q̃rerent
Dauid. quod cum audisset Dauid, de-
18 scẽdit in psidium. ¶ Philisthijm aűt ve-
niẽtes, diffusi sunt in Valle-Raphaim.
19 ¶ Et consuluit Dauid Dominum, dicẽs,
Si ascendam ad Philisthijm? & si dabis
eos in manu mea? Et dixit Dñs ad Da-
uid, Ascende, quia tradens dabo Phili-
20 sthijm in manu tua. ¶ ‖ Venit ergo Da-
uid in Baal-pharasim, & pcussit eos ibi,
& dixit, Diuisit Dñs inimicos meos co-
ram me, sicut diuidunt aquę. Propterea
vocatum est nomen loci illius Baal-
21 pharasim. ¶ Et reliquerűt ibi sculptilia
22 sua: q tulit Dauid, & viri eius. ¶ Et addi
D derunt adhuc Philisthijm vt ascende-
rent, & diffusi sunt in valle-Raphaim.
23 ¶ Consuluit aűt Dauid Dñm, Si ascen
dam cõtra Philisthęos, & tradas eos in
manus meas? Qui rñdit, Non ascendas
cõtra eos, sed gyra post tergum eorű,
24 & venies ad eos ex aduerso pyrorű. ¶ Et
cű audieris sonitum gradientis in ca-
cumine pyrorum, tunc inibis pręlium:
quia tunc egredietur Dñs ante faciem
tuam, vt percutiat castra Philisthijm.
25 ¶ Fecit itaque Dauid sicut pręceperat ei
Dominus, & percussit Philisthijm de
Gabaa, vsquedum venias Gezer.

‖ 1. Par. 14 a. 1.
‖ 1. Par. 3 b. 5.
‖ 1. Pa. 14 b. 8. c. 11. d. 16.
‖ Isa. 28. f. 21.

CAP. VI.

1 Congregauit autem rursum Dauid
A oés electos ex Israël, triginta mil-
2 lia. ¶ Surrexitq; Dauid, & abijt, & vni- 1.Pa.13 b.5.
uersus ppl's q erat cum eo de viris Iuda,
vt adducerét arcã Dei, sup quã inuocatũ
est nomé Dñi exercituũ, sedẽtis in Che-
3 rubim sup eã. ¶ Et imposuerũt arcã Dei
sup plaustrũ nouũ: tulerũtq; eã de do-
mo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza
aũt & Ahio filio Abinadab, minabant
4 plaustrũ nouũ. ¶ Cũq; tulissent eã de 1.Reg.7 a.1.
domo Abinadab, q erat in Gabaa, custo
5 diés arcã Dei Ahio pcedebat arcã. ¶ Da-
uid aũt, & oĩs Isrl ludebãt corã Dño in
oĩb⁹ lignis fabrefactis, & citharis & ly-
ris & tympanis & sistris & cymbalis.
6 ¶ Postq̃ aũt venerũt ad Areã-*Nachor', 1 Pa.15 b.15.
extẽdit Oza manũ ad arcam Dei, & te- *Nachon 1.
nuit eã: qm calcitrabãt boues- & decli-
7 nauerũt eã'. ¶ Iratusq; est indignatione -3.
Dñs cõtra Ozã, & pcussit eũ sup temeri
tate: q mortuus est ibi iuxta arcã Dei.
8 ¶ Cõtristat⁹ est aũt Dauid, eo q pcussisset
B Dñs Ozã, & vocatũ est nomẽ loci illius,
9 Percussio-Ozæ: vsq; in diẽ hãc. ¶ Et exti-
muit Dauid Dñm ĩ die illa, dicẽs, Quo-
10 modo ingrediet' ad me arca Dñi? ¶ Et no
luit diuertere ad se arcã Dñi in ciuitatẽ
Dauid: sed diuertit eã in domũ Obed-e
11 dom Gethæi. ¶ Et habitauit arca Dñi in
domo Obed-edõ Gethæi trib⁹ mẽsibus:
& bñdixit Dñs Obed-edom, & oẽm do
12 mũ eius. ¶ Nuntiatũq; est regi Dauid 1.Pa.15 d.25.
q bñdixisset Dñs Obed-edõ, & oĩa eius
pp arcã Dei. - Dixitq; Dauid, Ibo, & re- -6.
ducã arcã cũ bñdictione ĩ domũ meã.'
Abijt ergo Dauid, & abduxit arcam Dei
de domo Obed-edõ in ciuitatẽ Dauid
cũ gaudio:- & erãt cũ Dauid septẽ cho- -7.
13 ri, & victima vituli'. ¶ Cũq; trãscẽdisset,
C q portabant arcã Dñi sex passus, immo
labat boũ- & ouem' & arietem, & Da- -6.
uid- percutiebat in organis armigatis, -6.
14 ¶ &' saltabat totis virib⁹ ante Dñm: por
rò Dauid erat accinctus ephod lineo.
15 ¶ Et Dauid, & oĩs domus Israël ducebãt
arcam testamenti Dñi in iubilo, & in
16 clangore buccinæ. ¶ Cũq; intrasset arca
Dñi in ciuitatem Dauid, Michol filia
Saul pspiciens p fenestrã, vidit regem
Dauid subsilientẽ, atq; saltantẽ coram
17 dño: & despexit eũ in corde suo. ¶ Et in- 2.Par.16 a.2.
troduxerunt arcam Dñi, & imposue-
runt eam in loco suo in medio taber-
naculi, quod tetẽderat ei Dauid: & ob-
tulit Dauid holocausta, & pacifica co-
18 ram Dño. Cũq; cõplesset offerẽs* holo- * holocaustũ 5.
causta' & pacifica, benedixit ppl'o in no
19 mine Dñi exercituum. ¶ Et partitus est
vniuersæ multitudini Israël tam viro
quã mulieri singulis collyridam panis
vnam, & assaturã bubalę carnis vnam,
D & similam frixam oleo: & abijt oĩs po-
20 pulus, vnusquisque in domũ suã. ¶ Re-
uersusq; est Dauid vt benediceret do-
mui suæ: & egressa Michol filia Saul in
occursum Dauid, ait, Quàm gloriosus
fuit hodie rex Israël discooperiens se
ante ancillas seruorum suorum, & nu-
datus est, quasi si nudet' vnus de scur-
21 ris. ¶ Dixitq; Dauid ad Michol, - Viuit -4.
Dominus quia Iudam' ante Dñm qui
elegit me potius q̃ patrẽ tuũ, & quàm
omnem domum eius, & præcepit mihi
vt essem dux super populum Dñi in Is-
22 raël, & Iudam, ¶ & vilior fiam plus
quàm factus sum: & ero humilis in ocu
lis meis & cum ancillis, de quibus lo-
23 cuta es, gloriosior apparebo. ¶ Igitur Mi
chol filiæ Saul non est natus filius us-
que in diem mortis suæ.

CAP. VII.

1 Factum est autẽ cùm sedisset rex in
A domo sua, & Dñs dedisset ei requiẽ
2 vndiq; ab vniuersis inimicis suis, ¶ di-
xit ad Nathã prophetã, Vidẽsne q ego 1 Par.17 a.1.
habitem in domo cedrina, & arca Dei
3 posita sit in medio pelliũ? ¶ Dixitq; Na-
than ad regẽ, Oẽ quod est in corde tuo,
4 vade fac, quia Dñs tecũ est. ¶ Factum est
autẽ in illa nocte: & ecce sermo Dñi ad
5 Nathan, dicẽs, ¶ Vade & loquere ad ser-
uũ meum Dauid, Hæc dicit Dñs, Nun-
quid tu ędificabis mihi domũ ad habi
6 tandum? ¶ Neque enim habitaui in do
mo ex die illa, qua eduxi filios Israël de
terra-Ægypti, vsq; in diẽ hanc: sed am-
bulabã in tabernaculo, & in tentorio.
7 ¶ Per cũcta loca q̃ transiui cũ oĩbus filijs
Isrl, nunquid loquens locutus sum ad
vnam de tribubus Israël, cui præcepi vt
pasceret populum meum Israël, dicens:
quare nõ ędificastis mihi domũ cedri-
8 nã? ¶ Et nũc hęc dices suo meo Dauid,
B Hæc dicit dñs exercituum, Ego tuli te 1.Re.16 c.12.
de pascuis sequentẽ greges, vt esses dux Psal.77.
9 sup ppl'm meũ Israël; ¶ & fui tecum in g.70.
oĩbus vbicunq; ambulasti & interfeci
vniuersos inimicos tuos à facie tua: fe-

ciq; tibi nomen grãde, iuxta nomé ma
10 gnorũ q̃ sunt in terra. ꝰ Et ponã locum
pplo meo Isrl, & plantabo eum, & habi
tabit sub eo, & nõ turbabitur ampliꝰ: nec
addent filij iniquitatis vt affligant eũ si
11 cut prius, ꝰ ex die qua constitui iudices
sup pplm meum Isrl: & requiem dabo
tibi ab oĩbꝰ inimicis tuis, pdicitq; tibi
12 Dñs, q domum faciat tibi Dñs. ꝰ‖ Cũq;
completi fuerint dies tui, & dormieris
cũ patribus tuis, suscitabo semen tuum
post te, quod egredietur de vtero tuo, &
13 firmabo regnum eius. ꝰ‖ Ipse ędificabit
domum nomini meo, & stabiliã thro-
num regni eius vsq; in sempiternum.
14 ꝰ ‖ Ego ero ei in patrem.
& ipse erit mihi in filium: qui si iniquè
aliquid gesserit, arguã eũ in virga viro-
15 rũ, & in plagis filiorũ hoĩum. ꝰ Miseri-
C cordiam aũt meam nõ auferam ab eo,
sicut abstuli à Saul, quem amoui à fa-
16 cie *mea˥. ꝰ Et fidelis erit domus tua, &
regnũ tuũ vsq; in ęternum ante faciem
tuam, & thronus tuus erit firmus iugi-
17 ter. ꝰ Secundum oĩa verba hæc, & iuxta
vniuersam visionẽ istam, sic locutus est
18 Nathã ad Dauid. ꝰ Ingressus est autem
rex Dauid & sedit coram Dño, & dixit,
Quis ego sum dñe Deus, & quæ domus
19 mea, quia adduxisti me hucusq;? ꝰ Sed
& hoc parũ visum est in conspectu tuo
Dñe Deus, nisi loquereris etiã de domo
serui tui in longinquum: ista est enim
20 lex Adã Dñe Deus. ꝰ Quid ergo addere
poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te?
tu enim scis seruum tuum Dñe Deus.
21 ꝰ Propter verbum tuum, & secundũ cor
tuũ fecisti omnia magnalia hęc, ita vt
22 notũ faceres seruo tuo. ꝰ Idcirco magni
ficatus es Dñe Deus, quia non est simi-
lis tui, neq; est Deus extra te, in oĩbus
23 q̃ audiuimus auribus nostris. ꝰ Quæ est
D aũt vt ppls tuus Israël, gens in terra, pp
quã iuit Deus vt redimeret eam sibi in
pplm, & poneret sibi nomen, faceretq;
eis magnalia, & horribilia sup terrã à
facie populi tui, quem redemisti tibi ex
24 Ægypto, *gentẽ, & Deũ˥ eius? ꝰ Firmasti
enim tibi pplm tuũ Israël in populum
sempiternum: Et tu Dñe Deus factus es
25 eis in Deũ. ꝰ Nunc ergo Dñe Deus verbũ
quod locutus es sup seruũ tuũ, & sup
domũ eius, suscita in sempiternũ: & fac
26 sicut locutus es, ꝰ vt magnificetur nomen
tuũ vsq; in sempiternũ, atq; dicatur, Dñs

.Par 3. 4. b. 7.
‖ 3. Reg. 8 b. 12.
‖ 3. Re. 5. a. 5. 1. Paral. 22 b. 10.
‖ Hebr. 1. b. 5. Psal. 88. c. 31.
* tua 5.
gentib & dijs 2. *gente & Deo. 2.

exercituũ Deus super Israël. Et domus
serui tui Dauid erit stabilita corã Dño,
27 ꝰ quia tu Dñe exercituũ Deus Israël re-
uelasti aurẽ serui tui, dicẽs, Domũ ędifi
ficabo tibi: propterea inuenit seruꝰ tuꝰ
28 cor suũ vt oraret te oratione hac. ꝰ Nũc
ergo Dñe Deus, tu es Deus, & verba tua
erunt vera: locutus es enim ad seruum
29 tuum bona hæc. ꝰ Incipe ergo, & bene-
dic domui serui tui, vt sit in sempiternũ
coram te. quia tu Dñe Deus locutus es,
* benedictione tua benedicetur domus
serui tui in sempiternum.

* & 6.

CAP. VIII.

1 Factum est autem post hæc percussit
A Dauid Philisthijm, & humiliauit
eos, ‖ & tulit Dauid Frenum-tributi de
2 manu Philisthijm. ꝰ Et pcussit Moab &
mensus est eos funiculo, coæquans ter-
ræ: mensus est autem duos funiculos,
vnũ ad occidendũ, & vnũ ad viuifican
dum: factusq; est Moab Dauid seruiẽs
3 sub tributo. ꝰ Et percussit Dauid Adar-
ézer filium Rohob regem Soba, quãdo
pfectus est vt dominaretur super flumẽ
4 Euphratẽ. ꝰ Et captis Dauid ex parte eiꝰ
mille septingentis equitibus, & viginti
millibus peditum, subneruauit omnes
iugales curruum: dereliquit autem ex
5 eis centum currus. ꝰ Venit quoq; Syria
B Damasci, vt præsidiũ ferret Adar-ézer
regi Soba: & percussit Dauid de Syria vi-
6 ginti duo millia virorum. ꝰ Et posuit
Dauid psidiũ in Syria Damasci: factaq;
est Syria Dauid seruiẽs sub tributo: ser-
uauitq; Dñs Dauid in oĩbꝰ ad q̃cunq;
7 pfectꝰ est. ꝰ Et tulit Dauid arma aurea,
q̃ habebãt serui Adar-ézer, & detulit ea
8 in Ierlm. ꝰ Et de Bete, & de Beroth ciui
tatibus Adar-ézer tulit rex Dauid æs
multum nimis, - de quo fecit Salomon
oĩa vasa ærea in tẽplo: & mare ęneũ, &
9 colũnas, & altare˥. ꝰ Audiuit aũt Thou
rex Emath, q pcussisset Dauid oẽ robur
10 Adar-ézer, ꝰ & misit Thou Iorã filiũ suũ
C ad regẽ Dauid, vt salutaret eũ cõgratu-
lans, & gratias ageret: eo q expugnasset
Adar-ézer, & pcussisset eũ. Hostis qppe
erat Thou Adar-ézer & in manu eius
erãt vasa aurea, & vasa argentea, & vasa
11 ærea. ꝰ Quæ & ipsa sanctificauit rex Da-
uid Dño cum argẽto & auro, q̃ sanctifi-
cauerat de vniuersis gentibꝰ quas sube-
12 gerat ꝰ de Syria, & Moab, & filijs Am-
mõ, & Philisthijm, & Amalec, & de ma

‖ 1. Pa. 18 a. 1.
-6.

nubijs

nubijs Adar-ézer filij Rohob regis So-
13 ba. ¶ Fecit quoq; sibi Dauid nomẽ cùm
D reuerteretur capta Syria in Valle-salina-
rũ, cæsis *decẽ & octo' millibus: ÷& in *duodecim.
14 Gebelem ad viginti tria millia: ¶ & po —9. —6
suit in Idumæa custodes, statuitq; præsi-
diũ: & facta est vniuersa Idumęa seruiẽs
Dauid: & seruauit Dñs Dauid in oĩbus
15 ad quæcunq; profectus est. ¶ Et regnauit Da
uid sup oẽm Israël: faciebat quoq; Da-
uid iudiciũ & iustitiã omni pplo suo.
16 ¶ Ioab aũt filius Saruiæ erat sup exerci- *& 6
tũ: porrò Iosaphat filius Ahilud erat à
17 cõmentarijs: ¶ & Sadoc filius Achitob,
& Achi-mélech filius Abiathar erãt sa
18 cerdotes: & Saraias, scriba: ¶ Banaias au
tem filius Ioiadæ super Cerethi & Phe- 1.Par. 2.1.
lethi: filij autẽ Dauid sacerdotes erant.

CAP. IX.

1 A ET dixit Dauid: Putásne est aliqs q
remãserit de domo Saul, vt faciam
2 cũ eo misericordiã pp Ionathan? ¶ Erat
autem de domo Saul, seruus noĩe Siba:
quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei:
Tu ne es Siba? Et ille rñdit: Ego sum ser
3 uus tuus. ¶ Et ait Rex: Núquid superest
aliqs de domo Saul, vt faciã cũ eo mise
ricordiã Dei? Dixitq; Siba regi: Superest
4 filius Ionathę, debilis pedibus. ¶ Vbi,
inquit est? Et Siba ad regẽ: Ecce, ait, in
B domo est Machir filij Ammiel in Lo-
5 dabar. ¶ Misit ergo rex Dauid, & tulit
eum de domo Machir filij Ammiel de
6 Lodabar. ¶ Cum aũt venisset Miphi-bo-
seth filius Ionathę filij Saul ad Dauid,
corruit in faciẽ suã, & adorauit. Dixitq;
Dauid: Miphi-boseth? q rñdit: Adsum
7 seru⁹ tu⁹. ¶ Et ait ei: Dauid. Ne timeas,
quia faciens faciã in te misericordiã pp
Ionatham patrẽ tuũ, & restituã tibi oẽs
C agros Saul patris tui, & tu comedes pa- —6
8 nẽ in mensa mea semp. ¶ Qui adorãs eũ
dixit: Quis ego sum seruus tuus, qm re-
spexisti sup canem mortuũ similẽ mei?
9 ¶ Vocauit itaq; rex Sibam puerũ Saul,
& dixit ei: oĩa quæcunq; fuerunt Saul, &
vniuersam domum eius, dedi filio dñi
10 tui. ¶ Operare igitur ei terrã tu, & filij
tui: & serui tui: et inferes filio Domini
tui cibos, vt alatur: Miphi-boseth autẽ
filius Dñi tui comedet semp panẽ sup
mensam meã. Erãt aũt Sibę quindecim
11 filij, et viginti serui. ¶ Dixitque Siba ad
regẽ: Sicut iussisti domine mi rex seruo
D tuo, sic faciet seruus tuus: et Miphi-bo-
seth comedet sup mensam *meã' qua *v.a.p 9.
12 si vn⁹ de filijs regis. ¶ Habebat autẽ Mi-
phi-boseth filiũ paruulũ noĩe Micha:
oĩs vero cognatio dom⁹ Sibę seruiebat
13 Miphi-boseth. ¶ Porrò Miphi-boseth ha
bitabat Hierusalem: qa de mẽsa regis iugi-
ter vescebatur: et erat claud⁹ vtroq; pede.

CAP. X.

1 A FActum est aũt posthęc, vt moreretur
rex filiorũ Ammon: et regnauit Ha-
2 non filius eius pro eo. ¶ Dixitq; Dauid: 1. Par. 19.a 9.
Faciam misericordiã cum Hanon filio
Naas, sicut fecit pater eius mecũ miseri
cordiam. Misit ergo Dauid, cõsolans eũ
p seruos suos sup patris interitu. Cùm
aũt venissent serui Dauid, in terram fi-
3 liorũ Ammon, ¶ dixerunt principes fi-
liorũ Ammon ad Hanon dñm suum:
Putas q pp honorem patris tui miserit
Dauid ad te cõsolatores, et non ideo vt
*inuestigaret, et exploraret ciuitatem, et *te
euerteret eã, misit Dauid seruos suos ad
4 te? ¶ Tulit itaq; Hanon seruos Dauid,
rasitq; dimidiã partẽ barbę eorum, et
præscidit vestes eorũ medias vsq; ad na-
5 tes, et dimisit eos. ¶ Quòd cùm nũciatũ
esset Dauid, misit in occursum eorum:
B erant enim viri confusi turpiter valde,
et mandauit eis Dauid manere in Ieri-
cho, donec crescat barba vestra, et tunc
6 reuertimini. ¶ Videntes autem filij Am-
mõ q iniuriã fecissent Dauid, miserunt
et conduxerunt mercede Syrũ Rohob,
et Syrũ Soba, viginti millia peditũ, et à
rege Maacha mille viros, et ab Is-tob
7 duodecim millia virorũ. ¶ Quod cùm
audisset Dauid, misit Ioab, et oẽm exer-
8 citũ bellatorum. ¶ Egressi sunt ergo filij
Ammon, et direxerunt aciẽ ante ipsum
introitum portę: Syrus autem Soba, et
Rohob, et Is-tob, et Maacha, seorsum
9 erant in campo. ¶ Vidẽs igitur Ioab quòd
præparatũ esset aduersum se prælium, et ex
aduerso et post tergum, elegit *ex oĩbus *sibi.
electis Israël, et instruxit aciem contra
10 Syrum: ¶ reliquã autẽ partem ppli tradi-
dit Abisai fratri suo, q direxit aciẽ ad-
11 uersus filios Ammõ. ¶ Et ait Ioab: Si præua
C luerint aduersum me Syri, eris mihi in
adiutorium: si aũt filij Ammon præua-
luerint aduersum te, auxiliabor tibi.
12 ¶ Esto vir fortis, et pugnemus pro populo
nostro, et ciuitate Dei nostri: Dñs autem
faciet quod bonum est in cõspectu suo.
13 ¶ Inijt itaque Ioab et populus qui erat

cum

cum eo, certamen cōtra Syros: q statim
14 fugerunt à facie eius. ¶ Filij aũt Ammō
videntes quia fugissent Syri, fugerunt &
ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuita
tem: reuersusq; est Ioab à filijs Ammō,
15 & venit Ierl'em. ¶ *Videntes igitur filij
Ammon qm̄ Syrus expauit, & qm̄ cor-
ruissent coram Israël, congregati sunt
16 pariter. ¶ Misitque Adar-ézer & eduxit
Syros q erant trans fluuium, & adduxit
eorū exercitū; Sobach autē magister mi
litiæ Adar-ézer, erat princeps eorum.
17 ¶ Quod cùm nuntiatū esset Dauid, con-
D traxit oēm Israëlem, & transiuit Iorda-
nē, venitq; in Helam & direxerūt aciē
Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt
18 contra eum. ¶ Fugeruntq; Syri à facie Is
raël, & occidit Dauid de Syris septingen
tos currus, & quadraginta millia eqtū:
& Sobach principem militiæ pcussit, q
19 statim mortuus est. ¶ Vidētes autem vni
uersi reges q erant in pſidio Adar-ézer,
se victos esse ab Israël, –expauerunt &
fugerunt quinquaginta & octo millia
coram Isr. Et fecerunt pacem cū Isr:
& seruierunt eis, timueruntque Syri au-
xilium præbere *filijs Ammon.

*Vidētes igitur Syri qm̄ corruissent 7. –6. *vlterā 1.

CAP. XI.

1. Paral. 20. a. 1.

1 Factum est autem, vertente anno, eo
A tpe quo solēt reges ad bella pcede-
re, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum
eo, & vniuersum Israël, & vastauerunt
filios Ammō, & obsederūt Rabba. Da-
2 uid aūt remāsit in Ierusalem. ¶ Dū hæc
agerentur, accidit* vt surgeret Dauid de
stratu suo post meridiem, & deambula
ret in solario domus regiæ; viditque mu
lierem se lauantem, ex aduerso super
solariū suum: erat autē mulier pulchra
3 valde: ¶ Misit ergo Rex, & requisiuit quæ
esset mulier. Nuntiatumq; est ei q ipsa
esset Beth-sabee filia Eliā, vxor Vriæ He
4 thęi. ¶ Missis itaq; Dauid nuntijs tulit
eam: quæ cum ingressa esset ad illū, dor
miuit cum ea. ‖Statimq; sanctificata est
5 ab immunditia sua: ¶ & reuersa est in
domum suam concepto fœtu, Mittésq;
6 nuntiauit Dauid, & ait: Concepi. ¶ Misit
aūt Dauid ad Ioab dicens: Mitte ad me
Vriam Hethęum. Misitq; Ioab Vriam
7 ad Dauid. ¶ Et venit Vrias ad Dauid.
B Quæsiuitq; Dauid q recte ageret Ioab,
& populus, & quomodo administraret
8 bellum. ¶ & dixit Dauid ad Vriam: va-
de in domū tuū, & laua pedes tuos. Et

* quadā die. ‖Leu. 15. c. 18.

egressus est Vrias de domo regis, secu-
9 tusq; est eum cibus regius. ¶ Dormiuit
aūt Vrias ante portā domus regię, cum
alijs seruis Dn̄i sui, & nō descēdit ad do
10 mū suā. ¶ Nuntiatūq; est Dauid à dicen
tibꝰ: Nō iuit Vrias in domū suam. Et ait
Dauid ad Vriam: Nunqd nō de via ve-
nisti? quare nō descēdisti in domū tuā?
11 ¶ Et ait Vrias ad Dauid. Arca Dei & Is- –6.
raël, & Iuda habitāt in papilionibꝰ, &
dn̄s meus Ioab, & serui dn̄i mei sup fa-
ciē terræ manēt: & ego ingrediar domū
meā, vt comedā & bibā, & dormiā cum
vxore mea? p salutē tuā & p salutem aīæ
12 tuæ nō faciā rē hāc. ¶ Ait ergo Dauid ad
Vriā: Mane hic ēt hodie, & cras dimittā
te. Māsit *Vrias in Ierl'em in die illa & al *autē &.
13 tera, ¶ & vocauit eū Dauid vt comederet
corā se & biberet, & inebriauit eū: qui
egressus vespere, dormiuit in stratu suo
cū seruis dn̄i sui, & in domū suā nō de-
14 scēdit. ¶ Factū est ergo mane, & scripsit
C Dauid epl'am ad Ioab: misitq; p manū
15 Vrię, ¶ scribēs in epl'a: Ponite Vriam ex
aduerso belli, vbi fortissimū est pliū: &
derelinquite eū, vt percussus intereat.
16 ¶ Igit cùm Ioab obsideret vrbē, posuit
Vriā in loco vbi sciebat viros esse fortis-
17 simos. ¶ Egressiq; viri de ciuitate, bella-
bant aduersum Ioab, & ceciderunt de
pplo seruorū Dauid, & mortuus est etiā
18 Vrias Hethęus. ¶ Misit itaq; Ioab & nun
19 tiauit Dauid oīa verba plij: ¶ pcepitque
nūtio dicens: Cùm compleueris vniuer
20 sos sermones belli ad Regē, ¶ si eū vide-
ris indignari, & dixerit: Quare accessi-
stis ad murū vt præliaremini? an igno-
rabatis q multa desuper ex muro tela
21 mittantur, ¶ ‖ Quis pcussit Abi-mélech ‖Iudi. 9. g. 53.
filiū *Ierobaal? nōne mulier misit sup *Ierobeseth 5.
eū fragmē molę de muro, & interfecit
eū in Thebes? quare iuxta murū acces-
sistis? dices: Etiā seruus tuus Vrias He-
22 thæus occubuit. ¶ Abijt ergo nuntius,
D & venit, & narrauit Dauid oīa q ei pce
23 perat Ioab: ¶ Et dixit nūtius ad Dauid:
Præualuerunt aduersum nos viri, &
egressi sunt ad nos in agrū: nos autem
facto impetu psecuti eos sumꝰ vsq; ad
24 portā ciuitatis. ¶ Et direxerunt iacula sa
gittarij ad seruos tuos ex muro desup:
mortuiq; sunt de seruis regis, quinetiā
seruus tuus Vrias Hethęus mortuus est.
25 ¶ Et dixit Dauid ad nuntium: Hæc dices
Ioab: Non te frangat ista res: varius

enim euentus est belli, & nũc hunc &
nunc illum consumit gladius, cõforta
bellatores tuos aduersus vrbem, vt de-
26 struas eam, & exhortare eos. ❡Audiuit
autẽ vxor Vriæ, q mortuus esset Vrias
27 vir suus, & planxit eum. ❡Transactoq;
luctu misit Dauid & introduxit eã in
domũ suã, & facta est ei vxor, peperitq;
ei filium: & displicuit verbũ hoc quod
fecerat Dauid coram Domino.

CAP. XII.

1 MIsit ergo Dñs Nathan ad Dauid:
A q cùm venisset ad eum, dixit ei:
*Duo viri erãt in ciuitate vna, vnus di-
2 ues, & alter pauper. ❡Diues habebat
ce nubecula parua quasi vestigiũ hoĩs
ascẽdebat de mari. Qui ait: Ascende, &

‖ Gen. 32 f. 28. 2. Re. 17. f. 34.

dic

dic Achab, Iunge currũ tuũ & descen
45 de, ne occupet te pluuia. ¶ Cúq; se ver-
teret huc atq; illuc, ecce cæli cõtenebra
ti sunt, & nubes & ventus, & facta est
pluuia grandis. Ascẽdens itaq; Achab
46 abijt ĩ Iezrahel, ¶ & man⁹ Dñi facta est
sup Eliam, accinctisq; lumbis currebat
ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

CAP. XIX.

1 NVntiauit autẽ Achab Iezabel om-
A nia quę fecerat Elias, & quomodo
occidisset vniuersos prophetas gladio.
2 ¶ Misitq; Iezabel nuntiũ ad Eliã dicẽs:
Hæc mihi faciãt dij, & hæc addãt, nisi
hac hora cras posuero aĩam tuam sicut
3 aĩam vnius ex illis. ¶ Timuit ergo Elias,
& surgẽs abijt quócunq; eũ ferebat vo-
luntas: venitq; in Bersabee Iuda, & di-
4 misit ibi puerũ suũ. ¶ Et perrexit in de-
sertũ viã vnius diei. Cùmq; venisset, &
sederet subter vnã Iuniperum, petiuit
aĩę suæ vt moreretˀ, & ait: Sufficit mihi
Dñe, tolle animã meã: neq; enim me-
5 lior sum q̃ patres mei. ¶ Proiecitq; se, &
obdormiuit in vmbra Iuniperi: & ecce
angelus dñi tetigit eũ, & dixit illi: Sur
6 ge, & comede. ¶ Respexit & ecce ad ca-
B put suũ subcinericiˀ panis, & vas aquę:
comedit ergo & bibit, & rursum obdor
7 miuit. ¶ Reuersusq; est angelus Dñi se-
cũdò, & tetigit eũ, dixitque illi: Surge
comede: grandis enim tibi restat via.
8 ¶ Qui cùm surrexisset, comedit & bibit,
& ambulauit in fortitudine cibi illius
quadraginta diebus & quadraginta no-
ctibus, vsque ad montem Dei Horeb.
9 ¶ Cùmq; venisset illuc mãsit in spelun-
ca: & ecce sermo dñi ad eũ, dixitq; illi:
10 Quid hic agis Elia? ¶ At ille rñdit: Ze
lo zelatus sum p dño Deo exercituum,
quia dereliquerũt pactũ Dñi filij Isrl:
altaria tua destruxerunt, & prophetas
tuos occiderũt gladio, & derelict⁹ sum
ego solus, & q̃runt aĩam meã vt aufe-
11 rãt eã. ¶ Et ait ei. Egredere, & sta in mon
te corã Dño: & ecce Dñs transit, & spi-
C ritus grãdis, & fortis subuertens mõtes
& conterẽs petras ante Dñm: non in spi
ritu Dñs, & post spñ cõmotio: non in
12 commotione Dñs, ¶ & post cõmotionẽ
ignis: nõ in igne Dñs, & post ignẽ sibi-
13 lus auræ tenuis. ¶ Quod cùm audisset
Elias, operuit vultum suum pallio, &
egressus stetit in ostio speluncę, & ecce
vox ad eum, dicẽs: Quid hic agis Elia?

14 ¶ Et ille rñdit: Zelo zelatus sum p Dño
Deo exercituũ, quia dereliquerũt pactũ
tuum filij Israël: altaria tua destruxe-
runt, & pphetas tuos occiderũt gladio,
& derelictus sum ego solus, & quærunt
15 aĩam meã vt auferant eam. ¶ Et ait Dñs
ad eũ. Vade, & reuertere in viã tuam p
desertũ in Damascũ: cùmq; perueneris
illuc, vnges Hazael regẽ super Siriam.
16 ¶ & Iehu filiũ Namsi vnges regem sup
D Israël: Eliseũ autẽ filiũ Saphat, q est de
Abel-meula, vnges prophetam pro te.
17 ¶ Et erit quicunq; fugerit gladium Ha-
zael, occidet eum Iehu: & quicunq; fu-
gerit gladiũ Iehu, interficiet eũ Eliseus.
18 ¶ Et derelinquam mihi in Israël septẽ
millia virorũ, quorũ genua non sunt
incuruata ante Baal, & omne os quod
19 non adorauit eũ osculans manũ. ¶ Pro-
fectus ergo inde Elias, repperit Eliseum
filiũ Saphat, arantẽ in duodecim iugis
boum, & ipse in duodecim iugis bo-
um arantibus: vnus erat: cumque ve-
nisset Elias ad eum, misit pallium suũ
20 super illũ. ¶ Qui statim relictis bobus
cucurrit post Eliam, & ait: Osculer oro,
patrẽ meũ, & matrẽ meã, & sic sequar
te. Dixitq; ei Vade, & reuertere: quod
21 enim meũ erat, feci tibi. ¶ Reuersus au-
tẽ ab eo, tulit par boum, & mactauit il-
lud, & in aratro boum coxit carnes, &
dedit pplo, & comederũt: cõsurgẽsq; a-
bijt, & secut⁹ est Eliã, & ministrabat ei.

CAP. XX.

1 POrrò Ben-adad rex Syrię congrega-
A uit oẽm exercitũ suum, & triginta
duos reges secũ, & equos, & currus: &
ascendẽs pugnabat cõtra Samariam, &
2 obsidebat eam. ¶ Mittensq; nuntios ad
3 Achab regẽ Isrl in ciuitatẽ, ¶ ait, Hæc di-
cit Ben-adad, Argentum tuũ & aurum
tuum meũ est: & vxores tuæ, & filij tui
4 optimi, mei sunt. ¶ Rñditq; rex Israël,
Iuxta verbũ tuũ dñe mi rex, tuus sum
5 ego, & oĩa mea. ¶ Reuertentesq; nuntij
dixerũt, Hæc dicit Ben-adad, qui misit
nos ad te, Argentum tuum, & aurum
tuũ, & vxores tuas, & filios tuos dabis
6 mihi. ¶ Cras igitur hac eadẽ hora mittã
seruos meos ad te, & scrutabunt domũ
tuã, & domum seruorum tuorum: &
omne qđ eis placuerit, ponẽt in mani-
7 bus suis, & auferent. ¶ Vocauit aũt Rex
Israël oẽs seniores terræ, & ait: Animad
B uertite & videte qm insidietur nobis,

Margin notes: Baal. 2. | Ro. 11. a. 3. | vnum 4 | 4. Re. 9. a. 1. | Eccl. 48. a. 8. | Ro. 11. a. 4. | vniuersorum.

misit enim ad me ꝓ vxoribus meis, &
filijs, & ꝓ argẽto & auro: & nõ abnui.
8 ¶Dixerũtq; oẽs maiores natu, & vniuer
sus populus ad eum, Non audias, neq;
9 acquiescas illi. ¶ Rñdit itaque nuntijs
Ben-adad. Dicite Dño meo regi, Om-
nia pp quæ misisti ad me seruum tuũ
in initio, faciã: hanc autem rem facere
non possum, Reuersiq; nuntij retule-
10 runt ei. ¶Qui remisit, & ait, Hæc faciãt
mihi dij, & hęc addãt, si suffecerit pul-
uis Samariæ pugillis oĩs ppli qui sequi-
11 tur me. ¶Et rñdens rex Israël, ait, Dicite
ei. Ne glorietᷣ accinctus æquè vt discin
12 ctus. ¶Factũ est aũt cum audisset Ben- -4.
adad verbũ istud, bibebat ipse & reges
in vmbraculis, & ait seruis suis, Circũ
13 date ciuitatẽ, Et circũdederũt eã. ¶Et ec-
ce ꝓpheta vnus accedẽs ad Achab regẽ
Israël, ait ei, Hęc dicit Dñs, Certè vidisti
C oẽm multitudinẽ hanc nimiã? ecce ego
tradã eã in manũ tuã hodie: vt scias q̃a
14 ego sum Dñs. ¶Et ait Achab, Per quem?
Dixitq; ei: Hæc dicit Dñs, Per pedisse-
quos principũ prouinciarũ. Et ait: Quis
15 incipiet ꝓliari? Et ille dixit: Tu. ¶Recen
suit ergo pueros principũ prouinciarũ,
& repperit numerũ ducẽtorũ triginta-
duorũ: & recensuit post eos pplm, oẽs
16 filios Israël, septẽ millia: ¶& egressi sũt
meridie. Ben-adad aũt bibebat temu-
lẽtus in vmbraculo suo, & reges trigin
taduo cũ eo, q̃ ad auxiliũ eius venerãt.
17 ¶Egressi sunt aũt pueri principũ prouin
ciarũ in prima fronte. Misit itaq; Ben-
adad. Qui nũtiauerunt ei dicẽtes: Viri
18 egressi sũt de Samaria. ¶At ille ait. Siue
ꝓ pace veniũt, apprehẽdite eos viuos:
19 siue vt ꝓlienť, viuos eos capite. ¶Egressi
sunt ergo pueri principũ prouinciarũ,
20 ac reliqu⁹ exercit⁹ sequebatᷣ: *¶& pcussit ‡ :or 3.
vnusq̃sq; virũ qui cõtra se veniebat: fu-
geruntq; Syri, & ꝑsecut⁹ est eos Isrl. Fu-
D git quoq; Ben-adad rex Syriæ in equo
21 cũ equitibus suis. ¶Necnon egressus rex
Isrl pcussit equos & currus: & percussit
22 Syriã plaga magna. ¶(Accedẽs aũt ꝓphe
ta ad regẽ Israël, dixit ei, Vade, & cõfor
tare, & scito, & vide q̃d facias: sequenti
enim anno rex Syriæ ascẽdet cõtra te.)
23 ¶Serui verò regis Syriæ dixerunt ei, Dij
montiũ sunt Dij eorum, ideò superaue
runt nos: sed melius est vt pugnem⁹ cõ
tra eos in cãpestrib⁹, & obtinebim⁹ eos,
24 ¶Tu ergo verbũ hoc fac, Amoue reges
singulos ab exercitu tuo, & pone princi
25 pes ꝓ eis: ¶& instaura numerũ militũ
q̃ ceciderũt de tuis, & equos ſm equos
pristinos, & currus ſm currus quos an-
tè habuisti: & pugnabim⁹ cõtra eos in
cãpestribus, & videbis ꝙ obtinebimus
eos. Credidit consilio eorũ, & fecit ita.
26 ¶Igiť postq̃ annus transierat, recensuit
Ben-adad Syros, & ascẽdit in Aphec, vt
27 pugnaret cõtra Isrl. ¶Porrò filij Israël re
E censiti sunt, & acceptis cibarijs profecti
ex aduerso, castraq; metati sunt contra
eos, quasi duo parui greges caprarũ: Sy-
28 ri aũt repleuerunt terrã. ¶(Et accedens
-vnus vir Dei, dixit ad regem Isrl, Hæc -3.
dicit Dñs, Quia dixerũt Syri, Deus mõ-
tiũ est Dñs, & nõ est Deus valliũ: dabo
oẽm multitudinẽ hãc grandẽ in manu
29 tua, & scietis q̃a ego sum Dñs.) ¶Dirige
bantq; septẽ diebus ex aduerso, hi, atq;
illi acies, septima aũt die cõmissum est
bellũ, pcusseruntq; filij Israël de Syris
30 cẽtũ millia peditũ in die vna. ¶Fugerũt
aũt qui remãserant in Aphec, in ciuita-
tem: & cecidit mur⁹ sup vigintiseptem
millia hoĩum qui remanserant. Porrò
Ben-adad fugiẽs ingressus est ciuitatẽ,
in cubiculũ quod erat intra cubiculũ,
31 ¶ Dixerũtq; ei serui sui, Ecce, audiuim⁹
ꝙ reges domus Israël clemẽtes sint, po-
F nam⁹ itaq; saccos in lumbis nr̃is, & fu-
niculos in capitib⁹ nr̃is, & egrediamur
ad regẽ Isrl: forsitan saluabit aĩas nr̃as.
32 ¶Accinxerũt saccis lũbos suos, & posue
rũt funiculos in capitib⁹ suis, venerũtq;
ad regẽ Isrl: & dixerunt ei: Seruus tuus
Ben-adad dicit, Viuat, oro te, aĩa mea.
Et ille ait, Si adhuc viuit, frater me⁹ est.
33 ¶Q̃d acceperunt viri ꝓ omine: & festi-
nantes rapuerunt verbũ ex ore ei⁹, atq;
dixerunt. Frater tu⁹ Ben-adad. *Et dixit *viuit.
eis, Ite, & adducite eũ ad me. Egressus
est ergo ad eũ Ben-adad, & leuauit eũ
34 in currum suũ. ¶Qui dixit ei, Ciuitates
quas tulit pr̃ meus à pr̃e tuo, reddam:
& plateas fac tibi in Damasco, sicut fe-
cit pr̃ meus in Samaria, & ego fœderat⁹
recedã à te. Pepigit ergo fœd⁹, & dimisit
35 eũ. ¶Tũc vir quidã de filijs prophetarũ
G dixit ad sociũ suũ in sermone Dñi, per-
36 cute me. At ille noluit percutere. ¶Cui
ait, Quia noluisti audire vocẽ Dñi, ecce
recedes à me, & pcutiet te leo. Cũq; pau
lulũ recessisset ab eo, Iuenit eũ leo, atq;
37 pcussit. ¶Sed & alterũ inueniens virũ,

dixit

dixit ad eũ, Percute me. Qui pcussit eũ,
38& vulnerauit. ¶Abijt ergo propheta, &
occurrit regi in via, & mutauit aspersio
39ne pulueris os & oculos suos. ¶Cũmq;
rex transisset, clamauit ad regẽ, & ait,
Seruus tuꝰ egressus est ad pliãdũ comi-
nus, cũq; fugisset vir vnus, adduxit eũ
quidã ad me & ait: Custodi virũ istũ: q
si lapsus fuerit, erit aĩa tua pro aĩa eius,
40aut talentũ argenti appendes, ¶Dũ aũt
ego turbatus huc illucq; me verterẽ, su
bitò nõ comparuit. Et ait rex Israël ad
eum. Hoc est iudiciũ tuum, qđ ipse de-
41creuisti. ¶At ille statim abstersit pulue-
rem de facie sua, & cognouit eum rex
42Israël q esset de prophetis. ¶Qui ait ad
eũ: Hæc dicit Dñs, ‖Quia dimisisti virũ
dignũ morte de manu tua, erit anima
tua p anima eius, & populus tuus pro
43 populo eius. ¶ Reuersus est igit rex Isrl
in domum suam, audire contemnens,
& furibundus venit in Samariam.

CAP. XXI.

1 POst verba autẽ hęc, tpe illo vinea
A erat Naboth Iezrahelitæ quæ erat ĩ
Iezrahel, iuxta palatiũ Achab regis Sa-
2 marię. ¶Locutus est ergo Achab ad Na-
both, dicẽs: Da mihi vineam tuã, vt fa-
ciam mihi hortũ olerũ, quia vicina est,
& prope domũ meam, daboq; tibi pro
ea vineã meliorẽ, aut si cõmmodius tibi
putas, argenti pretiũ quantũ digna est.
3 ¶Cui rñdit Naboth, Propitius sit mihi
Dñs, ne dem hæreditatẽ patrum meo-
4 rum tibi. ¶Venit ergo Achab in domũ
suã indignans, & frẽdens sup verbo qđ
locutus fuerat ad eũ Naboth Iezraheli
tes, dicẽs: Non dabo tibi hæreditatẽ pa-
B trum meorũ. Et proiiciens se in lectulũ
suum, auertit faciem suã ad parietem.
5 & non comedit panẽ. ¶Ingressa est aũt
ad eũ Iezabel vxor sua, dixitq; ei: Quid
est hoc, vnde aĩa tua contristata est? &
6 quare nõ comedis panẽ? ¶Qui rñdit ei,
Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & di
xi ei: Da mihi vineã tuã, accepta pecu-
nia: aut si tibi placet, dabo tibi vineam
meliorẽ pro ea, Et ille ait, Nõ dabo ti-
7 bi vineã meã. ¶Dixit ergo ad eũ Iezabel
vxor eiꝰ, Grãdis authoritatis es, & bene
regis regnũ Israël: surge & comede pa-
nẽ, & ęquo aĩo esto, ego dabo tibi vineã
8 Naboth Iezrahelitę. ¶ Scripsit itaq; lite
C ras ex nõie Achab, & signauit eas annu
lo eiꝰ, & misit ad maiores natu, & opti
mates q erãt in ciuitate eius, & habita-
9 bant cũ Naboth. ¶Literarũ aũt hęc erat
sentẽtia, Prędicate ieiuniũ, & sedere fa
10cite Naboth inter primos ppli, ¶& sub-
mittite duos viros filios Belial cõtra eũ,
& falsum testimoniũ dicãt, Benedixit
Deũ & regẽ, & educite eũ, & lapidate,
11sicq; moriat. ¶Fecerũt ergo ciues eiꝰ ma
iores natu & optimates q habitabãt cũ
eo in vrbe sicut pceperat eis Iezabel, &
D sicut scriptũ erat in literis quas miserat
12ad eos. ¶pdicauerunt ieiuniũ, & sedere
13fecerunt Naboth inter primos ppli. ¶Et
adductis duobꝰ viris filijs diaboli, fece
rũt eos sedere cõtra eũ: at illi, scilicet vt
viri diabolici, dixerũt cõtra eũ testimo
niũ corã multitudine. Bñdixit Naboth
Deũ & regem: quam ob rem eduxerũt
eũ extra ciuitatẽ, & lapidibus interfece-
14rũt, ¶Miserũtq; ad Iezabel, dicẽtes: La-
15pidatus est Naboth, & mortuus est. ¶Fa
ctũ est aũt, cũ audisset Iezabel lapidatũ
Naboth, & mortuum, locuta est ad A-
chab, Surge & posside vineam Naboth
Iezrahelitæ, q noluit tibi acqescere, &
dare eã accepta pecunia: nõ enim viuit
16 Naboth, sed mortuꝰ est. ¶Qđ cũ audis-
set Achab mortuum videlicet Naboth
surrexit, & descẽdebat ĩ vineã Naboth
17 Iezrahelitę, vt possideret eã. ¶ factus est
igit sermo Dñi ad Eliã Tesbitẽ dicens;
18 ¶Surge, & descẽde in occursum Achab
E regis Isrl, qui est in Samaria, ecce ad vi-
neã Naboth, descendit, vt possideat eã:
19¶Et loquêris ad eũ, dicẽs, Hęc dicit Dñs,
Occidisti, ĩsup & possedisti. Et post hæc
addes, Hęc dicit Dñs in loco hoc ĩ quo
linxerũt canes sanguinẽ Naboth, lãbẽt
20quoq; sanguinẽ tuũ. ¶Et ait Achab ad
Eliã, Nũ iuenisti me inimicũ tibi? ¶Qui
dixit inueni, eò q venũdatus sis, vt fa-
21ceres malũ in cõspectu Dñi. ¶Ecce ego
F inducã super te malũ, & demetã poste-
riora tua, & interficiã de Achab mingẽ
tem ad parietẽ, & clausum. & vltimũ in
22Israël. ¶Et dabo domũ tuã ‖sicut domũ
Ieroboã filij Nabat, ‖& sicut domũ Baa
sa filij Ahia: q a egisti, vt me ad iracun-
diã prouocares, & peccare fecisti Israël.
23¶‖Sed & de Iezabel loquꝰ est dñs, dicẽs:
Canes comedẽt Iezabel ĩ agro Iezrahel.
24¶Si mortuꝰ fuerit Achab in ciuitate, co
medẽt eũ canes: si aũt mortuꝰ fuerit in
25agro, comedẽt eũ volucres cęli. ¶Igit nõ
fuit alter talis sicut Achab, q venũdatꝰ

G est vt faceret malum in conspectu Dñi:
cõcitauit enim eum Iezabel vxor sua,
26 & abominabilis factus est, î tm̃ vt seque
ret idôla q̃ fecerât Amorrhæi, quos con
27 sumplit Dñs a facie filiorũ Isrl. ¶ Itaq;
cùm audisset Achab sermones istos, sci
dit vestiméta sua, & operuit cilicio car-
né suã, ieiunauitq; & dormiuit in sac-
28 co, & ambulauit demisso capite. ¶ Et fa-
ctus est sermo Dñi ad Eliam Tesbité, di-
29 cés: ¶ Nõne vidisti humiliatũ Achab co
rã me? qa igit humiliatus est mei causa,
nõ iuducã malũ in diebus eius, sed si die-
bus filij sui inferam malũ domui eius.

4. Re 9. f. 26.

CAP. XXII.

2. Par. 18. a. 1.

1 Transierũt igit tres anni absq; bel-
A lo inter Syriam & Israël. ¶ In anno
2 aũt tertio, descendit Iosaphat rex Iuda
3 ad regé Israël. ¶ (Dixitq; rex Isrl ad ser-
uos suos, ignoratis q nr̃a sit Ramoth-
Galaad, & negligimus tollere eã de ma
4 nu regis Syriæ?) ¶ Et ait ad Iosaphat, Ve
niesne mecũ ad prçliandũ in Ramoth-
5 Galaad? ¶ Dixitq; Iosaphat ad regé Isrl,
Sicut ego sum, ita & tu: *ppls meus, &
populus tuus vnũ sunt: & equites mei
equites tui. Dixitq; Iosaphat ad regem
Israël. Quære, oro te, hodie sermonem
6 Dñi. ¶ Congregauit ergo rex Israël pphe
tas, quadringentos circiter viros, & ait
ad eos, Ire debeo î Ramoth-Galaad ad
bellandum, an quiescere? Qui rñderũt,
Ascende, & dabit eã Dñs in manu re-
7 gis. ¶ Dixit aũt Iosaphat, Nõ est hic pro-
pheta Dñi quispiam, vt interrogemus
8 p eũ? ¶ Et ait rex Israël ad Iosaphat, Re-
mansit vir vnus per qué possumus in-
terrogare dñm: sed ego odi eũ, quia nõ
prophetat mihi bonũ, sed malum, Mi-
chças filius Iemla. Cui Iosaphat ait, Ne
9 loquaris ita rex. ¶ Vocauit ergo rex Isrl
B eunuchũ quendam, & dixit ei, Festina
10 adducere Michçã filiũ Iemla. ¶ Rex aũt
Isrl, & Iosaphat rex Iuda sedebât vnus-
quisq; in solio suo vestiti cultu regio,
in area iuxta ostium portæ Samariæ, &
vniuersi prophetæ pphetabant in con-
11 spectu eorũ. ¶ Fecit quoq; sibi Sedecias
filius Chanaana cornua ferrea, & ait,
Hçc dicit Dñs his vétilabis Syriã donec
12 deleas eã. ¶ Oésq; pphetç similiter pro-
phetabât, dicentes: Ascéde in Ramoth-
Galaad, & vade psperè, & tradet eã Dñs
13 in manus regis. ¶ Nuntius verò q ierat
vt vocaret Michçã, locutus est ad eũ di-

* sicut populus meus, & populus tuus: & sicut equi mei ita & equi tuis.

cens: Ecce sermones pphetarũ ore vno
regi bona pdicant: sit ergo* sermo tuus *& 6.
14 similis eorũ, & loquere bona. ¶ Cui Mi-
chæas ait: Viuit Dñs, quia quodcũq; di
15 xerit mihi Dñs, hoc loquar. ¶ Venit ita-
que ad regé, & ait illi rex, Michça ire de
bemus î Ramoth-Galaad ad prçliãdũ,
an cessare? Cui ille rñdit, Ascéde, & va-
C de prosperè, & tradet Dñs in manus re-
16 gis. ¶ Dixit aũt rex ad eum, Iterum atq;
iterũ adiuro te, vt nõ loquaris mihi nisi
17 quod verũ est, in nõie Dñi. ¶ Et ille ait:
Vidi cunctum Israël dispersum in mõ
tibus quasi oues nõ habentes pastoré.
Et ait Dñs, Non habent isti Dñm: reuer
tatur vnusquisq; in domũ suã in pace.
18 ¶ (Dixit ergo rex Israël ad Iosaphat, Nũ
quid non dixi tibi quia non prophetat
19 mihi bonũ, sed semper malũ?) ¶ Ille ve-
rò addens, ait, Propterea audi sermoné
Dñi, Vidi Dñm sedenté super solium
suum, & oém exercitũ cœli assistenté ei
20 à dextris & à sinistris. ¶ & ait Dñs: Quis
decipiet Achab regé Israël, vt ascendat,
& cadat î Ramoth-Galaad? Et dixit vnus
21 verba huiuscemodi, & alius aliter. ¶ Egres
sus est aũt spũs, & stetit coram Dño, &
ait, Ego decipiã illum. Cui locutus est
22 Dñs. In quo? ¶ Et ille ait, Egrediar, & ero
D spũs mendax in ore oĩum prophetarũ
eius Et dixit Dñs, Decipies, & præuale-
23 bis: egredere, & fac ita. ¶ Nunc igitur ec
ce dedit Dñs spiritum mendacij in ore
omnium prophetarũ tuorum qui hic
sunt, & Dñs locutus est contra te malũ.
24 ¶ Accessit autem Sedecias filius Cha-
naana, & percussit Michæam in maxil-
lam & dixit, Me ne ergo dimisit Spiri-
25 tus Dñi, & locutus est tibi? ¶ Et ait Mi-
chæas, Visurus es in die illa quando in
grediêris in cubiculũ intra cubiculum,
26 vt abscõdaris. ¶ Et ait rex Israël, Tollite
Michçam, & maneat apud Amon prin
cipem ciuitatis, & apud Ioas filiũ Amé
27 lech, ¶ Et dicite eis, Hçc dicit rex, Mitti-
te virum istum in carcerem, & sustéta
te eũ pane tribulationis & aqua angu-
28 stiæ, donec reuertar in pace. ¶ Dixitque
Michças, Si reuersus fueris in pace, non
est locutus in me Dñs. Et ait, Audite po
29 puli oés. ¶ Ascendit itaq; rex Israël, &
Iosaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad.
30 ¶ Dixit itaq; rex Israël ad Iosaphat, Su-
me arma, & îgredere præliũ, & induere
vestibus tuis. porrò Rex Israël mutauit

habitum

31 habitū ſuū, & ingreſſus eſt bellū. ¶Rex
E autē Syriæ pceperat principibus curruū
trigintaduobus, dicēs: Non pugnabitis
contra minorē, & maiorē quēpiam, niſi
32 contra regē Iſraël solū. ¶ Cū ergo vidiſ-
ſent principes curruū Ioſaphat, ſuſpica-
ti ſunt ꝙ ipſe eſſet rex Iſraël, & impetu
facto pugnabāt cōtra eū, & exclamauit
33 Ioſaphat. ¶Intellexerūtq; principes cur
ruū ꝙ nō eſſet rex Iſraël, & ceſſauerunt
34 ab eo. ¶ Vir autē quidam tetēdit arcū, in ¶Vaus 8.
incertū ſagittā dirigēs, & caſu pcuſſit re
gē Iſraël inter pulmonē & ſtomachū.
At ille dixit aurigæ ſuo, Verte manum
tuā & eijce me de exercitu, quia grauiter
35 vulneratus ſum. ¶Commiſſum eſt ergo
prœliū in die illa, & rex Iſraël ſtabat - 1.
in curru ſuo contra Syros, & mortuus
eſt veſpere: fluebat aūt ſanguis plagę in
36 ſinum currus, ¶& prçco inſonuit in vni
uerſo exercitu anteq̄ ſol occūberet, di-
cens. Vnuſquiſq; reuertatur in ciuitatē*, ¶ſuam 1.
37 & in terrā ſuam. ¶ Mortuus eſt aūt rex,
& platus eſt in Samariā, ſepelieruntq;
38 regem in Samaria, ¶& lauerunt currum
eius in piſcina Samariæ, & linxerūt ca-
nes ſanguinē eius, & habenas lauerūt,
iuxta verbum Dñi qđ locutus fuerat. ¶Sup.21. c.21.
39 ¶Reliqua aūt ſermonū Achab, & vni-
F uerſa quæ fecit, & domus eburnea quā
ædificauit, cunctarūq; vrbiū, quas ex-
truxit, nonne hæc ſcripta ſunt in libro
40 ſermonū dierum regū Iſraël? ¶ Dormi-
uit ergo Achab cū patribus ſuis, & re-
41 gnauit Ochozias filius eius pro eo. ¶Io-
ſaphat verò filius Aſa regnare cœperat
ſuper Iudam anno quarto Achab regis
42 Iſraël. ¶Trigintaquinq; annorū erat cūm
regnare cœpiſſet, & vigintiquinq; annis
regnauit in Ierl'm: nomen matris eius
43 Azuba filia Salai. ¶ & ambulauit in oī
via Aſa pris ſui, & nō declinauit ex ea:
fecitq; qđ rectū erat in conſpectu Dñi.
44 ¶Veruntñ excelſa non abſtulit: adhuc
enim ppl's ſacrificabat, & adolebat incē
45 ſum ī excelſis. ¶Pacēq; habuit Ioſaphat
46 cū rege Iſraël. ¶Reliqua aūt verborū Io
ſaphat, & opera eius q̄ geſſit, & prçlia
nonne hæc ſcripta ſunt in libro verbo-
47 rum dierū regū Iuda? ¶Sed & reliquias
G effœminatorū, qui remanſerant in die-
48 bus Aſa pris ei⁹, abſtulit de terra. ¶Nec
49 erat tunc rex cōſtitutus in Edom. ¶Rex
verò Ioſaphat fecerat claſſes in mari, q̄
nauigarent in Ophir ppter aurum: & ire
non poterant, quia confractæ ſunt in
50 Aſion-gāber, ¶Tunc ait Ochozias filius
Achab ad Ioſaphat, Vadāt ſerui mei cū
ſeruis tuis ī nauib⁹. Et noluit Ioſaphat.
51 ¶ Dormiuitq; Ioſaphat cū pr̄ibus ſuis,
& ſepult⁹ eſt cū eis in Ciuitate-Dauid 2.Par.21.
pr̄is ſui: regnauitq; Iorā fili⁹ eius pro eo. a.1.
52 ¶Ochozias aūt filius Achab regnare cœ
perat ſup Iſraël in Samaria, anno ſepti-
modecimo Ioſaphat regis Iuda, regna-
53 uitq; ſup Iſraël duobus annis. ¶Et fecit
malum in cōſpectu Dñi, & ambulauit
in via patris ſui & matris ſuæ, & in via
Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
53 Iſraël. ¶Seruiuit quoq; Baal, & adora-
uit eum, & irritauit dnm Deum, Iſraël,
iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

LIBER QVARTVS REGVM,
ſecundum Hebræos, Melachim ſecundus.

CAPVT PRIMVM.

1 PRAEVARICATVS
A eſt autē Moab ī Iſrl',
poſtq̄ mortu⁹ eſt A-
2 chab. ¶Cecid itq; O-
chozias p cancellos
cœnaculi ſui, qđ ha-
bebat in Samaria, &
ægrotauit: miſitque
nuntios, dicēs ad eos, Ite, conſulite Be-
el-zebub Deum Accaron, vtrum viuere
3 queam de infirmitate mea hac. ¶Ange-
lus aūt Dñi locutus eſt ad Eliam Theſ-
biten, dicens, Surge, & aſcēde in occur-
ſum nuntiorum regis Samariç, & dices
ad eos, Nūquid non eſt Deus in Iſraël,
vt eatis ad conſulendum Beel-zebub
4 deū Accaron? ¶Quam ob rem hęc dicit
Dñs, De lectulo ſuper quem aſcendiſti,
non deſcendes, ſed morte morieris. Et
5 abijt Elias. ¶Reuerſique ſunt nuntij ad
B Ochoziam. Qui dixit eis, Quare reuerſi
6 eſtis? ¶At illi rñderūt ei. Vir occurrit no
bis, & dixit ad nos: Ite, & reuertimini
ad regē qui miſit vos, & dicetis ei. Hæc
dicit Dñs. Nunquid quia nō erat Deus

in Isr̃l, mittis vt cõsulatur Beel-zebub
Deus Accaron? Idcirco de lectulo super
quẽ ascendisti, nõ descendes, sed morte
7 morieris. ¶Qui dixit eis, Cuius figurę &
habitus est vir ille q occurrit vobis, &
8 locutus est verba hęc? ¶At illi dixerunt
Vir pilosus, & zona pellicea accinctus
9 renibus. Qui ait, Elias Thesbites est, ¶Mi
sitq; ad eũ quinquagenariũ principẽ,
& qnquaginta q erant sub eo. Qui ascẽ
dit ad eũ: sedẽtiq; in vertice mõtis, ait.
Homo Dei, rex p̃cepit vt descendas. Rñ
10 dẽsq; Elias, ¶ dixit qnquagenario, Si
C homo Dei sum, descẽdat ignis de cęlo,
& deuoret te, & quinquaginta tuos. ¶De
scẽdit itaq; ignis de cęlo, & deuorauit
eũ & quinquaginta qui erant cum eo.
11 ¶ Rursumq; misit ad eum principem
quinquagenarium alterũ, & quinqua-
ginta cum eo. Qui locutus est illi, Ho-
mo Dei, hæc dicit rex, Festina, descẽde.
12 ¶Respõdens Elias, ait, Si homo Dei ego
sum, descendat ignis de cœlo, & deuo-
ret te, & quinquaginta tuos. Descendit
*Dei 4. ergo * ignis de cœlo, & deuorauit illũ,
13 & quinquaginta eius. ¶ Iterum misit
principem quinquagenariũ tertium, &
quinquaginta qui erãt cũ eo. Qui cum
venisset, curuauit genua cõtra Eliam,
& precatus est eũ, & ait, Homo Dei, no-
li despicere aĩam meam, & aĩas seruo-
14 rum tuorũ qui mecum sunt, ¶Ecce de-
D scẽdit ignis de cœlo, & deuorauit duos
principes qnquagenarios primos, & qn
quagenos qui cũ eis erant: sed nunc ob
15 secro vt miserearis aĩæ meæ. ¶Locutus
est aũt Angelus Dñi ad Eliam, dicens,
Descende cũ eo, ne timeas. Surrexit igit̃
16 & descendit cum eo ad regem, ¶& locu
tus est ei, Hæc dicit Dñs, Quia misisti
nuntios ad cõsulendũ Beel-zebub Deũ
Accaron, quasi non esset Deus in Israël
à quo posses interrogare sermonẽ, ideò
de lectulo super quẽ ascendisti, non de
17 scendes, sed morte morieris. ¶Mortuus
est aũt iuxta sermonem Dñi quẽ locu-
tus est Elias, & regnauit Iorã frater eius
pro eo, anno secũdo Iorã filij Iosaphat
regis Iudę, nõ enim habebat filiũ. Reli
18 qua aũt verborum Ochoziæ quæ ope-
ratus est, nõnne hæc scripta sunt in Li-
bro sermonum dierum regum Israël?

CAP. II.

1 FActum est aũt, cũ leuare vellet Dñs
A Eliã per turbinem in cœlum, ibant
2 Elias & Eliseus de Galgalis. ¶Dixitque
Elias ad Eliseũ, Sede hîc, quia Dñs mi-
sit me vsq; in Beth-el. Cui ait Eliseus,
Viuit Dñs, & viuit aĩa tua, quia non de
relinquã te. Cũq; descendissent Beth-el,
3 ¶egressi sunt filij prophetarũ, qui erant
in Beth-el, ad Eliseum, & dixerunt ei,
Nunquid nosti quia hodie Dñs tollet
dñm tuũ à te? Qui rñdit, Et ego noui,
4 silete. ¶Dixit aũt Elias ad Eliseũ, Sede
hîc, quia Dñs misit me in Iericho. Et il
le ait, Viuit Dñs, & viuit aĩa tua, qa nõ
derelinquã te. Cũq; venissent Iericho,
5 ¶accesserũt filij prophetarũ qui erãt in
Iericho, ad Eliseum, & dixerunt ei, Nũ
quid nosti quia Dñs hodie tollet dñm
6 tuum à te? Et ait, Et ego noui; silete, ¶Di
xit aũt ei Elias, Sede hîc, quia Dñs misit
B me vsq; ad Iordanẽ, Qui ait, Viuit Dñs,
& viuit aĩa tua, quia non derelinquam
7 te, ¶Ierunt igitur ambo pariter, & quin
quaginta viri de filijs prophetarũ secu-
ti sunt eos, q & steterunt ecõtra, lõgè:
illi aũt ambo stabant super Iordanem.
8 ¶Tulitq; Elias palliũ suũ, & inuoluit il
lud, & percussit aquas, quę diuisę sunt
in vtranq; partem, & trãsierunt ambo
9 per siccum. ¶Cùmq; trãsissent, Elias di-
xit ad Eliseũ, Postula quod vis vt faciã
tibi, anteq̃ tollar à te. Dixitq; Eliseus,
Obsecro vt fiat ĩ me duplex Spũs tuus.
10 ¶Qui rñdit, Rem difficilem postulasti:
attamẽ si videris me, qñ tollar à te, erit
tibi quod petisti: si aũt non videris, nõ
11 erit. ¶Cùmq; pergerent, & incedẽtes ser
mocinarẽtur, ecce currus igneus, & eq
ignei diuiserunt vtrunq;, ‖& ascendit ‖1. Mach.
12 Elias per turbinẽ in cœlũ, ¶Eliseus aũt 2. f. 58. Ecc. 48. b.
videbat & clamabat. Pater mi, pr̃ mi, 15.
currus Israël & auriga eius. Et nõ vidit
eum amplius: apprehenditq; vestimen
13 ta sua, & scidit illa in duas partes. ¶Et
C leuauit palliũ Eliæ, qđ ceciderat ei: re-
14 uersusq; stetit super ripã Iordanis, ¶&
pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit
aquas, & nõ sunt diuisæ, & dixit, Vbi –1.
est Deus Eliæ? etiam nunc. Percussitq;
aquas, & diuisæ sunt huc atq; illuc, &
15 transijt Eliseus. ¶Videntes aũt* filij pro Ieum 1.
phetarũ qui erant in Iericho ecõtra, di-
xerunt, Requieuit Spũs Elię sup Eliseũ.
Et veniẽtes in occursum eius, adoraue-
16 runt eũ proni in terram, ¶dixeruntq; il
li, Ecce, cũ seruis tuis sunt quinquagin-
ta viri fortes, q possint ire, & quærere

dominum

dñm tuum, ne forte tulerit eum Spũs
Dñi, & proiecerit eũ in vnum montiũ,
aut in vnã vallium. Qui ait, Nolite mit
17 tere. ⁋Coëgeruntq; eum, donec acquiesce
ret, & diceret, Mittite. Et miserũt quin-
quaginta viros: qui cum quæsissent tribus
18 diebus, non inuenerũt. ⁋Et reuersi sunt
ad eũ: at ille habitabat ĩ Iericho, & di-
D xit eis, Nunquid non dixi vobis, Nolite
19 mittere? ⁋Dixerunt quoq; viri ciuita-
tis ad Eliseum, Ecce habitatio ciuitatis
huius optima est, sicut tu ipse dñe per-
spicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra
20 sterilis. ⁋At ille ait, Afferte mihi vas no
uum, & mittite in illud sal. Quod cum
21 attulissent, ⁋egressus ad fontem aquarũ,
misit in illum sal, & ait, Hęc dicit dñs,
Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis
22 mors, neq; sterilitas. ⁋Sanatæ sunt ergo
aquæ vsq; in diẽ hanc, iuxta verbũ Eli-
23 sei quod locutus est. ⁋Ascẽdit autẽ inde
in Beth-el: cùmq; ascenderet p viam,
pueri parui egressi sunt de ciuitate, &
illudebant ei, dicentes, Ascende calue,
24 ascende calue. ⁋Qui cùm respexisset, vi-
dit eos, & maledixit eis in noĩe Dñi:
egressiq; sunt duo vrsi de saltu, & lace-
rauerunt ex eis quadraginta duos pue-
25 ros. ⁋Abiit autẽ inde in montẽ Carme-
li, & inde reuersus est in Samariam.

CAP. III.

1 IOram verò filius Achab regnauit sup
A Israël in Samaria anno decimoocta-
uo Iosaphat regis Iudæ. Regnauitque
2 duodecim annis. ⁋Et fecit malum corã
Dño, sed nõ sicut pr suus & mater: tu-
lit enim statuas Baal quas fecerat pater
3 eius. ⁋Veruntñ in peccatis Ieroboã filij
Nabat, q peccare fecit Isrl, adhęsit, nec
4 recessit ab eis. ⁋Porrò Mesa rex Moab,
nutriebat pecora multa, & soluebat re-
gi Isrl centũ millia agnorum, & cẽtum
5 millia arietũ cũ velleribus suis, ⁋Cũq;
mortuus fuisset Achab, præuaricatus est
fœdus quod habebat cum rege Israël.
6 ⁋Egressus est igit rex Ioram in die illa
de Samaria, & recẽsuit vniuersum Isrl.
7 Misitq; ad Iosaphat regẽ Iuda, dicens,
Rex Moab recessit à me, veni mecũ cõ-
tra eũ ad prælium. Qui rñdit, Ascẽdã, q
meus est, tuus est: ppls meus, ppls tuus: &
8 equi mei, equi tui. ⁋Dixitq;, Per quã viã
ascẽdemus? At ille rñdit, Per desertum
9 Idumææ, ⁋Perrexerunt igitur rex Isrl,
B & rex Iuda, & rex Edom, & circuierunt
p viam septẽ dierũ, nec erat aqua exer
citui & iumentis quę sequebantur eos.
10 ⁋Dixitq; rex Israël, Heu-heu heu, con
gregauit nos Dñs tres reges, vt tradere
11 in manu Moab. ⁋Et ait Iosaphat, Est n
hic Propheta Dñi, vt deprecemur Dñm
per eũ? Et rñdit vnus de seruis regis Isrl
Est hîc Eliseus filius Saphat, q fundeba
12 aquã sup manus Eliæ. ⁋Et ait Iosaphat
Est apud eum sermo Dñi? Descẽditq; a
eũ rex Israël, & Iosaphat rex Iuda, &
13 rex Edom. ⁋Dixit aũt Eliseus ad regem
Israël. Quid mihi & tibi est? vade ad
pphetas patris tui & matris tuæ. Et ai
illi rex Isrl, Quare congregauit Dñs tre
reges hos, vt traderet eos in manus Mo
14 ab? ⁋Dixitq; ad eum Eliseus, Viuit Dñs
exercituum, in cuius cõspectu sto, q si
nõ vultum Iosaphat regis Iudę erube-
scerem, non attendissem quidẽ te, nec
15 respexissem. ⁋Nunc autẽ adducite mi-
C hi psaltem. Cũq; caneret psaltes, facta
16 est super eum manus Dñi, ⁋& ait, Hæc
dicit Dñs, Facite alueum torrẽtis huius
17 fossas & fossas. ⁋Hæc enim dicit Dñs,
Non videbitis ventum, neq; pluuiam:
& alueus iste replebit aquis, & bibetis
vos, & familiæ vestrę, & iumẽta vestra.
18 ⁋Parumq; est hoc in conspectu Dñi: in-
super tradet etiam Moab in manus ve-
19 stras. ⁋Et percutietis omnem ciuitatem
munitam, & oẽm vrbem electã, & vni-
uersum lignum fructiferũ succidetis.
cunctosq; fontes aquarũ obturabitis, &
omnẽ agrum egregium operietis lapi-
20 dibus. ⁋Factum est igitur manè, qñ sa-
crificium offerri solet, & ecce, aquæ ve-
niebant per viã Edom, & repleta est ter
21 ra aquis. ⁋Vniuersi autẽ Moabitæ au-
dientes q ascendissent reges vt pugna-
rent aduersum eos, conuocauerunt oẽs
qui accincti erant baltheo dẽsup, & ste
22 terunt in terminis. ⁋Primoq; manè sur
gentes, & orto iã sole ex aduerso aqua-
rum, viderunt Moabitę econtra aquas
23 rubras, quasi sanguinẽ. ⁋dixerũtq;, San-
D guis gladij est: pugnauerunt reges con-
tra se, & cęsi sunt mutuo: nũc perge ad
24 prędam Moab. ⁋Perrexerũtq; in castra
Israël: porrò cõsurgens Israël, percussit
Moab: at illi fugerunt corã eis. Venerũt
igit qui vicerant, & percusserũt Moab,
25 ⁋& ciuitates destruxerunt: & oẽm agrũ
optimum, mittẽtes singuli lapides, re-
pleuerũt: & vniuersos fontes aquarum

obtura-

obturauerūt: & omnia ligna fructifera
ſucciderūt, ita vt muri tm̄ fictiles rema
nerent: & circundata eſt ciuitas à fun-
dibularijs, & magna ex parte percuſſa.
26 ¶Qđ cū vidiſſet rex Moab, præualuiſſe
ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos
viros educentes gladios, vt irrumperēt
27 ad regē Edom: & nō potuerunt. ¶ Arri-
piensq; filiū ſuum primogenitū, qui re
gnaturus erat pro eo, obtulit holocau-
ſtum ſup murū: & facta eſt indignatio
magna in Iſraël, ſtatimque receſſerunt
ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

CAP. IIII.

1 MVlier aūt quędā de vxoribus pro-
A phetarum clamabat ad Eliſeū, di
cēs, Seruus tuus vir meus mortuus eſt,
& tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens
Deum: & ecce creditor venit vt tollat
2 duos filios meos ad ſeruiēdū ſibi. ¶Cui
dixit Eliſeus: Quid vis vt faciā tibi? Dic
mihi, q̄d habes in domo tua? At illa rñ
dit, Nō habeo ancilla tua quicq̄ in do-
3 mo mea, niſi parū olei quo vngar. ¶Cui
ait, Vade, pete mutuò ab oībus vicinis
4 tuis vaſa vacua non pauca. ¶Et ingrede
re, & claude oſtiū tuum, cū intrinſecus
fueris tu & filij tui: & mitte inde in ola
vaſa hæc: & cùm plena fuerint, tolles.
5 ¶Iuit itaq; mulier, & clauſit oſtiū ſuper
ſe & ſup filios ſuos: illi offerebāt vaſa,
6 & illa infundebat. ¶Cūq; plena fuiſſent
vaſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi
adhuc vas. Et ille rñdit, Non habeo. Ste
7 titq; oleū. ¶Venit aūt illa, & indicauit
B hoī Dei. Et ille, Vade, inq̄t, vende oleū,
& redde creditori tuo: tu aūt & filij tui
8 viuite de reliquo. ¶ Facta eſt aūt q̄dā
dies, & tranſibat Eliſeus per Sunā*: erat
aūt ibi mulier magna quæ tenuit eum
vt comederet panem: cùmq; frequēter
inde tranſiret, diuertebat ad eam vt co-
9 mederet panem. ¶Quæ dixit ad virum
ſuum, Aīaduerto q̄ vir Dei ſcūs eſt iſte,
10 qui trāſit p nos frequenter. ¶Faciamus
ergo ei cœnaculū paruū & ponamus ei
in eo lectulum, & menſam, & ſellā, &
candelabrū, vt cum venerit ad nos, ma
11 neat ibi. ¶ Facta eſt ergo dies quædā, &
veniens diuertit in cœnaculū, & requeuit
12 ibi. ¶ Dixitq; ad Giezi puerum ſuum,
Voca Sunamitidē iſtam. Qui cū vocaſ-
13 ſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo, ¶dixit
C ad puerum ſuū, Loquere ad eam, Ecce
ſedulè in oībus miniſtraſti nobis, quid
vis vt faciam tibi? nunquid habes nego
cium, & vis vt loquar regi, ſiue principi
militiæ? Quæ rñdit, In medio ppl̄i mei
14 habito. ¶Et ait, Quid ergo vult vt faciā
ei? Dixitq; Giezi, Ne quæras, filiū enim
15 non habet, & vir eius ſenex eſt. ¶Præce
pit itaq; vt vocaret eam: quę cùm voca-
16 ta fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, ¶dixit
ad eam, In tpe iſto in hac eadem hora,
ſi vita comes fuerit, habebis in vtero fi
lium. At ille rñdit, Noli quæſo dñe mi
17 vir Dei, noli mētiri ancillæ tuæ. ¶Et cō-
cepit mulier, & peperit filium in tpe, &
18 in hora eadē qua dixerat* Eliſeus. ¶Cre-
uit aūt puer. Et cū eſſet quædā dies, &
egreſſus iſſet ad prēm ſuum ad meſſo-
19 res, ¶ait prī ſuo, Caput meū-doleo, ca-
put meum-doleo. At ille dixit puero,
20 Tolle, duc eū ad matrem ſuam, ¶Qui
cum tuliſſet, & duxiſſet eum ad matrē
ſuam, poſuit eū illa ſup genua ſua vſq;
21 ad meridiem, & mortuus eſt. ¶Aſcendit
D autem, & collocauit eum ſuper lectu-
lum hominis Dei, & clauſit oſtium: &
22 egreſſa ¶ vocauit virum ſuum, & ait,
Mitte mecum, obſecro, vnū de pueris,
& aſinam, vt excurram vſq; ad homi-
23 nem Dei, & reuertar. ¶Qui ait illi, Quā
ob cauſam vadis ad eū? hodie non ſunt
Calendę, neq; Sabbathum. Quæ rñdit.
24 Vadam. ¶ Strauitq; aſinā, & præcepit
puero, Mina, & propera, ne mihi morā
facias in eundo, & hoc age q̄đ p̄cipio ti
25 bi. ¶Profecta eſt igitur, & venit ad virū
Dei in montē Carmeli, cūq; vidiſſet eā
vir Dei econtra, ait ad Giezi puerū ſuū,
26 Ecce Sunamitis illa. ¶Vade ergo in oc-
curſum eius, & dic ei, Rectène agit' cir-
ca te, & circa virum tuum, & circa filiū
27 tuum? Quæ rñdit. Rectè. ¶Cùmq; veniſ
ſet ad virum Dei in montem, apprehen
dit pedes eius, & acceſſit Giezi vt amo-
ueret eam. Et ait homo Dei, Dimitte il-
lam, aīa enim eius in amaritudine eſt,
& Dñs celauit à me, & non indicauit
28 mihi. ¶Quæ dixit illi, Nunq̄d petiui fi-
E lium à Dño meo? nunquid non dixi ti-
29 bi, Ne illudas me? ¶Et ille ait ad Giezi,
Accinge lūbos tuos, & tolle baculum
meū in manu tua, & vade, Si occurrerit
tibi homo, non ſalutes eum: & ſi ſaluta
uerit te quiſpiā, nō rñdeas illi: & pones
30 baculū meū ſuper faciē pueri. ¶ Porrò
mater pueri ait, Viuit Dñs, & viuit aīa
tua, non dimittā te. Surrexit ergo: & ſe-

*ciuitatē
*ei 2.
*3.
*Vale 10

31 cutus est eam. ¶ Giezi aũt præcesserat an
te eos, & posuerat baculũ sup faciẽ pue
ri, & non erat vox, neq; sensus: reuersus
que est in occursum eius, & nuntiauit
32 ei dicens, Non surrexit puer. ¶ Ingressus
est ergo Eliseus domũ, & ecce puer mor
33 tuus iacebat in lectulo eiꝰ: ¶ ingressusq́;
F clausit ostiũ super se, & super puerũ: &
34 orauit ad Dñm. ¶ Et ascẽdit, & incubuit
super puerũ, posuitq́; os suum super os
eius, & oculos suos sup oculos eius, &
manus suas sup manus eiꝰ: & incurua-
uit se sup eum, & calefacta est caro pue
35 ri. ¶ At ille reuersus, deambulabat ĩ do
mo, semel huc atq; illuc: & ascendit. &
incubuit super eũ: & oscitauit puer se-
36 pties, aperuitq́; oculos. ¶ Et ille vocauit
Giezi, & dixit ei: Voca Sunamitidẽ hãc.
Quæ vocata, ingressa est ad eũ. Qui ait:
37 Tolle filiũ tuum. ¶ Venit illa, & corruit
ad pedes eius, & adorauit sup terrã: tu-
38 litq́; filiũ suũ, & egressa est, ¶ & Eliseus
reuersus est in Galgala. Erat aũt fames
in terra, & filij prophetarũ habitabant
corã eo, dixitq́; vni de pueris suis. Pone
ollã grandẽ, & coque pulmẽtũ filijs pro
39 phetarũ. ¶ Et egressus est vnus in agrum
vt colligeret herbas agrestes: inuenitq́;
G quasi vitẽ syluestrẽ, & collegit ex ea co-
locyntidas agri & impleuit palliũ suũ,
& reuersus conscidit in ollã pulmenti:
40 nesciebat enim qd esset. ¶ Infuderũt er-
go sociis, vt comederẽt: cũq́; gustassent
de coctione, clamauerunt, dicẽtes: Mors
in olla vir Dei. Et nõ potuerunt come-
41 dere ¶ At ille: Afferte: inquit, farinam.
Cũq́; tulissent, misit in ollã, & ait: In-
fundæ turbæ, vt comedant. Et non fuit
amplius quicquã amaritudinis in olla.
42 ¶ Vir aũt quidã venit de Baal-salisa de-
ferens viro Dei panes primitiarũ, &
viginti panes hordeaceos, & frumẽtum
nouũ in pera sua. At ille dixit: Da pplo,
43 vt comedat. ¶ Rñditq́; ei minister eius.
Quantũ est hoc vt apponã corã cẽtum
viris? Rursum ille ait, Da pplo, vt come
dat: hęc enim dicit Dñs: Comedẽt, & su
44 pererit. ¶ Posuit itaq; corã eis: qui come-
derunt, & superfuit iuxta verbum Dñi.

CAP. V.

1 A NAaman princeps militiæ regis Sy-
rię, erat vir magnꝰ apud dñm suũ,
& honoratus: per illũ enim dedit Dñs
salutẽ Syrię: erat aũt vir fortis: & diues,
2 sed leprosus. ¶ Porrò de Syria egressi fue-
rant latrunculi, & captiuã duxerant de
Terra-Israël puellã paruulam, quę erat
3 in obsequio vxoris Naamã, ¶ quæ ait ad
dñam suam: Vtinam fuisset Dñs meus
ad prophetã qui est in Samaria: pfectò
4 curasset eũ à lepra quam habet. ¶ Ingres
sus est itaq; Naaman ad dñm suum, &
nuntiauit ei, dicẽs: Sic & sic loquuta est
5 puella de Terra-Israël, ¶ Dixitq́; ei rex
Syriæ: Vade, & mittã literas ad regem
Isrl. Qui cum profectus esset, & tulisset
B secum decẽ talenta argẽti, & sex millia
aureos, & decẽ mutatoria vestimẽtorũ.
6 ¶ detulit literas ad regem Israël, in hæc
verba: Cũ acceperis eplam hanc, scito q
miserim ad te Naamã seruum meum:
7 vt cures eum à lepra sua. ¶ Cùmq́; legis
set rex Isrl literas, scidit vestimenta sua,
& ait: Nunquid Deus ego sum, vt occi-
dere possim & viuificare, quia iste misit
ad me, vt curẽ hoĩem à lepra sua? ani-
maduertite, & videte quod occasiones
8 quærat aduersum me. ¶ Quod cum au-
disset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet
regẽ Isrl vestimenta sua, misit ad eũ, di
cens: Quare scidisti vestimenta tua? ve-
niat ad me, & sciat esse prophetã in Isrl.
9 ¶ Venit ergo Naaman cum equis & cur
C ribus, & stetit ad ostiũ domꝰ Elisei: ¶ mi
10 sitq́; ad eũ Eliseus nuntiũ, dicẽs: Vade
& lauare septies in Iordane, & recipiet
11 sanitatẽ caro tua, atq; mũdaberis: ¶ Ira-
tus Naamã recedebat, dicens: Putabã q
egrederetur ad me, & stans inuocaret no-
mẽ Dñi Dei sui, & tãgeret manu sua lo
12 cũ lepræ, & curaret me. ¶ Nunquid non
meliores sũt Abána & Pharphar fluuij
Damasci oĩbus aquis Israël, vt lauer in
eis, & mũder? ¶ Cum ergo vertisset se, & — Luc. 4. c. 27.
13 abiret indignans, ¶ accesserunt ad eum
D serui sui, & locuti sunt ei: Pater, & si
rem grandẽ dixisset tibi propheta, certè
facere debueras: quãtò magis quia nũc
14 dixit tibi: Lauare, & mundaberis? ¶ De-
scẽdit & lauit in Iordane septies iuxta
sermonem viri Dei, & restituta est caro
eius, sicut caro pueri paruuli, & mũda-
15 tus est, ¶ Reuersusq́; ad virũ Dei cũ vni
uerso comitatu suo, venit, & stetit corã
eo, & ait: Verè scio quod non sit alius
E Deus in vniuersa terra, nisi tantũ in Is-
raël, Obsecro itaq; vt accipias benedi-
16 ctionẽ à seruo tuo. ¶ At ille respõdit. Vi-
uit Dñs ante quẽ sto, quia non accipiã,
Cũq́; vim faceret, penitꝰ nõ acquieuit.

17 ¶Dixitq; Naaman: Vt vis, sed obsecro,
cócede mihi seruo tuo, vt tollam onus
duorũ burdonũ de terra: non enim fa-
ciet vltrà seru⁹ tuus holocaustũ, aut vi-
18 ctimá diis alienis, nisi Dño. ¶Hoc autẽ
solũ est de quo depreceris Dñm ꝓ ser-
uo tuo: Qñ ingrediet' Dñs meus tẽplũ
Remmon, vt adoret: & illo innitẽte su-
per manũ meá, si adorauero in templo
Rẽmõ, adorãte eo in eodẽ loco vt igno-
scat mihi Dñs seruo tuo pro hac re.
19 ¶Qui dixit ei: Vade in pace. Abijt ergo
20 ab eo electo terrę tpe. ¶Dixitq; ue Giezi
F puer viri Dei: Pepercit Dñs meus Naa-
man Syro isti, vt nõ acciperet ab eo quę
attulit: viuit Dñs, qa currá post eum, &
21 accipiá ab eo aliqd. ¶Et secut⁹ est Giezi
post tergũ Naaman: quẽ cũ vidisset ille
currẽtẽ ad se, desilijt de curru in occur-
sum eius, & ait: Rectène sunt omnia?
22 ¶Et ille ait, Rectè, Dñs me⁹ misit me ad
te, dicẽs, Modò venerũt ad me duo ado
lescentes de mõte Ephraim, ex filiis ꝓ-
phetarũ: da eis talentũ argenti, & vestes
23 mutatorias duplices. ¶Dixitq; Naamá,
Melius est accipias duo talẽta. Et coëgit
eũ, ligauitq; duo talenta argẽti in duo-
bus saccis, & duplicia vestimẽta, & im-
posuit duobus pueris suis, qui & porta
24 uerunt corá eo. ¶Cũq; venisset iá vespe-
G ri, tulit de manu eorum, & reposuit in
25 domo, dimisitq; viros, & abierũt. ¶ipse
aũt ingressus, stetit corá Dño suo. Et di-
xit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui respõ
26 dit, Nõ iuit seruus tuus quòquá. ¶At il-
le ait, Nónne cor meũ in pñti erat, qñ
reuersus est homo de curru suo in oc-
cursum tui? Nũc igitur accepisti argen-
tũ, & accepisti vestes, vt emas oliueta, &
vineas & oues & boues & seruos & an-
27 cillas. ¶Sed & lepra Naamá adhærebit
tibi, & semini tuo, vsq; in sempiternũ.
Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

CAP. VI.

1 DIxerunt autẽ filij prophetarum ad
A Eliseũ, Ecce, locus in quo habita-
2 mus corá te, angustus est nobis. ¶Eam⁹
vsq; ad Iordanẽ, & tollant singuli de
sylua materias singulas, vt ædificemus
nobis ibi locũ ad habitãdũ. Qui dixit,
3 Ite. ¶Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu
4 cum seruis tuis. Rñdit, Ego veniá. ¶Et
abiit cũ eis. Cũq; venissent ad Iordanẽ,
5 cædebát ligna. ¶Accidit aũt, vt cũ vnus
materiá succidisset, caderet ferrũ secu-
ris in aquam: exclamauitq; ille, & ait,
Heu, heu, heu dñe mi, & hoc ipsũ mu-
6 tuò acceperam. ¶Dixit aũt homo Dei,
B Vbi cecidit? At ille mõstrauit ei locũ:
ꝑcidit ergo lignum, & misit illuc: nata-
7 uitq; ferrũ, ¶& ait, Tolle. Qui extendit
8 manũ, & tulit illud. ¶Rex aũt Syrię pu-
gnabat contra Isrl', consiliumq; iniit cũ
seruis suis, dicens, In loco illo & illo po
9 namus insidias. ¶Misit itaq; vir Dei ad
regẽ Isrl', dicens, Caue ne trãseas in locũ
10 illũ: qa ibi Syri in insidiis sunt. ¶Misit
itaq; rex Isrl' ad locũ quẽ dixerat ei vir
Dei, & ꝓoccupauit eũ, & obseruauit se
11 ibi nõ semel neq; bis. ¶Conturbatũq;
est cor regis Syriæ pro hac re, & cõuoca-
tis seruis suis, ait, Quare non indicatis
mihi quis proditor mei sit apud regem
12 Israël? ¶Dixitq; vnus seruorũ eius, Ne-
quaquá dñe mi rex, sed Eliseus prophe-
ta q est in Isrl', indicat regi Israël oia ver
C ba qcũq; locutus fueris in cõclaui tuo.
13 ¶Dixitq; eis, Ite, & videte vbi sit: vt mit-
tá, & capiá eũ. Annũtiauerũtq; ei, dicẽ-
14 tes, Ecce in Dothain. ¶Misit ergo illuc
equos & currus, & robur exercitus: qui
cũ venissent nocte, circundederũt ciui-
15 tatẽ. ¶Consurgens autẽ diluculo mini-
ster viri Dei, egressus est, viditq; exerci-
tũ in circuitu ciuitatis, & equos & cur-
rus: nũtiauitq; ei, dicens, Heu heu heu
16 dñe mi, qd faciemus? ¶At ille rñdit, No
li timere, plures enim nobiscum sunt
17 q̃ cũ illis. ¶Cũq; orasset Eliseus, ait, Do-
D mine, aperi oculos huius, vt videat. Et
aperuit Dñs oculos pueri, & vidit: & ec
ce mõs plenus equorũ, & curruũ igneo
18 rũ in circuitu Elisei. ¶Hostes verò descẽ
derunt ad eũ: porrò Eliseus orauit ad
Dñm, dicens, Percute, obsecro, gentem
hác cæcitate. Percussitq; eos Dñs, ne vi-
19 derẽt, iuxta verbũ Elisei. ¶Dixit autẽ ad
eos Eliseus, Nõ est hęc via, neq; ista est
ciuitas: sequimini me, & ostendá vobis
virũ quẽ quæritis. Duxit ergo eos in Sa-
20 mariá, ¶cũq; ingressi fuissent in Sama-
riá, dixit Eliseus, Dñe aperi oculos isto-
rũ, vt videát. Aperuitq; Dñs oculos eo-
rũ, & viderũt se esse in medio Samarię.
21 ¶Dixitq; rex Israël ad Eliseũ, cũ vidis-
E set eos, Nunquid percutiam eos pr mi?
22 Et ille ait, ¶Nõ percuties: neq; enim ce-
pisti eos gladio, & arcu tuo, vt pcutias:
sed pone panẽ, & aquá coram eis, vt co-
medát, & bibant, & vadant ad dominũ

*tollamus I.

suum.

23 ſuũ. ¶ Appoſitaq; eſt eis ciborũ magna
præparatio, & comederunt,& biberũt,
& dimiſit eos,abieruntq; ad dñm ſuũ,
& vltrà non venerunt latrones Syriç in
24 terrã Iſraël. ¶ Factum eſt autẽ poſt hæc,
congregauit Ben-adad, rex Syriæ vni-
uerſũ exercitũ ſuũ,& aſcẽdit, & obſide-
25 bat Samariã. ¶ Factaq; eſt fames magna
in Samaria,& tandiu obſeſſa eſt.donec
venũdaretur caput aſini octoginta argen-
teis, & quarta pars cabi ſtercoris colũ
26 barũ, qnq; argẽteis. Cũq; rex Iſrl' trãſi-
F ret p̃ murũ, mulier q̃dã exclamauit ad
27 eũ, dicens, Salua me dñe mi rex. ¶ Qui
ait, Nõ, te ſaluet Dñs: vnde te poſſũ ſal-
uare? de area,vel de torculari? Dixitq;
ad eã rex, Quid tibi vis? Quæ reſpõdit,
28 ¶ Mulier iſta dixit mihi, Da filiũ tuũ, vt
comedamus eũ hodie, & filiũ meũ co-
29 medemus cras. ¶ Coximus ergo filium
meũ & comedimus. Dixiq; ei die alte-
ra, Da filiũ tuũ,vt comedamus eũ. Quç
30 abſcondit filiũ ſuũ. ¶ Quod cùm audiſ-
ſet rex, ſcidit veſtimenta ſua,& trãſibat
p̃ murũ. Viditq; oĩs populus cilicium,
quo veſtitus erat ad carnẽ intrinſecus.
-3. 31 ¶ Et ait rex, Hæc mihi faciat Deus, &
G hęc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Sa-
32 phat ſuper ipſum hodie. ¶ Eliſeus autẽ
ſedebat ĩ domo ſua,& ſenes ſedebãt cũ
eo. Pręmiſit itaq; virũ: & anteq̃ veniret
nũtius ille, dixit ad ſenes, Nũquid ſci-
tis ꝙ miſerit filius homicidç hic, vt p̃ci
datur caput meũ? videte ergo, cũ vene-
rit nũtius, claudite oſtiũ,& non ſinatis
eũ introire: ecce enim ſonitus pedũ dñi
33 eius poſt eũ eſt: ¶ Adhuc illo loquente
eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad
eum. Et ait, Ecce, tm̃ malum à Dño eſt:
quid amplius expectabo à Domino?

CAP. VII.

1 Dixit autẽ Eliſeus, Audite verbum
A Dñi, Hæc dicit Dñs, In tẽpore hoc
cras modius ſimilę vno ſtatẽre erit, &
duo modij hordei ſtatẽre vno, in porta
2 Samariç. ¶ Rñdens vnus de ducib⁹, ſu-
per cuius manum rex incumbebat, ho-
mini Dei, ait, Si Dñs fecerit etiã catara-
ctas in cęlo, nunquid poterit eſſe quod
loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, &
3 inde non comedes. ¶ Quatuor ergo viri
erãt leproſi iuxta introitum portæ: qui
dixerunt ad inuicẽ, Quid hîc eſſe volu-
4 m⁹ donec moriamur? Siue ingredi vo-
luerim⁹ ciuitatẽ, fame moriemur: ſiue
mãſerimus hîc, moriendum nobis eſt:
venite ergo, & transfugiamus ad caſtra
Syriæ: ſi pepercerint nobis, viuemus: ſi
B aũt occidere voluerint, nihilomin⁹ mo
5 riemur. ¶ Surrexerũt ergo veſperi, vt ve-
nirẽt ad caſtra Syrię. Cũq; veniſſent ad
principiũ caſtrorũ Syrię: nullũ ibidẽ re
6 pererũt. ¶ Siquidẽ Dñs ſonitũ audire fe-
cerat in caſtris Syriæ, curruũ & equorũ,
& exercitus plurimi, dixeruntq; ad in -2.
uicẽ, Ecce mercede cõduxit aduerſum
nos rex Iſrael, reges Hebræorũ & Ægy-
7 ptiorum,& venerunt ſuper nos. ¶ Surre-
xerunt ergo, & fugerunt in tenebris, &
dereliquerunt tentoria ſua, & equos &
aſinos in caſtris, fugerũtq;, animas tm̃
8 ſuas ſaluare cupientes. ¶ Igitur cum ve-
niſſent leproſi illi ad principiũ caſtro-
rum, ingreſſi ſunt vnũ tabernaculum,
& comederunt & biberunt: tuleruntq;
inde argentũ,& aurũ, & veſtes,& abie-
rũt, & abſcõderũt:& rurſũ reuerſi ſunt
ad aliud tabernaculũ, & inde ſimiliter
9 auferentes abſconderunt. ¶ Dixeruntq;
C ad inuicẽ, Nõ rectè facimus: hæc enim
dies boni nũtij eſt. Si tacuerimus,& no
luerimus nũtiare vſq; manè, ſceleris ar
guemur: venite eamus, & nũtiemus in
10 aula regis. ¶ Cũq; veniſſent ad portã ci-
uitatis, narrauerunt eis, dicẽtes, Iuimus
ad caſtra Syriæ,& nullũ ibidẽ reperim⁹
hominẽ, niſi equos & aſinos alligatos,
11 & fixa tẽtoria. ¶ Ierunt ergo portarij, &
nuntiauerunt in palatio regis intrinſe-
12 cus. ¶ Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſer-
uos ſuos, Dico vobis q̃d fecerint nobis
Syri. Sciũt quia fame laboramus, & id-
circo egreſſi ſunt de caſtris, & latitãt in
agris, dicẽtes, Cùm egreſſi fuerint de ci-
uitate, capiemus eos viuos,& tunc ciui
13 tatem ingredi poterimus. ¶ Rñdit autẽ
vnus ſeruorum eius, Tollamus quinq;
equos, qui remãſerũt in vrbe (quia ipſi
tm̃ ſunt in vniuerſa multitudine Iſrl',
alij enim conſumpti ſunt) & mittẽtes,
14 explorare poterimus. ¶ Adduxerũt ergo
duos equos, miſitq; rex in caſtra Syro-
15 rum, dicens, Ite, & videte. ¶ Qui abierũt
D poſt eos vſq; ad Iordanẽ: ecce autẽ om-
nis via plena erat veſtibus,& vaſis, quæ
proiecerant Syri cum turbarẽtur. reuer-
16 ſiq; nũtij indicauerũt regi. ¶ Et egreſſus
populus diripuit caſtra Syriæ: factuſq;
eſt modius ſimilæ ſtatẽre vno, & duo
modij hordei ſtatẽre vno, iuxta verbũ

Dñi.

17Dñi. ❡Porrò rex ducē illū, in cuius ma-
nu incubuerat cōstituit ad portā: quē
conculcauit turba in introitu portæ, &
mortuus est, iuxta quod locut⁹ fuerat
vir Dei, quando descenderat rex ad eū.
18 ❡Factumq; est ſm sermonem viri Dei
quē dixerat regi, qñ ait, Duo modij hor
dei statēre vno erunt, & modius similę
statēre vno, hoc eodem tempore cras in
19porta Samariæ: ❡qñ rñderat dux ille vi-
ro Dei, & dixerat, Etiamsi Dñs fecerit
cataractas in cœlo, nunquid poterit fie-
ri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis
20oculis tuis, & inde non comedes. ❡Eue-
nit ergo ei sicut prædictū erat, & cōcul-
cauit eū ppl's in porta, & mortuus est.

CAP. VIII.

1 Eliseus autē locutus est ad mulierē
A ‖cuius viuere fecerat filiū, dicens,
Surge, vade; tu & domus tua, & peregri
nare vbicunq; repereris: vocauit enim
Dñs famē, & veniet super terrā septem
2 annis. ❡Quæ surrexit, & fecit iuxta ver-
bū hoīs Dei: & vadens cum domo sua,
peregrinata est ī terra Philisthiim die-
3 bus multis. Cūq; finiti essent anni se-
ptem, reuersa est mulier de terra Phili-
sthiim: & egressa est vt interpellaret re-
4 gē pro domo sua, & pro agris suis. ❡Rex
aūt loquebatur cū Giezi puero viri Dei,
B dicēs, Narra mihi oīa magnalia quę fe-
5 cit Eliseus. ❡Cūq; ille narraret regi quo
modò mortuū suscitasset, apparuit mu
lier cuius viuificauerat filiū. clamās ad
regē pro domo sua, & pro agris suis di-
xitq; Giezi, Dñe mi, rex, hęc est mulier,
& hic est filius eius quē suscitauit Eli-
6 seus. ❡Et interrogauit rex mulierē: quæ
narrauit ei. Deditque ei rex eunuchum
vnum, dicens, Restitue ei oīa quæ sua
sunt, & vniuersos redditus agrorū à die
7 qua reliquit terrā, vsq; ad præsens. ❡Ve-
C nit quoq; Eliseus Damascum, & Ben-
adad rex Syrię ęgrotabat: nūtiaueruntq;
8 ei dicētes, Venit vir Dei huc. ❡Et ait rex
ad Hazael, Tolle tecum munera, & va-
de in occursum viri Dei, & consule Do-
minum per eum, dicens, Si euadere po-
9 tero de infirmitate mea hac? ❡Iuit igit
Hazael in occursum eius, habēs secum
munera, & omnia bona Damasci, one-
ra quadraginta camelorū. cumq; stetis-
set coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad
rex Syrię misit me ad te, dicens, Si sana-
10 ri potero de infirmitate mea hac? ❡Di-
xitq; ei Eliseus, Vade, dicei, Sanaberis:
porrò ostendit mihi Dñs qa morte mo
11rietur. ❡Stetitque cum eo, & conturba-
tus est vsque ad suffusionem vultus,
12 fleuitq; vir Dei. ❡Cui Hazael ait, Qua-
re dñs meus flet? At ille dixit, Quia scio
D quæ facturus sis filiis Israël mala. Ciui-
tates eorū munitas igne succēdes, & iu-
uenes eorū interficies gladio, & paruu-
los eorū elides, & prægnantes diuides.
13 ❡Dixitq; Hazael, Quid enim sum seru⁹
tuus canis, vt faciā rē istā magnā? Et ait
Eliseus, Ostēdit mihi Dñs te regē Syriæ
14 fore. ❡Qui cū recessisset ab Eliseo, venit
ad Dñm suū, qui ait ei, Quid dixit tibi
Eliseus? At ille respōdit, dixit mihi, Re-
15cipies sanitatē. ❡Cūq; venisset dies alte-
ra, tulit stragulū, & infudit aquā, & ex-
pandit super faciem eius: quo mortuo
16 regnauit Hazael pro eo ❡‖Anno quin- ‖2.Par. 21.a.4.
E to Iorā filii Achab regis Israël, & Iosa-
phat regis Iuda, regnauit Iorā filius Io-
17 saphat rex Iuda. ❡Triginta duorū anno
rū erat cū regnare cœpisset, & octo an-
18nis regnauit in Ierusalē. ❡Ambulauitq;
ī viis regū Israël, sicut ambulauerat do
mus Achab, filia enim Achab erat vxor
eius: & fecit quod malū est in cōspectu
19Dñi. ❡Noluit aūt Dñs disperdere Iudā,
propter Dauid seruum suū, ‖sicut pro- ‖2.Reg. 7.b.14.
miserat ei: vt daret illi lucernā, & filiis
20eius cunctis diebus. ❡In diebus eius re-
cessit Edom, ne esset sub Iuda, & cōsti
21tuit sibi regē. ❡Venitq; Iorā Seira, & oēs
currus cū eo: & surrexit nocte, percus-
sitq; Idumæos qui eū circundederāt, &
principes curruū, ppl's autē fugit in ta-
22bernacula sua. ❡Recessit ergo Edom ne
F esset sub Iuda vsq; ad diē hanc. Tūc re-
23cessit & Lobna in tpe illo. ❡Reliqua aūt 2.Par.21. b.8.
sermonū Ioram, & vniuersa quę fecit,
nōnne hęc scripta sunt in Libro verbo-
24rū dierū regū Iuda? ❡Et dormiuit Iorā
cū patribus suis, sepultusq; est cū eis in
Ciuitate Dauid, ‖& regnauit Ochozias ‖2.Par. 22.a.1. Achazias 6. & infrà semper.
25filius ei⁹ p eo. ‖❡Anno duodecimo Iorā
filij Achab regis Israël regnauit Ocho-
26zias fili⁹ Iorā regis Iudę. ❡Viginti duo-
G rum annorū erat Ochozias cū regnare
cœpisset, & vno anno regnauit in Ieru-
salē: nomē mřis ei⁹ Athalia filia Amri
27regis Israël. ❡Et ambulauit ī viis dom⁹
Achab: & fecit qđ malū est corā Dño,
sicut domus Achab: gener enim dom⁹
28Achab fuit. ❡Abiit quoq; cū Iorā filio,

Achab,

Achab, ad pliandū contra Hazael regē
Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulnera-
29 uerūt Syri Iorā: q reuersus est vt cura- Inf. 19. c. 14.
ret, i Iezrahel, qa vulnerauerāt eū Syri
in Ramoth pliantē contra Hazael regē
Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex
Iuda descendit inuisere Ioram filium
Achab, in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

CAP. IX.

1 ELiseus autē prophetes vocauit vnū
A de filiis prophetarū: & ait illi: Ac- 3. Reg. 19. d. 17
cinge lūbos tuos, & tolle lenticulā olei
hanc in manu tua, & vade in Ramoth-
2 Galaad. Cūq; veneris illuc, videbis Ie-
hu filiū Iosaphat filij Namsi: & ingres-
sus suscitabis eū de medio fratrū suo-
rum, & introduces i interius cubiculū.
3 Tenésq; lenticulā olei, fundes sup ca-
put ei⁹, & dices: Hęc dicit Dñs: vnxi te
regē sup Israël. Aperiesq; ostium, & fu-
4 gies, & nō ibi subsistes. Abiit ergo ado
lescēs puer pphetę in Ramoth-Galaad,
5 & ingressus est illuc: ecce aūt principes
exercit⁹ sedebāt, & ait, Verbū mihi ad
te ô princeps. Dixitq; Iehu: Ad quē ex
oībus nobis? At ille dixit: Ad te ô prin-
6 ceps. Et surrexit, & ingressus est cubi-
culū: at ille fudit oleū sup caput eius, &
B ait: Hæc dicit Dñs Deus Israël: Vnxi te
7 regē sup ppłm Dñi Isrł. & pcuties do-
mū Achab Dñi tui, & vlciscar sangui-
nē seruorū meorū prophetarum, & san-
guinē oīum seruorū Dñi de manu Ie- 3. Reg. 21. f. 30.
8 zabel. Perdáq; oēm domū Achab: &
interficiā de Achab mingentē ad parie-
tē, & clausum, & nouissimū in Israël.
9 Et dabo domū Achab sicut domū Ie- 3. Reg. 15. g. 30.
roboā filij Nabat, & sicut domū Baasa 3. Reg. 16. a. 3.
10 filij Ahia. Iezabel quoq; comedent ca
nes in agro Iezrahel, nec erit q sepeliat
11 eā. Aperuitq; ostiū, & fugit. Iehu autē
egressus est ad seruos Dñi sui: qui dixe-
runt ei: Rectène sunt oīa? qd venit in-
sanus iste ad te? Qui ait eis: Nostis ho-
12 minē & quid locutus sit? At illi rñde-
rūt: Falsum est, sed magis narra nobis.
C Qui ait eis: Hęc & hęc locut⁹ est mihi.
& ait, Hæc dicit Dñs: Vnxi te regē super
13 Israël. Festinauerunt itaque, & vnus-
quisq; tollens palliū suū posuerūt sub
pedib⁹ eius, in similitudinē tribunalis,
& cecinerūt tuba, atq; dixerūt. Regna-
14 uit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Sup. 8 g. 28.
Iosaphat filij Namsi contra Iorā: porrò
Iorā obsederat Ramoth-Galaad, ipse, &
15 oīs Israël cōtra Hazael regem Syrię: Et
reuersus fuerat vt curaret, in Iezrahel,
pp vulnera, quia percusserant eū Syri,
præliantē contra Hazael regē Syrię. Di-
xitq; Iehu: Si placet vobis, nemo egre-
diatur profugus de ciuitate, ne vadat,
16 & nuntiet in Iezrahel. Et ascendit, &
profectus est in Iezrahel: Iorā enim ægro
tabat ibi, & Ochozias rex Iuda descen-
17 derat ad visitandū Iorā. Igitur specu-
D lator qui stabat super turrim Iezrahel,
vidit globū Iehu veniētis, & ait: Video
ego globū. Dixitq; Iorā: Tolle currū, &
mitte in occursum eorū, & dicat vadēs:
18 Rectène sunt oīa? Abiit ergo qui ascē-
derat currū, i occursum eius, & ait: Hęc
dicit Rex: Pacatáne sunt oīa? Dixitque
Iehu: Quid tibi & paci? trāsi & sequere
me. Nuntiauit quoq; speculator, dicēs:
Venit nuntius ad eos, & nō reuertitur.
19 Misit ēt currum equorū secūdum: ve-
nitq; ad eos, & ait: Hęc dicit rex: Nun-
qd pax est? Et ait Iehu: Quid tibi & pa-
20 ci? transi, & sequere me. Nūtiauit autē
speculator, dicens: Venit vsq; ad eos, &
non reuertitur: est autē incessus quasi
incessus Iehu filij Namsi, preceps enim
21 graditur. Et ait Iorā. Iūge currū. Iun- * Iunxitque i.
E xeruntq;* currū eius, & egressus Ioram
Rex Isrł, & Ochozias rex Iuda, singuli
in curribus suis, egressiq; sunt in occur
sum Iehu, & inuenerunt eum in agro
22 Naboth Iezrahelitæ. Cūq; vidisset Io-
rā Iehu, dixit: Pax est Iehu? At ille rñ-
dit: Quæ pax? adhuc fornicationes Ieza
bel matris tuæ, & veneficia eius multa
23 vigent. Conuertit aūt Iorā manū suā,
& fugiens ait ad Ochoziā: Insidię O-
24 chozia. Porrò Iehu tetēdit arcū manu
& pcussit Iorā inter scapulas & egressa
est sagitta per cor eius, statimq; corruit
25 in curru suo. Dixitq; Iehu ad Badacer
ducē: Tolle, proijce eū in agro Naboth
Iezrahelitæ: memini enim qñ ego & tu
F sedētes in curru sequebamur Achab pa
trem huius, q Dñs onus hoc leuauerit
26 super eū dicēs: Si nō p sanguine Na- 3. Reg. 21. f.
both, & p sanguine filiorū eius, quē vi-
di heri, ait Dñs, reddā tibi in agro isto,
dicit Dñs. Nūc ergo tolle, & proijce eū
27 in agrū iuxta verbū Dñi. Ochozias au
tē Rex Iuda videns hoc, fugit per viam
domus horti: persecutusq; est eū Iehu,
& ait. Etiā hunc percutite in curru suo.
Et percusserunt eum* in ascēsu Gaber *6.

qui

qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Ma-
28 geddo, & mortuus est ibi: Et imposue
runt eũ serui eius super currũ suũ & tu
lerunt in Ierusalẽ: sepelieruntq; eũ in
sepulchro cũ pr̃ibus suis in Ciuitate DA
29 uid. Anno vndecimo Ioram filij A-
chab*, regnauit Ochozias super Iudam,
30 venitq; Iehu in Iezrahel. Porrò Ieza-
bel introitu eius audito, depinxit ocu-
los suos stibio, & ornauit caput suum,
& respexit p fenestram ingredientem
31 Iehu per portã, & ait: Nunquid pax po-
G test esse Zãbri, ‖q interfecit Dñm suũ?
32 Leuauitq; Iehu faciẽ suã ad fenestrã,
& ait: Quæ est ista? Et inclinauerunt se
33 ad eum duo vel tres eunuchi*. At ille
dixit eis: Præcipitate eam deorsum. Et
p̃cipitauerũt eam, aspersusq; est sangui
ne paries, & equorum vngulæ conculca
34 uerunt eã. Cumq; introgressus esset,
vt comederet, biberetq;, ait: Ite, & vide-
te maledictam illã, & sepelite eam: q͂a
35 filia regis est. Cũmq; issent vt sepelirẽt
eam: non inuenerunt nisi caluariam,
36 & pedes, & summas man⁹. Reuersiq;
nuntiauerunt ei. Et ait Iehu: Sermo Dñi
est, ‖quem locutus est per seruum suũ
Eliam Thesbiten, dicens: In agro Iez-
rahel, comedent canes carnes Iezabel,
37 & erũt carnes Iezabel sicut sterc⁹ sup
faciem terrę i agro Iezrahel, ita vt p̃ter-
euntes dicant: Hęccine est illa Iezabel?

CAP. X.

1 A ERant aũt Achab septuaginta filij in
Samaria: scripsit ergo Iehu literas,
& misit in Samariã, ad optimates ciui-
tatis, & ad maiores natu, & ad nutritios
2 Achab, dicẽs: Statim vt acceperitis lite
ras has, qui habetis filios Dñi vestri, &
currus, & equos, & ciuitates firmas, &
3 arma, eligite meliorẽ, & eũ qui vobis
placuerit de filiis dñi vestri, & eũ poni-
te super soliũ patris sui, & pugnate pro
4 domo dñi vestri. Timuerunt illi vehe
menter & dixerunt: Ecce duo reges non
potuerũt stare coram eo, & qũo nos va-
5 lebimus resistere? Miserunt ergo præpo
siti dom⁹ & præfecti ciuitatis, & maio-
res natu, & nutritij ad Iehu dicẽtes: Ser-
ui tui sumus, quęcunque iusseris facie-
mus, nec constituemus nobis regẽ: quę-
6 cunq; tibi placent, fac. Rescripsit aũt
B eis literas secundò, dicens: Si mei estis,
& obeditis mihi, tollite capita filiorum
dñi vestri, & venite ad me hac eadẽ ho
ra cras, in Iezrahel. Porrò filij regis, se-
ptuaginta viri, apud optimates ciuita-
7 tis nutriebantur. Cũq; venissent lite-
rę ad eos, tulerunt filios regis, & occide
runt septuaginta viros, & posuerunt ca-
pita eorũ in cophinis, & miserũt ad eũ
8 in Iezrahel. Venit aũt nuntius, & indi
cauit ei, dicens: Attulerunt capita filio
rũ regis. Qui r̃ndit: Ponite ea ad duos
aceruos iuxta introitum portę vsq; ma
9 ne. Cũq; diluxisset, egressus est, & stãs
dixit ad oẽm pp̃lm: Iusti estis: si ego cõ-
iuraui contra dñm meum, & interfeci
10 eum, quis percussit oẽs hos? Videte er-
go nunc q̃m non cecidit de sermonib⁹
Dñi in terram, ‖quos locutus est Dñs su ‖3. Reg. 21. g. 29.
per domũ Achab, & dñs fecit quod lo-
11 cutus est in manu serui sui Elię. Per-
C cussit igitur Iehu oẽs qui reliqui erant
de domo Achab in Iezrahel, & vniuer-
sos optimates eius, & notos, & sacerdo-
tes, donec non remanerent ex eo reli-
12 quię. Et surrexit, & venit in Samariã,
cumq; venisset ad Cameram pastorũ,
13 in via inuenit fratres Ochozię regis Iu-
da, dixitq; ad eos, Qui nam estis vos?
Qui r̃nderunt fratres Ochozię sumus,
& descẽdimus ad salutandos filios Re-
14 gis, & filios Reginę. Qui ait, Cõprehen
dite eos viuos. Quos cum comprehen-
dissent viuos, iugulauerunt eos in cister
na iuxta Camerã, quadraginta duos vi-
15 ros, & non reliquit èx eis quenq̃. Cũq;
D abiisset inde, inuenit Ionadab filiũ Re
chab in occursum sibi, & benedixit ei.
Et ait ad eum: Nunquid est cor tuũ re-
ctum*, sicut cor meum cũ corde tuo? Et * cũ cor
ait Ionadab: Est, Si est, inquit, da manũ de meo.
tuam. Qui dedit ei manum suam. At il
16 le leuauit eũ ad se in currum, dixitq;
ad eũ: Veni mecũ, & vide zelum meũ
pro Dño. Et impositum in curru suo,
17 dixit in Samariam. Et percussit oẽs qui
reliqui fuerant de Achab in Samaria,
vsq; ad vnum iuxta verbum Dñi quod
18 locutus est per Eliam. ‖Congregauit er ‖3. Reg. 16. g. 32.
go Iehu oẽm pp̃lm, & dixit ad eos: A-
chab coluit Baal parum, ego aũt colam
19 eum amplius. Nunc igitur oẽs prophe
tas Baal, & vniuersos seruos eius, & cũ-
ctos sacerdotes ipsi⁹ vocate ad me: nul-
E lus sit qui non veniat: sacrificiũ enim
grande est mihi Baal, q̃cunq; defuerit,
non viuet: Porrò Iehu faciebat hoc in-
sidiosè, vt disperderet cultores Baal.

20 Et

20 ℣Et dixit: Sanctificate dië solennë Baal.
21 Vocauitque, ℣ & misit in vniuersos terminos Israël, & venerunt cuncti serui Baal: nõ fuit residuus ne vnus quidë q nõ veniret. Et ingressi sunt tëplũ Baal, & repleta est domus Baal, à sũmo vsq;
22 ad summũ. ℣ Dixitq; his qui erant sup vestes: Proferte vestiméta vniuersis ser-
23 uis Baal. Et ptulerũt eis vestes. ℣Ingressusq; Iehu, & Ionadad filius Rechab tëplũ Baal, ait cultoribus Baal: Perquirite & videte ne quis fortè vobiscũ sit de
24 seruis dñi, sed vt sint serui Baal soli. ℣Ingressi sunt igit vt facerët victimas & holocausta: Iehu aũt pparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis: Quicũq; fugerit de hominibus his quos ego adduxero i manus vestras: aĩa eius erit p
25 aĩa illius. ℣Factũ est aũt: cũ cõpletum esset holocaustũ, præcepit Iehu militibus
F & ducibus suis: Ingredimini & pcutite eos, nullus euadat. Percusserũtq; eos in ore gladij, & piecerũt milites & duces,
26 & ierunt in ciuitatë tëpli Baal, ℣& protulerunt statuã de phano Baal, & com-
27 busserunt ℣ & cõminuerunt eã. Destruxerunt quoq; ædë Baal, & fecerũt p ea
28 latrinas, vsq; in dië hãc. ℣Deleuit itaq;
29 Iehu Baal de Israël. ℣Veruntamë à peccatis Ieroboã filij Nabat q peccare fecit Israël, nõ recessit nec dereliquit vitulos
30 aureos q erãt in Beth-el & in Dan. ℣Dixit aũt Dñs ad Iehu, Quia studiosè egisti quod rectũ erat, & placebat i oculis meis, & oĩa q̃ erant in corde meo fecisti contra domũ Achab: ‖filij tui vsque ad quartã generationë sedebũt super thro-
31 nũ Israël. ℣Porrò Iehu nõ custodiuit vt
G ambularet in lege Dñi Dei Israël i toto corde suo: nõ eĩm recessit à peccatis Iero-
32 boã, q peccare fecerat Israël. ℣In diebus illis cœpit Dñs tædere sup Isrl: percussitq; eos Hazaël in vniuersis finibus Is-
33 raël, ℣à Iordane contra orientalë plagã, oẽm terrã Galaad & Gad & Rubë & Manasse, ab Aroer q̃ est sup Torrentë-Ar-
34 non, & Galaad, & Basan. ℣Reliqua autë verborũ Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nõnne hæc scripta sunt in libro verborum dierũ Regum Isrl?
35 ℣Et dormiuit Iehu cũ patribus suis, sepelieruntq; eum in Samaria: & regna-
36 uit Ioachaz filius eius pro eo. ℣Dies autem quos regnauit Iehu super Israël, viginti & octo anni sunt in Samaria.

C A P. XI.

1 A Thalia verò mater Ochoziæ, vidës
A mortuũ filiũ suũ, surrexit, ¦& inter-
2 fecit oẽ semen regiũ. ℣Tollens aũt Iosaba filia Regis Iorã, soror Ochoziæ, Ioas filiũ Ochoziæ, furata est eũ de medio filiorũ regis qui interficiebantur, & nutricë eius de triclinio: & abscõdit eũ à
3 facie Athaliæ vt nõ interficeret. ℣Eratq; cũ ea sex annis clã in domo Dñi: porrò
4 Athalia regnauit super terrã*. ℣ ‖ Anno aũt septimo misit Ioiada, & assumës cëturiones, & milites introduxit ad se in tëplũ Dñi, pepigitq; cũ eis fœdus: & adiurãs eos in domo Dñi, ostëdit eis filiũ
5 regis, ℣& præcepit illis dicës. Iste est ser-
6 mo quë facere debetis, ℣Tertia pars ve-
B strũ introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis. Tertia autë pars sit ad portã Seir. & tertia ¦pars sit ad portã q̃ est post habitaculũ scutariorũ: & cu-
7 stodietis excubias domus Messa: ℣Duæ verò partes è vobis oẽs egrediëtes sabbatho custodiant excubias domus Dñi cir-
8 ca regë. ℣Et vallabitis eũ, habëtes arma in manibus vestris: si qs aũt ingressus fuerit septũ tëpli, interficiat: eritisq; cũ
9 rege introeũte & egrediëte. ℣Et fecerũt centuriones iuxta oĩa q̃ præceperat eis Ioiada sacerdos: & assumentes singuli viros suos, q ingrediebant sabbathum cũ his q egrediebantur è sabbatho, ve-
10 nerunt ad Ioiadã sacerdotë. ℣Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, q̃ erant
11 in domo Dñi. ℣Et steterunt singuli habentes arma in manu sua à parte tëpli dextera, vsq; ad partë sinistrã altaris, &
12 ædis, circũ regë. ℣Produxitq; filiũ regis, & posuit super eũ diadema & testimo-
C niũ: feceruntq; eũ regë, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt: Viuat rex.
13 ℣Audiuit aũt Athalia vocë ppli currentis: & ingressa est ad turbas in tëplum
14 Dñi, ℣vidit regë stãtë sup tribunal iuxta morë, & cãtores & *tubas ppe eum, omnëq; pplm terræ lætantë, & canentë tubis: & scidit vestiméta sua: clamauitq;:
15 Cõiuratio, cõiuratio. ℣Præcepit aũt Ioiada *cëturionib9 q erãt sup exercitũ, & ait eis. Educite eã extra septa tëpli, & qcũq; eã secut9 fuerit: feriat gladio. Dixerat enim sacerdos: Nõ occidat in të-
16 plo Dñi. ℣Imposueruntq; ei manus, &
D impegerunt eã p viã introitus equorũ,
17 iuxta palatiũ,* & interfecta est ibi: ℣Pe-

Margin notes: |3. Reg. 22. b. 4. ‖Infr. 15. c. 12. *et in ... |3. Reg. 16. b. 1. 2. Par. 22. d. 10. *Septem annis. ‖2. Par. 23. a. 1. *tubæ. *sacerdotes.

pigit ergo Ioiada fędus inter Dñm & re
gé,& inter pp'm, vt esset ppl's Dñi,& in-
18ter regé & pplm. Ingressusq; est omnis
ppl's terrę téplum Baal, & destruxerunt
aras ei⁹, & imagines contriuerunt vali-
dè: Mathan quoq; sacerdotem Baal oc-
ciderunt corá altari: Et posuit sacerdos
19custodias in domo Dñi. Tulitq; cétu-
riones, & Cerethi & Phelethi legiones,
& oém pplm terræ, deduxerũtq; regem
de domo Dñi: & venerũt per viá portæ
scutariorum in palatium, & sedit sup
20thronũ regũ. Lętatusq; est oís ppl's ter-
ræ, & ciuitas cõquieuit. Athalia aũt oc-
21cisa est gladio in domo regis. Septéq;
annorũ erat Ioas cũ regnare cœpisset.

CAP. XII.

1 Anno septimo Iehu regnauit Ioas:
A quadraginta annis regnauit in Ie-
rusalé: nomé matris eius Sebia, de Ber-
2 sabee. Fecitq; Ioas rectũ corá Dño cun
ctis dieb⁹ qbus docuit eũ Ioiada sacer-
3 dos. Veruntñ excelsa nõ abstulit: ad-
huc enim ppl's immolabat, & adolebat
4 in excelsis incensũ. Dixitq; Ioas ad sa-
cerdotes, Omné pecuniá sanctorũ q́ il-
lata fuerit in téplũ Dñi à prætereũtib⁹,
q́ offertur p pretio aiæ, & quá spõte &
arbitrio cordis sui inferunt in templũ
Dñi: accipiát illá sacerdotes iuxta ordi-
5 né suũ: & instaurent sartatecta domus,
siquid necessarium viderint instaura-
6 tione. Igitur vsq; ad vicesimum ter-
tium annũ regis Ioas, non instauraue-
7 rũt sacerdotes sartatecta templi. Voca
uitq; rex Ioas Ioiadam pontificé & sa-
B cerdotes, dicens eis, Quare sartatecta nõ
instauratis templi? nolite ergo amplius
accipere pecuniá iuxta ordiné vestrum,
sed ad instaurationem tépli reddite eá.
8 Prohibitiq; sunt sacerdotes vltrà acci
9 pere pecuniá à pplo. & instaurare sar-
tatecta *domus. Et tulit Ioiada ponti- *tépli 2.
fex gazophylaciũ vnũ: aperuitq; fora-
mé désuper, & posuit illud iuxta alta-
re ad dextrá ingredientium domũ Dñi,
mittebátq; in eo sacerdotes q custodie-
bant ostia, oém pecuniá quæ deferebat
10ad téplum Dñi. Cũq; viderét nimiam
pecuniá esse in gazophylacio, ascende-
bat scriba regis & põtifex, effundebátq;
& numerabant pecuniá quæ inuenie-
11batur in domo Dñi. & dabant eá iux-
ta numerum atq; mésurá in manu eo-
rum qui præerant cęmentariis domus
C Dñi: qui impendebant eam in fabris li
gnorũ, & in cęmentariis ijs q operaban
12tur í domo Dñi, & sartatecta faciebát:
& in ijs qui cædebant saxa, & vt emeré
ligna & lapides qui excidebátur: ita vt
impleretur instauratio domus Dñi in
vniuersis q́ indigebant expensa ad mu-
13niendam domum. Veruntñ nõ fiebát
ex eadé pecunia hydrię tépli Dñi, & fu-
scinulę & turibula & tubæ, & oé vas au
reum & argenteũ, de pecunia q́ infere-
14batur in templũ Dñi. Iis enim qui fa-
ciebát opus, dabatur vt instauraretur* *ex ea 1.
15templum Dñi. & non fiebat ratio ijs
hominib⁹ qui accipiebát pecuniam vt
distribuerent eam artificibus, sed in fi-
16de tractabant eá. Pecuniá verò p deli-
cto & pecuniá pro peccatis non infere-
bant in templũ Dñi, quia sacerdotum
17erat. Tunc ascédit Hazaël rex Syriæ, &
D pugnabat contra Geth, cepitq; eam: &
direxit facié suá vt ascéderet in Ierusa-
18lé. Quá ob rem tulit Ioas rex Iuda om-
nia sanctificata, quæ cõsecrauerát Iosa-
phat, & Iorá, & Ochozias patres eius re-
ges Iuda. & q́ ipse obtulerat: & vniuer-
sum *argentũ quod inueniri potuit in *aurũ 1.
thesauris tépli Dñi, & in palatio regis:
misitq; Hazaeli regi Syrię, & recessit ab
19Ierusalé. Reliqua aũt sermonũ Ioas, &
vniuersa q́ fecit, nõne hæc scripta sunt
20in libro verborũ dierũ regũ Iuda? Sur-
rexerunt aũt serui eius, & cõiurauerũt
inter se, pcusserũtq; Ioas in Domomel-
21lo in descensu Sella. Iosachar náq; fi-
lius Semaath, & Iozabad filius Somer
serui eius, percusserunt eum, & mor-
tuus est: & sepelierunt eum cum patri-
bus suis in ciuitate Dauid, regnauitq;
Amasias filius eius pro eo.

CAP. XIII.

1 Anno vicesimo tertio Ioas filij O-
A chozię regis Iudæ, regnauit Ioa-
chaz filius Iehu sup Israël in Samaria,
2 decé & sépté annis. Et fecit malũ corá
Dño, secutusq; est peccata Ieroboá filij
Nabat, qui peccare fecit Isrl', & non de-
3 clinauit ab eis. Iratusq; est furor Dñi
contra Isrl', & tradidit eos in manu Ha-
zael regis Syrię, & in manu Ben-adad
4 filij Hazael, cũctis diebus. Deprecatus
est aũt Ioachaz facié Dñi, & audiuit eũ
Dñs: vidit enim angustiá Isrl', quia attri-
5 uerat eos rex Syriæ: & dedit Dñs sal-
uatoré Israeli, & liberatus est de manu

4. regis Syriæ: habitaueruntq; filij Israël
i tabernaculis suis sicut heri & nudius-
6 tertius. Veruntamen non recesserunt
à peccatis domus Ieroboã q peccare fe-
cit Israël, sed in ipsis ambulauerunt: si
quidem & lucus permãsit in Samaria.
7 Et nõ sunt derelicti Ioachaz de popu-
lo nisi quinquaginta equites, & decem
currus, & decẽ millia peditũ: interfece-
rat eñ eos rex Syriæ, & redegerat quasi
8 puluerem in tritura areæ. Reliqua aũt
B sermonũ Ioachaz, & vniũersa quæ fe-
cit, & fortitudo eius, nónne hęc scripta
sunt in libro sermonũ dierum regũ Is-
9 raël? Dormiuitq; Ioachaz cũ patribus
suis, & sepelierũt eũ in Samaria: regna-
10 uitq; Ioas filius eius pro eo. Anno tri-
cesimoseptimo Ioas regis Iuda regna-
uit Ioas filius Ioachaz sup Israël in Sa-
11 maria sedecim annis, & fecit qđ ma-
lũ est in conspectu Dñi: non declinauit
ab oĩbus peccatis Ieroboã filij Nabat,
q peccare fecit Israël, sed in ipsis ambu
12 lauit. Reliqua aũt sermonum Ioas, &
vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius,
quo pugnauerit contra Amasiam regẽ
Iuda, nõne hęc scripta sunt in libro ser
13 monũ dierum regum Israël? Et dormi
uit Ioas cũ patribus suis: Ieroboam aũt
sedit super solium eius. Porrò Ioas se-
pultus est in Samaria cũ regibus Israël.
14 Eliseus aũt ęgrotabat infirmitate, qua
C & mortuus est: descenditq; ad eũ Ioas
rex Israël, & flebat corã eo, dicebatq;,
Pr̃ mi, pr̃ mi currus Israël & auriga eius.
15 Et ait illi Eliseus: Affer arcũ & sagittas.
Cũq; attulisset ad eũ arcum & sagittas,
16 dixit ad regẽ Israël, Pone manum tuã
sup arcũ. Et cũ posuisset ille manũ suã,
superposuit Eliseus manus suas mani-
17 bus regis, & ait, Aperi fenestram orien
talem. Cũq; aperuisset, dixit Eliseus: ia-
ce sagittã. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta
salutis Dñi, & sagitta salutis contra Sy-
riã, pcutiesq; Syriã in Aphec, donec cõ-
18 sumas eã. Et ait, Tolle sagittas. Qui cũ
tulisset, rursum dixit ei, Percute iaculo
terrã. Et cũ percussisset tribus vicibus, &
19 stetisset, iratus est vir Dei contra eũ, &
ait, Si pcussisses qnquies, aut sexies, siue
septies, percussisses Syriã vsq; ad cõsum-
mationem: nũc aũt tribus vicibus per-
20 cuties eã. Mortuus est ergo Eliseus, & se-
D pelierunt eum: Latrũculi aũt de Moab
21 venerunt in terram in ipso anno. Qui
dam aũt sepelientes hoĩem viderunt la
trunculos, & proiecerunt cadauer in se
pulchro Elisei. Quod cũ tetigisset ossa Eccl.48. b.14.
Elisei, reuixit homo, & stetit sup pedes
22 suos. Igitur Hazael rex Syrię afflixit Is-
23 raël cũctis diebus Ioachaz: & misertus
est Dñs eorum, & reuersus est ad eos pp
pactum suũ quod habebat cũ Abrahã
& Isaac & Iacob: & noluit disperdere
eos, neq; proiicere penitus, vsq; in præ-
24 sens tempus. Mortuus est aũt Hazael
rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius
25 eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioachaz,
tulit vrbes de manu Ben-adad filij Ha
zael, quas tulerat de manu Ioachaz pa-
tris sui iure pręlij: tribus vicibus percus
sit eũ Ioas, & reddidit ciuitates Israël.

CAP. XIIII.

1 IN anno scđo Ioas filij Ioachaz regis 1.Par.25. a.1.
A Isrl̃ regnauit Amasias filius Ioas regis
2 Iuda. Viginti qnq; annorũ erat cũm
regnare cępisset: viginti aũt & nouem
annis regnauit in Ierl̃m: nomen *matris *aut 5.
3 eius Ioadan de Ierl̃m. Et fecit rectũ co
ram Dño, verũtñ non vt Dauid pr̃ eius.
Iuxta oĩa quæ fecit Ioas pater suus fecit:
4 nisi hoc tñ q excelsa non abstulit: ad
huc enim ppl̃s immolabat & adolebat
5 incẽsum in excelsis. Cũq; obtinuisset
regnũ, pcussit seruos suos qui interfece-
6 runt regem pr̃em suum: filios aũt eo-
B rum qui occiderant non occidit, iuxta
quod scriptum est in libro legis Moysi,
sicut pcepit Dñs, dicens: Non morien- Deu.24 c.16
tur patres pro filiis, neq; filij moriẽtur Ezec.18. c.20.
pro patribus: sed vnusquisq; in peccato
7 suo morietur. Ipse percussit Edom in
Valle Salinarũ decem millia, & appre-
hendit petram in pręlio, vocauitq; no-
mẽ eius Iectehel, vsq; in psentẽ diem.
8 Tũc misit Amasias nũtios ad Ioas filiũ
Ioachaz, filij Iehu regis Israël, dicẽs: Ve
9 ni, & videamus nos. Remisitq; Ioas rex
C Israël ad Amasiã regẽ Iuda, dicens: Car
duus Libani misit ad Cedrum, quæ est
in Libano, dicens: Da filiam tuam filio
meo vxorẽ. Transieruntq; bestiæ saltus,
quę sunt in Libano, & conculcauerunt
10 carduũ. Percutiẽs inualuisti sup Edõ,
& subleuauit te cor tuum: cõtentus esto
gloria, & sede in domo tua: quare puo-
cas malum, vt cadas tu & Iudas tecũ?
11 Et non acquieuit Amasias: Ascenditq;
Ioas rex Israël, & viderũt se, ipse et Ama
sias rex Iuda i Beth-sames oppido Iudę

12 Percussusq; est Iuda corá Israël, & fu-
D gerunt vnusquisq; in tabernacula sua.
13 Amasiá vero regé Iuda filiú Ioas filij
Ochoziç, cepit Ioas rex Israel in Beth-
sámes, & adduxit eú in Ierl'm: & inter-
rupit murú Ierl'm, à porta Ephráim vsq;
ad portá anguli, quadringentis cubitis.
14 Tulitq; oé aurum & argentum, & vni
uersa vasa quę inuenta sunt in domo
Dñi, & in thesauris regis, & obsides, &
15 reuersus est in Samariam. Reliqua aút
verború Ioas quę fecit, & fortitudo ei⁹
qua pugnauit cõtra Amasiá regé Iuda,
nõne hęc scripta sunt in libro; sermonú
16 dierum regum Israël? Dormiuitq; Ioas
E cú patrib⁹ suis, & sepultus est in Sama-
ria cú regib⁹ Israël: & regnauit Ieroboá
17 filius eius pro eo. Vixit auté Amasia,
filius Ioas rex Iuda, postq̃ mortu⁹ est Io
as filius Ioachaz regis Israël 'vigintiqn
18 qúe annis. Reliqua aút sermonú Ama
siæ, nõnne hæc scripta sunt in libro ser
19 monum dierum regum Iuda? Factaq;
est contra eum coniuratio in Ierl'em: at
ille fugit in Lachis. Miseruntq; post eú
20 in Lachis, & interfecerunt eum ibi. Et
asportauerũt in equis, sepultusq; est in
Ierl'm cum patribus suis in ciuitate Da
21 uid. Tulit aút vniuersus popul⁹ Iudç
F Azariam annos natum sedecim, & con
stituerunt eum regé pro pře ei⁹ Amasia.
22 Ipse ędificauit 'Aılam', & restituit eá
Iudæ, postq̃ dormiuit rex cú patribus
23 suis. Anno quintodecimo Amasię filij
Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboá filius
Ioas regis Israël in Samaria, quadragin
24 ta & vno anno: & fecit qđ malú est co-
ram Dño. Nõ recessit ab oibus peccatis
Ieroboá filij Nabat, q̃ peccare fecit Isrl'.
25 Ipse restituit terminos Israël ab introi
tu Emath, vsq; ad Mare solitudinis iux
ta sermoné dñi Dei Israël, quem locut⁹
est p̃ seruum suum Ioná filiú Amathi
G 'prophetam' qui erat de Geth quæ est in
26 Opher. Vidit enim Dñs afflictionem
Israël amará nimis, & q̃ consumpti es-
sent vsq; ad clausos carcere & extremos,
27 & non esset q̃ auxiliaret' Israëli. Nec lo
cutus est Dñs vt deleret nomé Israël de
sub cęlo, sed saluauit eos in manu Iero
28 boá filij Ioas. Reliqua aút sermonú Ie
roboá, & vniuersa q̃ fecit, & fortitudo
eius qua p̃liatus est, & qũo restituit Da-
mascú, & Emath Iudæ in Israël: nonne
hæc scripta sunt in libro sermonú die-
29 rum regum Israël? Dormiuitq; Iero-
boam cum patribus suis regibus Israël,
& regnauit Zacharias filius eius p̃ eo.

CAP. XV.

1 ANno vicesimoseptimo Ieroboá re-
A gis Israël regnauit Azarias filius
2 Amasiæ regis Iudaę. Sedecim annorú
erat, cú regnare cępisset, & qnquaginta
duobus annis regnauit in Ierl'm: nomé
3 matris eius Iechelia, de Ierl'm. Fecitq;
qđ erat placitum coram Dño, iuxta oia
4 quæ fecit Amasias pater eius. Verunth
excelsa non est demolitus: adhuc ppl's
sacrificabat, & adolebat incẽsum in ex-
5 celsis. Percussit aút Dñs regé, & fuit le
prosus vsq; in dié mortis suę, & habita
bat in domo 'libera' seorsum: Ioathá ve
rò filius regis gubernabat palatiú, & iu
6 dicabat ppl'm terrę. Reliqua aút sermo
num Azarię & vniuersa quæ fecit, non
ne hęc scripta sunt in libro verború die
7 rú regú Iuda? Et dormiuit Azarias cú
patribus suis: sepelieruntq; eú cum ma
ioribus suis in Ciuitate-Dauid, & regna
8 uit Ioathá filius eius p̃ eo. Anno trice
B simo octauo Azarię regis Iudę, regna-
uit Zacharias filius Ieroboá sup̃ Israël
9 in Samaria sex mésib⁹: & fecit qđ ma
lum est coram Dño, sicut fecerant přes
eius: non recessit à peccatis Ieroboá filij
10 Nabat qui peccare fecit Israël. Cõiura-
uit aút contra eú Sellum filius Iabes: p̃-
cussitq; eú palá, & iterfecit, regnauitq;
11 pro eo. Reliqua autem verborum Za-
chariæ, nõnne hæc scripta sunt in libro
12 sermonú dierú regum Israël? Iste est
sermo dñi quem locutus est ad Iehu di
C cens: Filij tui vsq; ad quartá gñationem
sedebunt de te 'sup̃ thronum Israel. Fa
13 ctumq; est ita: Sellú filius Iabes regna
uit tricesimonono anno Azariæ regis
Iudæ, regnauit aút vno mense in Sama
14 ria. Et ascendit Manahé filius Gadi de
Thersa: venitq; in Samariam, & p̃cussit
Sellú filiú Iabes in Samaria, & interfe-
15 cit eum, regnauitq; p̃ eo. Reliqua aút
verború Sellú, & coniuratio eius p̃ quá
tetédit insidias: nõnne hæc scripta sunt
in libro sermonum dierú regú Israël?
16 Tunc p̃cussit Manahé Thapsam, & oés
q̃ erát in ea, & Terminos eius de Ther-
sa, noluerant enim aperire ei: & interfe
17 cit oés p̃gnátes eius & scidit eas. Anno
tricesimonono Azarię regis Iudę regna
uit Manahé filius Gadi sup̃ Israël decé

'quindecim 1.
2 Pa. 26 a. 1.
'Elath 1
'propheta 1. Ioh. 1. a. 1.
2. Pa. 26 d. 21.
'libera g
Sup. 10. f. 36.
—3.

18 annis in Samaria: ¶Fecitq; qđ erat ma-
lũ corã dño: non recessit à peccatis Iero
boã filij Nabat, q peccare fecit Israël cũ
19 ctis dieb⁹ ei⁹. ¶Veniebat Phul rex Assy-
riorũ in Thersam, & dabat Manahem
Phul mille taléta argéti, vt esset ei in au
20 xiliũ, & firmaret regnũ eius. ¶Indixitq;
Manahé argentum super Israël cunctis
potétibus vt diuitib⁹ vt daret regi Assy-
riorũ, qnquaginta siclos argéti p singu
los: reuersusq; est rex Assyriorũ, & non
21 est morat⁹ in Thersa. ¶Reliqua aũt ser
monũ Manahé, & vniuersa quæ fecit,
nónne hæc scripta sunt in libro sermo-
22 nũ dierũ regũ Israël? ¶Et dormiuit Ma-
E nahé cũ patribus suis: regnauitq; Pha-
23 ceia filius eius p eo. ¶Anno qnquagesi
mo Azariç regis Iudç regnauit Phaceia
filius Manahé sup Israël í Samaria, bié-
24 nio: ¶& fecit qđ erat malum corã Dño:
non recessit à peccatis Ieroboã filij Na-
25 bat, q peccare fecit Israël. ¶Coniurauit
aũt aduersus eũ Phacee filius Romeliç,
dux ei⁹, & pcussit eũ in Samaria in tur-
re domus regiç iuxta Argob, & iuxta A-
rie, & cũ eo qnquaginta viros de filiis
Galaaditarũ, & iterfecit eũ, regnauitq;
26 p eo. ¶Reliqua aũt sermonũ Phaceia,
& vniuersa q fecit, nónne hæc scripta
sunt in libro sermonũ dierũ regũ Isrl?
27 ¶Anno qnquagesimosecũdo Azariç re-
gis Iudæ, regnauit Phacee filius Rome-
liæ sup Israël in Samaria, viginti annis.
28 ¶Et fecit qđ erat malũ corã Dño: non re
F cessit à peccatis Ieroboã filij Nabat, qui
29 peccare fecit Israël. ¶In diebus Phacee
regis Israël venit Teglath-phalásar rex
Assur, & cepit Aion, & Abel domũ-Ma-
acha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Ga-
laad, & Galilçã, & vniuersã terrã Neph
30 thali: & trãstulit eos in Assyrios. ¶Cõiu
rauit aũt, & tetédit insidias Osee filius
Ela contra Phacee filiũ Romeliç, & per-
cussit eũ, & interfecit: regnauitq; p eo
31 vicesimo anno Ioathã filij Oziæ. ¶Reli
qua aũt sermonũ Phacee, & vniuersa q
fecit nõne hæc scripta sunt in libro ser-
32 monũ dierũ regũ Israël? ¶Anno scđo
G Phacee filij Romeliç regis Israël, regna
33 uit Ioathã fili⁹ Oziæ regis Iuda. ¶Vigin
ti qnq; annorũ erat cũ regnare cœpisset
& sedecim annis regnauit in Ierl'm: no-
34 mé matris eius, Ierusa filia Sadoc. ¶Fe-
citq; qđ erat placitum corã Dño: iuxta
oia quç fecerat Ozias pr suus operatus

Cunctis dieb⁹ ei⁹ veniebat Phul 5.
terrã 1.
terra 1.
2.Pa.27 a.1.

35 est. ¶Verũtñ excelsa nõ abstulit: adhuc
ppl's imolabat, & adolebat incésum in
excelsis: ipse ædificauit portã dom⁹ Dñi
36 sublimissimã. ¶Reliqua aũt sermonũ
Ioathan, & vniuersã quæ fecit nónne
hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ
37 regum Iuda? ¶In diebus illis cçpit Dñs
mittere in Iudam Rasin regem Syriæ,
38 & Phacee filium Romeliæ. ¶Et dormi-
uit Ioatham cum patribus suis, sepul-
tusq; est cũ eis in Ciuitate Dauid pris
sui, & regnauit Achaz filius eius p eo.

CAP. XVI.

1 ANno decimo septimo Phacee filij
A Romeliæ, Regnauit Achaz fili⁹ Ioa
2 thã regis Iuda. ¶Viginti annorum erat 2.Par.28 a.1.
Achaz cum regnare cçpisset, & sedecim
annis regnauit in Ierl'm: Non fecit qđ
erat placitũ in conspectu Dñi Dei sui,
3 sicut Dauid pr eius, ¶sed ambulauit in
via regum Israël: insup & filiũ suũ con
secrauit, transferens p ignem fm idóla
Gentium, q dissipauit Dñs coram filiis
4 Israël: ¶Immolabat quoq; victimas &
adolebat incensum in excelsis, & in col
5 libus, & sub oĩ ligno frondoso. ¶Tunc Isaia 7. a.1.
ascendit Rasin rex Syriç, & Phacee fili⁹
Romeliç rex Israël in Ierl'm ad pliãdũ:
cũq; obsiderent Achaz, non valuerunt
6 superare eũ. ¶In tpe illo restituit Rasin
rex Syriæ Ailã Syriæ, & eiecit Iudços de
Aila: & Idumçi venerũt in Ailã, & ha- & Syri
7 bitauerunt ibi vsq; in dié hanc. ¶Misit
B aũt Achaz nuntios ad Theglath-phalã
sar regé Assyriorũ, dicés: Seruus tuus &
filius tuus ego sum: ascende, & saluum
me fac de manu regis Syriç, & de ma-
nu regis Israël, qui cõsurrexerũt aduer-
8 sum me. ¶Et cũ collegisset argétũ & au Achaz 6
rum qđ inueniri potuit í domo Dñi, &
in thesauris regis, misit regi Assyriorum
9 munera. ¶Qui & acqeuit volũtati eius:
ascendit enim rex Assyriorũ in Dama-
scũ, & vastauit eã: & trãstulit habitato-
res eius Cyrenen, Rasin aũt interfecit.
10 ¶Perrexitq; rex Achaz í occursum The
glath-phalásar regis Assyriorũ in Dama
scũ: cũq; vidisset altare Damasci, misit
rex Achaz ad Vriã sacerdoté exéplar ei⁹
11 & similitudiné iuxta oé opus eius. ¶Ex-
truxitq; Vrias sacerdos altare: iuxta oia
C q pceperat rex Achaz, de Damasco: ita
fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex
12 Achaz de Damasco. ¶Cũq; venisset rex
de Damasco, vidit altare & venerat⁹ est

illud ascēdit, & immolauit holocau-
13 sta & sacrificium suū, & libauit liba-
mina, & fudit sanguinē pacificorū q ob
14 tulerat sup altare. Porrò altare æreū,
qd erat coram Dño, transtulit de facie
tēpli, & de loco altaris, & de loco tēpli
Dñi, posuitq; illud ex latere altaris ad
15 Aqlonem. Præcepit quoq; rex Achaz
Vriæ sacerdoti, dicens: Sup altare ma-
ius offer holocaustū matutinū, & sacri
ficiū vespertinū, & holocaustū regis, &
sacrificiū eius, & holocaustum vniuersi
D ppli terræ, & sacrificia eorū, & libami-
na eorū, & oēm sanguinē holocausti &
vniuersum sanguinē victimę sup illud
effundes: altare verò ęreum erit paratū
16 ad volūtatē meam. Fecit igit Vrias sa-
cerdos iuxta oia q pceperat rex Achaz.
17 Tulit aūt rex Achaz cęlatas bases, & lu
têrem, q erat dēsup: & mare deposuit
de bobus æreis, q sustētabant illud, &
posuit sup pauimentum stratū lapide.
18 Musach quoq; sabbathi, qd ædificaue
rat in templo, & ingressum regis exte-
rius, conuertit in templum dñi pp regē
19 Assyriorum. Reliqua autē verborum
Achaz* quæ fecit, nōne hęc scripta sunt
in libro sermonum dierum regū Iuda?
20 Dormiuitq; Achaz cū patribus suis,
& sepultus est cū eis in Ciuitate Dauid,
& regnauit Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XVII.

1 ANno duodecimo Achaz regis Iu-
A da, regnauit Osee filius Ela i Sama
2 ria sup Israël nouē annis. Fecitq; malū
corā Dño: sed non sicut reges Israël qui
3 ante eū fuerant. Contra hunc ascendit
Salmanásar rex Assyriorū, & factus est
ei Osee seruus, reddebatq; illi tributa.
4 Cūq; deprehēdisset rex Assyriorū Osee,
q rebellare nitens, misisset nuntios ad
Sua regem Ægypti, ne pstaret tributa re
gi Assyriorū sicut singulis annis solit
erat. obsedit eum, & vinctū misit in car
5 cerem. Peruagatusq; est oēm terrā: &
ascendens Samariam, obsedit eā tribus
6 annis. ‖Anno aūt nono Osee, cepit rex
Assyriorū Samariam, & trāstulit Israël
in Assyrios: posuitq; eos in Hala, & in
Habor iuxta fluuiū Gozā, in ciuitatib
7 Medorū. Factū est enim, cū peccassent
B filij Israël Dño Deo suo, q eduxerat eos
de Terra-Ægypti, de manu Pharaonis
8 regis Ægypti, coluerūt deos alienos. Et
ambulauerunt iuxta ritū Gētium quas
consumpserat Dñs in conspectu filiorū
Israël, & regum Israël, qa simlr fecerāt.
9 Et* offenderunt filij Israël verbis non
rectis Dñm Deū suum: & ædificauerūt
sibi excelsa in cūctis vrbibus suis à Tur
re-custodū vsq; ad Ciuitatē-munitam.
10 Fecerūtq; sibi statuas & lucos in oī col
le sublimi, & subter oē lignū nemoro-
11 sum: & adolebant ibi incensum super
aras in morē gētiū quas trāstulerat Dñs
à facie eorū: feceruntq; verba pessima
12 irritantes Dñm, & coluerunt immūdi
tias de quibus pcepit eis Dñs ne facerēt
13 verbum hoc. Et testificatus est Dñs in
Israël & in Iuda p manum oium Pro-
phetarū & Videntiū, dicens: ‖Reuerti-
mini à viis vestris pessimis, & custodite
pcepta mea & ceremonias, iuxta oēm
legē quā præcepi patrib vestris, & sicut
misi ad vos in manu seruorū meorum
14 Prophetarū. Qui nō audierunt, sed in-
C durauerunt ceruicē suā iuxta ceruicem
patrū suorū, q noluerunt obedire dño
15 Deo suo. Et abiecerūt legitima eius, &
pactū qd pepigit cum pribus eorū, & te
stificationes qbus contestatus est eos: se
cutiq; sunt vanitates, & vanè egerunt:
& secuti sunt gentes q erant p circuitū
eorū sup quibus pceperat dñs eis vt nō
16 facerent sicut & illæ faciebant. Et dere
liquerunt oia pcepta dñi Dei sui: fece-
runtq; sibi conflatiles duos vitulos, &
lucos, & adorauerūt vniuersam militiā
17 cęli: se ruierūtq; Baal, & cōsecrauerūt
filios suos & filias suas p ignem: & diui
nationib inseruiebāt & auguriis, & tra
diderūt se vt facerēt malum corā Dño,
18 vt irritarēt eū: Iratusq; est dñs vehemē
ter Israëli, & abstulit eos à conspectu
suo, & nō remansit nisi tribus Iuda tā-
19 tūmodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit
mādata Dñi Dei sui: veruntñ ambula-
uit in erroribus Israël, quos operatus fue-
20 rat. Proiecitq; Dñs oē semen Israël &
D afflixit eos, & tradidit eos in manu diri
pientiū, donec piiceret eos à facie sua:
21 ‖ex eo iā tpe, quo scissus est Israël à do
mo Dauid, & cōstituerūt sibi regē Iero-
boā filium Nabat: separauit enim Iero
boam Israël à Dño: & peccare eos fecit
22 pcm magnū. Et ambulauerunt filij Is
raël in vniuersis pcis Ieroboā q fecerat:
23 & nō recesserūt ab eis, vsquequo Dñs
auferret Israël à facie sua, ‖sicut locut
fuerat in manu oium seruorum suorū

*operuerunt 5.
‖Iere. 25. b. 5.
‖3. Re. 12 c. 19.
‖Iere. 25. b 3.

phetarũ: trãslatusq; est Israel de terra sua
24 in Assyrios, vsq; in diem hanc. Adduxit aũt rex Assyriorum* de Babylone, &
de Cutha, & de Auah, & de Emath, &
de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israël: qui possederunt Samariá, & habitauerũt in vr
25 bibus eius. Cũq; ibi habitare cœpissent,
non timebant Dñm: & immisit in eos
26 Dñs leones qui interficiebant eos. Nuntiatumq; est regi Assyriorũ, & dictũ, Gétes quas trãstulisti, & habitare fecisti in
ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima
Dei terræ, & immisit in eos Dñs leones:
& ecce interficiũt eos, eo quod ignorát ritũ
27 Dei terræ. Præcepit aũt rex Assyriorũ,
dicés, Ducite illuc vnũ de sacerdotibus,
quos inde captiuos adduxistis, & vadat,
& habitet cũ eis: & doceat eos legitima
28 Dei terræ. Igitur cũ venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant
de Samaria, habitauit in Beth-el, & do
29 cebat eos quõ colerét Dñm. Et vnaquæque gens fabricata est Deũ suũ: posueruntq; eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus
30 suis in quibus habitabat. Viri enim Babylonij fecerũt Socoth-benot: Viri aũt
Cuthæi fecerunt Nergel: & Viri de E-
31 math fecerunt Asima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi aũt qui
F erant de Sepharuáim, cõburebant filios
suos igni, Adramélech & Anamélech
32 diis Sepharuáim: & nihilominus colebant Dñm. Fecerunt aũt sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebát
33 eos in phanis sublimibus. Et cũ Dñm
colerent, diis quoq; suis seruiebant iuxta consuetudiné gentiũ, de quibus trãsla-
34 ti fuerát Samariá, vsq; in præsentem diẽ
morem sequuntur antiquũ: non timét
Dñm, neq; custodiunt ceremonias eius,
atq; iudicia & legem & mandatum quod
præceperat Dñs filiis Iacob, quem co-
35 gnominauit Israël: & percusserat cũ eis
pactũ, & mandauerat eis, dicés, Nolite
timere deos alienos, & nõ adoretis eos,
neq; colatis eos, & non immoletis eis.
36 Sed Dñm Deũ vestrũ qui eduxit vos
G de Terra-Ægypti in fortitudine magna,
& in brachio extento: ipsum timete, &
37 illum adorate, & ipsi immolate. Ceremonias quoq;, & iudicia & legé & mãdatum quod scripsit vobis, custodite vt
faciatis cunctis diebus: & non timea-

* viros.

Gen. 32. 1. 28.

38 tis deos alienos. Et pactũ quod percussit
vobiscum nolite obliuisci: nec colatis
39 deos alienos. Sed Dñm Deum vestrũ
timete, & ipse eruet vos de manu oĩum
40 inimicorum vestrorum. Illi verò non
audierunt, sed iuxta consuetudiné suã
41 pristinam perpetrabát. Fuerunt igitur gẽtes istæ timentes quidem Dñm, sed nihilominus & idólis suis seruientes: nã
& filij eorũ, & nepotes, sicut fecerũt patres sui, ita faciunt vsq; in præsenté dié.

CAP. XVIII.

1 ANno tertio Osee filij Ela regis Israel,
A regnauit Ezechias filius Achaz regis
2 Iuda. Viginti quinq; annorũ erat cũ regnare cœpisset: & vigintinoué annis regnauit in Ierusalem: nomé matris eius Abi
3 filia Zachariæ. Fecitq; quod erat bonum
corã Dño, iuxta oĩa quæ fecerat Dauid
4 pater eius. Ipse dissipauit excelsa, & cõtriuit statuas, & succidit lucos, contregitq; serpenté æneũ, quem fecerat Moyses: siquidé vsq; ad illud tépus filij Israël adolebant ei incésum: vocauitq; no-
5 mé eius Nohestan. In Dño Deo Israël sperauit: itaq; post eũ non fuit similis
ei de cunctis regibus Iuda, sed neq; in
6 his qui ante eũ fuerũt: & adhæsit Dño, & non recessit à vestigiis eius, fecitq; man
7 data eius quæ præceperat Dñs Moysi. Vnde & erat Dñs cum eo, & in cunctis ad
B quæ procedebat, sapiẽter se agebat. Rebellauit quoq; contra regé Assyriorum, &
8 nõ seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos
vsq; ad Gazam, et oés terminos eorum,
à Turre-custodũ vsq; ad Ciuitaté-mu-
9 nitam. Anno quarto regis Ezechiæ, qui
erat annus septimus Osee filij Ela regis
Israël, ascendit Salmanasar rex Assyrio
10 rum in Samariá, et oppugnauit eá, et
cœpit: Nam post annos tres, anno sexto
Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Is
11 raël, capta est Samaria: et transtulit rex
Assyriorũ Israël in Assyrios, collocauitque eos in Hala, et in Habor fluuiis Gozã
12 in ciuitatibus Medorũ: quia non audierũt
vocé Dñi Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius: oĩa quæ præceperat Moyses
seruus Dñi, non audierunt, neq; fece-
13 runt. Anno quartodecimo regis Eze-
C chiæ ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda muni
14 tas: et cepit eas. Túc misit Ezechias rex
Iuda nũtios ad regé Assyriorum in Lachis, dicens, Peccaui recede à me; et oé

2. Par. 28. d. 28. & 29. a. 1.

Nu. 21. c. 9.

Supr. 17. a. 2. Tobiæ 1. a. 2. supr. 17. a. 6.

2. Pa. 32. a. 1. Isa. 36. a. 1. Eccl. 48. c. 9.

qđ impoſueris mihi, ferā. Indixit itaq;
rex Aſſyriorũ Ezechię regi Iuda trecēta
talenta argenti, & triginta talēta auri.
15 ¶ Deditq́; Ezechias oẽ argentũ qđ repertũ
fuerat in domo Dñi, & in theſauris re-
16 gis. ¶ In tpe illo confregit Ezechias val-
uas tēpli Dñi, & laminas auri quas ipſe
affixerat, & dedit eas regi Aſſyriorum.
17 ¶ Miſit aũt rex Aſſyriorũ Tharthan, &
D Rabſaris, & Rabſacen de Lachis ad regē
Ezechiā cũ manu valida Ierĩm: qui cũ
aſcendiſſent, venerunt Ierĩm, & ſtete-
runt iuxta aquæ ductũ piſcinę ſuperio-
18 ris, quę eſt ĩ via Agri-fullonis. ¶ Vocaue
runtq́; regē, egreſſus eſt aũt ad eos Elia
cin filius Helcię pp̃oſitus dom⁹, & Sob-
na ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cõmē
19 tariis. ¶ Dixitq́; ad eos Rabſaces, Loqui-
mini Ezechię. Hęc dicit rex magn⁹, rex
Aſſyriorũ. Quę eſt iſta fiducia qua nite
20 ris? ¶ Forſitan iniſti conſiliũ, vt pp̃ares te
ad pręliũ. In quo confidis vt audeas re
21 bellare? ¶ an ſperas in baculo arũdineo
atq; confracto Ægypto, ſup quem ſi in-
cubuerit homo, cõminutus ingredietur
manũ eius, & pforabit eam? ſic eſt Pha
E rao rex Ægypti, oĩbus qui cõfidũt in ſe.
22 ¶ Quòd ſi dixeritis mihi, In Dño Deo
nr̃o habemus fiduciā: nónne iſte eſt cu
ius abſtulit Ezechias excelſa & altaria:
& pcepit Iudę & Ierĩm, Ante altare hoc
23 adorabitis in Ierĩm? ¶ Nunc igit̃ tranſite
ad dñm meum regem Aſſyriorũ, & da
bo vobis duo millia equorũ, & videte
24 an habere valeatis aſcenſores eorũ. ¶ Et
quõ poteſtis reſiſtere ante vnum ſatra-
pam de ſeruis dñi mei minimis? An fi-
duciam habes in Ægypto pp currus &
25 equites? ¶ Nunquid ſine Dñi voluntate
aſcēdi ad locũ iſtum, vt demolirer eũ?
Dñs dixit mihi, Aſcende ad terrā hanc
26 & demolire eā. ¶ Dixerunt aũt Eliacim
filius Helciæ, & Sobna, & Ioahe, Rabſa-
ci, Precamur vt loquaris nobis ſeruis tu
is Syriacè: ſiquidē intelligimus hanc lin
guam: & nõ loquaris nobis Iudaicè au-
27 diente pplo qui eſt ſuper murum. ¶ Rñ-
F ditq́; eis Rabſaces, dicens: Nunquid ad
dñm tuum, & ad te miſit me dns me⁹,
vt loquerer ſermones hos, & nõ potius
ad viros q ſedent ſup murum, vt come
dant ſtercora ſua, & bibant vrinā ſuam
28 vobiſcũ? ¶ Stetit itaq; Rabſaces, & excla-
mauit voce magna Iudaicè, & ait, Au-
dite verba regis magni, regis Aſſyriorũ.
29 ¶ Hęc dicit rex, Non vos ſeducat Eze-
chias, nõ enim poterit eruere vos de ma
30 nu mea. ¶ Neq; fiduciā vobis tribuat ſu
per Dñm, dicens, Eruens liberabit nos
Dñs, & non tradet̃ ciuitas hæc in manu
31 regis Aſſyriorum. ¶ Nolite audire Eze-
chiā. Hæc enim dicit rex Aſſyriorũ, Faci
te mecũ qđ vobis eſt vtile, & egredimi-
ni ad me: & comedet vnuſq́ſq; de vi-
nea ſua, & de ficu ſua: & bibetis aquas
32 de ciſternis veſtris, ¶ donec veniā, & trāſ-
feram vos in terram quæ ſimilis eſt ter
ræ veſtræ, in terrā fructiferam, & fertilē
vini, terrā panis & vinearũ, terrā oliua-
rum, & olei ac mellis: & viuetis, & non
G moriemini: Nolite audire Ezechiā, qui
vos decipit, dicens, Dñs liberabit nos.
33 ¶ Nunqd liberauerunt dij gentium ter-
34 ram ſuā de manu regis Aſſyriorũ? ¶ Vbi
eſt Deus Emath & Arphad? vbi eſt De⁹
Sepharuáim, Ana & Aua? nunqd libe-
35 rauerunt Samariā de manu mea? ¶ Qui
nam illi ſunt in vniuerſis diis terrarũ,
q eruerunt regionē ſuā de manu mea,
vt poſſit eruere Dñs Ieruſalē de manu
36 mea? ¶ Tacuit itaq; ppl̃s, & non rñdit ei
quicq̃ ſiquidem præceptum regis acce-
37 perant vt nõ rñderent ei. ¶ Venitq́; Elia Tob. 1. d. 24.
cim filius Helciæ, præpoſitus domus, &
Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cõ
mentariis, ad Ezechiam ſciſſis veſtib⁹,
& nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

CAP. XIX.

1 Q Vę cũ audiſſet Ezechias rex, ſcidit
A veſtimenta ſua, & optus eſt ſacco, Iſaia 37. a. 1.
ingreſſuſq́; eſt domum Dñi.
2 ¶ Et miſit Eliacim pp̃oſitum domus, &
Sobnā ſcribā, & ſenes de ſacerdotibus
opertos ſaccis, ad Iſaiam prophetā filiũ
3 Amos. ¶ Qui dixerunt*. Hæc dicit Eze- *ei s.
chias, Dies tribulationis, & increpatio-
nis, & blaſphemiæ dies iſte: venerunt fi
lij vſq; ad partũ, & vires non habet par
4 turiens. ¶ Si fortè audiat Dñs Deus tuus
vniuerſa Rabſacis, quem miſit rex Aſſy
riorum dñs ſuus, vt exprobraret Deum
viuentem, & argueret verbis quæ audi
uit Dñs Deus tuus: & fac orationem
5 pro reliquiis quæ repertæ ſunt. ¶ Vene-
runt ergo ſerui regis Ezechię ad Iſaiam.
6 ¶ Dixitq́; eis Iſaias, Hæc dicetis Dño ve-
B ſtro, Hæc dicit Dominus, Noli timere
à facie ſermonum quos audiſti, quib⁹
blaſphemauerunt pueri regis Aſſyrio-
7 rum me. ¶ Ecce ego immittā ei ſpiritũ,

& audiet nuntium, & reuertetur in ter
rá suá, & deijciá eũ gladio in terra sua.
8 Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit
regẽ Assyriorũ expugnãté Lobná: audie-
9 rat enim ꝙ recessisset de Lachis. Cùm-
que audisset de Tharáca rege Æthiopię
dicétes, Ecce egressus est vt pugnet ad-
uersum te: & iret cõtra eũ, misit nũtios
10 ad Ezechiá, dicés, Hæc dicite Ezechiæ
C regi Iuda, Nõ te seducat De⁹ tu⁹, in quo
habes fiduciá: neq; dicas, Nõ tradet Ie-
11 rusalé in man⁹ regis Assyriorũ. Tu enĩ
ipse audisti q̃ fecerũt reges Assyriorum
vniuersis terris, quomodò vastauerunt
eas: num ergo solus poteris liberari?
12 Nunqd liberauerunt dij gentiũ singu
los, quos vastauerũt pr̃es mei, Gozam vi
delicet, & Hará, & Reseph, & filios Edé,
13 q erát in Thelassar? Vbi est rex Emath,
& rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuá
14 im, Ana & Aua? Itaq; cùm accepisset
Ezechias literas de manu nũtiorũ, & le
gisset eas, ascédit in domũ Dñi, & expá-
15 dit ea corá Dño, & orauit in conspe-
ctu eius, dicens: Dñe Deus Israël, qui se
des super cherubim, tu es Deus solus re-
gum oĩum terræ: tu fecisti cęlum & ter-
16 rá. Inclina auré tuam & audi: api Dñe
oculos tuos, & vide, & audi oĩa verba
Sennacherib, qui misit vt exprobraret
17 nobis Deũ viuenté. Verè Dñè dissipa-
D uerũt reges Assyriorũ gétes, & terras om
18 niũ. Et miserũt deos eorũ in igné: nõ
eni erant dij, sed opera manuũ hoĩum
ex ligno & lapide, & perdiderunt eos.
19 Nunc igitur Dñe Deus noster, saluos
nos fac de manu eius, vt sciant oĩa re-
20 gna terræ, qa tu es Dñs De⁹ solus. Mi-
sit aũt Isaias filius Amos ad Ezechiam,
dicens, Hæc dicit Dñs De⁹ Isrl̃, Quæ de
precatus es me sup Sénacherib rege Assy
21 riorũ, audiui. Iste est sermo quẽ locutus
est Dñs de eo, Spreuit te, & subsannauit
te virgo filia Sion: post tergũ tuũ caput
22 mouit, filia Ierl̃em. Cui exprobrasti, &
quem blasphemasti? contra quem exal-
tasti vocé tuam, & eleuasti in excelsum
23 oculos tuos? cõtra sanctũ Isrl̃. Per ma-
E num seruorũ tuorũ exprobrasti Dño, &
dixisti in multitudine curruũ meorũ
ascédi excelsa mõtiũ, in summitate Li-
bani, & succidi sublimes cedros eius, &
electas abietes illius. Et ingressus sum
vsque ad terminos eius, & saltum car
24 meli eius ego succidi. Et bibi aquas
alienas, & siccaui vestigijs pedum meo
25 rum oés aquas clausas. Nunquid non
audisti quid ab initio fecerim? Ex die-
bus antiquis plasmaui illud, & nunc
adduxi: eruntq; in ruiná colliũ compu-
26 gnantium ciuitates munitę. Et q sedét
in eis, humiles manu: cõtremuerunt &
cõfusi sunt, facti sunt velut fœnũ agri,
& virens herba tectorũ, quę arefacta est
27 antequàm veniret ad maturitaté. Ha-
F bitaculũ tuũ, & egressum tuũ, & introi
tũ tuũ, & viá tuam ego p̄sciui, & furoré
28 tuũ cõtra me. Insanisti in me, & super
bia tua ascendit in aures meas: ponam
itaque circulũ in naribus tuis, & camũ
in labijs tuis, & reducam te in viá per
29 quam venisti. Tibi auté Ezechia hoc
erit signũ, Comede hoc anno q̃ repere-
ris: in secũdo aũt anno q̃ spõte nascun
tur: porrò in tertio anno seminate &
metite: plantate vineas, & comedite fru
30 ctũ earũ. Et quodcunq; reliquũ fuerit
de domo Iuda, mittet radicé deorsum,
31 & faciet fructũ sursum. De Ierl̃em qp-
pe egredientur reliquiæ, & ꝙ saluetur de
mõte Siõ: zelus Dñi exercituum faciet
32 hoc. Quam ob rem hęc dicit Dñs de re
ge Assyriorũ, Nõ ingredietur vrbé hác, nec
mittet in eam sagittá, nec occupabit eá
clypeus, nec circundabit eam munitio.
33 Per viam qua venit, reuertetur: & ciuita
G té hanc nõ ingredietur, dicit Dñs. Prote-
34 gáq; vrbé hanc, & saluabo eá pp me, &
35 pp Dauid seruũ meũ. Factũ est igitur in
nocte illa, venit Angelus Dñi, & pcussit
in castris Assyriorũ centũ octogintaquĩ
que millia. Cũq; diluculo surrexisset,
36 vidit oĩa corpora mortuorũ: & recedés
abijt, & reuersus est Sennacherib rex As
37 syriorũ, & mansit in Niniue. Cùmq;
adoraret in téplo Nesroch deũ suũ, A-
dramé-lech & Sarasar filij eius percus-
serunt eum gladio, fugeruntque in ter-
ram Armeniorũ, & regnauit Asar-had-
don filius eius pro eo.

CAP. XX.

1 IN diebus illis ęgrotauit Ezechias vs-
A que ad morté: & venit ad eũ Isaias fi-
lius Amos, propheta, dixitq; ei, Hæc di
cit Dominus Deus, Pręcipe domui tuę
2 morieris enim tu, & non viues. Qui cõ
uertit faciem suam ad parietem, & ora-
3 uit Dominũ, dicens, Obsecro Domine,
memento quæso quomodò ambulaue-
rim coram te in veritate, & in corde p-

Tob. 1. d. 21. Ecc. 48. d. 24. Isai. 37. g. 35. 2 Mac. 7. f. 41. 2 Mac. 8. 19.

2 Par. 32. f. 24. Isaia 38. a. 1. Ecc. 48. d. 26.

fecto, & quod placitum est corã te, fece
rim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno.
4 ¶Et antequàm egrederetur Isaias mediá
partẽ atrij, factus est sermo Dñi ad eũ,
5 dicens, ¶Reuertere, & dic Ezechiæ duci
populi mei, Hæc dicit Dñs Deus Dauid
patris tui, Audiui orationem tuam, &
vidi lacrymam tuam: & ecce, sanaui
te, die tertio ascendes templum Dñi.
6 ¶Et addam diebus tuis quindecim an-
B nos: sed & de manu regis Assyriorũ li-
berabo te, & ciuitatẽ hanc, & protegam
vrbẽ istam ꝓp me, & ꝓp Dauid seruũ
7 meum. ¶Dixitq; Isaias, Afferte massam
ficorum. Quam cùm attulissent, & po-
suissent super hulcus eius, curatus est.
8 ¶Dixerat aũt Ezechias ad Isaiam, Quod
erit signũ quia Dñs me sanabit, & quia
ascensurus sum die tertia templũ Dñi?
9 ¶Cui ait Isaias, Hoc erit signum à Do-
mino, ꝙ facturus sit Dominus sermo-
nem quem locutus est: vis vt ascendat
vmbra decẽ lineis, an vt reuertatur to-
10 tidem gradibus? ¶Et ait Ezechias, Facile
est vmbram crescere decem lineis: nec
hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retror
11 sum decem gradibus. ¶Inuocauit itaq;
Isaias propheta Dñm, & reduxit vm-
bram per lineas, quibus iam descende-
rat in horologio Achaz, retrorsum de-
12 cem gradibus. ¶In tpe illo misit Bero-
C dach Baladan filius Baladan rex Baby
loniorũ literas & munera ad Ezechiã:
audierat enim ꝙ ægrotasset Ezechias.
13 ¶Lætatus est aũt in aduentu eorũ Eze-
chias, & ostendit eis domũ aromatũ, &
& aurũ, & argentum, & pigmẽta varia,
vnguenta quoq;, & domũ vasorum suo
rũ, & omnia quæ hẽre poterat in thesau-
ris suis. Non fuit qđ non mõstraret eis
Ezechias in domo sua, & in oĩ potesta-
14 te sua. ¶Venit aũt Isaias propheta ad re-
gem Ezechiã, dixitq; ei, Quid dixerunt
viri isti? aut vnde venerunt ad te? Cui
ait Ezechias, De terra longinqua vene-
15 runt ad me de Babylone. ¶At ille rñ-
D dit, Quid viderũt in domo tua? Ait Ezę
chias, Oĩa quæcũq; sunt in domo mea,
viderunt: nihil est qđ non monstraue-
16 rim eis in thesauris meis. ¶Dixit itaque
17 Esaias Ezechiæ, Audi sermonẽ Dñi, Ec
ce dies venient, & auferentur oĩa quæ
sunt in domo tua, & quæ condiderunt
patres tui vsq; in diem hanc, in Baby-
lonem: non remanebit quicquã, ait Dñs.
18 ¶Sed & de filijs tuis qui egredientur ex
te, quos generabis, *tollentur, & erũt eu *tollẽt. ‖ Dix: sq:
19 nuchi in palatio regis Babylonis. ¶Di- 3.
xit Ezechias ad Isaiã, Bonus sermo Dñi
quẽ locutus es, *sit pax & veritas in die- *tantùm
20 bus meis. ¶Reliqua aũt sermonũ Eze-
chiæ, & oĩs fortitudo eius, & qũo fecerit
piscinã, & aquæductũ, & introduxerit
aquas in ciuitatem, nónne hæc scripta
sunt in libro sermonũ dierũ regũ Iuda?
21 ¶Dormiuitq; Ezechias cũ patribꝰ suis,
& regnauit Manasses filius eius pro eo

CAP. XXI.

1 DVodecim annorum erat Manasses
A cùm regnare cœpisset, & quinqua 2. Par. 33 a. 1.
ginta quinq; annis regnauit in Ierl̃m:
2 nomen matris eius Haphsiba. ¶Fecitq;
malum in conspectu Dñi iuxta idóla
gentium, quas deleuit Dñs à facie filio
3 rum Israël. ¶Conuersusq; est, & ædifi-
cauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias
pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lu
cos sicut fecerat Achab rex Israël: & a-
dorauit omnem militiã cœli, & coluit
4 eam. ¶Extruxitq; aras in domo domi- 2. Re. 7.
ni, de qua dixit Dominus, ‖ In Ierusalẽ b. 10.
5 ponam nomen meum. ¶Et extruxit al- Iere. 32.
taria vniuersæ militiæ cœli in duobus f. 24.
6 atrijs templi Dñi. ¶Et traduxit filium
suum per ignem: & ariolatus est, & ob
seruauit auguria, & fecit pythones, &
aruspices multiplicauit, vt faceret ma-
7 lum coram Dño, & irritaret eum. ¶Po-
suit quoq; idólum luci quem fecerat,
B in templo Dñi, ‖ super quo locutus est ‖ 2. Re. 7.
Dñs ad Dauid, & ad Salomonẽ filium b. 10.
eius, In tẽplo hoc & in Ierl̃m quam ele 3 Reg. 8.
gi de cunctis tribubus Isrl̃, ponam no- b. 16. & 9
8 mẽ meũ in sẽpiternũ. ¶Et vltrà non fa- a. 3.
ciam commoueri pedem Isrl̃ de terra
quam dedi patribus eorum: si tñ custo
dierint opere oĩa quę præcepi eis, & vni
uersam legem quã mãdauit eis seruus
9 meus Moyses. ¶Illi verò nõ audierunt:
sed seducti sunt à Manasse, vt facerent
malũ super gentes quas contriuit Dñs à
10 facie filiorũ Isrl̃. ¶Locutusq; est Dñs in
manu seruorũ suorum prophetarũ, di- ‖ Iere. 15.
11 cẽs, ¶‖ Quia fecit Manasses rex Iuda abo a. 4.
minationes istas pessimas, super omnia
quæ fecerunt Amorrhęi ante eũ, & pec-
care fecit etiam Iudam in immũditijs
12 suis: ¶propterea hæc dicit Dñs Deus Is-
C raël, Ecce ego inducam mala super Ie-
rusalem & Iudam: vt quicunq; audie-

13rit, tinniant ambę aures eius.? Extendā
super Ierl'em funiculū Samariç, & pōd⁹
domus Achab : & delebo Ierl'em, ficut
deleri solent tabulæ: delens vertam, &
ducam crebrius stylum super faciē ei⁹.
14? Dimittā verò reliqas hęreditatis meę,
& tradā eas in man⁹ inimicorum eius.
eruntq; in vastitatē, & in rapinā cūctis
15aduersarijs suis.? eò quòd fecerint ma
lū corā me, & pseuerauerint irritantes
me, ex die qua egressi sunt patres eorum
16ex Ægypto, vsq; ad hāc diē.? Insuper &
sanguinē innoxiū fudit Manasses mul-
tū nimis, donec impleret Ierl'em vsq; ad
os: absq; peccatis suis qb⁹ peccare fecit
17Iudā, vt faceret malū corā Dño.? Reli-
qua autē sermonū Manasse, & vniuersa
quę fecit, & peccatū eius quod peccauit
nónne hęc scripta sunt in libro sermo-
18nū dierū regū Iuda? ? Dormiuitq; Ma-
nasses cum patrib⁹ suis, & sepult⁹ est in
horto domus suę, in horto Oza: & re-
19gnauit Ammō filius ei⁹ pro eo.? Viginti
D duorū annorū erat Ammō cū regnare
cœpisset: duob⁹ quoq; annis regnauit i
Ierl'em nomē mris ei⁹ Messalemeth fi-
20lia Harus de Iereba. Fecitq; malū in cō
spectu Dñi, sicut fecerat Manasses pater
21eius.? Et ambulauit in oī via per quam
ambulauerat pater eius: seruiuitq; im
munditijs, quibus seruierat pater eius,
22& adorauit eas,? & dereliquit Dominū
Deum patrum suorū, & non ambula-
23uit in via Domini.? Tetenderuntq; ei
insidias serui sui, & interfecerunt regē
24in domo sua.? Percussit autem populus
terræ omnes qui cōiurauerant cōtra re-
gem Ammō: & constituerunt sibi regē
25Iosiam filium eius pro eo.? Reliqua au
tem sermonū Ammō quę fecit, nónne
hęc scripta sunt in libro sermonum die
26rum regum Iuda? ? Sepelieruntq; eum
in sepulchro suo, in horto Oza: & re-
gnauit Iosias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

1 OCTO annorum erat Iosias cū re-
A gnare cœpisset, & trigīta vno anno
regnauit in Ierusalē· nomen matris ei⁹
2 Idida, filia Hadaia de Besecath.? Fecitq;
quod placitum erat coram Domino, &
ambulauit per omnes vias Dauid patris
sui: nō declinauit ad dexterā, siue ad si
3 nistram.? Anno autem octauodecimo
regis Iosiæ, misit rex, Saphā filiū Aslia,
filij Messulam scribam templi Domini

2.Par 34 a.1.

4 dicens ei.? Vade ad Helciam sacerdotē
magnū, vt cōfletur pecunia quę illata
est in tēplū Dñi, quā collegerūt ianito-
5 res tēpli à pplo,? deturq; fabris per pposi-
tos domus Dñi: q & distribuant eā his
q operantur in templo Dñi, ad instau-
6 randa sartatecta tēpli:? tignarijs videli-
cet & cęmentarijs, & ijs q interrupta cō
ponūt, & vt emant ligna, & lapides de
B lapicidinis ad instaurādū tēplū Dñi.
7 ? Verumtamen nō supputet eis argentū
quod accipiunt, sed in potestate habeāt
8 & in fide.? Dixit aūt Helcias pōtifex ad
Saphā scribam, Librum Legis repperi in
domo Dñi: deditq; Helcias volumē Sa-
9 phan, qui & legit illud.? Venit quoque
Saphan scriba ad regē, & renuntiauit ei
quod præceperat, & ait, Conflauerunt
serui tui pecuniam quæ reperta est in
domo Dñi: & dederūt vt distribueret
10 fabris à pfectis operū tēpli Dñi.? Narra-
uit quoq; Saphā scriba regi, dicēs, Librū
dedit mihi Helcias sacerdos. Quē cùm
11 legisset Saphan coram rege,? & audisset
rex verba libri Legis Domini, scidit ve-
12 stimenta sua.? Et præcepit Helciæ sacer
doti, & Ahicam filio Saphan, & Acho-
bor filio Micha, & Saphā scribę, & Asa-
13 ię seruo regis, dicens,? Ite & consulite
C Dñm super me, & super populo, & sup
omni Iuda de verbis voluminis istius
quod inuentū est: magna enim ira Do-
mini succensa est cōtra nos: qa non au-
dierunt patres nostri verba libri huius
vt facerent oē quod scriptum est nobis.
14? Ierunt itaq; Helcias sacerdos, & Ahicā,
& Achobor, & Saphan, & Asaia ad Hol
dam prophetidem vxorem Sellum filię
Thecuę, filij Araas custodis vestium, q
habitabat in Ierusalem in secunda: lo-
15 cutiq; sunt ad eam.? Et illa respondit
eis: Hæc dicit Dñs Deus Israël: Dicite vi
16 ro qui misit vos ad me:? Hęc dicit Dñs:
D Ecce ego adducam mala super locum
istum, & super habitatores eius, omnia
17 verba legis quā legit rex Iuda.? quia de-
reliquerunt me, & sacrificauerunt dijs
alienis, irritantes me in cunctis operib⁹
manuum suarum, & succendetur indi
gnatio mea in loco hoc, & nō extingue
18 tur.? Regi aūt Iuda q misit vos, vt cōsu-
leretis Dñm, sic dicetis: Hęc dicit Dñs
Deus Israël: Pro eo quod audisti verba
19 voluminis,? & perterritum est cor tuū,
& humiliatus es corā Domino, auditis

sermonibus

sermonibus cõtra locum istum & habi
tatores eius, quòd videlicet fierẽt in stu
porem & in maledictum: & scidisti ve-
stiméta tua, & fleuisti coram me, & ego
20 audiui, ait Dñs: ¶ idcirco colligam te ad
p̃res tuos, & collegêris ad sepulcrũ tuũ
in pace, vt nõ videãt oculi tui oĩa mala
q̃ introducturus sum super locum istũ.

CAP. XXIII.

1 A ET renuntiauerunt regi quod dixe-
rat. Qui misit & congregati sunt ad
2 eũ oẽs senes Iuda & Ierl'em. ¶ Ascendit-
que rex tẽplũ Dñi, & oẽs viri Iuda, vni-
uersiq; qui habitabant in Ierusalem cũ
eo sacerdotes & prophetæ, & omnis po
pulus à paruo vsque ad magnum: legit-
que cunctis audientibus omnia verba
libri fœderis, qui inuentus est in domo
3 Domini. ¶ Stetitque rex super gradum:
& fœdus percussit coram Dño, vt ambu
larent post Dominum, & custodirent
præcepta eius, & testimonia, & ceremo
nias in oĩ corde, & in tota aĩa & suscita
rent verba fœderis huius, quæ scripta
erant in libro illo: acquieuitq; populus
4 pacto. ¶ Et præcepit rex Helcię pontifici
& sacerdotibus secundi ordinis, & iani
toribus, ‖ vt proijcerent de templo Dñi
oĩa vasa quæ facta fuerant Baal, & in
luco, & vniuersæ militiæ cæli: & cõbus-
sit ea foris Ierusalem in cõualle-cedrõ,
& tulit puluerem eorum in Beth-el.
5 ¶ Et deleuit aruspices quos posuerant re
B ges Iuda ad sacrificandũ in excelsis per
ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem,
& eos qui adolebant incensum Baal, &
Soli, & Lunæ, et duodecim signis, et oĩ
6 militiæ cæli. ¶ Et efferri fecit lucũ de do
mo Dñi foras Ierl'em in Conualle-Ce-
dron: et combussit eũ ibi, et redegit in
puluerem, et proiecit super sepulchra
7 vulgi. ¶ Destruxit quoq; ędiculas effęmi
natorum, quę erãt in domo Dñi, pro q̃-
bus mulieres texebant quasi domuncu
8 las luci. ¶ Congregauitq; oẽs sacerdotes
de ciuitatibus Iuda: et cõtaminauit ex-
celsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de
Gabaa vsq; Ber-sabee: et destruxit aras
portarũ in introitu ostij Iosue principis
ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ
9 ciuitatis. ¶ Veruntñ nõ ascendebant sa-
cerdotes excelsorũ ad altare Dñi in Ieru
salem: sed tantùm comedebant azyma
10 in medio fratrũ suorum. ¶ Cõtaminauit
C quoque Thophet, quod est in Cõualle-
filij-Ennom, vt nemo cõsecraret filium
11 suũ aut filiã p̃ ignẽ, Moloch. ¶ Abstulit
quoq; equos quos dederant reges Iudę,
Soli, in introitu tẽpli Dñi, iuxta exedrã
Nathan-mélech eunuchi, qui erat in
Pharurim: currus autẽ Solis combussit
12 igni. ¶ Altaria quoq; q̃ erant sup̃ tecta
cęnaculi Achaz, q̃ fecerant reges Iuda,
et altaria q̃ fecerat Manasses in duobus
atrijs tẽpli Dñi, destruxit rex: et cucurrit
inde, et dispersit cinerem eorũ in Tor-
13 rentẽ-Cedrõ. ¶ Excelsa quoq; q̃ erant in
Ierl'em ad dexteram partẽ Mõtis-offen
sionis, ‖ q̃ ędificauerat Salomon rex Isrl' ‖ 3 Re. 11 b. 7.
Astaroth idôlo Sidoniorũ, et Chamos
offensioni Moab, et Melchom abomi-
14 nationi filiorũ Ammõ, polluit rex. ¶ Et
cõtriuit statuas, et succîdit lucos: reple-
D uitq; loca eorũ ossibus mortuorũ. ¶ ‖ In- ‖ 3. Re. 12
15 sup̃ et altare quod erat in Beth-el, et g. 28.
excelsum quod fecerat Ieroboam filius
Nabat, q peccare fecit Israël: et altare il-
lud excelsum destruxit, atq; cõbussit, et
comminuit in puluerẽ, succẽditq; etiã
16 lucũ. ¶ Et cõuersus Iosias vidit ibi sepul-
chra quę erant in mõte: misitq; et tulit
ossa de sepulchris, et cõbussit ea sup̃ al-
tare, et polluit illud iuxta verbum Dñi
quod locutus est vir Dei, q p̃dixerat ver
17 ba hæc. ¶ Et ait, Quis est titulus ille quẽ
video? Responderuntque ei ciues vrbis
illius, ‖ Sepulchrum est hominis dei, q ‖ 3. Re. 13
venit de Iuda, et prędixit verba hęc quę a. 2.
18 fecisti super altare Beth-el. ¶ Et ait, Di-
mitte eum, nemo cõmoueat ossa eius.
Et intacta manserunt ossa illius cũ ossi
19 bus p̃phetæ q venerat de Samaria. ¶ In-
sup̃ et oĩa phana excelsorũ q̃ erant in ci
uitatib⁹ Samarię, q̃ fecerant reges Israël
ad irritandũ Dñm, abstulit Iosias: et fe-
cit eis fm̃ oĩa opera quę fecerat in Beth-
20 el. ¶ Et occidit vniuersos sacerdotes ex-
celsorũ q erant ibi sup̃ altaria: et cõbus-
E sit ossa humana sup̃ ea: reuersusq; est
21 Ierl'em. ¶ ‖ Et p̃cepit oĩ pp̃lo, dicẽs, Facite ‖ 2. Par. 35
Phase Dño Deo vestro, fm̃ q̃ scriptum a. 1.
22 est in libro fœderis huius. ¶ Nec enĩ fa- 3. Esd. 1.
ctum est Phase tale à dieb⁹ iudicũ, qui a. 2.
iudicauerunt Israël, et omnium dierũ
23 regum Isrl', et regum Iuda, ¶ sicut in o-
ctauo decimo anno regis Iosię factũ est
24 Phase istud Domino in Ierusalẽ. ¶ Sed
et pythones et ariolos, et figuras idôlo-
rum, et immũditias, et abominationes
quę fuerant in terra Iuda et Ierusalem,

abstulit

abſtulit Ioſias: vt ſtatueret verba legis,
quę ſcripta ſunt in libro quem inuenit
25 Helcias ſacerdos in tẽplo Dñi. ¶ Similis
illi nõ fuit ante eũ rex, q̃ reuerteretᷣ ad
Dñm in oĩ corde ſuo, & in tota aĩa ſua,
& in vniuerſa virtute ſua, iuxta oẽm le-
gẽ Moyſi: neq; poſt eũ ſurrexit ſimilis il
26 li. ¶ Veruntamen non eſt auerſus Dñs
F ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt
furor eius cõtra Iudam: pp irritationes
27 q̃bus ꝓuocauerat eum Manaſſes. ¶ Di- Iuſ. 24. a. 3.
xit itaq; Dñs, Etiam Iudam auferam à
facie mea, ſicut abſtuli Iſrl: & ꝓijciam ci
uitatem hanc quam elegi Ieruſalem, &
domum de qua dixi, Erit nomẽ meum
28 ibi. ¶ Reliqua aũt ſermonũ Ioſiæ, & vni
uerſa quæ fecit, nõnne hæc ſcripta ſũt
in libro verborũ dierum regum Iuda?
29 ¶ ‖ In diebꝰ eius aſcẽdit Pharao Nechao ‖ 2. Pa. 35. d. 20. 3. Eſd. 1. d. 23.
rex Ægypti, cõtra regẽ Aſſyriorũ ad flu-
men Euphráten: & abijt Ioſias rex in oc
curſum eiꝰ: & occiſus eſt in Mageddo,
30 cũ vidiſſet eũ. ¶ Et portauerunt eũ ſerui
ſui mortuũ de Mageddo: & ptulerunt
in Ierl'm, & ſepelierũt eũ in ſepulchro
ſuo. ‖ Tulitq; ppls terræ Ioachaz filium ‖ 2. Pa. 36. a. 1.
Ioſiæ: & vnxerũt eũ, & cõſtituerũt eum
31 regẽ ꝓ patre ſuo. ¶ Viginti triũ annorũ
G erat Ioachaz cũ regnare cœpiſſet, & tri
bus menſibus regnauit in Ierl'm. no-
mẽ mřis eiꝰ Amital, filia Ieremiæ de
32 Lobna. ¶ Et fecit malũ corã Dño, iuxta
33 oĩa q̃ fecerãt pr̃es eiꝰ. ¶ Vinxitq; Pharao
Nechao in *Reblata*, q̃ eſt in terra E- * Rebla.
math, ne regnaret in Ierl'm: & impo-
ſuit multã terrę, cẽtũ talentis argenti, &
34 talento auri. ¶ Regẽq; cõſtituit Pharao
Nechao Eliacim filiũ Ioſiæ, ꝓ Ioſia pa-
tre eius, vertitq; nomen eius Ioacim:
porrò Ioachaz tulit, & duxit in Ægy-
35 ptũ. ¶ Argentum autem, & aurum dedit
Ioacim Pharaoni, cùm indixiſſet terræ
per ſingulos, vt conferretur iuxta præ-
ceptum Pharaonis: & vnumquenque
iuxta vires ſuas exegit, tam argentũ quã
aurum de populo terrę: vt daret Pharao
36 ni Nechao. ¶ Viginti quinque annorum
erat Ioacim cùm regnare cœpiſſet: &
vndecim annis regnauit in Ierl'm: no-
mẽ matris eius Zebida filia Phadaia de
37 Ruma. ¶ Et fecit malũ coram Domino
iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

CAP. XXIIII.

1 IN diebus eius aſcẽdit Nabuchodono
A ſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioa-
cim ſeruus tribꝰ annis: & rurſum rebel
2 lauit cõtra eum. ¶ Immiſitq; ei Domi
nus latrunculos Chaldæorum, & latrũ-
culos Syriæ, & latrunculos Moab, & la
trunculos filiorum Ammõ: & immiſit
eos in Iudam, vt diſperderẽt eum, iuxta
verbum Domini quod locutus fuerat p
3 ſeruos ſuos Prophetas. ¶ Factum eſt au- Sup. 23. 13.
tem hoc ꝑ verbũ Domini contra Iudã,
vt auferret eum coram ſe ꝓpter pecca-
4 ta Manaſſe vniuerſa quę fecit: ¶ & pp sã
guinem innoxium quem effudit, & im-
pleuit Ieruſalem cruore innocentium,
& ob hanc rem noluit Dominus propi
5 tiari. ¶ Reliqua autem ſermonum Ioacĩ
& vniuerſa quæ fecit, nõnne hęc ſcrip-
ta ſunt in libro ſermonũ dierum regũ
B Iuda? Et dormiuit Ioacim cũ patribus
6 ſuis. ¶ & regnauit Ioachin filius eius ꝓ
7 eo. ¶ Et vltrà nõ addidit rex Ægypti, vt e-
grederetᷣ de terra ſua: tulerat enĩ rex Ba
bylonis à riuo Ægypti, vſq; ad fluuium
Euphráten oĩa q̃ fuerant regis Ægypti.
8 ¶ Decẽ & octo annorũ erat Ioachin cũ
regnare cœpiſſet, & tribꝰ mẽſibꝰ regna-
uit in Ierl'm: nomẽ matris eius Nohe-
9 ſta filia Elnathã de Ierl'm. ¶ Et fecit ma
lũ corã Dño, iuxta oĩa q̃ fecerat pr̃ eius.
10 ¶ ‖ In tp̃e illo aſcenderunt ſerui Nabu- ‖ Dan 1. a 1.
chodonoſor regis Babylonis in Ierl'm,
C & circũdata eſt vrbs munitionibꝰ. ¶ Ve-
11 nitq; Nabuchodonoſor rex Babylonis
ad ciuitatẽ* cũ ſeruis ſuis vt oppugna- * quum ſerui eius oppugnarent 1.
12 rẽt eã. ¶ Egreſſusq; eſt Ioachin rex Iuda
ad regẽ Babylonis, ipſe & mr̃ eiꝰ, & ſer
ui eiꝰ, & principes eiꝰ, & eunuchi eius:
& ſuſcepit eũ rex Babylonis anno octa-
13 uo regni ſui. ¶ Et ꝓtulit inde oẽs theſau-
ros domus Dñi, & theſauros domus re
gię: & cõcidit vniuerſa vaſa aurea q̃ fe
cerat Salomõ rex Iſrl in tẽplo Dñi iux-
14 ta verbũ Dñi. ¶ Et trãſtulit oẽm Ierl'm,
& vniuerſos principes, & oẽs fortes e-
xercitus, decem millia in captiuitatẽ: &
oẽm artificem & incluſorem: nihilq;
relictum eſt, exceptis pauperibus ppli
15 terrę. ¶ ‖ Tranſtulit quoque Ioachin in ‖ 2. Pa. 36. b. 10. Eſth. 2. a. 6. & 11. a. 4.
D Babylonẽ, & matrem regis, & vxores re
gis, & eunuchos eius: & iudices terrę du
xit in captiuitatẽ de Ierl'm in Babylo-
16 nem. ¶ Et oẽs viros robuſtos, ſeptem mil
lia, & artifices, & incluſores mille, oẽs
viros fortes & bellatores: duxitq; eos
rex Babylonis captiuos in Babylonem.
17 ¶ ‖ Et cõſtituit Matthaniam patruũ eius ‖ Ier. 37. a 1. & 52. a. 1.

pro

pro eo: imposuitq; nomen ei Sedeciam,
18 ¶ Vicesimũ & primũ annũ ętatis habe-
bat Sedecias cũ regnare cœpisset. Et vn-
decim annis regnauit in Ierl'em: nomẽ
matris eius erat Amital, filia Ieremiæ
19 de Lobna. Et fecit malũ corã Dño, iux-
20 ta oĩa q̃ fecerat Ioacim. ¶ Irascebat' enĩ
Dominus contra Ierusalem & cõtra Iu
dam, donec proijceret eos à facie sua:
recessitq; Sedecias à rege Babylonis.

CAP. XXV.

1 A Factum est autem anno nono regni
eius, mense decimo, decima die mẽ
sis, venit Nabuchodonosor rex Babylo
nis, ipse & omnis exercitus eius in Ieru
salẽ, & circũdederunt eã: & extruxerũt
2 in circuitu eius munitiones. ¶ Et clausa
est ciuitas atq; vallata. vsq; ad vndeci-
3 mũ annũ regis Sedecię, ¶ nona die men
sis, p̃ualuitq; fames in ciuitate, nec erat
4 panis pp̃lo terrę. ¶ Et interrupta est ciui-
tas: & oẽs viri bellatores nocte fugerũt
p̃ viã portę quæ est inter duplicẽ murũ
ad hortũ regis (porrò Chaldęi obside-
bãt in circuitu ciuitatẽ) fugit itaq; Sede
cias p̃ viã q̃ ducit ad cãpestria solitudi-
5 nis. ¶ Et persequutus est exercitus Chal-
B dęorũ regẽ, cõprehenditq; eũ in plani-
tie Iericho: & oẽs bellatores q̃ erant cũ
6 eo. dispersi sũt, & reliquerũt eũ. ¶ Appre
hensum ergo regem duxerunt ad regẽ
Babylonis in Reblátha: qui locutus est
7 cum eo iudicium. ¶ Filios autem Sede-
ciæ occidit corã eo, & oculos eius effo-
dit, vinxitq; eum catenis, & adduxit in
8 Babylonem. ¶ Mẽse quinto, septima die
mensis, ipse est annus nonus decimus
regis Babylonis: venit Nabuzardan prĩ
ceps exercit⁹, seruus regis Babylonis, in
9 Ierusalem. ¶ ‖ Et succendit domum Do-
mini, & domum regis: & *domos Ieru-
salem: oẽmq; domum *combussit igni.
10 ¶ Et muros Ierusalem in circuitu destru
xit omnis exercitus Caldęorum qui erat
11 cum principe militum. ¶ Reliquã autẽ
C populi partem quæ remanserat in ciui
tate, & perfugas qui transfugerant ad
regem Babylonis, & reliquum vulgus
trãstulit Nabuzardan princeps militię.
12 ¶ ‖ Et de pauperibus terræ reliquit vinito
13 res & agricolas. ¶ Colũnas aũt ęreas, q̃
erant in templo Domini, & bases, & ma
re æreum quod erat in domo Domini,
confregerunt Chaldęi, & transtulerunt
14 æs omne in Babylonem. ¶ Ollas quoq;
ęreas, & trullas, & tridẽtes, & scypos, &
mortariola, & oĩa vasa ęrea, in qb⁹ mi-
15 nistrabãt, tulerunt. ¶ Necnõ & turibula,
D & phialas: quę aurea; aurea: & q̃ argen-
16 tea. argentea: tulit princeps militiæ: ¶ id
est, columnas duas, mare vnum, & ba-
ses quas fecerat Salomon in templo Do
mini: non erat pondus æris omnium
17 vasorũ. ¶ ‖ Decẽ & octo cubitos altitudi
nis habebat colũna vna: & capitellum
ęreũ sup̃ se altitudinis triũ cubitorũ: &
retiaculũ, & malogranata sup̃ capitellũ
colũnę, oĩa ęrea: similẽ & colũna secũ-
18 da habebat ornatũ. ¶ Tulit quoq; prin-
ceps militię Saraiã sacerdotẽ primũ, &
Sophoniã sacerdotẽ sc̃d̃m, & tres ianito-
19 res. ¶ Et de ciuitate eunuchũ vnũ q̃ erat
E p̃fectus sup̃ bellatores viros: & quinq;
viros de his q̃ steterãt corã rege, quos re
perit in ciuitate: & Sopher prĩcipẽ exer-
citus, q̃ probabat tyrones de pp̃lo terrę:
& *sex viros è vulgo, qui inuenti fuerãt
20 in ciuitate. ¶ Quos tollẽs Nabuzardan
princeps militũ, duxit ad regẽ Babylo-
21 nis in Reblátha. ¶ Percussitq; eos rex Ba
bylonis, & interfecit eos in Reblátha ĩ
terra Emath: & translatus est Iuda de
22 terra sua. ‖ Pp̃lo aũt q̃ relict⁹ erat ĩ terra
Iuda, quẽ dimiserat Nabuchodonosor
rex Babylonis, p̃fecit Godoliã filiũ Ahi-
23 cam filij Saphan. ¶ Qđ cũ audissent oẽs
F duces militũ, ipsi & viri q̃ erãt cũ eis, vi
delicet q̃ cõstituisset rex Babylonis Go
doliã: venerunt ad Godoliã in Maspha,
Ismahel filius Nathaniæ, Iohanan fili⁹
Carée & Saraia fili⁹ Thanehúmeth Ne-
tophathites, & Iezonias, filius Maacha-
24 thi, ipsi & socij eorũ. ¶ Iurauitq; Godo-
lias ipsis & socijs eorum, dicẽs: Nolite ti
mere seruire Chaldęis: manete in terra, et
seruite regi Babylonis, & bñ erit vobis.
25 ¶ Factũ est aũt in mẽse septimo, venit If
mahel fili⁹ Nathanaię filij Elisama de
semine regio, & decẽ viri cũ eo: p̃cusse-
rũtq; Godoliã q̃ & mortu⁹ est: sed & Iu
dęos & Chaldęos q̃ erãt cũ eo ĩ Maspha.
26 ¶ Cõsurgensq; oĩs pp̃ls à paruo vsque ad
magnũ, & principes militum venerũt
27 in Ægyptũ timentes Chaldæos. ¶ Factũ
G est verò in anno tricesimo septimo trãs-
migrationis Ioachin regis Iudæ, men-
se duodecimo, vicesima septima die
mensis: subleuauit Euilmerodach rex
Babylonis ãno quo regnare cęperat, ca-
put Ioachin regis Iuda de carcere. ¶ Et

‖ 3.Re.7. b.15.
Iere.52.c 21.
2.Par.3. d 15.

* sexaginta 2.

Iere.49. b 5. c.9.

locut⁹ est ei benignè, & posuit thronũ
ei⁹ sup thronũ regũ q erát cũ eo in Ba-
29bylone.ᵖ Et mutauit vestes ei⁹ quas ha-
buerat in carcere, & comedebat pané sé
per in cõspectu eius cunctis dieb⁹ vitæ
30suç.ᵖ Annonam quoq; cõstituit ei sine
intermissione, quç & dabatur ei à rege
p singulos dies omnib⁹ dieb⁹ vitç suæ.

LIBER PARALIPOMENON primus: Hebraicè Dibrehaiamin.

CAPVT PRIMVM.

1 ADAM, Seth, Enos, [Gen. 2. b 15. 2. 5 & 5. b. 10]
A ᵖCainan, Malaleel, Ia
2 red, ᵖHenoch, Mathu
3 sale, Lamech, ᵖ Noë,
4 Sem, Cham, & Ia- [Gen. 10. a. 2.]
5 pheth. ᵖ ‖ Filij Ia-
pheth: Gomer, & Ma
gog, & Madai & Ia-
6 uá, Thubal, Mosoca, Thiras.ᵖ Porrò filij
Gomer: Ascenez & Riphath & Thogor-
7 ma.ᵖ Filij aũt Iauan: Elisa & Tharsis Ce
8 thim & Dodanim. ᵖ Filij Cham: Chus
9 & Mesráim & Phut & Chanáan. ᵖ Filij
aũt Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Re
gma & Sabathaca. Porrò filij Regma: [Gen. 10 b. 8.]
10Saba & Dadã.ᵖ ‖ Chus aũt genuit Nem-
11rod iste cœpit esse potés in terra.ᵖ Mes-
ráim vero genuit Ludim & Anamin &
12Laabim & Nephtuim, ᵖ Petrussim quo-
B que & Casluim: de qb⁹ egressi sunt Phi
13listhijm & Caphtorim.ᵖ Chanáan vero
genuit Sidoné primogenitũ suum: He-
14thæum quoque ᵖ & Iebusçum & Amor
15rhçum & Gergesæum, ᵖ Heuæunque
16& Aracæum & Sinçum, ᵖ Aradium quo [Gen. 10 d. 22. 11 b. 10.]
17que & Samaræum & Hamathçũ.ᵖ ‖ Filij
Sé: Aelam & Assur & Arphaxad & Lud
& Aram. Hus & Hul & Gether, & Mo-
18soch.ᵖ Arphaxad auté genuit Sale, q &
19ipse genuit Heber.ᵖ Porrò Heber nati
sunt duo filij, nomen vni Phaleg, qa in
diebus eius diuisa est terra: & nomé fra
20tris eius Iectan, ᵖ Iectan aũt genuit El-
modad & Saleph & Asarmoth & Iare.
21ᵖ Adoram quoq; & Vzal & Decla.ᵖ He-
22bal etiã & Abimáel & Saba, nec non, &
23Ophir & Heuila & Iobab. oés isti filij Ie
24ctã.ᵖ Sem, Arphaxad, Sale, ᵖ Heber, Pha-
25leg, Ragau, ᵖ Serug, Nachor, Thare, [Gen. 11 d. 26.]
26ᵖ Abram, iste est Abrahã.ᵖ ‖ Filij auté A-
27braham. Isaac & Ismahel.ᵖ Et hç genera
28tiones corũ.‖ Primogenitus Ismahelis, [Gen. 25 b. 13.]
29Nabaioth & Cedar & Abbeel & Mabsã
30ᵖ & Masma & Duma, Massa, Hadad, &
31Thema, Iachur, Naphis, Cedma, hi sunt
32filij Ismahelis.ᵖ Filij auté Ceturç concu
C binç Abraham: quos genuit Zãran, Iec-
san, Madan, Madian, Iesboc & Sue, Por
rò filij Iecsan Saba, & Dadan, Filij aũt
Dadã: Assurim & Latussim & Laomim.
33ᵖ ‖ Filij autem Madian: Epha & Epher &
Henoch & Abida & Eldaa. oés hi filij
34Ceturæ, ᵖ ‖ Genuit autem Abrahã Isaac [Gen. 25 a. 1.]
35cuius fuerunt filij Esau & Israël.ᵖ ‖ Filij
Esau: Eliphaz, Rahuel, Iehus. Ihelom, et
36Core, ᵖ Filij Eliphas, Themam, Omar, So [Gen. 36 b. 11.]
phi. Gatham, Cenez, Thamna, Amalec.
37ᵖ Filij Rahuel: Nahath, Zara, Samma,
38Meza: ᵖ Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon,
39Aua, Dison, Eser, Disan.ᵖ Filij Lotan: Ho
ri, Homam. Soror auté Lotan fuit Thã-
40na, ᵖ Fili- Sobal: Alian, et Manáhath, et
Ebal, Sephi et Onam. Filij Sebeon: Aia,
41et Ana. Filij Ana: Dison. ᵖ Filij Dison:
Hamram, et Esebá et Iethran et Chará.
42ᵖ Filij Eser: Balaan et Zauan et Iacan. Fi
43lij Dison: Hus et Aran.ᵖ Isti sunt reges q
D imperauerunt in terra Edom antequã
esset rex sup filios Israël. Bale fili⁹ Beor
44et nomen ciuitatis eius, Denaba.ᵖ Mor
tuus est autem Bale, et regnauit pro eo
45Iobab filius Zare de Bosra.ᵖ Cumque et
Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo
46Husam de Terra-Themanorum.ᵖ Obijt
quoq, & Husam, & regnauit pro eo A-
dad filius Badad, q pcussit Madiá in ter
ra Moab & nomé ciuitatis eius Auith.
47ᵖ Cùmque & Adad fuisset mortuus, re-
48gnauit p eo Semla de Masreca.ᵖ Sed et
Semla mortuus est, & regnauit pro eo
Saul de Rohoboth. quç iuxta amné sita
49est. ᵖ Mortuo quoq; Saul, regnauit pro
50eo Balanan filius Achobor.ᵖ Sed & hic
mortuus est, & regnauit p eo Adad: cu
ius vrbis nomen fuit Phau, & appellata
est vxor eius Meetabel filia Matred fi-
51liç Mezaab.ᵖ Adad auté mortuo duces
p regib⁹ in Edõ esse cœperũt dux Thã
52na, dux Alua, dux Ietheth, ᵖ dux Oli-

3bama,dux Ela,dux Phinum, ? dux Ce-
4nez,dux Themam,dux Mabsar, ? dux
Magdiel,dux Hiram.hi duces Edom.

CAP. II.

FIlij autem Israël:‖Ruben,Simeõ,Le
ui,Iuda Issachar.& Zabûlon,?Dan,
Ioseph Ben-iamin,Nephtali,Gad & A-
ser.?‖Filij Iuda: Her, Onan,& Sela. hi
tres nati sunt ei de filia Sue Chananiti-
dis. Fuit aũt Her primogenitus Iuda,
malus coram Domino,& occidit eum.
?Thamar autem nurus eius peperit ei
Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda,
quinque.?Filij aũt Phares. Hesrõ & Ha
mul. ? Filij quoq; Zarę: Zamri & Ethã
& Emam.Chalchal quoque,& Darda,
simul quinque. ? Filij Charmi: Achar,
‖qui turbauit Israël, & peccauit in fur-
to anathematis. ? Filij Ethan Azarias.
Filij autem Hesron qui nati sunt ei:Iera
omeel & Rã & Calubi.?‖Porrò Ram ge-
nuit Aminadab,Aminadab autem ge-
nuit Nahasson principem filiorũ Iuda
1? Nahasson quoque genuit Salma, de
2quo o.tus est Booz. ? Booz verò genuit
3Obed,qui & ipse genuit Isai.?‖ Isai au-
tem genuit primogenitum Eliab,secũ-
dum ⸌Aminadab⸍, tertium Simmaa,
4?quartum Nathanael,quĩtum Raddai,
5?sextum Asom,septimum Dauid.?Quo
6rum sorores fuerunt Saruia & Abigáil.
C Filij Saruiæ:Abisai,Ioab & Asael, tres.
7?Abigáil autem genuit Amasa,cuius pa
8ter fuit Iether Ismahelites.?Caleb verò
filius Hesron accepit vxorem nomine
Azuba,de qua genuit Ierioth: fuerunt-
que filij eius Iaser & Sobab & Ardon,
19?Cùmque mortua fuisset Azuba,acce-
pit vxorem Caleb,Ephrath:quæ peperit
20ei Hur. ? Porrò Hur genuit Vri: & Vri
21genuit Bezeleel.? Post hęc ingressus est
Hesrõ ad filiã Machir patris Galaad, &
accepit eam cùm esset annorũ sexagin-
22ta,quæ peperit ei Segub. ? Sed & Segub
genuit Iair, & possedit viginti tres ciui-
23tates in Terra-Galaad. ? Cepitq; Gessur
& Aram oppida Iair,& Canath viculos
eius sexaginta ciuitatum: oẽs isti filij
24Machir patris Galaad. ? Cùm aũt mor-
tuus esset Hesron, ingressus est Caleb
ad Eprâtha. Habuit quoq; Hesron vxo-
rem Abia,quæ peperit ei Ashur patrem
25Thecuæ. ? Nati sunt aũt filij Ierameel
D primogeniti Hesron,Ram primogenit⁹
eius,& Buna & Arã,& Asom & Achia.
26?Duxit quoq; vxorem alteram Ierameel
nomine Atara, quę fuit mater Onam.
27?Sed & filij Ram primogeniti Ierameel
28fuerunt Moos,Iamin & Acar. ? Onam
autem habuit filios Semei & Iada. Filij
29aũt Semei: Nadab & Abisur. ? Nomen
verò vxoris Abisur, Abiliáil quæ pepe-
30rit ei Ahobban,& Molid. ? Filij autem
Nadab fuerũt Saled,& Apphaim.Mor
31tuus est autem Saled absque liberis.?Fi
lius verò Apphâim, Iesi: qui Iesi genuit
32Sesan.Porrò Sesan genuit Oholai.?Filij
E autem Iada fratris Semei: Iether & Io-
nathan.Sed & Iether mortuus est absq;
33liberis.? Porrò Ionathan genuit Phale-
34th & Ziza.Isti fuerũt filij Ierameel.?Se
san aũt nõ habuit filios,sed filias:& ser
35uum Ægyptium,nomine Ieraa.?Dedit
que ei filiam suam vxorem: quæ pepe-
36rit ei Ethei.?Ethei autem genuit Nathã
37& Nathan genuit Zabad,? Zabad quo-
38que genuit Ophlal, ? & Ophlal genuit
39Obed,?Obed genuit Iehu, Iehu genuit
Azariã,Azarias genuit Helles, & Helles
40genuit Elasa, ? Elasa genuit Sisamoi, Si
41samoi genuit Sellum,?Sellũ genuit Ica
42miã, Icamia aũt genuit Elisama.? Filia
aũt Caleb frĩs Ierameel: Mesa primoge
F nitus eius,ipse est pater Ziph:& filij Ma
43resa patris Hebron.Porrò filij Hebron,
44Core & Taphua,& Recem & Sãma,? Sã
ma autẽ genuit Raham patrem Iercaã,
45& Recem genuit Sammai.? Filius*Sam * autem
mai,Maon:& Mahon pater Beth-sur.
46? Epha autem concubina Caleb peperit
Haran & Mosa & Gezez.Porrò Harã ge
47nuit Gezez.?Filij aũt Iahaddai,Regom
& Ioathan & Gesan & Phalet & Epha
48& Saaph.?Cõcubina Caleb Maacha,pe
49perit Saber & Tharana,? Genuit autem
Saaph p̃r Madmena,Sue p̃rem Machbe
na,& p̃rem Gabaa.Filia verò Caleb,fuit
50Achsa.?Hi erãt filij Caleb, filij Hur pri-
mogeniti Ephrâtha, Sobal p̃r Cariath-
51iarim.Salma pr Beth-lêhem,Hariph p̃r
52Beth-gader.? Fuerũt aũt filij Sobal p̃ris
Cariath-iarim, Qui videbat dimidium
53Requietionũ.?Et de cognatione Caria-
th-iarim,Iethrei,et Aphuthei,et Sema-
thei,et Maserei.Ex his egressi sũt Sarai-
54tæ et Esthaholitæ.?Filij Salma: Beth-lê
hem, et Netophathi, Coronæ domus
Ioab,et dimidium-Requietionis Sarai.
55?Cognationes quoque scribarum habi-
tantium in Iabes, Canentes atque Re-

sonantes

ſonantes, et in tabernaculis commo-
rantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt
de Calore patris Domus Rechab.

C A P. III.

1 DAuid verò hos habuit filios, qui ei
A nati ſunt in Hebron: primogenitũ
Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: ſe
cundum Daniel de Abigáil Carmeliti-
2 de, tertiũ Abſalom filiũ Maacha filiæ
Tholmai regis Geſſur, quartũ Adoniam
3 filiũ Aggith, ¶ quintũ Saphatiam ex Abi
taíl, ſextũ Iethraham de Egla vxore ſua.
4 ¶ Sex ergo nati ſunt ei in Hebrõ, vbi re-
gnauit ſeptẽ annis & ſex mẽſibꝰ. Trigin
ta aũt & tribꝰ annis regnauit in Ierſem.
5 ¶ ‖ Porrò in Ierl'm nati ſunt ei filij Sim
B maa & Sobab, & Nathã, & Salomõ, qua
6 tuor de *Bethſabee filia Ammiel, ¶ Ie-
7 baar quoq; & Eliſama ¶ & Eliphalet &
8 Noge & Nepheg & Iaphia, ¶ necnõ Eliſa
9 ma & Eliada & Eliphélet, nouem: ¶ oẽs
hi, filij Dauid, abſq; filijs cõcubinarũ:
10 habuerũtq; ſororẽ Thamar. ¶ Filiꝰ autẽ
Salomonis, Roboá: cuius Abia filiꝰ, ge-
nuit Aſa. De hocquoq; natꝰ eſt Ioſaphat
11 ¶ pr̃ Iorá, q Iorá genuit Ochoziá, ex quo
12 ortꝰ eſt Ioas: ¶ & huiꝰ Amaſias filius, ge
nuit Azariá. Porrò Azariç filiꝰ Ioatham
13 ¶ pcreauit Achaz prẽm Ezechię, de quo
14 natꝰ eſt Manaſſes. ¶ Sed & Manaſſes ge-
C nuit Amon prẽm Ioſię. ¶ Filij aũt Ioſię
15 fuerũt, primogenitꝰ Iohanan, ſecundus
Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellú.
16 ¶ ‖ De Ioacim natus eſt Iechonias, & Se-
17 decias. ¶ Filij Iechonię fuerũt: Aſir, Sala-
18 thiel, ¶ Melchiram, Phadaia, Séneſer, &
19 Iecemia, Sama, & Nadabia. ¶ De Phada
ia orti ſunt Zorobabel, & Semei, Zoro-
babel genuit Moſollam, Hannaniam.
20 & Salomith ſororẽ eorũ: ¶ Haſabam quo
D que & Ohol & Barachiá, & Haſadiam,
21 Ioſabhéſed, quinq;. Filius autem Hanna
niæ Phaltias pater Ieſeię, cuius filius
Raphaia: huius quoq; filius, Arnan, de
quo natꝰ eſt Obdia, cuius filius fuit Se-
22 chenias. ¶ Filius Sechenię, Semeia, cuius
filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria
23 & Saphat, ~ & Seſa, ſex numero. ¶ Filius
Naariæ, Elioenai & Ezechias & Ezricã
24 tres. ¶ Filius Elioenái, Oduia & Eliaſub
& Pheleia & Accub, & Iohanan & Da-
laia & Anani ſeptem.

C A P. IIII.

1 FIlij Iuda: ‖ Phares, Hesron & Charmi
A & Hur & Sobal. ¶ Raia verò filius So-
2 bal genuit Iahath, de quo nati ſunt A-
humai & Laad, hę cognationes Sarathi.
3 Iſta quoq; ſtirps Etham: Iezrahel & Ie-
ſema & Iedebos. Nomen quoq; ſororis
4 eorũ, Aſalelphuni. ¶ Phanuel aũt pater
Gedor, & Ezer pater Hoſa, iſti ſunt filij
Hur primogeniti Ephrata pr̃s Beth-lé-
5 hem. ¶ Aſſur verò patri Thecuę erãt duę
6 vxores, Halaa & Naara. ¶ Peperit aũt ei
Naara, Oozam & Hepher, & Themani
7 & Abaſthari, iſti ſunt filij Naara. ¶ Por-
rò filij Haala: Séreth, & Sahar & Ethnã.
8 Cos aũt genuit Anob & Soboba, & co-
B gnationẽ Aharchel filij Arum. ¶ Fuit aũ
9 tẽ Iabes inclytus p̃ fratribus ſuis, & mr̃
eius vocauit nomẽ illius Iabes, dicens,
10 Quia peperi eum in dolore. ¶ Inuocauit
verò Iabes Deũ Iſrl', dicẽs. Si benedicens
benedixeris mihi, & dilataueris termi-
nos meos, & fuerit manus tua mecũ &
feceris me à malitia nõ opprimi. Et p̃ſti
11 tit Deus quę precatus eſt. ¶ Caleb autem
frater Sua, genuit Mahir, qui fuit pater
12 Eſthõ. ¶ Porrò Eſthõ genuit Beth-rapha,
& Pheſſe & Tehinna patrẽ vrbis Naas,
13 hi ſunt viri Recha. ¶ Filij aũt Cenez: O-
C thoniel & Saraia. Porrò filij Othoniel,
14 Hathat & Mahonathi. ¶ Mahonathi ge-
nuit Ophra. Saraia aũt genuit Ioab pa-
trẽ Vallis artificum: ibi quippe artifices
15 erãt. ¶ Filij verò Caleb filij Iephone, Hir
& Ela & Nahan. Filij quoq; Ela, Cenez.
16 Filij quoq; Ialeleel: Ziph & Zipha, Thi-
17 ria & Aſrael. ¶ Et filij Ezra: Iether & Me
red & Epher & Ialon, genuitq; Mariam
18 & Sámái & Ieſba patrẽ Eſthamo. ¶ Vxor
quoq; eiꝰ Iudaia, peperit Iared prẽm Ge
dor, & Heber patrẽ Socho, & Icuthiel pa
trẽ Zanoe. hi aũt filij Bethiæ filiæ Pha-
19 raonis, quá accepit Mered. ¶ Et filij vxo
D ris Odaiæ ſororis Naham patris Ceila,
Garmi, & Eſthamo qui fuit de Macha-
20 thi. ¶ Filij quoque Simõ: Ammõ & Rína
filius Hanan, & Thilõ. Et filij Ieſi: Zohe-
21 th & Benzoheth. ¶ ‖ Filij Sela, filij Iudæ:
Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa
& cognationes domus operantium byſ
22 ſum in Domo-iuramẽti. ¶ Et: Qui ſtare
fecit ſolẽ, viriq; Mendacij, & Securus et
Incendens, qui principes fuerũt in Mo-
ab, & q reuerſi ſunt in Lahem. hæc aũt
23 verba vetera. ¶ Hi ſunt figuli habitantes
in Plãtationibꝰ & in Sepibꝰ, apud regẽ
24 in opibus eiꝰ, cõmoratiq; ſunt ibi. ¶ ‖ Fi-
E lij Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Za

2 Re. 3. a. 2.
‖ 2 Re. 5. c. 14.
* Beth-ſua 1.
‖ Mat. 1. b. 11.
~ 7.
‖ Sup. 2. a 4.
Gen. 38. g
‖ 29 & 46 b. 12.
‖ Gen. 38 a. 3.
Gen. 46. b. 10.

25 ra,Saul,¶Sellū filius eiꝰ, Mabsam filius
26 eiꝰ,Masma filius eiꝰ.¶Filij Masma:Ha-
muel filius eiꝰ, Zachur filius eiꝰ,Semei
27 filius eiꝰ. ¶ Filij Semei sedecim, & filiæ
sex: frēs autē eius non habuerunt filios
multos,& vniuersa cognatio nō potuit
28 adæquare summā filiorū Iuda.¶Habita
uerūt autē ī Bersabee & Molada & Ha
29 sar-suhal,¶ & in Bala,& in Asom,& in
30 Tholad,¶& ī Bathuel,& ī Horma,& in
31 Siceleg,¶& ī Beth-marchaboth,& ī Ha
sar-susim,& ī Beth-berai,& in Saarim.
hæ ciuitates eorū vsque ad regē Dauid.
32 ¶Villę quoq; eorū:Etā & Aen,Rēmon,
33 & Thochē & Asan, ciuitates q̄nq;. ¶ Et
F vniuersi viculi eorū ꝑ circuitū ciuitatū
istarū vsq; ad Baal,hęc est habitatio eo
34 rū,& sediū distributio. ¶Molobab quo
que & Iemelech , & Iosa filiꝰ Amasiæ.
35 ¶& Ioel,& Iehu filiꝰ Iosabię filij Saraię
36 filiæ Asiel, ¶& Elioenai & Iacoba,& Isu
bia et Asaia et Adiel & Ismiel,et Bana-
37 ia.¶Ziza quoq; filiꝰSephei filij Allon fi
38 lij Idaia filij Sēri filij Samaia:¶Isti sunt
noīati principes ī cognationibꝰ suis,& ī
domo affinitatū suarū multiplicati sūt
39 vehemēter, ¶Et ꝓfecti sūt vt īgrederent̄
in Gador vsq; ad orientē vallis, & vt q̄-
40 rerēt pascua gregibꝰ suis. ¶Inuenerūtq;
G pascuas huberes & valde bonas,& terrā
latissimā & quietā & fertilē, ī qua antè
41 habitauerāt de stirpe Chā. ¶Hi ergo ve-
nerūt quos suprà descripsimꝰ noīatim,
ī diebꝰ Ezechię regis Iuda: et ꝑcusserūt
tabernacula eorū , & habitatores q̄ in-
uēti fuerāt ibi , & deleuerūt eos vsq; in
præsentē diē:habitaueruntq; ꝓ eis,q̄m
huberrimas pascuas ibidē repererunt.
42 ¶De filijs quoq; Simeō abierūt ī montē
Seir viri q̄ngēti, habētes principes Phal
tiā & Naariā & Raphaiā & Oziel filios
43 Iesi, ¶ & ꝑcusserunt reliquias quæ eua-
dere potuerāt Amalecitarum,& habita
uerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

CAP. V.

1 Filij quoque Ruben primogeniti Isrl̄
A (Ipse q̄ppe fuit primogenitus eius,
sed cū violasset thorū patris sui,data sūt
primogenita eiꝰ filijs Ioseph filij Israël,
& nō est ille reputatus ī primogenitū.
2 ¶Porrò Iudas q̄ erat fortissimꝰ inter fra
tres suos,de stirpe eius principes germi
nati sunt:primogenita aūt reputata sūt
3 Ioseph)¶ Filij ergo Ruben primogeniti
Israël:Enoch & Phallu, Esron & Char-
4 mi.¶Filij Ioel:Samia filius eius, Gog fi-
5 lius eius,Semei filius eiꝰ, ¶Micha filius
6 eiꝰ,Reia filius eiꝰ,Baal filius eius.¶Bee-
ra filius eius, quē captiuum duxit Thel
gathphalnasar rex Assyriorū,& fuit pri-
7 ceps in tribu Ruben.¶Fratres aūt eius &
vniuersa cognatio eius quādo numera-
bant̄ per familias suas,habuerūt princi
8 pes Iehiel,& Zachariā. ¶ Porrò Bala fi-
lius Azaz,filij Sāma,filij Ioel,ipse habi
tauit ī Aroer vsq; ad Nebo & Beelmeō.
9 ¶Cōtra orientalē quoq; plagā habitauit
B vsque ad introitū erēmi & flumen Eu-
phrāten.Multū quippe iumentorū nu-
10 merū possidebāt in Terra-Galaad. ¶ In
diebꝰ aūt Saul pręliati sunt cōtra Aga-
renos:& interfecerūt illos,habitauerūt
q̄ue ꝓ eis in tabernaculis eorū,in omni
11 plaga q̄ respicit ad orientē Galaad. ¶ Fi-
lij verò Gad è regione eorū habitauerūt
12 in Terra-Basan vsq; Selcha: ¶Ioel in ca
pite,& Sapham secundus: Ianai autē &
13 Saphat in Basan. ¶Fratres verò eorū se-
cundū domos cognationū suarū , Mi-
chael & Mosollā & Sebe & Iorai & Ia-
14 chan & Zie & Heber,septē.¶Hi filij Abi
hāil,filij Huri,filij Iara,filij Galaad, fi-
lij Michael, filij Iesesi,¶filij Ieddo, filij
15 Buz:¶Frēs quoq; filij Abdiel,filij Guni,
16 princeps domus in familijs suis. ¶Et ha
bitauerūt in Galaad & ī Basan & in vi
culis eius,& in cūctis suburbanis Sarō,
17 vsq; ad terminos.¶ Oēs hi,numerati sūt
C in diebꝰ Ioatham regis Iuda, & in die-
18 bus Ieroboā regis Isrl̄. ¶ Filij Ruben &
Gad & dimidię tribꝰManasse,viri bella
tores,scuta portātes,& gladios , & ten-
dentes arcū,eruditiq; ad pręlia,quadra
gintaquatuor millia,& septingēti sexa-
19 ginta ꝓcedentes ad pugnā, ¶Dimicaue-
runt cōtra Agarenos:Iturę; verò,& Na
20 phis,& Nodab ¶ p̄buerunt eis auxiliū.
Traditiq; sunt in manus eorū Agareni,
& vniuersi qui fuerant cū eis,quia Deū
inuocauerūt cùm præliarent̄:& exau-
21 diuit eos,eo q̄ credidissent in eū. ¶ Ce-
peruntq; oīa quę possederant,camelo-
rū q̄nquaginta millia, & ouiū ducenta
q̄nquaginta millia, & asinos duo mil-
lia , & animas hominum centum mil-
22 lia. ¶Vulnerati autē multi corruerunt.
fuit enim bellū Dn̄i. Habitaueruntque
23 pro eis vsq; ad transmigrationem. ¶Fi-
D lij quoq; dimidiæ tribꝰ Manasse posse-
derunt terrā à finibus Basan vsq; Baal,

Hermon & Sanir, & mõtem Hermon.
24 ingens quippe numerus erat. ¶Et hi fue
runt principes domus cognationis eo-
rũ, Epher, & Iesi, & Eliel, & Exriel, & Ie
remia, & Odoia, & Iediel viri fortissimi
& potentes, & noīati duces in familijs
25 suis: ¶ Reliquerunt aũt Deũ patrũ suo-
rum, & fornicati sunt post deos popu-
lorũ terrę, quos abstulit Deus corã eis.
26 ¶& suscitauit Deus Israël spũm Phul re
gis Assyriorũ, & spiritũ Thelgath-phal-
nasar regis Assur: & trãstulit Ruben &
Gad & dimidiã tribum Manassę, & ad-
duxit eos ĩ Lahela, & in Habor, & Ara,
& fluuium Gozan, vsq; ad diem hanc.

CAP. VI.

1 FIlij Leui: Gerson, Caath, & Merari, [Ge. 46. b.21. Iuf.13.b.8. Exo.6.c.17. Iof. 21. b.10.]
A ¶Filij Caath: Amrã, Isaar, Hebron, &
2 Oziel. ¶Filij Amram: Aaron, Moyses &
3 Maria. ¶Filii Aarõ: Nadab & Abiu, Elea
4 zar, & Ithamar. ¶Eleazar genuit Phine-
5 es, & Phinees genuit Abisũe, ¶ Abisũe
verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi,
6 ¶Ozi genuit zaraiam, & zaraias genuit
7 Meraioth, ¶ Porrò Meraioth gennit A-
8 mariã, & Amarias genuit Achitob, ¶ A-
chitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit
9 Achimaas, ¶ Achimaas genuit Azariã,
10 Azarias genuit Iohanan, ¶Iohanan ge-
nuit Azariã. ipse est q sacerdotio functꝰ
est in domo, quã ędificauit Salomon in
11 Ierusalẽ. ¶Genuit aũt Azarias Amariã,
12 & Amarias genuit Achitob, ¶ Achitob
13 genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellũ, ¶Sel
lũ genuit Helciã, & Helcias genuit Aza-
14 riã, ¶ Azarias genuit Saraiã, & Saraias ge
15 nuit Iosedec. ¶ Porrò Iosedec egressus est,
B quãdo trãstulit Dñs Iudã et Ierl̃m p ma
16 nus Nabuchodonosor, ¶Filij ergo Leui:
17 Gerson, Caath, & Merari. ¶Et hæc noīa [Exod.1. c.17.]
18 filiorũ Gerson: Lobni, & Semei: ¶ filii
Caath: Amrã & Isaar, & Hebron, & O-
19 ziel. ¶Filii Merari: Moholi & Musi. Hæ
aũt cognationes Leui secundũ familias
20 eorũ. ¶Gerson, Lobni, filius eiꝰ, Iahath
21 filius eius, Zãma filius eius, ¶Ioab filius
eiꝰ, Addo filius eius, zara filius eiꝰ, Ie-
22 thrãi filius eiꝰ. ¶Filii Caath, Aminadab
filius eiꝰ, Core filius eius, Asir filius eiꝰ,
23 ¶Elcana filius eiꝰ, Abiasaph filius eius,
24 Asir filius eius, ¶Thahat filius eiꝰ, Vriel
filius eiꝰ, Ozias filius eiꝰ, Saul filius eiꝰ.
25 ¶Filii Elcana: Amasai, & Achimoth, ¶&
26 Elcana, Filii Elcana, Sophai filius eius,
27 Nahath filius eius, ¶Eliab filius eius, Ie-
C roham filius eius, Elcana filius eiꝰ. ¶Fi-
28 lii Samuel: primogenitus Vasseni, &
29 Abia, ¶ Filij aũt Merari, Moholi: Lobni
filius eius, Semei filius eius, Oza filius
30 eius, ¶Sãmaa filius eiꝰ, Haggia filius eiꝰ,
31 Asaia filius eiꝰ. ¶Isti sunt quos cõstituit
Dauid sup cãtores domus Dñi, ex quo
32 collocata est arca: ¶ & ministrabãt corã
tabernaculo testimonii, canẽtes donec
ędificaret Salomõ domũ Dñi in Ierl̃m:
stabãt aũt iuxta ordinẽ suũ in ministe-
33 rio. ¶Hi verò sunt q assistebant cũ filiis
suis, de filiis Caath, Heman cãtor filius
34 Ioel, filii Samuel. ¶filii Elcana, filii Ie-
35 rohã, filii Eliel, filii Thohu, ¶filij Suph,
filii Elcana, filii Mahath, filii Amasai,
36 ¶filii Elcana, filii Iohel, filiæ Azarię, fi-
37 lii Sophonię, ¶ filie Thahath, filii Asir,
38 filii Abiasaph, filii Core. ¶filii Isaar, filii
39 Caath, filii Leui, filii Isrl̃, ¶Et frater eius
Asaph, q stabat à dextris eiꝰ, Asaph filiꝰ
40 Barachiæ, filii Samaa, ¶filii Michael, fi-
41 lii Basaiæ, filii Melchiæ, ¶filii Athanai,
42 filii Zara, filii Adaia, ¶ filii Ethan, filii
43 Zãma, filii Semei, ¶filii Ieth, filii Gerson,
44 filii Leui. ¶ Filii aũt Merari frẽs eorũ, ad
45 sinistrã, Ethan filius Cusi, fili Abdi, filii
46 Maloch, ¶filii Hasabiæ, filii Amasiæ, fi-
47 lii Helciæ, ¶Filii Amasai, filii Boni, filii
D Somer, ¶filii Moholi, filii Musi, filii Me
48 rari, filii Leui. Frẽs quoq; eorũ Leuitę q
ordinati sunt in cunctũ ministeriũ ta-
49 bernaculi domus Dñi. ¶Aaron verò &
filii eius adolebãt incensum sup altare
holocausti, & sup altare thimiamatis,
in oē opus, Sancti sanctorũ: & vt preca-
renť p Israël iuxta oīa quæ præceperat
50 Moises seruus Dei, ¶Hi sunt aũt filii Aa-
ron: Eleazar filius eiꝰ, Phinees filꝰ eiꝰ,
51 Abisũe filius eiꝰ, ¶Bocci filꝰ eius, Ozi fi
52 lius eiꝰ, Zarahia filius eiꝰ, ¶Meraioth fi-
lius eiꝰ, Amarias filꝰ eiꝰ, Achitob filꝰ
53 eius. ¶Sadoc filius eiꝰ, Achimaas filꝰ eiꝰ.
54 ¶Et hęc habitacula eorũ p vicos atq; cõ
finia, filiorũ, scilicet Aarõ iuxta cogna-
tiones Caathitharũ: ipsis enī sorte cõti-
55 gerãt. ¶Dederũt igiť eis Hebron in terra
E Iuda, et suburbana eiꝰ p circuitũ: ¶agros [Iof.21. b.10.]
56 aũt ciuitatis, & villas, Caleb filio Iepho
57 ne. ¶ Porrò filiis Aarõ dederũt ciuitates
ad cõfugiendũ, Hebrõ & Lobna, & sub
58 urbana eius. ¶Iether quoq; & Esthemõ
cũ suburbanis suis, sed & Helon & Da-
59 bir cũ suburbanis suis. ¶Asan quoq; &
60 Bethsemes & suburbana earũ. ¶ De tri-

bu autẽ Ben-iamin : Gàbee & ſuburba-
na eius, & Almath cũ ſuburbanis ſuis.
Anathoth quoq; cum ſuburbanis ſuis.
Omnes ciuitates tredecim, ꝑ cognatio-
61 nes ſuas. ¶Filijs autẽ Caath reſiduis de
cognatione ſua dederũt ex dimidia tri-
bu Manaſſe in poſſeſſionẽ vrbes decẽ.
62 ¶Porrò filijs Gerſon ꝑ cognationes ſuas
de tribu Iſſachar,& de tribu Aſer, & de
tribu Nephthali,& de tribu Manaſſe in
63 Baſan, vrbes tredecim. ¶Filijs autẽ Me-
F rari ꝑ cognationes ſuas de tribu Ruben
& de tribu Gad,& de tribu Zabûlõ, de-
64 derũt ſorte ciuitates duodecim. ¶Dede
runt quoq; filij Iſrl̃ Leuitis ciuitates,&
65 ſuburbana earũ: ¶dederuntq́; ꝑ ſortem
ex tribu filiorũ Iuda,& ex tribu filiorũ
Simeon,& ex tribu filiorũ Ben-iamin,
vrbes has quas vocauerunt nominibus
66 ſuis, ¶& his qui erant de cognatione fi-
liorũ Caath, fueruntq; ciuitates in ter-
67 minis eorũ de tribu Ephràim. ¶ Dede-
runt ergo eis vrbes ad confugiendũ, Si-
chem cum ſuburbanis ſuis in mõte E-
phràim : & Gazer cũ ſuburbanis ſuis.
68 ¶Iecmaan quoq; cũ ſuburbanis ſuis, &
69 Beth-horon ſiſr, ¶nec nõ & Helon cum
ſuburbanis ſuis,& Geth-rémon in eun-
70 dem modum. ¶Porrò ex dimidia tribu
Manaſſe, Aner & ſuburbana ei9: Balaá
& ſuburbana ei9: his videlicet q de co-
71 gnatione filiorũ Caath reliqui erãt. ¶Fi-
lijs aũt Gerſon de cognatione dimidiæ
tribus Manaſſe. Gaulon ĩ Baſan & ſub-
urbana ei9, & Aſtaroht cũ ſuburbanis
72 ſuis. ¶De tribu Iſſachar, Cedes & ſubur
G bana eius,& Dabereth cum ſuburbanis
73 ſuis, ¶Ramoth quoq; & ſuburbana ei9,
74 & Anem cũ ſuburbanis ſuis. ¶ De tribu
verò Aſer Maſal cũ ſuburbanis ſuis, &
75 Abdon ſiſr. ¶Aſach quoq; & ſuburba-
na eius, & Rohob cũ ſuburbanis ſuis.
76 ¶Porrò de tribu Nephthali, Cedes ĩ Ga-
lilęa & ſuburbana ei9, Hamon cũ ſub-
urbanis ſuis,& Cariathàim,& ſuburba
77 na eius. ¶Filius aũt Merari reſiduis de
tribu Zabûlon, Rémono & ſuburbana
78 ei9, & Thabor cũ ſuburbanis ſuis. ¶trãs
Iordanẽ quoq; ex aduerſo Iericho cõtra
orientẽ Iordanis, de tribu Rubẽ, Boſor ĩ
ſolitudine cũ ſuburbanis ſuis, & Iaſſa
79 cũ ſuburbanis ſuis, ¶Cademoth quoq;&
ſuburbana ei9, & Mephàat cũ ſuburba-
80 nis ſuis. ¶ Nec nõ & d tribu Gad, Ramoth
ĩ Galaad & ſuburbana ei9, & Manàim cũ
81 ſuburbanis ſuis. ¶ſed & Heſebõ cũ ſub-
urbanis ſuis,& Iezer cũ ſuburbanis ſuis

CAP. VII.

1 PORrò filij Iſſachar : Thola,& Phua,
A Iaſub & Simerõ, quatuor. ¶Filij Tho
2 la: Ozi & Raphaia,& Ieriel,& Iemái,&
Iebſem,& Samuel, principes ꝑ domos
cognationũ ſuarũ. De ſtirpe Thola viri
fortiſſimi numerati ſũt in dieb9 Dauid:
3 viginti duo millia ſexcẽti. ¶Filii Ozi: Iz
rahia, de quo nati ſũt Michael,& Oba-
dia,& Ioel, & Ieſia, quinq; oẽs princi-
4 pes. ¶Cumq́ue eis per familias, & pp̃los
ſuos, accincti ad prælũ, viri fortiſſimi,
triginta ſexmillia: multas enim habue
5 rũt vxores & filios. ¶Frẽs quoq; eorũ per
oẽm cognationem Iſſachar, robuſtiſſi-
B mi ad pugnandũ, octoginta ſeptẽ mil-
6 lia numerati ſunt. ¶ Filij Ben-iamin | Ge 46. c. 21.
7 Bela,& Bechor,& Iadihel, tres. ¶Filij Be
la: Eſbon & Ozi & Oziel & Ierimoth &
Vrai, quinq; principes familiarũ, & ad
pugnandũ robuſtiſſimi: numerus autẽ
eorũ, viginti duo millia & trigintaqua
8 tuor. ¶Porrò filij Bechor: Zamira,& Io-
as,& Eliezer,& Elioenai,& Amri,& Ię
rimoth, & Abia, & Anathoth, & Al-
9 math. oẽs hi filij Bechor. ¶ Numerati
C ſũt aũt ꝑ familias ſuas principes cogna
tionũ ſuarũ ab bella fortiſſimi, viginti
10 millia,& ducẽti. ¶Porrò filij Iadihel Ba
lan. Filij aũt Balan: Iehus,& Bẽ-iamin,
& Aod,& Chanaana,& Zethã,& Thar-
11 ſis, Ahiſahar. ¶oẽs hi filij Iadihel, prin-
cipes cognationum ſuarũ, viri fortiſſi-
reū, & brachiola duo altrinsecus, & duos
19 leones stantes iuxta brachiola: sed &
alios duodecim leūculos stātes sup sex
gradus ex vtraq; parte. nō fuit tale soliū
20 in vniuersis regnis. Oia quoq; vasa cō-
uiuij regis erāt aurea & vasa domus sal
tus Libani ex auro purissimo. Argentū
enī in diebꝰ illis p nihilo reputabatur.
21 Siqdé naues regis ibāt in Tharsis cum
seruis Hirā, semel in annis tribꝰ: & de-
ferebāt inde aurū & argétū, & ebur, &
22 simias & pauos. Magnificatus est igit
Salomon super omnes reges terrę p diui
23 tijs & gloria. Oésq; reges terrarū desi-
F derabāt videre facié Salomonis, vt audi
rét sapiétiā quā dederat Deꝰ ī corde eiꝰ.
24 Et deferebāt ei munera, vasa argentea &
aurea, & vestes & arma, & aromata, e-
25 quos & mulos, p singulos annos. Ha-
buit quoq; Salomō quadraginta millia
equorū in stabulis: & curruū, equitūq;
duodecim millia: cōstituitq; eos in vr-
bibꝰ quadrigarū, & vbi erat rex in Ieru-
26 salé. Exercuit ét potestaté sup cūctos re-
G ges à flumine Euphrate vsq; ad terram
Philisthinorū, & vsq; ad terminos Æ-
27 gypti. Tantamq; copiā pbuit argéti in
Ierusalé quasi lapidum: & cedrorū tan
tā multitudiné velut sycomororū q̄ gi-
28 gnunt in cápestribꝰ. Adducebant aūt ei
equi de Ægypto, cunctisq; regionibus.
29 Reliqua aūt opa Salomonis priorū &
nouissimorū scripta sunt in verbis Na-
than prophetę, & in libris Ahię Siloni-
tis, in visione quoq; Addo videntis, cō-
30 tra Ieroboam filium Nabat. Regnauit
autem Salomō in Ierusalem super om-
31 nem Israël quadraginta annis. Dormi
uitque cum patribus suis: & sepelierūt
eum in Ciuitate Dauid: regnauitq; Ro
boam filius eius pro eo.

CAP. X.

1 PRofectus est autem Roboam in Si- 3.Re.12. a.1.
A chem: illuc enim cunctus Israël cō
uenerat, vt constituerent eum regem.
2 Qd cū audisset Ieroboā filiꝰ Nabat, qui
erat in Ægypto (fugerat qppe illuc ante
3 Salomoné) statim reuersus est. Vocaue
runtq; eū, & venit cū vniuerso Isrl. & lo
4 cuti sūt ad Roboā, dicétes, Pr tuꝰ duris
simo iugo nos pressit. tu leuiora impera
pře tuo, q nobis imposuit graué seruitu
tem, & paululū de onere subleua vt ser
5 uiamꝰ tibi. Qui ait, post tres dies reuer
6 timini ad me. Cūq; abijsset ppls, inijt
cōsiliū cū senibus qui steterant coram
patre eius Salomone, dum adhuc viue-
ret, dicés, Quid datis cōsilij, vt rńdeam
7 populo? Qui dixerunt ei, Si placueris
B populo huic, & linieris eos verbis cle-
8 méubꝰ, seruiét tibi oī tpe. At ille reli-
quit consilium senum, & cum iuueni-
bus tractare cœpit, qui cum eo nutriti
9 fuerant, & erāt in comitatu illius. Di-
xitque ad eos, Quid vobis videtur? vel
respondere quid debeo populo huic,
qui dixit mihi, subleua iugū quod im-

posuit

10 poſuit nobis pater tuus?¶ At illi reſpon-
derũt- vt iuuenes et nutriti cum eo in
deliciis,atq; dixerũt, Sic loquêris pplo
q dixit tibi, Pater tu⁹ aggrauauit iugũ
G nrm,tu ſubleua:et ſic reſpõdebis ei, Mi
nimus digit⁹ me⁹ groſſior eſt lũbis pris
11 mei.¶Pr me⁹ impoſuit vobis graue iu-
gũ,et ego maius pondus apponã : pater
meus cęcîdit vos flagellis, ego verò cę-
12 dã vos ſcorpionib⁹.¶Venit ergo Ierobo-
am. et vniuerſus ppls ad Roboã die ter-
13 tio ſicut pceperat eis.¶Rñditq; rex dura
14 derelicto cõſilio ſeniorũ,¶locutusq eſt
iuxta iuuenũ voluntatẽ, Pr me⁹ graue
vobis impoſuit iugũ:quod ego grauius
faciã:pr me⁹ cecî dit vos flagellis:ego ve
15 rò cędã vos ſcorpionib⁹.¶ Et nõ acquie-
uit ppli pcibus:erat enĩ voluntatis Dei,
vt cõpleret ſermo ei⁹,‖quẽ locutus fue-
rat p manũ Ahiæ Silonitis ad Ieroboã
16 filium Nabat.¶ Populus autem vniuer-
D ſus rege duriora dicente, ſic locutus eſt
ad eũ, Non eſt nobis pars in Dauid, ne-
qúe hrditas in filio Iſai. Reuertere in ta
bernacula tua Iſrl, tu aũt paſce domũ
tuam Dauid. Et abiit Iſraël in taberna-
17 cula ſua.¶ Super filios aũt Iſraël,qui ha
bitabant in ciuitatibus Iuda , regnauit
18 Roboam.¶Miſitq; rex Roboã Aduram,
qui præerat tributis,et lapidauerunt eũ
filii Iſraël,et mortuus eſt:porrò rex Ro-
boam currum feſtinauit aſcẽdere, et ſu
19 git in Ieruſalem.¶ Receſſitq; Iſraël à do
mo Dauid vſque ad diem hanc.

CAP. XI.

1 VEnit autẽ Roboam in Ieruſalem,et
A conuocauit vniuerſam domũ Iuda
et Ben-iamin,centum octoginta millia
electorũ atq; bellantium, vt dimicaret
contra Iſraël,et converteret ad ſe regnũ
2 ſuum. ¶ Factusq; eſt ſermo Domini ad
3 Semeiam hominem Dei,dicẽs,¶Loque-
re ad Roboam filium Salomonis regẽ
Iuda,et ad vniuerſum Iſraël q eſt in Iu
4 da et Ben-iamin , Hæc dicit Dñs : Non
aſcendetis,neque pugnabitis contra fra
tres veſtros: - reuertatur vnuſquiſque in
domum ſuam, quia mea hoc geſtũ eſt
B volũtate. Qui cùm audiſſent ſermonẽ
Domini, reuerſi ſunt,nec pertexerũt cõ
5 tra Ieroboam. ¶ Habitauit aũt Roboam
in Ieruſalẽ, et ædificauit ciuitates mu-
6 ratas in Iuda.¶Extruxitq; Beth-léhem ,
7 et Etam,et Thecue,¶ Beth-ſur quoq; , et
8 Socho,et Odollam,¶necnon et Geth, et
9 Mareſa,et Ziph:¶ſed et Aduram, et La-
10 chis,et Azeca.¶Saraa quoq; , et Aialon ,
et Hebron,quæ erant in Iuda et Ben-ia-
11 min,ciuitates munitiſſimas.¶ Cùmque
clauſiſſet eas muris,poſuit in eis princi
pes,ciborumque horrea,hoc eſt, olei,et
12 vini.¶ Sed et in ſingulis vrbib⁹ fecit ar-
mamentaria ſcutorũ et haſtarum : fir-
mauitq; eas ſumma diligentia,et impe
13 rauit ſuper Iudam et Ben-iamin.¶Sacer
C dotes autem et Leuitæ qui erant in vni
uerſo Iſraël,venerunt ad eum de cũctis
14 ſedibus ſuis,¶Relinquentes ſuburbana
et poſſeſſiones ſuas,et tranſeuntes ad Iu
dã et Ieruſalem eo q abieciſſet eos Iero
boã,et poſteri eius, ne ſacerdotio dñi fũ
15 gerent.¶Qui cõſtituit ſibi ſacerdotes ex
celſorũ et dęmoniorũ vitulorũq; quos 3 Re.12 g.31.
16 fecerat.¶Sed et de cunctis tribubus Iſrl,
qcunq; dederãt cor ſuũ vt qrerẽt Dñm
Deũ Iſrl, venerunt in Ierlem ad immo-
landum victimas ſuas coram Dño Deo
17 patrum ſuorum. ¶ Et roborauerunt re-
gnũ Iuda et confirmauerũt Roboã filiũ
Salomonis p tres annos, ambulauerũt
enĩ in viis Dauid et Salomõis, annis tm
18 trib⁹.¶ Duxit aũt Roboã vxorẽ Mahala
D th , filiã Ierimoth filii Dauid . Abiháil
19 quoq; filiã Eliab filii Iſai,quę peperit ei
20 filios Ieus,et Somoriã et Zoõ. ¶ Poſt hãc
quoq, accepit Maacha filiã Abſalõ, quæ
pepit ei Abia,et Ethai , et Ziza et Salo-
21 mit. ¶Amauit aũt Roboã Maacha filiã
Abſalon ſuper omnes vxores ſuas, et cõ
cubinas: nam vxores decem et octo du
xerat,concubinas autẽ ſexaginta:et ge-
nuit viginti octo filios , et ſexaginta fi-
22 lias.¶ Cõſtituit verò in capite Abiã filiũ
Maacha ducem ſuper oẽs fratres ſuos :
23 ipſum enim regẽ facere cogitabat , ¶ qa
ſapientior fuit,et potentior ſuper oẽs fi-
lios eius , et in cunctis finibus Iuda , et
Ben-iamin , et in vniuerſis ciuitatibus
muratis:præbuitq; eis eſcas plurimas ,
& multas petiuit vxores .

CAP. XII.

1 CVmque roboratum fuiſſet regnum
A Roboam et confortatum, dereliqt
legem Domini,et omnis Iſraël cum eo .
2 ¶‖Anno autem quinto regni Roboam , 3.Re.14 25.
aſcendit Seſac rex Ægypti in Ieruſalem
3 (quia peccauerãt Domino) ¶cum mille
ducentis curribus, et ſexaginta millib⁹
equitum:nec erat numerus vulgi quod
venerat cum eo ex Ægypto, Lybies ſcili-

cet,

4 cet, & Troglodità, et Æthiopes. ¶ Cepit-
que ciuitates munitissimas in Iuda, et
5 venit vsq; in Ierl'em. ¶ Semeias aūt pro-
pheta ingressus est ad Roboā, et princi-
pes Iuda, q cōgregati fuerāt in Ierl'em,
fugiétes Sesac: dixitq; ad eos, Hęc dicit
Dn̄s, Vos reliqſtis me, et ego reliq vos in
6 manu Sesac. ¶ Consternatiq; principes
B Isrl', et rex, dixerūt, Iustus est Dn̄s. ¶ Cū-
7 que vidisset dn̄s quod humiliati essent,
factus est sermo Dn̄i ad Semeiā, dicés:
Quia humiliati sunt, nō disperdā eos:
daboq; eis pauxillū auxilij, et nō stilla
bit furor meus sup Ierl'em p manū Se-
8 sac. ¶ Veruntm̄ seruient ei: vt sciant distā
tiā seruitutis meę, et seruitutis regni ter
9 rarum. ¶ Recessit itaq; Sesac rex Ægypti
ab Ierl'em, sublatis thesauris domus do
mini, et domus regis, omniaq; secum
C tulit: et clypeos aureos quos fecerat Salo
10 omon, ¶ pro quibus fecit rex ęneos, et tra-
didit illos principibus scutariorū q cu-
11 stodiebant vestibulum palatij. ¶ Cūque
introiret rex domum Dn̄i, veniebant
scutarij, et tollebant eos: iterumq; refe-
rebant eos ad armamentarium suum.
12 ¶ Veruntamé quia humiliati sunt, auer
sa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt
penitus: si quidé in Iuda inuenta sunt
3.Re.14 e.21. 13 opa bona. ¶ ‖ Cōfortatus est ergo rex Ro
boam in Ierusalé, atque regnauit, qua-
draginta autem et vnius anni erat cum
regnare cœpisset: et decé et septé ann is
D regnauit in Ierusalem, vrbe quam elegit
Dominus, vt confirmaret nomé suum
ibi: de cunctis tribubus Israël: nomen
14 aūt matris eius Naama Ammanitis. ¶ Fe
cit autem malum, et nō præparauit cor
15 suum vt quęreret Dominum. ¶ Opera ve
rò Roboam prima et nouissima scripta
sunt in libris Semeię Prophetę, et Addo
Videntis, et diligenter exposita: pugna-
ueruntque aduersum se Roboam et Ie-
16 roboam cunctis diebus. ¶ Et dormiuit
Roboam cum patribus suis: sepultusq;
est in ciuitate Dauid. Et regnauit Abia
filius eius pro eo.

C A P. X I I I.

3.Re 15. a.2. 1 ANno octauodecimo regis Ieroboā,
A regnauit Abia super Iudam. ¶ Trib⁹
2 annis regnauit in Ierusalem: nomenq;
matris eius Michaia, filia Vriel de Ga-
baa: et erat bellū inter Abiá et Ieroboá.
3.Re.15 a.7. 3 ¶ ‖ Cūmque iniisset Abia certamé, et ha-
beret bellicosissimos viros, et electorū
'quadraginta' millia: Ieroboam instru- 'quadringenta 'octingenta 4.
xit econtra aciem 'octoginta' millia vi-
rorum, qui et ipsi electi erāt, et ad bella
4 fortissimi. ¶ Stetit ergo Abia super mon-
tem Semeron q erat in Ephráim, et ait,
5 Audi Ieroboam, et omnis Israël, ¶ Num
ignoratis quod Dominus Deus Israël de
derit regnum Dauid super Israël in sé-
piternū, ipsi et filiis eius in pactū salis?
6 ¶ (Et surrexit Ieroboā filius Nabat, seru⁹
Salomonis filij Dauid: ‖ et rebellauit cō 3 Re.11 c.26.
7 tra Dominum suum. ¶ Congregatique
sunt ad eū viri vanissimi, et filii Belial:
et pręualuerunt cōtra Roboam filium
Salomonis: porrò Roboam erat rudis,
et corde pauido, nec potuit resistere eis)
8 ¶ Nunc ergo vos dicitis q resistere possi-
B tis regno Domini, quod possidet 'per fi-
lios Dauid: habetisque grādem populi
multitudiné, atq; vitulos aureos quos
9 fecit vobis Ieroboam in deos: ¶ ‖ Et eie- 3.Re.12 g.31.
cistis sacerdotes Domini, filios Aarō, at
que Leuitas: et fecistis vobis sacerdotes
sicut oés ppli terrarū: quicunq; venerit, et
initiauerit manū suá in tauro de bob⁹,
et in arietib⁹ septé, fit sacerdos eorum q
10 nō sūt dij. ¶ Noster aūt dn̄s De⁹ est, qué
nō relinqmus: sacerdotesq; ministrant
Dn̄o de filiis Aaron: et Leuitę sunt in
11 ordine suo. ¶ Holocausta quoque offe-
rūt Domino per singulos dies mane et
vespere: et thymiama iuxta legis pręce
pta confectum, et proponūtur panes in
mensa mundissima, estque apud nos cā
delabrum aureū, et lucernę eius, vt ac-
cendantur semper ad vesperá: nos: quip
pe custodiuimus pcepta dn̄i Dei nostri,
12 qué vos reliqstis. ¶ Ergo in exercitu nr̄o
C dux De⁹ est, et sacerdotes ei⁹, q clāgunt
tubis, et resonāt cōtra vos: filii Isrl' noli-
te pugnare cōtra dn̄m Deū patrū vestro
13 rū, qa nō vobis expedit. ¶ Hęc illo loqué
te, Ieroboā retro moliebat insidias. Cū-
que ex aduerso hostiū staret, ignoranté
14 Iudam suo ambiebat exercitu. ¶ Respi-
ciensque Iudas vidit instare bellum ex
aduerso et post tergum, et clamauit ad
dominū: ac sacerdotes tubis canere cœ
15 perūt. ¶ Omnesque viri Iuda vociferati
sunt: et ecce illis clamātibus perterruit
Deus Ieroboam et omnes Israël qui sta-
16 bat ex aduerso Abia et Iuda. ¶ Fugerunt-
que filij Israël Iudá, et tradidit eos De⁹
17 in manu eorum. ¶ Percussit ergo eos A-
D bia, et populus eius plaga magna: et cor

ruerũt vulnerati ex Israël quinquaginta
18 millia virorũ fortiũ. Humiliatiq; sunt
filij Isr in tpe illo: & vehemétissimè cõ
fortati filij Iuda, eò quòd sperassent in
19 Dño Deo patrũ suorũ. Persecutus est
aũt Abia fugienté Ieroboã: & cepit ciui
tates eius, Beth-él & filias eius: & Iesa-
na cũ filiab⁹ suis: Ephrõ quoq; & filias
20 eius. Nec valuit vltrà resistere Ieroboã
in diebus Abia: quem percussit Dñs, &
21 mortuus est. Igit Abia, confortato im-
perio suo, accepit vxores quatuordecĩ:
pcreauitq; vigintiduos filios, & sede-
22 cim filias. Reliqua aũt sermonũ Abia,
viarũq; & operum eius scripta sunt dili
gentissimè in libro Addo Prophetæ.

C A P. X I I I I.

1 DOrmiuit autem Abia cum patrib⁹
A suis, & sepelierunt eum in Ciuita-
te-Dauid: regnauitq; Asa filius eius p
eo, in cuius diebus quieuit terra annis
2 decẽ. Fecit autem Asa quod bonum &
3 placitum erat in conspectu* Dei sui, &
subuertit altaria peregrini cultus, & ex-
celsa, & confregit statuas, lucosq; succî
4 dit. Et præcepit Iudæ vt quęreret do-
minum deum patrum suorum, & face
5 ret legem, & vniuersa mandata. Et ab
stulit de cũctis vrbib⁹ Iuda aras & pha
6 na, & regnauit in pace. Ædificauit quo
que vrbes munitas in Iuda, quia qetus
erat, & nulla tpibus eius bella surrexe-
7 rant, pacem Dño largiéte. Dixit autem
B Iudę, Ædificemus ciuitates istas, & val-
lemus muris, & roboremus turribus, &
portis, & seris: donec à bellis quieta sũt
oĩa, eò quòd quæsierimus Dominum
Deum patrum nostrorũ, & dederit no-
bis pacem per gyrum. Ædificauerũt igi
tur, & nullum in extruendo impedimé
8 tum fuit. Habuit autem Asa in exerci
tu suo portantium scuta & hastas, de Iu
da trecenta millia: de Ben-ianim verò
scutariorũ & sagittariorũ, ducéta octo
ginta millia: oẽs isti viri fortissimi.
9 Egressus est aũt contra eos Zara Æthio
C ps cum exercitu suo, decies centena mil
lia, & curribus trecentis: & venit vsque
10 Maresa. Porrò Asa perrexit obuiam ei,
& instruxit aciem ad bellum in Valle-
11 Sephata, quæ est iuxta Maresa. ‖ Et in-
uocauit Dominum Deum, & ait, Dñe,
nõ est apud te vlla distantia, vtrum in
paucis auxilieris, an in pluri b⁹: adiuua
nos Domine Deus noster: in te enim, &
in tuo nomine habentes fiduciam veni
mus contra hanc multitudinem. Domi
ne, Deus noster tu es, non pręualeat cõ
12 tra te homo. Exterruit itaque Domin⁹
D Æthiopes coram Asa & Iuda fugeruntq;
13 que Æthiopes. Et psecutus est eos Asa
& populus qui cum eo erat, vsque Géra
ra: & ruerunt Æthiopes vsque ad inter-
necionem, quia domino cędéte contriti
sunt, & exercitu illius pręliãte. Tulerũt
14 ergo spolia multa. Et percusserunt ci-
uitates omnes per circuitum Gérarę: grã
dis quippe cunctos terror inuaserat: &
diripuerunt vrbes, & multam prædam
15 asportauerunt. Sed & caulas ouium
destruentes, tulerunt pecorum infini-
tam multitudinem, & camelorum: re-
uersique sunt in Ierusalem.

C A P. X V.

1 AZarias autem filius Obed, facto in ‖ 3.Re.15 c.11.
A se spiritu Dei, egressus est in occur
2 sum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, &
oẽs Iuda & Ben-iamin, Dñs vobiscum,
quia fuistis cum eo. Si quęsieritis eũ, in-
uenietis, si autem dereliqueritis eũ, de-
3 relinquet vos. Transibunt autem mul
ti dies in Isr absque Deo vero, & absq;
4 sacerdote doctore, & absque lege. Cũ
que reuersi fuerint in angustia sua, * ad * & cla-
Dñm Deum Isr, & quęsierint eum, re- mauerit.
5 perient eum. In tempore illo non erit
pax egredienti & ingredienti: sed terro-
res vndiq; in cunctis habitatorib⁹ terra
6 rum. Pugnabit enim gens cõtra gentẽ,
B & ciuitas contra ciuitatem: quia Domi
nus conturbauit eos in omni angustia.
7 Vos ergo confortamini, & non dissol-
uantur manus vestræ: erit enim merces
8 operi vestro. Quòd cum audisset Asa,
verba scilicet, & prophetiam Azarię fi-
lij Obed Prophetę, cõfortatus est, & ab-
stulit idôla de oĩ terra Iuda, et de Bé-ia
min, et ex vrbibus, quas ceperat, montis
Ephráim, et dedicauit altare Dñi quod
9 erat ante porticum Domini. Cõgrega-
C uitque vniuersum Iudam et Ben-iamĩ,
et aduenas cũ eis de Ephráim, et de Ma
nasse, et de Simeon: plures enim ad eũ
confugerant ex Israël, videntes quòd
10 Dñs Deus illius esset cum eo. Cumq;
venissent in Ierusalem mense tertio, an
11 no decimo quinto regni Asa, immola
uerunt Dño in die illa de manubijs et
prędа quã adduxerant, boues septingé
12 tos, et arietes septé millia. Et intrauit

ex more ad corroborandum fœdus, vt
quęrerent dominum Deum patrũ suo-
rũ in toto corde, & in tota anima sua.
13 Si quis aũt, inquit non quæsierit dñm
Deum Isrl, moriatur, à minimo vsq; ad
maximum, à viro vsque ad mulierem.
14 Iurauerunt q; dño voce magna in iu-
D bilo, & in clangore tubæ, & in sonitu
15 buccinarũ oẽs qui erant in Iuda, cum
execratione: in oĩ enim corde suo iura
uerunt, & in tota voluntate quæsierũt
eum, & inuenerunt: præstititq; eis dñs
16 requiem per circuitũ. Sed & Maachã
matrem Asa regis ex augusto deposuit
imperio, eò q fecisset in luco simula-
chrum Priapi: quod oẽ contriuit, & in
frustra cõminuens combussit in Torrẽ-
17 te-cedron. Excelsa aũt derelicta sunt
in Israël: Attamen cor Asa erat perfe-
18 ctum cunctis diebus eius. Eaque quæ
vouerat pater suus, & ipse, intulit in do
mum domini: argentum & aurum,
vasorumque diuersam supellectilem.
19 Bellum verò non fuit vsq; ad triceſi-
mum annum regni Asa.

triceſimũ quintum.

CAP. XVI.

1 A Nno aũt tricesimosexto regni ei⁹
A ascendit Baasa rex Isrl in Iudã &
muro circundabat Rama, vt nullus tu
tè posset egredi & ĩgredi de regno Asa.
2 Protulit aũt Asa argentũ & aurum de
thesauris domus dñi, & de thesauris re
gis, misitq; Ben-adad regẽ Syriæ, q habi
3 tabat in Damasco, dicẽs, Fœdus inter
me & te est, pr quoq; meus & pr tuus
habuere concordiã: quã ob rem misi ti
bi argentũ & aurũ, vt rupto fœdere qd
habes cũ Baasa rege Isrl, facias eũ à me
4 recedere. Quo cõperto Ben-adad misit
principes exercituũ suorũ ad vrbes Isrl:
q percusserũt Ahiõ, & Dan, & Abelma-
im, & vniuersas vrbes Nephthali mu-
5 ratas. Qd cum audisset Baasa, desiit ę-
dificare Rama, & intermisit opus suũ.
6 Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iu
B dam, & tulerunt lapides de Rama, & li
gna q̃ ædificationi pparauerat Baasa:
ædificauitque ex eis Gabaa & Maspha.
7 In tpe illo venit Hanani Propheta ad
Asam regẽ Iuda, & dixit ei, Quia habui
sti fiduciã in rege Syriæ, & non in dño
Deo tuo: idcirco euasit Syriæ regis exer
8 citus de manu tua. Nónne Æthiopes
C & Libyes multo plures erant quadrigis
& eqtib⁹, & multitudine nimia: quos,
cũ in dño credidisses, tradidit in manu
9 tua? Oculi enim Dñi contẽplan ur v ii
uersam terrã, & prębent fortitudinẽ his
q corde pfecto credũt in eũ. Stultè igi
tur egisti: & pp hoc ex pñti tpe aduer
10 sum te bella cõsurgent. Iratusque Asa
aduersus Videntẽ, iussit eũ mitti in ner
uum: valde quippe super hoc fuerat in
dignatus, & interfecit de ppl'o in tpe il-
11 lo plurimos. Opa aũt Asa prima & no
uissima scripta sunt in libro regũ Iuda
12 & Isrl. Ægrotauit ẽt Asa anno tricesi-
D monono regni sũi, dolore pedũ vehemẽ
tissimo, & nec in infirmitate sua quæsi
uit Dñm, sed magis ĩ medicorũ arte cõ
13 fisus est. Dormiuitq; cum patrib⁹ suis,
& mortu⁹ est anno quadragesimo-pri-
14 mo regni sui. Et sepelierunt eũ in se-
pulchro suo quod foderat sibi in Ciui-
tate-Dauid, posueruntq; eum super le-
ctum suum plenum aromatibus & vn-
guentis meretricijs, quę erant pigmen-
tariorum arte confecta & combusse-
runt super eum ambitione nimia.

CAP. XVII.

1 R Egnauit autem Iosaphat filius eius
A pro eo, & inualuit contra Israël.
2 Constituitq; militum numeros in cũ-
ctis vrib⁹ Iuda, q̃ erant vallatæ muris.
Pręsidiaq; disposuit in terra Iuda, & in
ciuitatib⁹ Ephráim quas ceperat Asa pr
3 eius. Et fuit Dñs cum Iosaphat, qa am
bulauit in viis Dauid pris sui primis,
4 & non sperauit in Baalim, sed in Deo
pris sui, & perrexit in præceptis illius,
5 & non iuxta peccata Isrl. Confirmauit
que Dñs regnum in manu eius: & de-
dit oĩs Iuda munera Iosaphat: factæq;
sunt ei infinitæ diuitiæ & multa glia.
6 Cùmq; sumpsisset cor eius audaciam
B pp vias dñi, etiam excelsa & lucos de Iu
7 da abstulit. Tertio aũt anno regni sui
misit de principibus suis Ben-hail, &
Obdiã, & Zachariam, & Nathanael, &
Michæã, vt docerẽt in ciuitatib⁹ Iuda:
8 & cũ eis Leuitas, Semeiã, & Nathaniã,
& Zabadiã, Asael quoq; & Semiramoth
& Ionathã Adoniãq; & Tobiã & Thob-
adoniam Leuitas: & cũ eis Elisama &
9 Ioram sacerdotes: docebantq; populũ
in Iuda, habentes librum legis Dñi: &
circuibant cunctas vrbes Iuda, atq; eru
10 diebant populum. Itaq; factus est pa-
C uor Domini super omnia regna terra-
rum quę erãt per gyrũ Iuda: nec aude-

11 bant bellare cōtra Iosaphat. Sed & Phi
listhæi Iosaphat munera deferebant, &
vectigal argenti: Arabes quoq; adduce-
bát pecora arietú, septé millia septingé-
12 tos, & hircos totidem. Creuit ergo Iosa
phat, & magnificat⁹ est vsq; in sublime:
atq; ędificauit in Iuda domos ad instar
13 turriū, vrbesq; muratas. Et multa ope
ra parauit in vrbib⁹ Iuda: viri quoque
14 bellatores, & robusti erát í Ierłem. Quo
rū iste numer⁹ p domos atq; familias
singulorū: In Iuda *principes exercitus,
Ednas dux, & cū eo robustissimi viri tre
15 céta millia. Post húc Iohaná princeps,
D & cū eo ducéta octoginta millia. Post
16 illū quoq; Amasias fili⁹ Zechri, cōsecra
tus dño, & cū eo ducenta millia virorū
17 fortiū. Húc sequebat̃ robustus ad pĺia
Eliada, & cū eo tenentiū arcū & clypeū
18 ducéta millia. Post istū ét Iozabad: &
cum eo centū octoginta millia expedi-
19 torū militū. Hi oés erant ad manum
regis, exceptis alijs quos posuerat in vr-
bibus muratis, in vniuerso Iuda.

* principes.

CAP. XVIII.

1 FVit ergo Iosaphat diues & inclytus
A multum, & affinitate coniunct⁹ est
2 Achab. Descenditq; post annos ad eū
in Samariam: ad cuius aduentum ma-
ctauit Achab arietes, & boues pluri-
mos ipsi & pp̃lo q venerát cū eo: psua-
sitq; illi vt ascenderet in Ramoth-Ga-
3 laad. Dixitq; Achab rex Israël ad Iosa
phat regem Iuda, Veni mecum in Ra-
moth-Galaad. Cui ille rñdit, Vt ego, &
tu: sicut populus tuus, sic & populus
4 meus, tecumq ue erimus in bello. Di-
xit Iosaphat ad regem Israël, Cōsule ob
secro in pręsentiarum sermonem Dñi.
5 Cōgregauit igitur rex Israël propheta-
B rum quadringentos viros, & dixit ad
eos, In Ramoth-Galaad ad bellādū ire
debem⁹, an quiescere? At illi, Ascéde in-
6 quiunt, & tradet De⁹ in manu regis. Di
xitq; Iosaphat, Nunquid non est hic p-
phetes Domini, vt ab illo etiam requira
7 mus? Et ait rex Israël ad Iosaphat. Est
vir vnus à quo possumus quærere Do-
mini voluntatem: sed ego odi eum, qa
non prophetat mihi bonum, sed malū
omni tempore: est autem Michæas fili⁹
Iemla. Dixitq; Iosaphat, Ne loquaris
8 rex hoc modo. Vocauit ergo rex Israël
vnū de eunuchis, & dixit ei, Voca citò
9 Michęam filium Iemla. Portò Rex Is-

3. Re. 22. a. a.

raël & Iosaphat rex Iuda vterque sede-
bant in solio suo, vestiti cultu regio, se-
debant aūt in area iuxta portam Sama
riæ, omnesq; pphetæ vaticinabant̃ co-
10 rá eis. Sedecias verò fili⁹ Chanaana fe
C cit sibi cornua ferrea, & ait, Hęc dicit
Dñs, His vétilabis Syriá, donec conteras
11 eá. Oésq; pphetę similiter pphetabát
atq; dicebát, Ascéde í Ramoth-Galaad
& psperaberis. & tradet eos Dñs in ma
12 nu regis. Nuntius aūt q ierat ad vocá-
dū Michæá, ait illi, En, verba oíum pro
phetarum vno ore bona regi annūtiát:
qso ergo te vt & sermo tu⁹ ab eis nō dis
13 sentiat, loquarisq; pspera. Cui rñdit
Michęas, Viuit Dñs, qa quodcunq; di-
14 xerit mihi Deus meus, hoc loquar. Ve-
nit ergo ad regé, Cui rex ait: Michęa, ire
D debemus in Ramoth-Galaad ad bellá-
dū an quiescere? Cui ille rñdit, Ascédite
cuncta enim pspera eueniét, & tradent̃
15 hostes in manus vestras. Dixitq; rex,
Iterum atq; iterū te adiuro, vt mihi nō
loquaris, nisi quod verum est in noíe
16 Domini. At ille ait, Vidi vniuersum Is
raël dispersum in mōtibus, sicut oues
absq; pastore: & dixit Dñs, Nō habent
isti dominos: reuertatur vnusquisque
17 in domum suam in pace. Et ait rex Is-
raël ad Iosaphat, Nónne dixi tibi quòd
nō prophetaret iste mihi quicquam bo
18 ni, sed ea quæ mala sunt? At ille idcir-
co, ait, audite verbum Dñi, Vidi Dñm
sedentem in solio suo, & omné exerci-
tum cæli assistentem ei à dextris & à si-
19 nistris. Et dixit Dñs, Quis decipiet A-
E chab regé Isrł, vt ascendat & corruat in
Ramoth-Galaad? Cúmq; diceret vnus
20 hoc modo, & alter alio: procedit spiri-
tus, & stetit coram Domino, & ait, Ego
decipiam eum. Cui Dominus, In quo,
21 inquit, decipies? At ille rñdit, Egrediar
& ero spiritus mendax in ore omnium
pphetarum eius. Dixitq; Dominus, De
cipies, & prævalebis: egredere & fac ita.
22 Nunc igitur ecce Dominus dedit spiri
tum mendacij in ore omnium prophe
tarū tuorum: & Dñs locutus est de te
23 mala. Accessit autem Sedecias filius
Chanaana, et percussit Michęæ maxillá
& ait, Per quam viam transiuit Spiritus
24 Domini à me, vt loqueretur tibi? Dixit
que Michęas, Tu ipse videbis in die il-
lo qñ ingressus fueris cubiculū de cubi
25 culo, vt abscondaris. Præcepit autem

F rex Israël, dicens, Tollite Michęã, & du-
cite eũ ad Amon principẽ ciuitatis, &
26 ad Ioas filiũ Amélech. ¶ Et dicetis, Hæc
dicit rex, Mittite hunc in carcerẽ, & da-
te ei panis modicũ & aquæ pauxillũ,
27 donec reuertar in pace. ¶ Dixitq; Michę-
as, Si reuersus fueris in pace, nõ est locu
tus Dñs in me. Et ait audite oẽs populi.
28 ¶ Igit ascenderunt rex Israël & Iosaphat
29 rex Iuda in Ramoth-Galaad. ¶ Dixitq;
rex Israël ad Iosaphat, Mutabo habitũ,
& sic ad pugnã vadã: tu aũt induere ve
stibus tuis. Mutatoq; rex Israël habitu,
30 venit ad bellũ. ¶ Rex aũt Syriæ præcepe
rat ducib⁹ equitat⁹ sui dicẽs: Ne pugne-
tis cõtra minimũ, aut contra maximũ,
31 nisi contra solũ regẽ Israël. ¶ Itaq; eũ vi
G dissent principes equitatus Iosaphat di-
xerũt, Rex Israël est iste. Et circundede-
runt eũ dimicantes: at ille clamauit ad
Dñm, & auxiliatus est ei, atq; auertit
32 eos ab illo. ¶ Cùm enim vidissent duces
equitatus q̃ nõ esset rex Israël, relique-
33 runt eũ. ¶ Accidit aũt vt vnus è populo
sagittã in incertũ iaceret, & pcuteret re
gẽ Israël inter ceruicẽ & scapulas: at ille
aurigæ suo ait. Cõuerte manũ tuam, &
34 educ me de acie, qa vulnerat⁹ sum. ¶ Et
finita est pugna ĩ die illo: porrò rex Isrl
stabat ĩ curru suo cõtra Syros vsq; ad ve
speram, & mortuus est occidẽte sole.

CAP. XIX.

1 Reuersus est autẽ Iosaphat rex Iuda
A in domũ suam pacificè, in Ierusa-
2 lem. ¶ Cui occurrit Iehu filius Hanani
Videns, & ait ad eũ, Impio præbes auxi
lium, & his qui oderunt Dñm amicitia
iungeris: & idcirco iram quidẽ dñi me-
3 rebaris: ¶ sed bona opera inuẽta sunt in
te, eo q̃ abstuleris lucos de terra Iuda,
& præparaueris cor tuum vt requireres
4 *dñm' Deũ patrũ tuorũ'. ¶ Habitauit
ergo Iosaphat in Ierlm: rursumq; egres-
sus est ad populũ de Bersabee vsque ad
montem Ephráim, & reuocauit eos ad
5 dñm Deum patrũ suorũ. ¶ Constituitq;
B iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iu-
6 da munitis, per singula loca, ¶ & præci-
piens iudicibus, Videte, ait, quid facia-
tis: non enim hoĩs exercetis iudicium,
sed dñi: & quodcunq; iudicaueritis, in
7 vos redundabit: ¶ Sit timor dñi vobi-
scũ: cùm diligentia cuncta facite, non
est enim apud dñm Deum nostrũ ini-
quitas. ‖nec personarũ acceptio, nec cu-
8 pido munerũ. ¶ In Ierlm quoq; consti-
C tuit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, &
principes familiarũ ex Israël, vt iudiciũ
& causam Dñi iudicarẽt habitatorib⁹
9 eius. ¶ Præcepitq; eis dicẽs, Sic agetis in
timore dñi fideliter, & corde perfecto.
10 ¶ Oẽm causam quæ venerit ad vos fra-
trum vestrorũ qui habitant in vrbibus
suis, inter cognationẽ, & cognationẽ,
vbicũq; quęstio est de lege, de mãdato,
D de ceremonijs, de iustificationib⁹: ostẽ
dite eis, vt nõ peccent in dñm, & ne ve-
niat ira super vos & sup fratres vestros:
11 sic ergo agentes non peccabitis. ¶ Ama-
rias autẽ sacerdos & põtifex vester, ĩ his
quæ ad Deũ ptinent, præsidebit: porrò
Zabadias filius Ismahel, q est dux ĩ do
mo Iuda, super ea opera erit quę ad re-
gis offm pertinent: habetisq; magistros
Leuitas corã vobis, cõfortamini, & agite
diligẽter: & erit Dñs* vobiscũ in bonis'.

CAP. XX.

1 Post hæc cõgregati sunt filij Moab,
A & filij Ammon, & cũ eis de Ammo
nitis ad Iosaphat, vt pugnarẽt cõtra eũ.
2 ¶ Veneruntq; nuntij, & indicauerũt Io-
saphat, dicẽtes: Venit cõtra te multitu-
do magna de his locis quæ trans mare
sunt, & de Syria, & ecce cõsistunt in A-
3 sason-thamar, quæ est En-gaddi. ¶ Iosa-
phat aũt timore perteritus, totũ se con-
tulit ad rogandũ Dñm: & prædicauit
4 ieiuniũ vniuerso Iuda. ¶ Cõgregatusq;
est Iudas ad deprecandum dñm: sed &
oẽs de vrbibus suis venerũt ad obsecrã-
5 dum eum. ¶ Cùmq; stetisset Iosaphat in
medio cœtu Iudæ, & Ierusalẽ, in do-
6 mo Dñi ante atrium nouum, ¶ ait: Dñe
Deus patrum nostrorũ, tu es Deus in cę
lo, & dominaris cunctis regnis gẽtium:
B in manu tua est fortitudo & potentia,
7 nec quisquã tibi potest resistere. ¶ Non-
ne tu Deus noster interfecisti oẽs habi-
tatores terræ huius coram populo tuo
Israël, & dedisti eã semini Abrahã ami
8 ci tui in sempiternũ? ¶ Habitaueruntq;
in ea, & extruxerunt in illa sanctuariũ
9 nomini tuo dicentes: ¶ ‖Si irruerint su-
per nos mala, gladius iudicij, pestilẽtia,
& fames, stabimus corã domo hac in
conspectu tuo, in qua inuocatũ est no-
men tuũ: & clamabimus ad te in tribu
lationib⁹ nostris, & exaudies, saluosq;
10 facies. ¶ Nunc igitur ecce filij Ammon
& Moab, & mons Seir, ‖ per quos non

Margin notes: 4. ‖Deu. 10 d. 17. Roma. 2. b. 11. Gal. 2. b. 6. Ephes. 6. b. 9. Colos. 3. d. 25. Act. 10. e. 34. 1. Pet. 1. c. 17. Sapien. 6 d. 8. Eccl. 35. b. 16 — *cum bonis 4. — ‖Supr. 6. c. 28. — ‖Deut. 2. a. 2.

filijs 13 C concessisti Israël vt transirent quando
egrediebant de Ægypto, sed declinaue-
11 runt ab eis: & nō interfecerūt illos: ? e-
cōtrario agunt, & nitunt eijcere nos de
12 possessione quam tradidisti nobis ? De
us noster, ergo nō i[.]dicabis eos? In no-
bis quidē nō est tanta fortitudo, vt pos-
simus huic multitudini resistere, quæ
irruit super nos. Sed cū ignoremus qd
agere debeamus, hoc solū habem⁹ resi-
dui, vt oculos nostros dirigamus ad te.
13 ? Oīs verò Iuda stabat corā dño cū par-
14 uulis, & vxoribus, & liberis suis. ? Erat
aūt Iahaziel filius Zachariæ filij Bana-
iæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites
de filijs Asaph, sup quē factus est spūs
15 dñi in medio turbę, ? & ait Attēdite oīs
Iuda & q habitatis in Ierl'm, & tu rex
Iosaphat. hæc dicit Dñs vobis: Nolite ti
mere, nec paueatis hāc multitudinē: nō
*ascende 16 est enī vestra pugna, sed Dei. ? Cras *de-
tis 13. D scendetis cōtra eos: ascēsuri enī sunt p
cliuū noīe Sis, & inuenietis illos in sum
mitate torrentis, q est contra solitudinē
17 Ieruel. ? Nō eritis vos q dimicabitis, sed
tantūmodo confidenter state, & videbi
tis auxiliū Dñi sup vos, ô Iuda, & Ieru-
salē: nolite timere, nec paueatis: cras e-
gredìemini cōtra eos, & Dñs erit vobi-
18 scū. ? Iosaphat ergo, & Iuda, & oēs habi
tatores Ierl'm ceciderunt proni in terrā
19 corā dño & adorauerūt eū. ? Porrò Leui
tæ de filiis Caath, & de filiis Core lauda
bant dñm Deum Israël voce magna, in
20 excelsū. ? Cūq; manè surrexissēt, egressi
sunt p desertū Thecua: profectisq; eis
stās Iosaphat in medio eorū: dixit: Au-
dite me viri Iuda, & oēs habitatores
Ierl'm: credite i dño Deo vestro, & securi
eritis: credite pphetis eius, & cūcta eue
21 niēt pspera. ? Deditq; consiliū populo,
& statuit cātores dñi, vt laudarent cū
in turmis suis, & antecederēt exercitū:
Psal. 135 ac voce consona dicerent: Confitemini
a. 1. Dño qm in æternū misericordia eius.
22 ? Cūmq; cœpissent laudes canere, vertit
E dñs insidias eorū in semetipsos, filiorū
scilicet Ammon & Moab, & montis
Seir, q egressi fuerant vt pugnarent cō-
23 tra Iudā, & percussi sunt. ? nanq; filij
Ammon, & Moab consurrexerunt ad-
uersum habitatores mōtis Seir, vt inter
ficerēt, & delerēt eos: cūq; hoc opere p-
petrassent, etiā in semetipsos versi, mu-
24 tuis concidēre vulnerib⁹. ? Porrò Iuda

cū venisset ad *speculā quę respicit so *specul[a]
litudinē, vidit procul oēm latè regionē
plenam cadauerib⁹, nec superesse quen
25 quam qui necē potuisset euadere. ? Ve-
nit ergo Iosaphat, & omnis populus cū
eo ad detrahenda spolia mortuorū: in-
uenerūtq; inter cadauera variā suppel-
lectilē, vestes quoq;, & vasa pretiosissi-
ma: & diripuerūt, ita vt oīa portare nō
possēt, nec p tres dies spolia auferre præ
26 pdæ magnitudine. ? Die aūt quarto con
F gregati sunt in Valle-bñdictionis: ete-
nim qm ibi benedixerant Dño, vocaue-
runt locū illū Vallis-bñdictionis, vsq;
27 in præsentē diē. ? Reuersusq; est oīs vir
Iuda, & habitatores Ierl'm, & Iosaphat
ante eos in Ierl'm cū lætitia magna, eò
q dedisset eis Dñs gaudiū de inimicis
28 suis. ? Ingressiq; sunt in Ierl'm, cū psalte
riis, & citharis, & tubis in domū dñi.
29 ? Irruit autē pauor Dñi sup vniuersa re-
gna terrarum, cū audissent q pugnasset
30 Dñs contra inimicos Israël. ? Quieuitq;
regnū Iosaphat, & prębuit ei Deus pa-
31 cem per circuitū. ? Regnauit igitur Iosa
phat super Iudā, & erat trigintaquinq;
annorū cūm regnare cœpisset: viginti
autem & quinq; annis regnauit in Ie-
rusalē: & nomen matris eius Azuba
32 filia Selahi. ? Et ambulauit i via patris
G sui Asa, nec declinauit ab ea, faciēs quę
33 placita erant corā Dño. ? Veruntamen
excelsa nō abstulit, & adhuc populus
non direxerat cor suum ad dñm Deum
34 patrum suorum. ? Reliqua autem gesto
rum Iosaphat priorum & nouissimorū
scripta sunt in verbis Iehu filii Hanani,
35 quæ digessit in libros regū Israël. ? Post
hæc iniit amicitias Iosaphat Rex Iuda
cum Ochozia rege Israël, cuius opera
36 fuerunt impiissima. ? Et particeps fuit
vt faceret naues quæ irent in Tharsis: fe
37 ceruntq; classem in Asion-gaber. ? Pro-
phetauit autē Eliezer filius Dodau de
Maresa ad Iosaphat, dicens: Quia ha-
buisti fœdus cū Ochozia, percussit Do-
minus opera tua, contritęque sunt na-
ues, nec potuerunt ire in Tharsis.

CAP. XXI.

1 DOrmiuit autē Iosaphat cum patri- 3. Re. 22.
A bus suis, & sepultus est cū eis in ci- 5. 51.
uitate Dauid; regnauitq; Iorā filius ei⁹
2 pro eo. ? Qui habuit fratres filios Iosa-
phat, Azariam, & Iahiel, & Zachariā &
Azariam, & Michael, & Saphatiam, oēs

3 hi filij Iosaphat regis Iuda. Deditq; eis
pater suus multa munera argẽti & au-
ri, & [a] pẽsationes cũ ciuitatib[9] munitissi
mis in Iuda, regnũ aũt tradidit Ioram,
4 eò quod esset primogenitus. Surrexit autẽ
Ioram sup regnũ patris sui: cũq; se con
firmasset, occidit oẽs frẽs suos gladio,
5 & quosdã de principib[9] Israël. Trigin
taduorũ annorũ erat Iorã cùm regnare
cœpisset: & octo annis regnauit in Ieru
6 salẽ. Ambulauitq; in vijs regũ Israël,
sicut egerat domus Achab: filia quippe
Achab erat vxor eius, & fecit malum in
7 cõspectu Dñi. Noluit autẽ Dñs disper-
B dere domũ Dauid propter pactũ quod
inierat cũ eo: & quia promiserat vt daret
8 ei lucernã, & filiis eius omni tpe. In
diebus illis rebellauit Edõ, ne esset sub
9 ditus Iudæ, & cõstituit sibi regẽ. Cũq;
trãsisset Iorã cũ principib[9] suis, & cũcto
equitatu qui erat secũ, surrexit nocte,
& pcussit Edom qui se circũdederat, &
10 oẽs duces equitatus ei[9]. Attamen rebel
lauit Edom, nè esset sub ditione Iuda,
vsq; ad hanc diẽ: eo tẽpore & Lobna re-
cessit, ne esset sub manu illius. Dereli-
querat enim dñm Deũ patrum suorũ,
11 insuper, & excelsa fabricatus est in vr-
bibus Iuda, & fornicari fecit habitato-
12 res Iersm, & præuaricari Iudã. Allatæ
C sunt aũt ei literę ab Elia pphetã, ĩ qui-
bus scriptũ erat, Hæc dicit dñs Deus Da
uid patris tui: Quoniam nõ ambulasti in vijs
Iosaphat pris tui, & in vijs Asa regis Iu-
13 da, sed incessisti per iter regũ Israël, &
fornicari fecisti Iudã, & habitatores Ie-
rusalẽ, imitatus fornicationem domus
Achab: insup & fratres tuos domũ pa-
14 tris tui, meliores te occidisti: ecce Dñs
percutiet te plaga magna cũ pplo tuo,
& filijs, & vxorib[9] tuis, vniuersaq; sub-
15 stãtia tua. tu aũt ęgrotabis pessimo lã-
guore vteri tui donec egrediantr vitalia
16 tua paulatim p singulos dies. Suscita-
uit ergo Dñs contra Iorã spiritũ Phili-
sthinorũ, & Arabũ, qui confines sunt Æ-
17 thiopib[9]. & ascenderunt in terrã Iuda,
D & vastauerũt eã, diripuerũtq; cũctã sub
stantiã quę inuenta est in domo regis,
insuper & filios eius, & vxores: nec re-
mãsit ei filius, nisi Ioachaz qui minimus
18 natu erat. Et sup hæc oia percussit eũ
dominus alui languore insanabili.
19 Cùmq; diei succederet dies, & tem-
porum spatia voluerentr, duorũ annorũ
expletus est circulus: & sic lõga cõsum-
ptus tabe, ita vt egereret & viscera sua, lã
guore pariter & vita caruit. Mortuusq;
est ĩ infirmitate pessima, & non fecit ei
ppls scdm morẽ cõbustionis exequias si
20 cut fecerat maiorib[9] ei[9]. Triginta duo
rũ annorũ fuit cũ regnare cœpisset: &
octo annis regnauit in Iersm. Ambula-
uitq; nõ rectè, & sepelierũt eũ ĩ ciuita-
te Dauid: veruntñ nõ ĩ sepulchro regũ.

CAP. XXII.

1 CONstituerunt autẽ habitatores Ie-
A rusalem Ochoziam filiũ eius mini
mum, regem pro eo: oẽs enim maiores
natu qui ante eũ fuerant, interfecerant
latrones Arabũ, qui irruerant in castra:
regnauitq; Ochozias fili[9] Iorã regis Iu-
2 da. Quadragintaduorũ annorum erat
Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno
anno regnauit in Iersm: & nomen ma-
3 tris eius Athalia filia Amri. Sed & ipse
ingressus est p vias domus Achab: mr
enim eius impulit eũ vt impiè ageret.
4 Fecit igitr malũ in conspectu Dñi, sicut
B domus Achab: ipsi enim fuerũt ei con-
siliarij post mortẽ patris sui, in interitũ
5 eius. Ambulauitq; in cõsilijs eorũ. Et
perrexit cũ Ioram filio Achab rege Isrl,
in bellũ cõtra Hazael regẽ Syriæ, ĩ Ra-
moth-Galaad: vulnerauerũtq; Siri Iorã,
6 Qui reuersus est vt curaretr ĩ Iezrãhel:
multas enĩ plagas acceperat in supradi
cto certamine. Igitr Ochozias filius Iorã
rex Iuda, descẽdit vt inuiseret Iorã filiũ
7 Achab ĩ Iezrãhel ęgrotantẽ. Volũtatis
C quippe fuit Dei aduersus Ochoziã, vt ve-
niret ad Iorã: & cũ venisset, & egrede-
retr cũ eo aduersũ Iehu filiũ Namsi, quẽ
8 vnxit Dñs, vt deleret domũ Achab. Cũ
ergo euerteret Iehu domũ Achab, inue
nit principes Iuda, & filios fratrũ Ocho
ziæ, qui ministrabãt ei, & interfecit illos.
9 Ipsum quoq; pquirens Ochoziã, cõpre
hendit latitantẽ in Samaria, adductũq;
ad se occidit, & sepelierunt eũ: eò quòd
esset filius Iosaphat, qui quęsierat Dñm
in toto corde suo. nec erat vltrà spes a[l]i
qua vt de stirpe quis regnaret Ochozię.
10 Si quidẽ Athalia mater eius videns quod
D mortuus esset filius suus, surrexit, & in-
terfecit omnem stirpem regiã domus
11 [a] Iorã[b]. Porrò Iosabeth filia regis tulit
Ioas filiũ Ochoziæ, & furata est eũ de
medio filiorũ regis, cũ interficerentr:
abscondítq; eum cũ nutrice sua in cu-

Marginal notes: [a] pensationes 3. — 4. Re. 8. c. 16. — 4. Re. 8. f. 20. — 1. Re. 5. 54. — 4. Reg. 8. f. 24. — 4. Re. 11. 1. — [b] Iuda. 2.

biculo lectulorũ, Iosabeth aũt quæ ab-
scõderat eũ, erat filia regis Ioram, vxor
Ioiadę põtificis, soror Ochoziæ, & idcir
12 co Athalia nõ interfecit eũ. ¶ Fuit ergo
cũ eis in domo Dei absconditus sex an
nis, quib⁹ regnauit Athalia super terrã.

CAP. XXIII.

1 A Nno autẽ septimo confortatus Io- 4.Re.11.
A iada, assumpsit cẽturiones, Azariã a.4.
videlicet filiũ Ieroham, & Ismahel filiũ
Iohanan, Azariã quoq; filium Obed, &
Maasiam filiũ Adaiæ, & Elisaphat filiũ
2 Zechri: & iniit cũ eis fœdus. ¶ Qui cir-
cumeũtes Iudam, cõgregauerunt Leui-
tas de cũctis vrbibus Iuda, & principes
familiarũ Israël: veneruntq; in Ierl'm.
3 ¶ Iniit ergo omnis multitudo pactũ in
domo Dei cũ rege: dixitq; ad eos Ioia-
da: Ecce filius regis regnabit, sicut locu
4 tus est dñs super filios Dauid. ¶ Iste est
5 ergo sermo quẽ facietis: ¶ Tertia pars ve
strûm qui veniunt ad Sabbathũ, sacer-
dotũ, & Leuitarũ, & ianitorum erit in
portis: tertia verò pars ad domũ regis:
& tertia ad portã quæ appellat̃ Funda-
menti: oẽ verò reliquum vulgus sit in
6 atrijs domus dñi. ¶ Nec quispiã alius in-
grediat̃ domũ dñi, nisi sacerdotes & q
ministrant de Leuitis: ipsi tantũmodo
ingrediant̃, q̃a sanctificati sũt: & omne
reliquũ vulgus obseruet custodias dñi.
7 ¶ Leuitę aũt circundent regẽ, habentes
B singuli arma sua: (& si quis alius ĩgres-
sus fuerit tẽplum, interficiat̃) sintq; cũ
8 rege & intrãte & egrediente. ¶ Fecerunt
ergo Leuitę, & vniuersus Iuda iuxta oĩa
quæ pręceperat Ioiada põtifex: & asſũ-
pserunt singuli viros q sub se erãt, & ve
niebãt p ordinẽ sabbathi cũ his q im-
pleuerãt sabbathũ, & *egressi* erãt. siqui- *egressu-ri p.
dẽ Ioiada põtifex non dimiserat abire
turmas, quæ sibi p singulas hebdoma-
9 das succedere cõsueuerãt. ¶ Deditq; Io-
iada sacerdos centurionib⁹ lanceas, cly
peosq; & peltas regis Dauid quas cõse-
10 crauerat ĩ domo dñi. ¶ Cõstituitq; oẽm
ppl'm tenentiũ pugiones à parte templi
dextra, vsq; ad partẽ tẽpli sinistrã corã
11 altari, & tẽplo, p circuitũ regis. ¶ Et edu
xerunt filiũ regis, & imposuerũt ei dia-
C dema, ÷ & testimoniũ⸓, ÷ dederuntq; in ÷13. ÷1.
manu ei⁹ tenendã legẽ⸓: & cõstituerũt
eũ regẽ: vnxit quoq; illũ Ioiada põtifex,
& filij ei⁹: imprecatiq; sunt ei: atq; di-
12 xerũt: Viuat rex. ¶ Qđ cũ audisset Atha-
lia, vocẽ scilicet currentiũ atq; laudan-
tiũ regem, ingressa est ad ppl'm in tem-
13 plũ dñi. ¶ Cũq; vidisset regem stantẽ su
per gradũ in introitu, & principes, tur-
masq; circa eũ, oẽmq; ppl'm terræ gau-
dentẽ, atq; clãgentẽ tubis, & diuersi ge-
neris organis cõcinentẽ, vocemq; laudã
tiũ, scidit vestimẽta sua, & ait: Insidiæ,
14 insidię: ¶ Egressus aũt Ioiada põtifex ad
centuriones & principes exercitus, dixit
eis: Educite illã extra septa tẽpli, & inter
ficiat̃ foris gladio. Præcepitq; sacerdos
15 ne occideret̃ in domo dñi. ¶ Et imposue
runt ceruicib⁹ eius manus: cũq; intras-
set portã equorũ domus regis, interfece
16 runt eã ibi. ¶ Pepigit aũt Ioiada fœdus
inter se, vniuersumq; ppl'm & regem, vt
17 esset populus dñi. ¶ Itaque ingressus est
oĩs populus domũ Baal, & destruxerũt
D eã: & altaria ac simulachra illius cõfre
gerũt: Mathan quoque sacerdotẽ Baal
18 interfecerũt ante aras. ¶ Constituit autẽ
Ioiada p̃positos in domo dñi, sub ma-
nibus sacerdotũ & Leuitarũ, quos di-
stribuit Dauid in domo dñi: vt offerrẽt
holocausta dño, sicut scriptũ est in *le- *libro.
ge* Moysi, in gaudio & canticis, iuxta di 13.
19 spositionẽ Dauid. ¶ Cõstituit quoq; ia-
nitores in portis domus dñi, vt non in-
20 grederet̃ eã immũdus in omni re: ¶ As-
sumpsitq; centuriones, & fortissimos
viros ac principes populi, & oẽ vulgus
terræ, & fecerunt descẽdere regem de
domo dñi, & introire per mediũ portæ
superioris in domũ regis, & collocaue-
21 runt eũ in solio regali. ¶ Lætatusque est
omnis populus terræ, & vrbs quieuit:
porrò Athalia interfecta est gladio.

CAP. XXIIII.

1 SEptem annorũ erat Ioas cũ regnare
A cępisset: & quadraginta annis regna 4.Re.12.
uit in Ierusalẽ: nomẽ matris eius Sebia a.1.
2 de Ber-sabee. ¶ Fecitq; quod bonũ est
coram dño cunctis diebus Ioiade sacer
3 dotis. ¶ Accepit autem ei Ioiada vxores
4 duas, è quib⁹ genuit filios & filias. ¶ Post
quæ placuit Ioas vt instauraret domũ
5 dñi. ¶ Cõgregauitq; sacerdotes & Leui-
tas, & dixit eis: Egredimini ad ciuita-
tes Iuda, & colligite de vniuerso Israël
pecuniã ad sartatecta tẽpli Dei *nostri*, *vestri.
p singulos annos, festinatoq; hoc faci- 12.
6 te: porrò Leuitę egẽre neglĩgẽtius. ¶ Vo-
cauitq; rex Ioiadã principẽ, & dixit ei:
Quare tibi nõ fuit curę vt cogeres Leui-

B tas inferre de Iuda & de Ierusalē pecu-
niā quę cōstituta est a Moyse seruo dñi,
vt inferret eam oīs multitudo Israël in
7 tabernaculū testimonij? ¶Athalia enī
impiissima, & filij eius destruxerūt do
mū Dei, & de vniuersis quę sanctificata
fuerant in tēplo dñi, ornauerūt phanū
8 Baalim. ¶Præcepit ergo Rex, & fecerūt
arcā: posueruntq́; eam iuxta portā *Do- *domus
9 mini forinsecus. ¶Et prædicatum est in
Iuda & Ierusalē vt deferāt singuli pre-
tium dño, qđ ‖ cōstituit Moyses seruus ‖Exo.30.
10 Dei super oēm Israël, in deserto. ¶Lęta- b.12.
C tiq́; sunt cuncti principes, & oīs popu-
lus: & ingressi cōtulerunt in arcā dñi*, *1.
11 atq; miserunt ita vt impleret̃. ¶Cúq; tē-
pus esset vt deferrent arcā corā rege p
manus Leuitarū (videbant enim mul-
tam pecuniā) ingrediebat̃ scriba regis,
& quē primus sacerdos constituerat: ef-
fundebātq́; pecuniā quæ erat in arca:
porrò arcā reportabant ad locū suum:
sicq́; faciebāt per singulos dies, & cōgre
12 gata est infinita pecunia. ¶Quam dede
runt rex & Ioiada his q pręerant operi *aliis.
bus domus Dñi: at illi conducebant ex 13.
ea cæsores lapidū, & artifices operū sin
gulorū, vt instaurarēt domū Dñi: fabros
quoq; ferri & æris: vt quod cadere cœ-
13 perat, fulciret̃. ¶Egeruntq́; hi q opera-
D bant̃ industriè, & obducebat̃ parietum
cicatrix p manus eorum: ac suscitarunt
domū Dñi in statum pristinū, & firmi-
14 ter eā stare fecerunt. ¶Cúq; complessent
oīa opera, detulerunt corā rege & Ioia-
da reliquā partem pecunię: de qua fa-
cta sunt vasa tēpli in ministeriū ad ho-
locausta, phialę quoq;, & cętera vasa au
rea & argētea: & offerebant̃ holocausta
in domo Dñi iugiter cunctis diebus Io 4.Re.12.
15 iadæ. ¶Senuit aūt Ioiada plenus dierū, b.6.
E & mortuus est cū esset centum triginta
16 annorū: ¶sepelieruntq́; eū in Ciuitate-
Dauid cū regib⁹, eo ꝙ fecisset bonū cū
17 Israël, & cū domo eius. ¶Postq̃ aūt obiit
Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, &
adorauerūt regē: qui delinitus obseq̃js
18 eorum, acquieuit eis. ¶Et dereliquerūt
templum Dñi Dei patrum suorum, ser
uieruntq́; lucis & sculptilibus: & facta
est ira contra Iudā & Ier̃lm pp hoc pec- *cedi
19 catum. ¶Mittebatq́; eis prophetas, vt re 12.
uerterentur ad Dñm: quos protestātes,
20 illi audire nolebant. ¶Spiritus itaq; Dei
induit Zachariam filium Ioiadę sacer-

dotē, & stetit in cōspectu populi, & di-
xit eis, Hæc dicit Dñs Deus, Quare trās-
F gredimini pręceptū Dñi, quod vobis nō
proderit, & dereliquistis Dñm, vt dere-
21 linqueret vos? ¶Qui cōgregati aduersus
eū, miserūt lapides iuxta regis imperiū,
22 in atrio domus Dñi. ¶Et nō est recorda-
tus Ioas rex, misericordię quā fecerat
Ioiada pater illius secū, sed interfecit fi
lium eius. ‖Qui cùm moreret̃, ait, Vi- ‖Mat.23.
23 deat Dñs & requirat. ¶Cumq́; euolutus d.35.
esset annus, ascendit contra eū exerci-
tus Syriæ: venitq́; in Iudam & Ierusalē,
& interfecit cunctos principes populi,
atq; vniuersam prædam miserunt regi
24 in Damascum. ¶ & certè cū permodi-
G dicus venisset numerus Syrorū, tradi-
dit Dñs in manibus eorū infinitā mul-
titudinem: eo quod dereliquissent Do-
minū Deum patrū suorum: in Ioas quo
25 que ignominiosa exercuere iudicia. ¶Et
abeuntes dimiserūt eum in languori-
bus magnis. surrexerunt aūt contra eū
serui sui, in vltionem sanguinis filii Io
iadæ sacerdotis, & occiderunt eū in le-
ctulo suo, & mortuus est: sepelierūtq́;
eum in Ciuitate-Dauid, sed non in se-
26 pulchris regum. ¶Insidiati verò sunt ei
Zabad filius Semaath Ammanitidis, &
27 Iozabad fili⁹ Semarith Moabitidis. ¶Por
rò filijs eius, ac sūma pecunię q̃ aduna
ta fuerat sub eo, & instauratio dom⁹ Dei
scripta sunt diligētius in Libro regum:
regnauit aūt Amasias filius ei⁹ pro eo.

CAP. XXV.

1 VIgintiquinq; annorū erat Amasias 4.Reg.14.
A cū regnare cœpisset, & vigintinouē a.1.
annis regnauit in Ierusalē: nomen ma-
2 tris eius *Ioadan* de Ier̃lm. ¶Fecitq́; bo *Ioadē.
num in conspectu Dñi, verūtamen nō
3 in corde perfecto. ¶Cúq; roboratū sibi
videret imperiū, iugulauit seruos q oc-
4 ciderant regem patrē suū. ¶Sed filios eo-
rum non interfecit, sicut scriptū est in
Libro legis Moysi, vbi præcepit Dñs, di-
cens, ‖Nō occident̃ patres pro filijs, ne- ‖Deu.24.
que filij pro patribus suis: sed vnusq̃s- c.16.
5 que in suo peccato morietur. ¶Cōgregauit 4.Reg.14.
B igitur Amasias Iudam, & cōstituit eos b.6.
per familias, tribunosq́; & cēturiones Eze.18.c.
in vniuerso Iuda & Ben-iamin: & recē- 20.
suit à viginti annis sursum, inuenitq́;
triginta millia iuuenū qui egrederen- *trecēta.
tur ad pugnā, & tenerent hastā & cly-
6 peū. ¶Mercede quoq; cōduxit de Israël

centū millia robuſtorū, centū talentis
7 argēti. ¶Venit aūt homo Dei ad illū, &
ait, O rex ne egrediat̃ tecū exercitus Iſ-
raël: nō eſt enim Dñs cū Iſraël, & cun-
8 ctis filijs Ephráim. ¶ Quòd ſi putas in
robore exercitus bella cōſiſtere: ſupera-
ri te faciet Deus ab hoſtib⁹: Dei quippe
eſt & adiuuare, & in fugā conuertere.
9 ¶Dixitq; Amaſias ad hoīem Dei, Quid
C ergo fiet de centū talentis q̄ dedi mili-
tibus Iſraël? Et rñdit ei homo Dei, Ha-
bet Dñs vnde tibi dare poſſit multo his
10 plura. ¶Separauit itaq; Amaſias exerci-
tū qui venerat ad eū ex Ephráim, vt re-
uerteret̃ in locū ſuū: at illi contra Iudā
vehemēter irati, reuerſi ſunt in regionē
11 ſuā. ¶Porrò Amaſias cōfidenter eduxit
ppl̃m ſuū, & abijt in Vallem ſalinarū,
12 percuſſitq; filios Seir, decem millia. ¶Et
D alia decem millia virorū ceperunt filij
Iuda, & adduxerunt ad prçruptum cu-
iuſdam petrç, prçcipitaueruntq; eos de
ſummo in præceps, qui vniuerſi crepue
13 runt. ¶At ille exercitus quē remiſerat A-
maſias, ne ſecum iret ad prælium, diffu-
ſus eſt in ciuitatib⁹ Iuda, à Samaria vſq;
ad Beth-horon, & interfectis trib⁹ mil-
14 libus, diripuit prçdā magnā. ¶ Amaſias
verò poſt cædē Idumçorum, & allatos
deos filiorū Seir, ſtatuit illos in deos ſi-
bi, & adorabat eos, & illis adolebat in-
15 cenſum. ¶Quá ob rem iratus Dñs cōtra
Amaſiam, miſit ad illū prophetā, qui
diceret ei, Cur adoraſti deos qui non li-
berauerunt ppl̃m ſuum de manu tua?
16 ¶Cūq; hæc ille loqueret̃, rñdit ei, Num
E cōſiliarius regis es? quieſce, ne interfi-
ciā te. Diſcedēſq; Propheta, Scio, inquit,
ꝙ cogitauerit Deus occidere te, qa feci-
ſti hoc malū, & inſuper nō acquieuiſti
17 cōſilio meo. ¶Igit̃ Amaſias rex Iuda ini
to peſſimo cōſilio, miſit ad Ioas filium
Ioachaz filij Iehu, regē Iſraël, dicēs, Ve-
18 ni, videamus nos mutuò. ¶At ille remi
ſit nūcios, dicēs, Carduus q eſt ī Libano
miſit ad Cedrū Libani, dicēs, Da filiam
tuā filio meo vxorē: & ecce, beſtiç q̄ erāt
in ſylua Libani trāſierunt, & cōculcaue
19 runt carduū. ¶Dixiſti, Percuſſi Edom: &
F idcirco erigit̃ cor tuū in ſuperbiā, ſede ī
domo tua, cur malū aduerſum te prouo-
20 cas, vt cadas & tu & Iudas tecū? ¶Noluit
audire Amaſias, eò ꝙ Dñi eſſet volun-
tas vt traderet̃ in manus hoſtiū pp deos
21 Edom. ¶Aſcendit igitur Ioas rex Iſraël,
& mutuos ſibi prçbuere cōſpect⁹: Ama-
ſias aūt rex Iuda erat ī Beth-ſames Iu-
22 dæ. ¶Corruitq; Iudas corā Iſraël, & fu-
23 git in tabernacula ſua. ¶ Porrò Amaſiā
regē Iuda filiū Ioas filij Ioachaz, cepit
Ioas rex Iſrl̃ in Beth-ſames, & adduxit
in Ierl̃m, deſtruxitq; murū ei⁹ à porta
Ephráim vſq; ad portā anguli, quadrin
24 gentis cubitis. ¶Omnē quoq; aurū & ar
G gentū, & vniuerſa vaſa quç repererat in
domo Dei, & apud Obed-edō, ī theſau
ris etiā domus regiæ, nec nō & filios ob
25 ſidū reduxit ī Samariā. ¶Vixit aūt Ama
ſias filius Ioas rex Iuda: poſtq̄ mortuus
eſt Ioas filius Ioachaz rex Iſraël, quin-
25 decim. Filij Gabaon: nonagintaquinq;.
26 Filij Beth-lehem & Netupha, cẽtum o-
27 ctoginta octo. ¶ Viri Anathoth, centũ vi
28 ginti octo. ¶ Viri Beth-azmoth, quadra-
29 ginta duo. ¶ Viri Cariath-iarim, Cephira
D & Beroth, septingenti quadraginta tres.
30 ¶ Viri Rama & Geba, sexcẽti vigiti vnus.
31 ¶ Viri Machmas, cẽtũ viginti duo. ¶ Viri
32 Beth-el & Hai, centũ viginti tres. ¶ Viri
33 Nebo alterius, quinquagita duo. ¶ Viri
34 Ælã alterius, mille ducẽti quiquaginta
35 quatuor. Filij Harẽ, trecenti viginti. ¶ Fi-
36 lij Iericho, trecẽti quadraginta quinq;.
37 ¶ Filij Lodhadid & Ono, septingẽti vigi
38 ti vnus. ¶ Filij Senaa, tria milia nongẽti
39 trigita. ¶ Sacerdotes. Filij Idaia in domo
40 Iesua, nongẽti septuagitatres. ¶ Filij Em-
41 mer, mille quinquagitaduo. ¶ Filij Phas-
hur, mille ducenti quadraginta septẽ.
42 ¶ Filij Arem, mille decẽ & septẽ. ¶ Leui-
43 tæ: Filij Iosue & Cedmiel filiorũ Oduię
44 septuaginta quatuor. ¶ Cãtores: Filij A-
45 saph, cẽtum quadraginta octo. ¶ Ianito-
res: Filij Sellum, filij Ater, filij Telmõ, fi
E lij Acchub, filij Hatita, filij Sobai cẽtum
46 triginta octo. ¶ Nathinæi: Filij Soha, filij
47 Hasupha, filij Tebbaoth, ¶ filij Ceros, fi
48 lij Siaa, filij Phadon. ¶ filij Lebana, filij
49 Hagaba, filij Selmai, ¶ filij Hanan, filij
50 Geddel, filij Gaher, ¶ filij Raaia, filij Ra
51 sin, filij Necoda, ¶ filij Gezem, filij Aza,
52 filij Phasea, ¶ filij Besai, filij Munim, filij
53 Nephussim, ¶ filij Bacbuc, filij Hacupha
54 filij Harhur, ¶ filij Besloth, filij Mahida,
55 filij Harsa, ¶ filij Bercos, filij Sisara, filij
56 Thema. ¶ Filij Nasia, filij Hatipha, ¶ fi-
57 lij seruorũ Salomonis, filij Sotai, filij So
58 phereth, filij Pharida. ¶ filij Iahala, filij
59 Darcõ, filij Ieddel, ¶ filij Saphatia, filij
Hatil. filij Phochereth, q erat ortus ex
60 Sabaim filio Amõ. ¶ Oẽs Nathinęi, & fi
lij seruorũ Salomonis, trecẽti nonagita
61 duo. ¶ Hi sũt aũt q ascẽderũt de Thelmẽ
la Thel-harsa, Cherub, Addon, & Em-
mer: & nõ potuerũt indicare domũ pa-
trũ suorũ, & semẽ suũ, vtrũ ex Isrl' essẽt.
62 ¶ Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda,
63 sexcenti quadragintaduo. ¶ Et de sacer-
F dotibus filii Habia. filij Accos, filij Ber-
zellai, q accepit de filiabus Berzellai Ga
laaditis vxorẽ: & vocatus est noĩe eorũ.
64 ¶ hi quęsierunt scripturam suã in cẽsu,
& non inuenerunt: & eiecti sunt de sa-
65 cerdotio. ¶ Dixitq; Athersatha eis vt nõ
manducarent de Sanctis sanctorum, do
nec staret sacerdos doctus & eruditus.
66 ¶ Oĩs multitudo quasi vir vnus quadra-
67 ginta duo millia *sexcẽti' sexaginta: abs- *trecenti 4.

que

que seruis et ancillis eorum, qui erãt se
ptem millia trecenti trigintaseptem: et
inter eos cantores, et cantatrices, ducẽti
68 quadraginta quinque. Equi eorum, se-
ptingenti trigintasex, muli eorũ, ducẽti
69 quadraginta quinque: cameli eorum,
quadringenti triginta quinque: asini,
sex millia septingenti viginti.

HVCVSQVE REFERTVR
Quid in commentario scriptum fuerit:
ex in Nehemiæ historia texitur.

70 Nonnulli aũt de principibus fami-
G liarum dederunt in opus. Athersata de-
dit in thesaurum, auri drachmas mille,
phialas quinquaginta, tunicas sacerdo-
71 tales quingentas triginta. Et de princi-
pibus familiarũ dederũt in thesaurum
opis, auri drachmas viginti millia, et
72 argẽti mnas duo millia ducẽtas. Et quod
dedit reliquus pplʼs, auri drachmas vigiti
millia, et argẽti mnas duo millia, et tu
73 nicas sacerdotales sexagita septẽ. Habi
tauerũt aũt sacerdotes et Leuitæ, et iani
tores et cantores, et reliquũ vulgus, et
Nathinæi, et oĩs Isrlʼ in ciuitatibus suis.

CAP. VIII.

1 ET venerat mensis septimus: filij au
A tẽ Isrlʼ erãt in ciuitatibus suis. Con-
gregatusq; est oĩs pplʼs quasi vir vnus ad
plateam quæ est ante portam aquarũ:
et dixerunt Esdræ scribæ vt afferret li-
brũ legis Moysi, quam præceperat Dñs
2 Israëli. Attulit ergo Esdras sacerdos le-
gem corã multitudine virorũ et mulie-
rum, cunctisq; q poterãt intelligere, in
3 die prima mensis septimi. Et legit in
eo apertè in platea quæ erat ante portã
aquarum, de manè vsq; ad mediã diẽ in
cõspectu virorũ et mulierũ, et sapientiũ
et aures oĩs ppli erãt erectæ ad librum.
4 Stetit aũt Esdras scriba super gradũ li-
gneũ, quẽ fecerat ad loquendũ: et stete-
rũt iuxta eũ Mathathias, et Semeia, et
Ania, et Vria, et Helcia, et Maasia, ad de
strã ei⁹: et ad sinistrã, Phadaia, Misael,
et Melchia, et Hasũ, et Hasbadana, Za-
5 charia, et Mosollã. Et aperuit Esdras li
B brũ corã oĩ pplo: sup vniuersum quip-
pe pplm eminebat. Et cũ aperuisset eũ,
6 stetit oĩs pplʼs. Et bñdixit Esdras Dño
Deo ʼvoce magna:ʼ et rñdit oĩs pplʼs, A-
mẽ, amẽ: eleuãs man⁹ suas, et incuruati
sunt, et adorauerũt Deũ proni in terrã.

ʼmagno a.

7 Porrò Iosue, et Bani et Serebia, Iamin
Accub, Septhai, Odia, Maasia, Celita, A-
zarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Leuitæ
silentium faciebãt in populo ad audiẽ-
dam legem: populus autem stabat in
8 gradu suo. Et legerunt in libro legis
Dei distinctè, et apertè ad intelligẽdũ:
9 et intellexerũt cũ legeretur. Dixit autem
C Nehemias (ipse est Athersata) et Esdras
sacerdos et scriba, et Leuitæ interpretan
tes vniuerso populo, dies sanctificatus
est Dño Deo ʼnostro,ʼ nolite lugere, et
nolite flere. Flebat enim omnis popul⁹
10 cùm audiret verba legis. Et dixit eis,
Ite comedite pinguia, et bibite mulsũ,
et mittite partes ʼhis qui nõ præparaue-
runtʼ sibi, quia sanctus dies Dñi est, et
nolite contristari: gaudium eteni Dñi
11 est fortitudo ʼnr̃aʼ. Leuitæ aũt silentiũ
faciebant in oi pplo, dicẽtes: Tacete qa
12 dies sanctus est, et nolite dolere. Abijt
itaq; oĩs pplʼs, vt comederet, et biberet,
et mitteret partes et faceret lætitiã ma-
gnã: quia intellexerãt verba q̃ docuerat
13 eos. Et in die secundo congregati sunt
principes familiarũ vniuersi ppli, sacer
dotes et Leuitæ ad Esdram scribam, vt
14 interpretaretur eis verba legis. Et inuene
D runt scriptum in lege, præcepisse Dñm in
manu Moysi, vt habitẽt filij Isrlʼ in ta-
bernaculis, in die solẽni, mẽse septimo:
15 et vt prædicent, et diuulgent vocẽ in
vniuersis vrbibus suis, et in Ierusalẽ, di
centes: Egredimini in montem, et affer
te frondes oliuæ, et frondes ligni pul-
cherrimi, frõdes myrti, et ramos palma
rũ, et frõdes ligni nemorosi, vt fiãt taber
16 nacula, sicut scriptũ est. Et egressus est
populus, et attulerunt. Fecerũtq; sibi ta-
bernacula vnusquisque in domate suo
et in atrijs suis, et in atrijs dom⁹ Dei, et
in platea portæ aquarũ, et in platea por
17 tæ Ephraim. Fecit ergo vniuersa eccle-
sia eorum qui redierant de captiuitate
tabernacula, et habitauerunt in taber-
naculis: nõ enĩ fecerãt à dieb⁹ Iosue fi-
lij Nun taliter filij Isrlʼ, vsq; ad diẽ illũ.
18 Et fuit lætitia magna nimis. Legit autẽ
Esdras in libro legis Dei per dies singulos
à die primo vsq; ad diem nouissimũ. et
fecerũt solennitatẽ septem diebus, et in
die octauo collectam iuxta ritum.

CAP. IX.

1 IN die aũt vicesimo quarto mensis hu
A ius conuenerunt filij Isrlʼ in ieiunio.

ʼvestro s

ʼei qui non præparauit 6

ʼvestra s

2 et in saccis, et humus sup eos. ¶ Et sepa-
ratũ est semen filiorum Isr̃ ab oĩ filio
alienigena: et steterunt et confitebant̃
peccata sua, et iniq̃tates patrũ suorum.
3 ¶ Et cõsurrexerũt ad stãdũ: et legerũt in
volumine legis Dñi Dei sui, quater in
die, et quater cõfitebant̃, et adorabant
4 Dñm Deũ suũ. ¶ Surrexerũt aũt sup gra-
dũ Leuitarũ Iosue, et Bani, et Cedmiel,
Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, et Cha-
náni: et clamauerunt voce magna ad
5 Dñm Deũ suum. ¶ Et dixerũt Leuitę Io-
sue, et Cedmiel, Bonni, Hasebnia, Sere-
bia, Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite,
Benedicite Dño Deo ʳvestroʳ ab ęterno (ʳnostro.)
vsq; in æternũ: et benedicant nomini
glorię tuæ excelso in oĩ benedictione
6 et laude. ¶ Tu ipse Dñe solus, tu fecisti cę
B lũ, et cœlũ cęlorũ, et oẽm exercitũ eorũ
terrã, et vniuersa quę in ea sunt: maria,
et oĩa quę in eis sunt: et tu viuificas oĩa
7 hęc, et exercitus celi te adorat. ¶ Tu ipse
Dñe Deꝰ, q elegisti Abrã, et eduxisti eũ (Gen. 11. g. 31.)
de Igne-Chaldæorũ: et posuisti nomen
8 eiꝰ Abrahã. ¶ Et inuenisti cor eius fidele
corã te: et pcussisti cũ eo fœdus, vt dares
ei terrã Chananæi, Hethæi, et Heuęi, et
Amorręhi, et Pherezęi, et Iebusęi, et Ger
gesęi, vt dares semini eius: et implesti
9 verba tua, qñ iustus es. ¶ Et vidisti affli
ctionẽ patrũ nostrorũ in Ægypto clamo
remq; eorũ audisti sup Mare-rubrum.
10 ¶ Et dedisti signa atq; portenta in Pha-
raone, et in vniuersis seruis eius, et in
oĩ populo terrę illius: cognouisti enim
quia superbè egerant contra eos, et feci-
11 sti tibi nomẽ, sicut et in hac die. ¶ Et ma (Exo. 14. c. 22.)
re diuisisti ante eos, et transierunt per
medium maris in sicco: persecutores au
tẽ eorũ ꝓiecisti in profundum, quasi la
12 pidẽ in aquas validas. ¶ Et in columna
C nubis ductor eorum fuisti per diem: et
in columna ignis p noctem: vt appare-
13 ret eis via p quam ingrediebantur. ¶ Ad
montem quoque Sinai descendisti, et lo
cutus es cum eis de cęlo: et dedisti eis iu
dicia recta, et legẽ veritatis, ceremonias
14 et pręcepta bona. ¶ Et sabbathum sancti
ficatum tuum ostendisti eis, et manda-
ta, et ceremonias, et legem pręcepisti eis
15 in manu Moysi serui tui. ¶ Panem quo-
que de cęlo dedisti eis in fame eorũ, et (Exo. 16. c. 4.)
aquam de petra eduxisti eis sitientibꝰ:
et dixisti eis vt ingrederent̃ et posside-
rent terrã sup quã leuasti manũ tuam

16 vt traderes eis. ¶ Ipsi verò et patres nostri
superbè egerũt, et indurauerũt ceruices
17 suas, et nõ audierũt mãdata tua. ¶ Et no
luerũt audire, et nõ sunt recordati mira
biliũ tuorũ quę feceras eis. Et indurauе
rũt ceruices suas, et dederũt caput vt cõ
uerterent̃ ad seruitutẽ suã, quasi p cõtẽ-
tionẽ. Tu aũt Deꝰ ꝓpitius, clemẽs, et mi
sericors, lõganimis, et multę miseratio-
18 nis nõ dereliq̃sti eos, et q̃dẽ cũ fecissent
D sibi vitulũ cõflatilẽ, et dixissent. Iste est
Deꝰ tuus, q eduxit te de Ægypto. Fecerũt
19 que blasphemias magnas. ¶ Tu aũt in
misericordijs tuis multis non dimisisti
eos in deserto: colũna nubis nõ recessit
ab eis p diẽ, vt duceret eos in viã: et co- (Exo. 13. d. 21.)
lũna ignis p noctẽ, vt ostẽderet eis iter p
20 q̃d ingrederent̃. ¶ Et spiritũ tuũ bonũ de
disti q doceret eos, et manna tuũ nõ ꝓ-
hibuisti ab ore eorũ, et aquã dedisti eis
21 in siti. ¶ Quadragita annis pauisti eos in
deserto, nihilq; eis defuit: vestimẽta eo
rũ nõ inueterauerũt, et pedes eorũ non
22 sũt attriti. ¶ Et dedisti eis regna et ppl̃os
et partitus es eis sortes: et possederũt ter
rã Sehõ, et terrã regis Hesebõ, et terram
23 Og regis Basan. ¶ Et multiplicasti filios
eorũ sicut stellas cęli, et adduxisti eos
ad terrã de qua dixeras pr̃ibus eorũ vt
24 ingrederent̃ et possiderent. ¶ Et venerũt
E filij, et possederũt terrã, et humiliasti co
rã eis hitatores terrę Chananęos, et de-
disti eos in manu eorũ, et reges eorũ, et
ppl̃os terrę, vt facerẽt eis sicut placebat
25 illis. ¶ Ceperũt itaq; vrbes munitas et hu
mũ pingue et possederũt domos plenas
cũctis bonis: cisternas ab alijs fabrica-
tas, vineas, et oliueta, et ligna pomifera
multa: et comederũt, et saturati sũt, et
impinguati sũt, et abũdauerũt delicijs in
26 bonitate tua magna. ¶ Prouocauerũt au
tẽ te ad iracũdiã, et recesserũt à te, et ꝓ-
iecerũt legẽ tuã post terga sua: et prophe
tas tuos occiderũt, q cõtestabãt̃ eos vt re
uerterent̃ ad te: fecerũtq; blasphemias
27 grandes. ¶ Et dedisti eos in manũ hostiũ
suorũ, et afflixerũt eos Et in tp̃e tribula
tiõis suę clamauerũt ad te, et tu de cęlo
audisti, et ſm̃ miserationes tuas multas
dedisti eis saluatores, q saluarent eos
28 de manu hostium suorum. ¶ Cùmque
requieuissent, reuersi sunt vt facerẽt ma
lũ in cõspectu tuo: et dereliquisti eos in
manu inimicorum suorum, et possede-
F runt eos. Conuersique sunt, et clama-

uerunt ad te: tu auté de cęlo exaudisti,
& liberasti eos i misericordijs tuis, mul
29tis temporibus, Et cõtestatus es eos vt
reuerterentur ad legem tuam. Ipsi verò
superbè egerunt, & nõ audierunt man-
data tua, & in iudiciis tuis peccauerũt,
quæ faciet homo, & viuet in eis: & de-
derunt humerum recedenté, & ceruicé
30suam indurauerunt, nec audierũt. Et
protraxisti super eos annos multos, &
cõtestatus es eos in Spiritu tuo per ma-
num prophetarum tuorum: & non au-
dierunt, & tradidisti eos in manum po
31pulorũ terrarum. In misericordiis au-
tem tuis plurimis non fecisti eos in cõ-
sumptioné, nec dereliquisti eos: quoniã
Deus miserationum & clemens es tu.
32Nunc itaque Deus noster magne, fortis
& terribilis, custodiens pactum & mise
ricordiã, ne auertas à facie tua oém la-
borem qui inuênit nos, reges nostros, &
principes nostros, & sacerdotes nřos, &
prophetas nostros, & patres nostros, &
omnem populum tuum à diebus regis
33Assur, vsq; in diem hanc. Et tu iustus
G es in oibus q̃ venerunt super nos: quia
veritaté fecisti, nos auté impiè egimus.
34Reges nostri, principes nostri, sacerdo-
tes nostri, & patres nostri nõ fecerũt le-
gem tuam, & nõ attenderunt mandata
tua, & testimonia tua quæ testificat' es
35in eis. Et ipsi in regnis suis bonis, & ĩ
bonitate tua multa quã dederas eis, & ĩ
terra latissima & pingui quã tradideras
in cõspectu eorum, non seruierunt tibi,
nec reuersi sunt à studiis suis pessimis.
36Ecce nos ipsi hodie serui sumus: & ter
ra quã dedisti patribus nostris vt come
derent pané eius & quę bona sunt eius,
37& nosipsi serui sumus in ea. Et fruges
eius multiplicantur regibus, quos posui
sti super nos propter peccata nostra, &
corporibus nostris dominantur, & iu-
mentis nřis ſm voluntaté suã, & in tri-
38bulatione magna sumus. Super omni
bus ergo his nosipsi percutimus fœdus
& scribimus, & signant principes nři,
Leuitæ nostri, & sacerdotes nostri.

Leui. 18. a. 6 Ro. 10. b. 11. Gal. 3. b. 12.

CAP. X.

1 Signatores auté fuerunt, Nehemias,
A Athersatha filius Hachelai, & Sede-
2 cias, Saraias, Azarias, Ieremias, Phes-
3 hur, Amarias, Melchias, Hatt', Sebenia,
4 Melluch, Harem, Merimuth, Obdias,
5 Daniel, Géthon, Baruch, Mosollã, A-
6 bia, Miamin, Maaxia, Belgai, Semeia:
7 hi sacerdotes, Porrò Leuitę, Iosue fili'
8 Azanię, Bennui de filiis Henadad, Ced-
9 miel: & frés eorũ, Sebenia, Odaia, Celi
10ota, Thalaia, Hanã, Micha, Rohob, Hase
11bia, Zachur, Serebia, Sabania, Odaia,
12Bani, Paninu. Capita ppli, Pharos, Pha
13hath-moab, Aelam, Zethu, Bani, Bõni
14Azgad, Bebai, Adonia, Begoai, Adin,
15Ater, Hezecia, Azur, Odaia, Hasũ, Be-
16sai, Hareph, Anathoth, Nebái, Meg-
17phias, Mosollam, Hazir, Mesizabel, Sa
18doc, Ieddua, Pheltia, Hanã, Anaia, O-
19see, Hanania, Hasub, Alohes, Phalea,
20Sobec, Rehũ, Maasia, Echaia, Hanan,
21Anan, Melluch, Harã, Baana, & reliq
22de pplo, sacerdotes, Leuitę, ianitores, &
23cãtores, Nathinęi, & oés qui se separaue
24rũt de pplis terrarũ ad legé Dei, vxores
25eorũ, filii eorũ, & filię eorũ, oés q pote
26rát sapere. spõdentes ꝓ fratrib' suis, op
27timates eorũ, & q veniebát ad pollicen-
28dũ & iurãdũ vt ambularét in lege Dei,
29quã dederat in manu Moysi serui Dei,
B vt facerét & custodirét vniuersa mãda-
ta Dñi Dei nři, & iudicia ei' & ceremo-
30nias ei', & vt nõ daremus filias nostras
pplo terrę, & filias eorũ nõ acciperemus
31filiis nostris. Populi quoque terrę, qui
important venalia, & omnia ad vsum,
per diem sabbathi, vt védant, nõ accipie
mus ab eis in sabbatho & in die sancti
ficato. Et dimittemus annũ septimũ, &
32exactioné vniuersę man'. Et statuem'
C super nos pręcepta, vt demus tertiã par-
tem sicli per annum ad opus dom' Dei
33nostri, ad panes ꝓpositionis, & ad sa-
crificiũ sempiternũ, & in holocaustum
sempiternum in sabbathis, in calédis,
in solennitatibus, & in sanctificatis, &
ꝓ peccato: vt exoretur pro Isrl, & in om
34nem vsum domus Dei nostri. Sortes
ergo misimus super oblationem ligno-
rũ inter sacerdotes, & Leuitas, & pplm
vt inferrentur in domum Dei nostri ꝑ
domos patrum nostrorum, ꝑ tempora,
à temporibus anni vsque ad annũ: vt
arderent super altare Domini Dei nři,
35sicut scriptum est in lege Moysi, & vt
afferremus primogenita terræ nostræ,
& primitiua vniuersi fructus ois ligni
36ab anno in annum, in domo Dñi. &
D primitiua filiorũ nostrorũ, & pecorum
nostrorum sicut scriptum est in lege, &
primitiua boum nostrorũ, & ouiũ no-

strarum,

strarũ, vt offerrent in domo Dei nostri
sacerdotib⁹ qui ministrãt in domo Dei
37 nostri. ¶ Et primitias ciborũ nostrorũ,
& libaminũ nostrorum, & poma om-
nis ligni vindemiç quoq;, & olei affere
mus sacerdotib⁹ ad Gazophylaciũ Dei
nostri, & decimã partem terræ nostræ
Leuitis. Ipsi Leuitæ decimas accipiẽt ex
38 oĩbus ciuitatibus operũ nostrorũ. ¶ Erit
autẽ sacerdos filius Aaron cũ Leuitis in
decimis Leuitarũ, & Leuitę offerẽt deci
mam partem decimę suę in domo Dei
nr̃i, ad gazophylaciũ ĩ domo thesauri.
39 ¶ Ad gazophylaciũ enim deportabũt fi
lij Israël, & filij Leui primitias frumẽti,
vini, & olei. & ibi erũt vasa sc̃tificata, &
sacerdotes, & cãtores, & ianitores, & mi
nistri, & nõ dimittem⁹ domũ Dei nr̃i.

CAP. XI.

1 A HAbitauerunt aũt principes populi
in Ierusalem: reliqua verò plebs
misit sortem, vt tollerẽt vnam partem
de decem qui habituri essent in Ierusa-
lẽ ciuitate sancta, nouem verò partes in
2 ciuitatibus. ¶ Benedixit autẽ populus
omnib⁹ viris qui se sponte obtulerãt vt
3 habitarent in Ierusalẽ. ¶ Hi sunt itaque
principes prouinciæ qui habitauerũt in
Ierusalẽ, & in ciuitatibus Iuda. Habita-
uit autẽ vnusquisq; in possessione sua.
in vrbib⁹ suis, Israël, sacerdotes. Leuitæ,
Nathinæi, & filii seruorum Salomonis.
4 ¶ Et in Ierusalem habitauerunt de filiis
Iuda, & ď filiis Bẽ-iamin: de filiis Iuda
Athaias filius Aziã, filii Zachariæ, filii
Amariæ, filii Saphatiæ, filii Malaleel,
5 de filiis Phares, ¶ Masia fili⁹ Baruch, fili⁹
B Cholhoza, fili⁹ Hasia, filius Adaia, fili⁹
Ioiarib, fili⁹ Zachariæ, filius Silonitis.
6 ¶ omnes hi, filii Phares, q habitauerũt
in Ierusalẽ, quadringẽti sexaginta *no- *octo 3.
7 uem* viri fortes. ¶ Hi sunt autẽ filii Ben-
iamin Sellũ filius Mosallã, filius Ioed,
fili⁹ Phadaia, fili⁹ Colaia, filius Masia,
8 fili⁹ Etheel, filius Isaia, ¶ & post eũ Ge-
9 bái Sellái nongẽti viginti octo. ¶ & Ioel
filius Zechri præpositus eorũ, & Iudas
filius Sebua super ciuitatem secundus.
10 ¶ Et de sacerdotib⁹, Idaia filius Ioiarib,
11 Iachin. ¶ Saraia filius Helchię, filius Mo
sollã, filius Sadoc, filius Meraioth, fili⁹
12 Achitob princeps dom⁹ Dei, ¶ & fratres
eorũ facientes opera templi: octingenti
viginti duo. Et Adaia filius Ieroham, fi-
lius Phelelia, fili⁹ Amsi, fili⁹ Zachariæ,
13 filius Pheshur, fili⁹ Melchiæ, ¶ & fra-
tres eius principes patrũ: ducẽti quadra
ginta duo, Et Amassai fili⁹ Azreel, filius
Ahazi, fili⁹ Mosallamoth, fili⁹ Emmer,
14 & fratres eorũ potentes nimis: centum
viginti octo, & prępositus eorũ Zabdiel
15 filius potentiũ, ¶ Et de Leuitis Semeia fi
lius Hasub, fili⁹ Azariã, fili⁹ Hasabia fi-
16 lius Boni, ¶ & Sabatoai, & Iosabed, sup
C oĩa opera quæ erãt forinsecus in domo
17 Dei, à principibus Leuitarũ. ¶ Et Matha
nia filius Micha, filius Zebedæi, filius
Asaph princeps ad laudandũ, & ad cõ-
fitendum in oratione, & Becbecia secũ-
dus de fratribus eius, & Abda filius Sa
18 múa, filius Galal, filius Idithun. ¶ oẽs
Leuitæ in ciuitate sc̃tã, ducenti octogin-
19 ta quatuor. ¶ Et Ianitores, Accub, Thel-
mon, & fratres eorũ, qui custodiebant
20 ostia: centũ septuaginta duo. ¶ Et reliq
ex Israël sacerdotes & Leuitę ĩ vniuersis
ciuitatibus Iuda, vnusquisq; in posses-
21 sione sua. ¶ Et Nathinæi qui habitabãt
in Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathi-
22 nęis. ¶ Et episcopus Leuitarũ in Ierusa-
lẽ, Azzi filius Bani, filius Hasabię, fili⁹
Mathaniæ, filius Michæ: De filijs A-
saph cãtores in ministerio domus Dei.
23 ¶ Pręceptũ quippe regis super eos erat, &
ordo in cantoribus per dies singulos,
24 ¶ & Phathahia filius Mesezebel de filijs
Zara filij Iuda in manu regis, iuxta om
25 ne verbum populi, ¶ & in domibus per
D oẽs regiones eorum. De filiis Iuda habi
tauerunt in Cariath-arbe & in filiabus
eius, & in Dibon & in filiabus ei⁹, & in
26 Cabseel, & in viculis eius, ¶ & ĩ Iesue, &
27 in Molada, & in Beth-phalet, ¶ & in Ha
sersual, & ĩ Ber-sabee, & in filiab⁹ eius:
28 ¶ & ĩ Siceleg, & ĩ Mochona, & in filiab⁹
29 eius, ¶ & in Rẽmon, & in Saraa, & in Ie-
30 rimuth, ¶ Sanoá, Odollã & in villis ea-
rũ. Lachis & ĩ regionib⁹ ei⁹, Azeca, & in
filiab⁹ eius. Et manserunt in Ber-sabee
31 vsq; ad vallẽ-Ennon. ¶ Filii aũt Ben-ia-
min, à Geba, Mechmas, & Hai, & Beth-
32 el, & filiab⁹ ei⁹. ¶ Anathoth, Nob, Ana-
33 nia. ¶ Asor, Rama, Gethaim, ¶ Hadid, Se
34 boim & Neballat, *¶ & Ono-valle-arti- *Lod. 1.
35 ficum. ¶ Et de Leuitis portiones Iudæ &
36 Beniamin.

CAP. XII.

1 A HI sunt autem sacerdotes & Leuitæ
qui ascenderunt cũ Zorobabel fi-
2 lio Salathiel, & Iosue Saraia, Ieremias,
3 Esdras, ¶ Amaria, Melluch, Hatt⁹, ¶ Sebe-

4 nias,Rehum, Merimuth, ¶Addo, Gen-
5 thó,Abia, ¶Miamin, Madia, Belga, ¶Se-
6 meia,& Ioiarib. ¶Idaia,Sellum, Amoc,
7 Helcias, Idaia. Isti principes sacerdotũ
8 & fratres eorum in diebus Iosue. ¶ Por-
rò Leuitæ,Iesua, Bénui,Cedmiel, Sare-
bia, Iuda, Mathanias, sup hymnos ipsi
9 & fratres eorũ: ¶ & Becbecia atq; Han-
ni, & fratres eorũ vnusquisque in offi-
10 cio suo. ¶ Iosue autem genuit Ioacim,
& Ioací genuit Eliasib,& Eliasib genuit
11 Ioiada, ¶& Ioiada genuit Ionathá, & Io
12 nathan genuit Ieddoa. ¶In diebus auté
Ioacim erát sacerdotes & principes fa-
miliarũ. Saraiæ, Maraia: Ieremię, Hana
13 nia. ¶Esdrę, Mosollá: Amarię, Iohanan.
14 ¶Milicho, Ionathá: Sebenię, Ioseph: ¶Ha
15 rá, Edna: Maraioth, Helci: ¶ Adaiæ, Za-
16 charia: Genthon, Mosollam: ¶Abiæ, Ze-
17 chri: Miamin & Moadię, Phelti: ¶Belgę
18 Sammúa: Semaiæ, Ionathan: ¶Ioiarib,
19 Mathanai: Iodaiæ, Azzi: ¶Sellai, Celai:
20 Amoc, Heber: ¶Helciæ, Hasebia: Idaiæ,
21 Nathanael. ¶Leuitæ in diebꝰ Eliasib, &
22 Ioiada,& Iohaná, & Ieddoa scripti prí-
B cipes familiarũ, & sacerdotes in regno
23 Darij Persæ. ¶Filij Leui principes fami-
liarũ, scripti in libro verborũ dierũ, &
24 vsq; ad dies Ionathan filij Eliasib. ¶ Et
principes Leuitarũ, Hasebia, Serebia, &
Iesue filiꝰ Cedmiel: & frẽs eorũ p vices
suas, vt laudarent, & confiterent iuxta
præceptũ Dauid viri Dei, & obseruarét
25 æquè per ordiné. ¶Mathania, & Becbe-
cia, Obedia, Mosollá, Telmon, Accub
custodes portarũ & vestibulorum ante
26 portas. ¶Hi in diebꝰ Ioacim filij Iosue, fi
lij Iosedec, & in diebꝰ Nehemiæ ducis,
27 & Esdræ sacerdotis scribæque. ¶ In de-
dicatione auté muri Ierusalem requi-
sierunt Leuitas de oĩbus locis suis, vt
adducerent eos in Ierl̃m, & facerét de-
dicationem & lætitiam in actione gra-
tiarũ, & cantico, & in cymbalis, psalte-
28 rijs, & citharis. ¶ Cógregati sunt autem
filij cantorum, de cápestribus circa Ie-
29 rusalem, & de villis Nethuphati, & de
domo Galgal, & de regionibus Geba &
Azmaueth: qm̃ villas ædificauerũt si-
30 bi cantores in circuitu Ierusalé. ¶Et mũ
dati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mun-
dauerunt populũ, & portas, & murũ.
31 ¶Ascendere autem feci principes Iuda
C super murum, & statui duos magnos
choros laudantiũ. Et ierunt ad dexte-
ram super murũ ad portá sterquilinij.
32 ¶Et iuit post eos Osaias, & media pars
33 principũ Iuda, ¶ & Azarias, Esdras, &
Mosollá. Iuda & Ben-iamin, & Semeia,
34 & Ieremias. ¶Et de filijs sacerdotum in
tubis Zacharias filiꝰ Ionathan, filius Se
meiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ,
35 filiꝰ Zechur, filius Asaph, ¶& fratres eiꝰ
Semeia, & Azareel, Malalai, Galalai,
Maai, Nathanael, & Iuda, & Hanani, í
vasis cátici Dauid viri Dei: & Esdras scri
36 ba ante eos ¶in porta Fótis. Et contra eos
ascenderũt in gradibꝰ ciuitatis Dauid í
ascésu muri sup domũ Dauid, & vsque
37 ad portá Aquarũ ad orienté. ¶Et chorus
scd̃s gratias referentiũ ibat ex aduerso,
& ego post eũ, & media pars ppl̃i super
murũ & super turrim furnorũ, & vsque
38 ad murũ latissimũ, ¶& sup portá Ephrá
im, & sup portam antiquá, & sup portá
piscium & turrim Hananeel, & turrim
Emath, & vsq; ad portá gregis: & stete-
39 runt in porta custodię. ¶steteruntq; duo
chori laudantiũ in domo Dei, & ego,
40 & dimidia pars magistratuũ mecũ, ¶Et
sacerdotes, Eliacim, Maasia, Miamin,
D Michéa, Elioénai, Zacharia, Hanania í
41 tubis, ¶& Maasia, & Semeia, & Eleazar,
& Azzi, & Iohanan, & Melchia, & Ælá
& Ezer. Et clarè cecinerũt cátores, & Iez
42 raia pposítus: ¶ & ímolauerũt in die il-
la victimas magnas, & lætati sunt. Deꝰ
enĩ lętificauerat eos letitia magna. Sed
& vxores eorũ & liberi gauisi sunt, &
43 audita est lętitia Ierl̃m procul. ¶Recen-
suerũt quoq; in die illa viros sup gazo-
phylacia thesauri, ad libamina, & ad
primitias, & ad decimas vt introferrét
p eos principes ciuitatis in decóre gra-
tiarũ actionis, sacerdotes & Leuitas: qa
lętificatus est Iuda í sacerdotibꝰ & Le-
44 uitis astátibꝰ, ¶ Et custodierũt obserua-
tioné Dei sui, & obseruationé expiatio-
nis, & cátores & ianitores iuxta pceptũ
45 Dauid, & Salomonis filiis eiꝰ. ¶qa í die-
bus Dauid & Asaph ab exordio erant
principes cóstituti cantorũ in carmine
46 laudantiũ & confitentiũ Deo. ¶Et oĩs Is
raël in diebꝰ Zorobabel, & í diebꝰ Ne-
hemię dabãt partes cátoribꝰ, & ianito-
ribꝰ p dies singulos, & sctificabát Leui-
tas, & Leuitę sanctificabát filios Aaron.

CAP. XIII.

1 IN die aũt illo lectum est in volumi- Deut. 23 a. 3.
A ne Moysi audiéte populo: ¶ & inuen-

tum est scriptum in eo, quòd nõ debeát
introire Ammonites, & Moabites in Ec
2 clesiam Dei vsque in ęternũ. eò quòd
non occurrerint filijs Israël cum pane
& aqua & conduxerint aduersum eos
Balaam, ad maledicẽdum eis, cõuertit
Deus noster maledictionem in benedi
3 ctionem. ¶ Factum est autem cùm audis
sent legem, separauerunt omnem alie-
4 nigenam, ab Israël. ¶ Et super hoc erat
Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus
in gazophylacio domus Dei nostri, &
5 proximus Tobiæ. ¶ Fecit ergo sibi gazo-
phylacium grande, & ibi erant ante eũ
reponentes munera, & tus, & vasa, &
decimam frumenti, vini, & olei, par-
tes Leuitarum, & cantorũ, & ianitorum,
6 & primitias sacerdotales. ¶ In omnibus
autẽ his non fui in Ierusalem, quia an-
no tricesimo secundo Artaxerxis regis
Babylonis veni ad Regẽ: & in fine die-
7 rum rogaui regem. ¶ Et veni in Ierl'em,
ęt intellexi malũ quod fecerat Eliasib
Tobiæ vt faceret ei thesaurum in vesti-
8 bulis domus Dei. ¶ Et malum mihi visũ
est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ
9 foras de gazophylacio. ¶ Pręcepiq;, & e-
B mundauerunt gazophylacium: & retu
li ibi vasa domus Dei, sacrificiũ & tus.
10 ¶ Et cognoui quòd partes Leuitarum nõ
fuissent datæ: & fugisset vnusquisque i
regionem suam de Leuitis, & cantorib⁹
11 & de his qui ministrabant. ¶ & egi cau-
sam aduersum magistrat⁹, & dixi: Qua
re dereliquimus domum Dei? Et cõgre
gaui eos: & feci stare in stationib⁹ suis.
12 ¶ Et omnis Iuda apportabat decimam
13 frumenti, vini & olei in horrea. ¶ Et con
stituimus super horrea Selemiã sacerdo
tem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de
Leuitis, & iuxta eos Hanã filiũ Zachur,
filium Mathaniæ: quoniam fideles cõ-
probati sunt, & ipsis creditę sunt partes
14 fratrum suorum. ¶ Memento mei Deus
meus ꝑ hoc, & ne deleas miserationes
meas quas feci in domo Dei mei, & in
15 ceremonijs eius. ¶ In diebus illis vidi in
Iuda calcantes torcularia in sabbatho,
portãtes aceruos, & onerãtes sup asinos
vinum, & vuas, & ficus, & oẽ onus: &
inferentes in Ierl'em die sabbathi. Et cõ
testatus sum vt in die qua vendere lice
16 ret, vẽderẽt. ¶ Et Tyrij habitauerũt in ea
C inferentes pisces, & oĩa venalia: & ven-
debant in sabbathis filijs Iuda & Ieru-
17 salem: ¶ & obiurgaui optimates Iuda, &
dixi eis: Quę est hæc res mala quam vos
facitis, & prophanatis diem Sabbathi?
18 ¶ Nunquid non hæc fecerant patres [a] no
stri[a], & adduxit Deus noster super nos
oẽ malum hoc, & super ciuitatẽ hanc?
Et vos additis iracundiam super Israël
19 violando Sabbathum. ¶ Factum est aũt,
cùm quieuissent portæ Ierusalẽ in die
Sabbathi, dixi: & clauserũt ianuas, & ꝑ
cepi vt non aperirent eas vsq, post Sab-
bathum: & de pueris meis constitui su
per portas, vt nullus inferret onus in
20 die Sabbathi. ¶ Et manserunt negotiato
res, & vẽdẽtes vniuersa venalia foris Ie-
21 rusalem semel & bis. ¶ Et cõtestatus sũ
eos, & dixi eis: Quare manetis ex aduer
so muri? si secundò hoc feceritis, manũ
mittam in vos. Itaq, ex tpe illo non ve
22 nerunt in Sabbatho. ¶ Dixi quoq; Leui-
tis vt mũdarent, & venirẽt ad custodiẽ-
das portas, & sanctificãdã diẽ Sabbathi
& ꝑ hoc ergo memẽto mei Deus meus,
& parce mihi ꝭm multitudinẽ misera-
23 tionũ tuarũ. ¶ Sed & in diebus illis vidi
D Iudęos ducentes vxores Azotidas, Am-
24 monitidas, & Moabitidas. ¶ Et filij eorũ
ex media parte loquebant' Azoticè, &
nesciebãt loqui Iudaicè, & loquebãtur
25 iuxta linguã ppl'i, & ppl'i. ¶ Et obiurgaui
eos, & maledixi. Et cecidi ex eis viros, &
decaluaui eos, & adiuraui in Deo vt nõ
darẽt filias suas filijs eorũ, & nõ accipe
rẽt de filiabus eorũ filijs suis, & sibime-
26 tipsis dicens: ¶ ‖ Nunquid nõ in huiusce
modi re peccauit Salomon rex Isr'? & ‖ 4. Re. 3. b. 7.
certè in gentibus multis non erat rex si-
milis ei: & dilectus Deo suo erat, & po-
suit eum Deus Regẽ super oẽm Israël:
‖ & ipsum ergo duxerũt ad peccatũ mu ‖ 3. Re. 11. a. 1.
27 lieres alienigenæ. ¶ Nunquid & nos ino
bedientes faciemus omne malum gran
de hoc, vt ꝑuaricemur in Deo nostro, &
28 ducamus vxores peregrinas? ¶ De filijs
autẽ Ioiada filij Eliasib sacerdotis ma-
gni gener erat Sanaballat Horonites
29 quẽ fugaui à me. ¶ Recordare Domine
Deus meus aduersum eos qui polluũt
sacerdotiũ, iusq; sacerdotale & Leuiti-
30 cum. ¶ Igitur mũdaui eos ab omnibus
alienigenis: & constitui ordines sacer-
dotũ & Leuitarum, vnumquenque in
31 ministerio suo: ¶ & in oblatione ligno-
rũ in tpibus constitutis, & in primitijs:
memẽto mei De⁹ me⁹ in bonũ. Amen.

[a] vestri 2.

LIBER TERTIVS ESDRÆ.

CAPVT PRIMVM.

4. Re. 23. c 21. 2. Pa. 35. a. 1.

1 ET fecit Iosias Pascha
A in Ierosolymis Do-
mino, & ĩmolauit
Phase quartadeci-
ma luna primi mé-
2 sis, ¶ statués sacerdo
tes p vices dierũ sto
lis amictos in téplo
3 Domini: ¶ & dixit Leuitis sacris seruis
Israël, vt sanctificarẽt se Dño in positio
ne sanctæ arcę Dñi, in domo quá ędifi-
4 cauit Salomon filius Dauid rex. ¶ Non
erit vobis tollere sup humeros eam. Et
nunc deseruite Dño vestro, & curá agi-
te gentis illius Israël, ex parte secundũ
5 pagos & tribus 'vestras', ¶ secundũ scri- 'nostras g.
pturá Dauid Regis Isrl, & secundũ ma-
gnificentiá Salomonis filij eius oés in
téplo, & scd̃m particulá principatus, pa
terná vestiá eorũ qui stant in conspectu
6 fratrũ filiorũ Isrl, ¶ Immolate Pascha,
& sacrificia parate fratrib⁹ vestris, & fa
cite scd̃m præceptum Dñi quod datum
7 est Moysi. ¶ Et donauit Iosias in plebem
B quæ inuenta est, ouium, agnorũ, & hę-
dorũ, & caprarũ triginta millia, vitulos
8 tria millia. ¶ hæc de regalib⁹ data sunt
scd̃m promissioné pplo: & sacerdotib⁹
in pascha, oues numero duo millia, ac
9 vituli centũ. ¶ Et Iechonias, & Semeias,
& Nathanael frés. & Hasabias, & Oziel
& Coraba in Phase, oues quinq; millia,
10 vitulos quingentos, ¶ Et hæc cũ fierent
eleganter, steterunt sacerdotes & Leui-
11 tę habentes azyma per trib⁹. ¶ Et secun-
dùm partes principatus patrũ, in cõspe
ctu ppli offerebát Dño, secundùm ea q̃
12 in libro Moysi scripta sunt: ¶ & assaue-
runt Phase igni prout oportebat: & ho-
stias coxerunt in 'æmolis', & in ollis cũ 'famulis.
13 beneuolentia: ¶ & attulerũt oíbus qui
erant ex plebe: & post hæc parauerunt
14 sibi & sacerdotib⁹. ¶ Sacerdotes enĩ of-
ferebant adipes, vsq; dum finita esset
hora: & Leuitę parauerũt sibi, & fratri-
15 bus suis, filijs Aaron. ¶ Et facti cantores
C filij Asaph erant per ordiné scd̃m pręce
ptũ Dauid, & Asaph, & Zacharias, &
16 Ieddinus, qui erat à rege. ¶ Et ostiarij p
singulas ianuas, ita vt nõ præuaricaret
vnusquisq; suá: fratres enim illorũ pa-
17 rauerunt illis. ¶ Et cõsummata sũt quæ
18 pertinebát ad sacrificium Dñi. ¶ In illa
die egerũt Phase, & offerebát hostias su-
per Dñi sacrificiũ, secundũ præceptũ re
19 gis Iosię. ¶ Et egerũt filij Israël, q inuẽti
sunt in tpe illo, Phase: & diem festum
20 azymorũ per dies septé: ¶ & nõ est cele-
bratũ Phase tale in Israël: à téporibus
21 Samuelis pphetę: ¶ & oés reges Isrl non
celebrauerũt tale Pascha quale egit Io-
sias, & sacerdotes, & Leuitę, & Iudæi, &
oís Israël, qui inuenti sunt in cõmora-
22 tione Ierosolymis. ¶ Octauo decimo an
no, regnante Iosia celebratũ est Phase.
23 ¶ Et directa sunt opera Iosiæ ĩ cõspectu
D Dñi sui in corde pleno 'metuẽtis': ¶ & 'metuẽtia g.
24 quę circa illũ quidé conscripta sunt in
pristinis téporibus de ijs q peccauerũt,
quiq; irreligiosi fuerũt in Dñm prę om
ni gente, & q nõ q̃sierunt verba Dñi su
25 per Israël. ¶ Et post oém actum hunc Io 4 Re 23 f. 29.
siæ, ascendit Pharao rex Ægypti, veniés 2. Pa. 35. c 20.
ĩ Charcamis ab itinere sup Euphráten,
26 & exijt obuiam illi Iosias. ¶ Et misit rex
Ægypti ad Iosiá, dicens, Quid mihi &
27 tibi est rex Iudæ? ¶ Non sum missus à
Dño vt pugné contra te: super Euphrà-
ten enim bellũ meũ est, festinans descé
28 de. ¶ Et nõ est reuersus Iosias super cur-
rum: sed expugnare eũ conabatur, non
attendens verbũ prophetæ ex ore Dñi:
29 ¶ sed cõstituit ad eũ bellum ĩ cápo Ma-
geddo. Et descéderunt principes ad re-
30 gé Iosiá. ¶ Et dixit rex pueris suis, Amo-
uete me à pręlio, infirmatus sum enim
valde. Et statim amouerunt eum pueri
31 ipsius de acie. ¶ Et ascendit super currũ
secundariũ suũ: & pueniens Ierosoly-
mam, vita functus est, & sepultus est in
32 paterno sepulchro. ¶ Et in tota Iudęa lu-
gebát Iosiam: & q pręsidebát, cũ vxori-
bus lamentabát eũ vsq; in hunc dié. Et
datũ est hoc fieri semp in oé genus Isrl.
33 ¶ Hæc auté pscripta sunt in libro histo-
E riarũ regũ Iudæ: & singula gesta actus
Iosiæ, & ei⁹ gloria & intellectus ei⁹ in
lege Dñi: quęq; gesta sunt ab eo: & quę
non scripta sunt in libro regum Israël

& Iudæ.

4 Re.23 f.30. 2.Par.36 a.1.
34 & Iudæ. ¶ Et assumentes, qui erant ex
gente Iechoniā filiū Iosiæ, constituerūt
regē pro Iosia patre suo, cū esset annorū
35 trigintatrium. ¶ Et regnauit sup Israël
mensibus trib⁹. Et amouit eū rex Ægy-
36 pti, ne regnaret in Ierosolymis: ¶ & mul
ctauit gentē argenti talenta centū, &
37 auri talentū vnum. ¶ Et constituit rex
Ægypti Ioacim fratrē ipsius, regē Iudæ
38 & Ierusalē: ¶ & alligauit magistratus
Ioacim, & Zaracelem fratrē suū, & ap-
39 prǽhendens reduxit in Ægyptū. ¶ Anno
rū erat Ioacim vigintiquinq;, cū regna-
re cœpisset in terra Iuda & Ierl'm: & fe-
40 cit malū in conspectu Dñi. ¶ Post hunc
autē ascendit Nabuchodonosor rex Ba
bylonis, & alligans eū in æreo vinculo,
41 pduxit i Babyloniā: ¶ & sacra vasa Dñi
accepit Nabuchodonosor, & tulit &
cōsecrauit in templo suo i Babylonia.
42 ¶ Nā de immunditia illius, & irreligio-
sitate scriptū est in libro tēporum regū.
43 ¶ Et regnauit Ioachin filius eius p eo.
F Cū autē constitutus esset rex, erat anno
44 rum ˈdecē & octoˈ. ¶ Regnauit aūt men
ses tres, & dies decē in Ierl'm, & fecit ma
45 lum in conspectu Dñi: ¶ & post annum
mittens Nabuchodonosor, trāsmigra-
uit eū in Babyloniā simul cū sacris va-
46 sis Dñi. ¶ Et constituit Sedeciam regē Iu
da, & Ierl'm, cū esset annorum viginti
47 vnius: regnauit aūt annis vndecim. ¶ Et
fecit malū in conspectu Dñi, & nō est
veritus à verbis quæ dicta sunt ab Iere-
48 mia ppheta ex ore Dñi: ¶ & adiuratus à
rege Nabuchodonosor, periurās discef-
sit: & idurata ceruice sua, & corde suo,
transgressus est legitima dñi Dei Isr'.
49 ¶ Et duces populi Dñi multa iniquè ges
serunt, & impiè egerunt super oēs im-
munditias gentiū: & polluerūt templū
Dñi quod sāctum erat in Ierosolymis.
50 ¶ Et misit Deus patrū ipsorum per An-
gelū suum reuocare eos, propter quod
51 parceret illis, & tabernaculo suo. ¶ Ipsi
G verò subsannabant in Angelis suis: &
qua die locutus est Dñs, erant illuden-
52 tes Prophetis eius. ¶ Qui vsq; ad iracun
diā concitatus est super gentē suā pro-
pter irreligiositatē suā, & præcepit ascen
53 dere reges Chaldæorū. ¶ Hi occiderunt
iuuenes eorū in gladio, in circuitu san-
cti templi eorū, & nō pepercerūt iuue-
54 ni, & seni, & virgini, & adolescēti. ¶ Sed
oēs traditi sunt in manus ipsorū: & oïa

annorum octo 9.

Iere.37. a.2.

sacra vasa Dñi, & regales apothecas resu
55 mentes, tulerunt in Babyloniam, ¶ & in
cenderunt domum Dñi, & demolie-
runt muros Ierl'em: & turres eius incen
56 derunt igne, ¶ & consummauerunt oia
honorifica eius, & ad nihilum redege-
runt, & reliquos à gladio duxerunt in
57 Babylonem. ¶ Et erant serui illius vsque Iere.25. c.11. & 29. c.10.
dum regnarent Persæ in repletione ver Dan.9. b.12.
58 bi Dñi i ore Ieremiæ: ¶ quousq; benignè
ageret terra sabbatha sua; omni tpe de-
sertioni suæ sabbathizauit in applica-
tione annorum ˈseptuagintaseptemˈ. septuaginta 9.

CAP. II.

1 Regnante Cyro rege Persarū in con 2.Pa.36. d.22.
A summatione verbi Dñi in ore Iere 2.Esd.1. a.1. & 6. a.3.
2 miæ, ¶ suscitauit Dñs spiritū Cyri regis
Persarū, & pdicauit in toto regno suo si
3 mul p scripturā, ¶ dicēs: Hæc dicit Cyrus Ier 26.e. 12.& 29. c.10.
rex Persarū, Me cōstituit regē orbi terra
4 rū dñs Isr'. ¶ Dñs excelsus, & significauit Dan.9. b.2.
mihi ædificare domū sibi in Ierl'em, q
5 est in Iudæa. ¶ Si qs est ex genere vestro, 3.Esd.1. g.37.& a.1.6.c.24.
dñs ipsius ascendat cum eo in Ierl'em.
6 ¶ Quotquot ergo circa loca habitāt, adiu
uent eos q sunt in loco ipso, in auro &
7 argento, ¶ in dationibus cū equis & iu-
mētis, cūq; alijs q̄ s'm vota apponuntur
8 in ædem Dñi quæ est in Ierl'em. ¶ Et stā
tes principes tribuū, pagorū, & Iudææ
ex tribu Ben-iamin, & sacerdotes, & Le-
uitæ, quos excitauit Dñs ascendere, & æ-
dificare domū Dñi q est in Ierl'em, & q
9 erant in circuitu eorū adiuuerunt in oï -3.
auro & argento eius, & iumentis & vo-
tis compluribus multi quorum sensus
10 excitatus est. ¶ Et Cyrus rex protulit vasa
B sacra Dñi, quæ transtulit Nabuchodo-
nosor rex Babylonis ex Ierusalem, & cō
11 secrauit ea idôlo suo. ¶ & proferens ea
Cyrus rex Persarum, tradidit Mithrida
12 to, qui erat super thesauros ipsius. ¶ Per
hunc autem tradita sunt Salmanasaro
13 prǽsidi Iudææ. ¶ Horum autem hîc nu
merus: Libatoria argentea duo millia
quadrīgenta, athiscę argenteę triginta:
phialæ aureæ triginta, item argenteæ
duo millia quadringentæ, & alia vasa
14 mille. ¶ Oïa aūt vasa aurea & argentea, quatuor millia quadringenta sexaginta nouē 3.
ˈquinque millia octingenta sexagintaˈ.
15 ¶ Et enumerata sūt Salmanasaro simul
cū his qui ex captiuitate Babyloniæ ve-
16 nerāt in Ierosolymam. ¶ In Artaxerxis 1. Esd 4 b.1.
autem regis Persarum temporibus scri-
pserunt ei de his qui habitabant in Iu-

dæa & Ierl'm, Balſamus, & Mitridatus,
& Sabellius, & Rathimus, Balthemus,
Samelius ſcriba, & reliqui habitãtes in
Samaria, & cęteris locis, ſubiectã epl'am
17 regi Artaxerxi. ¶ DOMINE, pueri tui
C Rathimus ab accidentibus, & Sabelliꝰ
ſcriba, & reliq curię tuę iudices in Cœ-
18 leſyria & Phęnice. ¶ Et nũc notũ ſit Dño
regi, qm̃ Iudęi qui aſcẽderũt à vobis ad
nos, veniẽtes in Ierl'm ciuitatẽ refugam
& peſſimã, ędificant furnos eius, & ſta-
19 tuunt muros, & templũ ſuſcitãt. ¶ Quòd
ſi ciuitas iſta, & muri cõſummati fue-
rint, non tantũ tributa nõ ſuſtinebunt
20 pendere, ſed etiã regibꝰ reſiſtent. ¶ Et q̃a
id agitur circa templũ, rectè haberi ar-
bitrati ſumus nõ deſpicere hoc ipſum.
21 ¶ ſed notum facere dño regi, vt ſi vide-
bit̃, rex, quęrat̃ in libris patrum tuorũ,
22 ¶ & inuenies in admonitionibꝰ ſcripta
de his & ſcies qm̃ ciuitas iſta fuit refu-
23 ga, & reges & ciuitates cõcutiens. ¶ & Iu
dæi refugæ, et pręlia cõmittentes in ea
ab æterno, ob quã cauſam ciuitas iſta
24 deſerta eſt. ¶ Nunc ergo notũ facimus,
dñe rex, qm̃ ſi ciuitas hæc ędificata fue-
rit, et huius muri erecti fuerint, deſcen-
ſus tibi nõ erit ĩ Cœleſyriã & Phœnicẽ.
25 ¶ Tunc ſcripſit Rex Rathimo, q ſcribe-
D bat accidẽtia, & Balthemo, et Sabellio
ſcribę, et cæteris cõſtitutis, et habitan-
tibꝰ in Syria, et Phœnice, ea q̃ ſubiecta
26 ſunt: ¶ LEGI epl'am quã miſiſtis mihi.
Præcepi ergo inquiri, et inuentũ eſt, qm̃
ciuitas illa eſt ab æuo regibus reſiſtens,
27 ¶ et hoĩes refugæ, et pręlia in ea efficien
tes, et reges fortiſſimi erant in Ieruſalẽ
dominantes et tributa exigẽtes à Cœle-
28 ſyria et Phœnice. ¶ Nunc ergo pręcepi
ꝓhibere homines illos ædificare ciuita
tem, et ꝓhibere ne quid vltrà hæc fiãt:
29 ¶ Sed nec procedant in plurimũ, ex quò
ſunt malitiæ, ita vt regibus moleſtia
30 importetur. ¶ Tunc recitatis his quæ à
rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rathi-
mus, et Sebellius ſcriba, et qui cũ his cõ
ſtituti erant iungentes feſtinãter vene-
runt in Ieruſalem cum equitatu, et tur
31 ba, et agmine: ¶ cœperuntq; ędificantes
prohibere, et vacabant ab ædificatione
templi in Ieruſalem: vſq; ſecundo an-
no regni Darij regis Perſarum.

CAP. III.

1 REx Darius fecit cœnam magnam
A oĩbus vernaculis ſuis, et oĩbus ma
2 giſtratibꝰ Mediæ et Perſidis, ¶ et omni-
bus purpuratis, et prætoribus, et cõſuli-
bus, et præfectis ſub illo ab India vſque
Æthiopiam, centũ viginti ſeptẽ prouin
3 cijs. ¶ Et cũ manducaſſent, et bibiſſent,
et ſatiati reuerterentur, tunc Darius rex
aſcendit in cubiculũ ſuũ, et dormiuit,
4 et expergefactꝰ eſt. ¶ Tũc illi tres iuuenes
corporis cuſtodes, q cuſtodiebant cor-
5 pus regis, dixerũt alter alteri, ¶ Dicamus
B vnuſquiſq; nr̃m ſermonẽ q pręcellat:
et cuiuſcunq; apparuerit ſermo ſapien-
tior alterius, dabit illi rex Darius dona
6 magna, ¶ purpura cooperiri, et in auro
bibere, et ſup aurũ dormire, et currum
aureo fręno, et cydarim byſſinã, et tor-
7 quem circa collũ: ¶ et ſecũdo loco ſede-
bit à Dario pp ſapientiam ſuã. Et cogna
8 tus Darij vocabit̃. ¶ Tunc ſcribẽtes ſin-
guli ſuũ verbum ſignauerunt, et poſue-
9 runt ſubtus ceruical Darij regis, ¶ et dixe
runt, Cũ ſurrexerit rex, dabimꝰ illi ſcri-
pta nr̃a: et quodcunq; iudicauerit rex
ẽ tribus, et magiſtratus Perſidis qm̃ ver
bũ eius ſapientius eſt, ipſi dabit̃ victo-
10 ria ſicut ſcriptũ eſt. ¶ Vnꝰ ſcripſit, For-
11 te eſt vinum. ¶ Alius ſcripſit, Fortior eſt
12 rex. ¶ Tertius ſcripſit, Fortiores ſunt mu
13 lieres: ſuper oĩa autẽ vincit veritas. ¶ Et
cũ ſurrexiſſet rex acceperũt ſcripta ſua,
14 et dederunt illi, et legit. ¶ Et mittẽs voca
C uit oẽs magiſtratus Perſarũ, et Medos,
et purpuratos, et prætores, et pręfectos:
15 ¶ et ſederũt in cõcilio: et lecta ſunt ſcri-
16 pta corã ipſis. ¶ Et dixit, Vocate adolẽ-
ſcẽtes, et ipſi indicabũt verba ſua. Et vo
17 cati ſunt, et introierũt. ¶ Et dixit illis, In
dicate nobis de his q̃ ſcripta ſunt. Et cę-
pit prior, q dixerat de fortitudine vini,
18 ¶ et dixit, Viri, q̃ pręualet vinũ oĩbus
hoĩbus q bibunt illud? ſeducit mentẽ.
19 ¶ Itẽq; regis et orphani facit mentẽ va-
nam. Itẽ ſerui ac liberi, pauperis ac diui
20 tis, ¶ et oẽm mentẽ conuertit in ſecurita
D tem et iucunditatẽ, et nõ meminit om-
21 nem triſtitiã et debitum, ¶ et oĩa præcor
dia facit honeſta, et nõ meminit regẽ,
nec magiſtratum, & omnia per talenta
22 loqui facit. ¶ Et non meminerunt, cùm
biberunt, amicitiam, nec fraternitatẽ:
ſed non multum pòſt ſumunt gladios.
23 ¶ Et cũ à vino meſſerint et ſurrexerint,
24 non meminerunt quę geſſerũt. ¶ O viri,
num præcellit vinum? quis ſic cogitat
facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IIII.

1 ET inchoauit sequens dicere, q dixit
A de fortitudine regis. ¶O viri, num
2 præcellũt homines, qui terram & mare
3 obtinẽt, & omnia quę in eis sunt? ¶Rex
autẽ super omnia præcellit, & domina
tur eorum: & omne quodcunq; dixe-
4 rit illis, faciũt. ¶Et si miserit illos ad bel
latores, vadunt, & demoliuntur mon-
5 tes, & muros, & turres. ¶Iugulantur, &
iugulant, & regis verbũ non prętereũt.
nã si vicerint, afferunt regi omnia quæ-
6 cunque prædati fuerint. ¶Similiter &
alij omnes, quotquot non militant,
nec pugnant, sed colunt terrã: rursum
cùm fuerint metentes, afferunt tributa
7 regi: ¶& ipse vnꝰ solus si dixerit occidi-
te, occidunt: dixerit remittite, remittũt:
8 ¶dixerit pcutite, percutiunt: dixerit ex-
terminate, exterminãt: dixerit ædifica-
9 te, ædificãt: ¶dixerit excidite, excidunt:
10 dixerit plantate, plantant: ¶& oĩs plebs,
& virtutes eũ obaudiunt; & super hoc
11 ipse recumbit, & bibit, & dormit. ¶Hi
B aũt custodiunt in circuitu eum, & non
possunt ire singuli, & facere opera sua,
12 sed in dicto obaudiẽtes sunt ei. ¶Viri,
quomodò nõ pręcellit rex qui sic diffa-
13 mat? Et tacuit. ¶Tertius qui dixerat de
mulieribꝰ & veritate, hic est Zorobabel
14 cœpit loq. ¶Viri, nõ magnꝰ rex, & mul-
ti hoĩes, nec vinũ pręcellit. Quis est er-
15 go qui dominatur eorum? ¶Nonne mu-
lieres genuerunt regem, & omnẽ popu-
16 lum, qui dominatur mari & terrę: ¶&
ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt
eos q plantauerũt vineas ex quibꝰ vinũ
17 fit? ¶Et ipsæ faciunt stolas omnium ho-
minum: & ipsę faciunt gloriã homini-
bus, & non possunt homines separari à
18 mulieribꝰ? ¶Si congregauerint aurum
& argentum, & oẽm rem speciosam, &
viderint mulierẽ vnam bono habitu &
19 bona specie, ¶omnia hęc relinquẽtes in
eã intendunt, & aperto ore conspiciũt,
& eam alliciũt magis quàm aurum &
argentum, & omnem rem pretiosam.
20 ¶Homo patrem suum relinquit q enu-
triuit illũ, & suam regionẽ, & ad mulie-
21 rem se coniungit. ¶Et cũ muliere remit
C tit animam: & neq; patrem meminit,
22 neq; matrem, neq; regionem. ¶Et hinc
oportet vos scire, qñ mulieres dominã-
23 tur vestri. Nonne doletis? ¶Et accipit
homo gladium suum, & vadit in viam
facere furta, & homicidia, & mare na-
24 uigare & flumina, ¶& leonẽ videt, & in
tenebris ingreditur: & cùm furtũ fece-
rit & fraudes, & rapinas, amabili suę af
25 fert. ¶Et iterũ, diligit homo vxorem suã
26 magis quàm patrem aut matrem. ¶Et
multi dementes facti sunt ꝑpter vxo-
res suas: & serui facti sunt ꝑpter illas,
27 & multi perierunt & iugulati sunt, &
28 peccauerunt ꝑꝑ mulieres. ¶Et nunc cre
dite mihi, qa magnus est rex in potesta
te sua: qm̃ omnes regiones verẽtur tan-
29 gere eum. ¶Videbam tamen Apemen
filiã Bezacis mirifici, cõcubinam regis
30 sedentem iuxta regem ad dexteram, ¶&
auferentẽ diadema de capite eius, & im
ponentem sibi, & palmis cædebat regẽ
31 de sinistra manu. ¶Et super hęc aperto
D ore intuebat' eã: & si arriserit ei, ridet.
nam si indignata ei fuerit, blandit', do-
32 nec reconciliet' in gratiam. ¶O viri, cur
nõ sunt fortiores mulieres? Magna est
terra, & excelsum est cęlum: *quis ista *quę ista agunt.
33 agit? ¶Et tũc rex, & purpurati intuebã-
tur ĩ alterutrũ. Et inchoauit loqui de
34 veritate. ¶O viri, nõne fortes sunt mu-
lieres? Magna est terra, & excelsum est
cęlũ: & velox cursus solis cõuertit in gy
35 ro cęlũ in locum suũ in vna die. ¶Non-
ne magnificus est qui hęc facit, & veri-
36 tas magna, & fortior pręoĩbus? ¶Omnis
terra veritatem inuocat, cęlũ etiam ip-
sam benedicit, & omnia opera mouen-
tur, & tremunt eam, & non est cum ea
37 quicquam iniquũ. ¶Vinum iniquum,
iniquus rex, iniquę mulieres, iniqui oẽs
filij hominum, & iniqua illorũ omnia
opera, & nõ est in ipsis veritas, & in sua
38 iniquitate peribunt: ¶& veritas manet,
& inualescit in ęternũ, & viuit, & obti-
39 net in secula sclorum. ¶Nec est apud eã
E accipere psonas, neq; differentias: sed
quę iusta sunt facit omnibꝰ, iniustis ac
malignis & oẽs benignant' in operibꝰ
40 eius. ¶Et non est in iudicio eius ini-
quum, sed fortitudo, & regnũ, & pote-
stas & maiestas omnium æuorũ. Bene-
41 dictus Deus veritatis. ¶Et desijt loquen
do. Et oẽs populi clamauerunt, & di-
xerunt, Magna est veritas, & præualet.
42 ¶Tunc rex ait illi, Pete, si quid vis am-
plius, q̃ quæ scripta sunt, & dabo tibi,
secũdùm quod inuentus es sapientior
ꝓximis, & ꝓximus mihi sedebis, & co-
43 gnatus meus vocaberis. ¶Tunc ait regi,

Memor esto voti tui, quod vouisti, ędi-
ficare Ierusalé, in die qua regnum acce-
44 pisti: & omnia vasa quæ accepta sunt
ex Ierl'm, remittere, quę separauit Cy-
rus, quando mactauit Babyloniá, & vo
45 luit remittere ea ibi. Et tu vouisti ædi-
ficare templum, quod incenderunt Idu
męi, quando exterminata est Iudæa à
46 Chaldæis. Et nunc hoc est quod postu
F lo Dñe, & quod peto, hoc est maiestas
quod à te postulo, vt facias votú quod
47 vouisti regi cæli ex ore tuo. Túc surgés
Darius rex osculatus est illú: & scripsit
epistolas ad oés dispensatores, & præfe-
ctos & purpuratos, vt deducerent cú, &
eos qui cú illo erant oés ascendétes ędi-
48 ficare Ierl'm. Et omnibus pręfectis, qui
erát in Syria, & Phœnice, & Libano scri
psit epistolas, vt traherét ligna cedrina
à Libano in Ierl'm, vt ædificarent cú eis
49 ciuitaté. Et scripsit oíbus Iudæis q ascé-
debant à regno in Iudęá pro libertate,
oém potenté, & magistratú, & pręfectú
50 non superuenire ad ianuas ipsorú, &
oém regionem quá obtinuerant immu
nem esse eis, & Idumæi relinquát castel
51 la quæ obtinét Iudęorú, & in structu-
ram tépli dare per singulos annos talen
52 ta viginti, vsq; dum perędificaretr: &
super sacrariú holocaustomata vitula-
re quotidie, sicut habent pręceptú: alia
talenta decé offerre p singulos annos,
53 & oíbus qui procedút à Babylonia có
dere ciuitaté: vt esset libertas tam ipsis
quàm filijs eorum, & omnib⁹ sacerdo-
54 tibus qui pręcedunt. Scripsit auté &
G quantitatem, & sacram stolá iussit da-
55 ri, in qua deseruirét, & Leuitis scripsit
dare pręcepta, vsq; in diem qua cósum-
mabitur domus, & Ierusalé extruetur:
56 & omnibus custodiétibus ciuitatem,
57 scripsit dari ei sortes & stipédia. Et di-
misit omnia vasa quæcúq; separauerat
Cyrus à Babylonia, & oía quæcúq; di-
xit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti
58 Ierusalé. Et cùm processisset ille ado-
lescens, eleuans faciem in Ierusalé, bñ-
59 dixit regem cęli, & dixit, Abs te est vi-
ctoria, & abs te est sapientia & claritas,
60 Et ego seruus tuus sum. Benedictus es
qui dedisti mihi sapientiá, & tibi cófite
61 bor Dñe Deus patrum nostrorú. Et ac-
cepit epistolas, & profectus est in Baby-
loniam, Et venit, & nuntiauit fratribus
suis omnibus qui fuerút in Babylonia:
62 & benedixerunt Deum patrum suorú,
quoniam dedit illis remissionem & re-
63 frigerium, vt ascenderent & ędificarét
Ierusalem, & templum vbi nominatú
est nomen eius in ipso, & exultauerút
cum musicis & lętitia diebus septem.

CAP. V.

1 A POst hæc auté electi sunt, vt ascende rent principes pagorum p domos 1. Esdr. 2. a. 1.
& tribus suas, & vxores illorú, & filij &
filiæ eorú, & serui & ancillæ ipsorum,
2 & pecora eorú. Et Darius rex misit v-
ná cú eis equites mille, donec deduce-
rent eos in Ierusalem cum pace, & cum
3 musicis & cum tympanis & tybiis: &
omnes fratres erát ludentes, & fecit eos
4 ascendere simul cú eis. Et hęc sunt no
mina virorum, qui ascenderunt per pa-
gos suos in tribus, & in parté principa-
5 tus ipsorú. Sacerdotes Filii Phinees,
ueam vnam: & ex oĩbus floribus orbis
25 elegisti tibi lilium vnum: ¶& ex oĩbus
abyssis maris, replesti tibi riuum vnũ:
& ex oĩbus ędificatis ciuitatibus, sancti
26 ficasti tibimetipsi Sion: ¶& ex oĩb⁹ crea
tis volatilibus, nominasti tibi colum-
bam vnam: & ex oĩbus plasmatis peco
27 ribus, ꝓuidisti tibi ouem vnam: ¶& ex
omnibus multiplicatis populis, acquisi
uisti tibi ppl̃m vnum: & ab omnibus
probatam legem donasti huic, quẽ desi
28 derasti populo. ¶Et nunc Dñe, vt quid
tradidisti vnum pluribus? Et pręparasti
super vnam radicem alias, & disperdi-
29 disti vnicum tuum in multis: ¶& cõcul
C cauerunt eum, qui contradicebant spõ
sionibus tuis, quiq; tuis testamentis nõ
30 crędebant. ¶Et si odiẽs odisti ppl̃m tuũ,
31 tuis manibus debet castigari. ¶Et factũ
est, cùm locut⁹ essem sermones, & mis-
sus est Angelus ad me, qui antè venerat
32 ad me p̃terita nocte, & dixit mihi, ¶Au
di me, & instruam te: & intende mihi,
33 & adiiciam coram te. ¶Et dixi, Loquere
Dñe meus. Et dixit ad me, Valde tu in
excessu mẽtis factus es ꝓ Israël: an plus
34 dilexisti eum, q̃ qui eum fecit? ¶Et dixi
ad eum, Non Dñe, sed dolens locutus
sum. Torquent enim me renes mei per
oẽm horam, quærentem apprehendere
semitam Altissimi, & inuestigare partẽ
35 iudicii eius. ¶Et dixit ad me, Nõ potes.
Et dicit, Quare Dñe? Ad quid nascebar,
aut quare non fiebat matrix meę mihi
sepulchrum, vt non viderem laborem
Iacob, & defatigationem generis Israël?
36 ¶Et dixit ad me, Numera mihi, q nec-
dum venerũt, & collige mihi dispersas
guttas, & reuirida mihi aridos flores,
37 ¶& aperi mihi clausa promptuaria, &
ꝓduc mihi inclusos in eis flatus, demõ
stra mihi vocis imaginem: & tunc ostẽ-
38 dam tibi laborẽ quem rogas videre. ¶Et
dixi, Dñator Dñe quis enim est qui po-
test hęc scire, nisi qui cum hoĩbus habi
39 tationem non habet? ¶Ego aũt insipiẽs,
& qũò potero dicere de his, quibus me
40 interrogasti? ¶Et dixit ad me, Qũò non
potes facere vnum de his quæ dicta
sunt: sic nõ poteris inuenire iudicium
meum, aut in fine charitatem, quã po-
41 pulo promisi. ¶Et dixi, Sed ecce Dñe tu
D prope es his qui in finem sunt: & quid
faciẽt qui ante me fuerũt, aut nos, aut
42 hi qui post nos? ¶Et dixit ad me, Coronę
assimilabo iudicium meum. Sicut non
nouissimorum tarditas, sic nec prio-
43 rum velocitas. ¶Et rñdi, & dixi, nec po-
teras facere eos q facti sunt, & q sunt,
& qui futuri sunt, in vnum, vt celerius
44 iudicium tuum ostendas? ¶Et rñdit ad
me, & dixit, Non potest festinare creatu
ra super creatorem, nec sustinere secu-
lum eos qui in eo creandi sunt, in vnũ.
45 ¶Et dixi, Qũò dixisti seruo tuo, qm̃ vi-
uificans viuificasti à te creatam creatu
ram in vnũ, & sustinebat creatura: po-
terit et nunc portare præsentes in vnũ?
46 ¶Et dixit ad me, Interroga matricẽ mu-
lieris, et dices ad eam, Et si paris, quare
per tempus? Roga ergo eam, vt det decẽ
47 in vnum. ¶Et dixi. Nõ vtiq; poterit: sed
48 sec̃dm tempus. ¶Et dixit ad me, Et ego
dedi matricem terræ his qui seminati
49 sunt super eam per tempus. ¶Quemad-
modum enim infans non parit ea, quæ
senum sunt: sic ego disposui à me crea-
50 tum seculum. ¶Et interrogaui, & dixi,
Cũ iam dederis mihi viam, loquar corã
te: nam mater nr̃a, de qua dixisti mihi,
adhuc iuuenis est: iam senectuti appro
51 pinquat. ¶Et rñdit ad me, & dixit, Inter
52 roga eam quæ parit, & dicet tibi. ¶Dicet
enim ei, Quare quos peperisti, nunc
non sunt similes his qui ante te, sed mi
53 nores statura? ¶Et dicet tibi & ipsa, Alii
sunt qui in iuuẽtute virtutis nati sunt:
et alii qui sub tpe senectutis, deficiente
54 matrice sunt nati. ¶Considera ergo et
tu qm̃ minori statura estis præ his qui
55 ante vos: ¶et qui post vos, minori q̃ vos,
quasi iam senescentes creaturę, et forti-
tudinem iuuentutis prętereuntes. Et di
xi, Rogo Dñe, si inueni gratiam ante
oculos tuos, demonstra seruo tuo, per
quem visites creaturam tuam.

CAP. VI.

1 A ET dixit ad me, Initio terreni orbis,
et anteq̃ starent exitus seculi, et an-
teq̃ spirarent conuentiones ventorum,
2 et anteq̃ sonarent voces tonitruum, et
anteq̃ splenderẽt nitores coruscationũ,
et anteq̃ confirmarentur fundamenta
3 Paradisi, ¶et anteq̃ viderentur decori
flores, et anteq̃ confirmarentur motæ
virtutes, et anteq̃ colligerentur innume
4 rabiles militiæ angelorum, ¶et anteq̃

extolleréntur altitudines aëris, & anteq̃
nominarentur mensuræ firmamento-
rum, & anteq̃ æstuarent camini in Sió,
5 & anteq̃ inuestigaréntur præsentes anni,
& anteq̃ abalienarentur eorum q̃ nũc
peccant adinuẽtiones, & consignati es-
6 sent qui fidé thesaurizauerunt: tunc
cogitaui, & facta sunt per me solum, &
non per alium: & finis p me, & non p
7 alium. Et rñdi, & dixi. Quę erit separa
tio tporũ? aut qñ prioris finis, & sequen
8 tis initium? Et dixit ad me, Ab Abrahã
vsq; ad Isaac, qñ nati sunt ab eo Iacob
& Esau, manus Iacob tenebat ab initio
9 calcaneum Esau, finis enim huius se-
culi Esau, & principiũ sequentis Iacob.
10 Hoïs manus inter calcaneũ & manũ.
11 Aliud noli quęrere Esdra. Et rñdi, & di
xi, O dñator Dñe, si inueni gratiam an-
12 te oculos tuos, oro vt demonstres ser-
uo tuo finem signorum tuorum, quorũ
partem mihi demonstrasti nocte pręce-
13 denti. Et rñdit, & dixit ad me, Surge su
per pedes tuos, & audi vocé plenissimã
14 sonitus. Et erit sicut commotio, nec cõ
mouebitur locus, in quo stes super eũ.
15 Ideo cum loquitur, tu non expauescas,
qm̃ de fine verbum & fundamentũ ter-
16 rę intelligitur, qm̃ de ipsis sermo tremi
B scit & commouetur, scit enim quoniã
17 finem eorum oportet commutari. Et
factum est, cùm audissem, surrexi super
pedes meos: & audiui: & ecce vox lo-
quens, & sonus eius sicut sonus aquarũ
18 multarũ, & dixit, Ecce dies veniunt, &
erit qñ appropinquare incipiam, vt visi
19 tem habitantes in terra: & qñ inquire-
re incipiã ab eis qui iniustè nocuerunt
iniustitia sua, & qñ suppleta fuerit hu-
20 militas Sion. & cum supersignabitur
seculum quod incipiet pertransire, hęc
signa faciam, Libri aperiẽtur ante facié
21 firmaméti, & oẽs videbũt simul, & an-
niculi infantes loquentur vocibus suis,
& pręgnátes immaturos parient infan-
tes trium & quatuor mensium, & viuét
22 & suscitabuntur. Et subitò apparebũt
seminata loca non seminata, & plena
prõptuaria subitò inuenientur vacua:
23 & tuba canet cum sono, quam cũ oẽs
24 audierint, subitò expauescẽt. Et erit in
illo tpe, debellabunt amici amicos vt
inimici, & expauescet terra cum his: &
venæ fontium stabunt, & non decurrẽt
25 in horis tribus: & erit, oïs qui dereli-
ctus fuerit oĩbus istis quibus prędixi ti-
bi, ipse saluabitur, & videbit salutare
26 meum, & finem seculi vestri. Et vide-
bunt qui recepti sunt hoĩes, qui morté
non gustauerũt à natiuitate sua, & mu
tabitur cor inhabitantium, & converte
27 tur in sensum aliũ. Delebit enim ma-
28 lum, & extinguetur dolus. Florebit aũt
fides, & vincet corruptela, & ostẽdetur
veritas quę sine fructu fuit diebus tãtis:
29 Et factũ est, cũ loqueretur mihi, & ec-
ce paulatim intuebar sup eũ ante quẽ
30 stabam, dixit ad me hęc, Veni tibi ostẽ
31 dere tempus ventura noctis. Si ergo ite-
rum rogaueris, & iterum ieiunaueris se-
ptem diebus, iterum tibi renũtiabo ho
32 rum maiora per diem q̃ audiui. Audi
ta est enim vox tua apud Altissimum.
C Vidit enim fortis directionem tuam, &
prouidit pudicitiam, quam à iuuẽtute
33 tua habuisti: & pp hoc misit me de-
mõstrare tibi hęc oĩa, & dicere tibi, Cõ
34 fide, & noli timere, & noli festinare cũ
prioribus tporibus cogitare vana, vt nõ
35 properes à nouissimis tpibus. Et factũ
est post hęc, & fleui iterum: & similiter
ieiunaui septem diebus, vt supplẽã tres
36 hebdomadas, quæ dictę sunt mihi. Et
factum est in octaua nocte, & cor meũ
turbabatur iteratò in me, & cœpi loqui
37 coram Altissimo. Inflãmabatur enim
spũs meus valde, & aĩa mea anxiabat.
38 & dixi, O Dñe, loquens locutus es ab
initio creaturę in primo die dicens, Fiat
cęlum & terra: & tuum verbum opus
39 perfectum. Et erat tũc spũs, & tenebrę
circunferebantur, & silentium, sonus
40 vocis hoïs nondum erat abs te. Tũc di
xisti de thesauris tuis proferri lumé lu-
minosum, quo appareret opus tuum.
41 Et die secundo creasti spm̃ firmamen-
ti, & imperasti ei vt diuideret & diuisio
nem faceret inter aquas, vt pars quędã
sursum recederet, pars verò deorsum
42 maneret. Et tertia die imperasti aquis
congregari in septima parte: sex verò
partes siccasti & cõseruasti, vt ex his sint
coram te ministrantia seminata à Deo,
43 & culta, Verbũ tuũ processit: & opus
44 statim fiebat. Processit enim subitò
fructus multitudinis immẽsus, & con-
cupiscentię gustus multiformes, & flo-
res colore immutabili, & odores odora
menti inuestigabilis, & die tertia hęc fa
45 cta sunt. Quarta aũt die imperasti fieri

D solis splendorem, lunę lumen, stellarũ
46 dispositionem: ¶& imperasti eis, vt de-
47 seruirent futuro plasmato hoĩ. ¶Quin-
to aũt die dixisti septimę parti, vbi erat
aqua congregata, vt procrearet aĩalia, &
48 volatilia, & pisces: & ita fiebat. ¶aqua
muta, & sine aĩa quæ Dei nutu iubebã
tur, aĩalia faciebat, vt ex hoc mirabilia
49 tua nationes enarrẽt. ¶Et tũc cõseruasti
duas aĩas: nomen vni vocasti Henoch,
& nomen secundæ vocasti Leuiathan,
50 ¶& separasti ea ab alterutro. Non enim
poterat septima pars, vbi erat aqua con
51 gregata, capere ea. ¶Et dedisti Henoch
vnam partẽ, quæ siccata est tertio die,
vt habitet in ea vbi sunt montes mille.
52 ¶Leuiathan aũt dedisti septimam partẽ
humidam, & seruasti eam, vt fiat in de
53 uorationem quibus vis, & qñ vis. ¶Sexto
aũt die imperasti terræ, vt crearet corã
54 te iumenta, & bestias, & reptilia: ¶& su
per his Adam, quem cõstituisti ducem
super oĩbus factis quæ fecisti, & ex eo
educimur nos oẽs, quẽq; elegisti pplm.
55 ¶Hęc aũt oĩa dixi coram te Dñe, quia
56 pp nos creasti seculum. ¶Residuas aũt
gentes ab Adam natas dixisti eas nil es-
se, & quoniam saliuę assimilatę sunt,
& quasi stillicidium de vase similasti
57 abundantiam eorum. ¶Et nunc Dñe, ec
ce, istę gentes quę in nihilum deputa-
tę sunt, cœperunt dñari nostri, & deuo
58 rare: ¶nos aũt populus tuus quem voca
sti primogenitum, vnigenitum ęmula-
torem tuum, traditi sumus in manibus
59 eorum: ¶& si pp nos creatum est secu-
lum, quare non hęreditatem possidem⁹
cum seculo. Vsquequo hęc?

CAP. VII.

1 ET factũ est, cum finissem loqui ver
A ba hęc, missus est ad me Angelus q
2 missus fuerat ad me primis noctib⁹. ¶&
dixit ad me, surge Esdra, & audi sermo-
3 nes quos veni loqui ad te. ¶Et dixi, Lo-
quere Deus meus. Et dixit ad me, Mare
positum est in spatioso loco, vt esset al-
4 tum & immensum: ¶erit aũt ei introit⁹
in angusto loco positus, vt esset similis
5 fluminibus. ¶Quis enim volens volue-
rit ingredi mare, & videre eũ, vel dñari
eius: si non transierit angustum, in lati-
6 tudinem quõ venire poterit? ¶Itẽ aliud,
Ciuitas est ędificata, & posita i loco cã-
pestri: est aũt plena oĩum bonorum.
7 ¶Introitus eius angustus & in præcipiti
positus, vt esset à dextris quidem ignis,
8 à sinistris aqua alta: ¶semita aũt est vna
sola inter eos posita, hoc est, inter ignẽ
& aquam, vt non capiat semita, nisi so-
9 lummodò vestigium hoĩs. ¶Si aũt dabi
tur ciuitas homini in hæreditatem, si
nunquam antepositum periculum per
transierit, quõ accipiet hęreditatẽ suã?
10 ¶Et dixi, Sic Dñe. Et dixit ad me, Sic est
11 & Israël pars. ¶Propter eos enim feci se-
culum: & qñ transgressus est Adam cõ-
stitutiones meas, iudicatũ est quod fa-
12 ctum est. ¶Et facti sunt introitus huius
seculi angusti, & dolentes, & laboriosi:
pauci aũt & mali, & periculorum ple-
13 ni, & labore magnopere fulti. ¶nã ma-
ioris seculi introitus spatiosi & securi,
14 & facientes immortalitatis fructũ. ¶Si
ergo ingredientes non fuerunt ingressi
qui viuũt, angusta & vana hęc: nõ pote
15 runt recipere quę sunt reposita. ¶Nunc
ergo quare tu cõturbaris, cũ sis corrupti
bilis? et quid mouêris tu, cũ sis morta-
16 lis. ¶Et quare nõ accepisti in corde tuo
quod est futurũ, sed quod in pręsenti?
17 ¶Rñdi, et dixi. Dñator Dñe, ecce dispo-
suisti lege tua, qm iusti hęreditabunt
18 hęc, impii aũt peribunt. ¶Iusti aũt ferẽt
angusta, sperantes spatiosa. q enim im
pie gesserunt, et angusta passi sunt, et
19 spatiosa nõ videbunt. ¶Et dixit ad me,
B Non est iudex super Deum, neq; intel-
20 ligens super Altissimum. ¶Pereũt enim
multi pręsentes, quia negligitur quę an
21 teposita est Dei lex. ¶Mãdans enim mã
dauit Deus venientibus, qñ venerunt.
qd facientes viuerent, et quid obseruan
22 tes non punirentur. ¶Hi aũt non sunt
persuasi, et contradixerunt ei, et consti-
23 tuerunt sibi cogitamen vanitatis, ¶et p
posuerunt sibi circũuẽtiones delictorũ,
et superdixerunt Altissimo non esse, et
24 vias eius non cognouerũt, ¶et legẽ eius
spreuerũt, et sponsiones eius abnegaue
runt, et in legitimis eius fidẽ nõ habue
25 runt, et opera eius non pfecerunt. ¶Pro-
pter hoc Esdra vacua vacuis, et plena
26 plenis. ¶Ecce tẽpus veniet, et erit qñ ve-
nient signa quæ prædixi tibi, et appare
bit sponsa, et apparescens ostendet quę
27 nunc subducitur terra: et oĩs qui libe-
ratus est de pdictis malis, ipse videbit
28 mirabilia mea. ¶Reuelabitur enim filius
meus IESVS cũ his qui cum eo sunt,
et iucundabuntur q relicti sunt in an-

29nis quadringentis. ¶Et erit post annos
hos, et moriet᷑ filius meus CHRISTVS
et oés qui spiramentum habent hoíes:
30¶et conuertetur seculum in antiquum
silentiú diebus septé, sicut in prioribus
31iudiciis, ita vt nemo derelinquat᷑. ¶Et
erit post dies septé, et excitabitur qđ nó
dum vigilat sclm, et moriet᷑ corruptú,
32¶et terra reddet quę in ea dormiunt, et
puluis qui in eo silentio habitát et pró-
tuaria reddent quę eis cómendatę sunt
33aíæ. ¶Et reuelabitur Altissimus sup sedé
iudicii, et pertransibunt miseriæ, et lon
34ganimitas congregabit᷑. ¶Iudicium aút
solum remanebit, veritas stabit et fides
35conualescet, ¶et opus subsequet᷑, et mer
ces ostendetur, et iustitiæ vigilabunt, et
36iniustitię non dñabuntur. ¶Et dixi. Pri
mus Abraham pp Sodomitas orauit, et
C Moyses pro patribus qui in deserto pec
37cauerunt, ¶et qui post eum pro Israël in
38diebus Achaz, et Samuelis, ¶et Dauid p
cófractione, & Salomon pro eis qui ve-
39nerunt in sanctificationé, ¶et Elias pro
his qui pluuiá acceperunt, et pro mor-
40tuo vt viueret, ¶et Ezechias pro populo
in diebus Sennacherib, et multi p mul
41tis. ¶Si ergo modo qñ corruptibile incre
uit, et iniustitia multiplicata est, et ora
uerunt iusti pro impiis: quare et nunc
42sic non erit? ¶Et rñdit ad me, et dixit,
Pręsens seculum non est finis, gloria in
eo frequens manet: pp hoc orauerunt
43p inualidis. ¶Dies enim iudicii erit finis
tpis huius, et initiú tpis futurę immor
44talitatis, in quo transiuit corruptela: ¶so
luta est intemperátia, abscisa est incre-
dulitas: creuit aút iustitia, orta est veri-
45tas. ¶túc enim nemo poterit saluare eú
qui periit, neq; demergere qui vicit. Et
46rñdi, ¶et dixi. Hic est sermo meus prim⁹
et nouissimus, qñ melius erat non da-
re terram Adam, vel cùm iam dedisset,
47coërcere eú vt nó peccaret. ¶Quid enim
prodest hoíbus in pręsenti viuere in tri
stitia, et mortuos sperare punitionem?
48¶O tu quid fecisti Adam? Si enim tu pec
casti, nó est factus solius tuus casus, sed
49et noster qui ex te aduenimus. ¶Quid
enim prodest nobis si pmissum est no-
bis immortale tempus: nos aút morta-
50lia opera egimus? ¶Et qñ pdicta est no
bis perennis spes: nos verò pessimi vani
51facti sumus. ¶Et qñ reposita sunt nobis
habitacula sanitatis et securitatis: nos
52verò malè cóuersati sum⁹? ¶Et qñ repo
sita est gloria Altissimi protegere eos q
tardè conuersati sunt: nos aút pessimis
53viis ambulauimus. ¶Et qñ ostendetur
paradisus, cuius fructus incorruptus p-
seuerat, in quo est securitas et medela:
54¶nos verò non ingrediemur. in ingra-
55tis enim locis cóuersati sumus. ¶Et qñ
C super stellas fulgebunt facies eorum q
abstinentiam habuerunt: nostrę autem
56facies super tenebras nigrę: ¶non enim
cogitauimus viuentes quando iniquita
tem faciebamus, q icipiemus post mor
57tem pati. ¶Et rñdit, et dixit, Hoc est cogi
tamentum certaminis quod certabit q
58super terram natus est homo, ¶vt si vi-
ctus fuerit, patiatur quod dixisti: si aút
59vicerit, recipiet quod dico: ¶qñ hæc est
vita quá Moyses dixit cùm viueret, ad
ppłm, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas.
60¶ Non crediderunt aút ei, sed nec post Deu. 30.
eum prophetis: sed nec mihi qui locut⁹ d. 19.
61sum ad eos. ¶qñ non esset tristitia in p
ditionem eorum, sicut futurú est gau-
dium super eos, quibus persuasa est sa-
62lus. ¶Et respondi, et dixi, Scio Dñe, qñ
vocatus est Altissim⁹ misericors in eo,
q misereatur his qui nondum in secu-
63lo aduenerunt, ¶& q miseretur illis qui
64conuersionem faciunt in lege eius: ¶et
longanimis est, qñ longanimitatem
pręstat his qui peccauerunt quasi suis
65operibus: ¶et munificus est, qñ quidé
66donare vult pro exigentiis: ¶et multæ
misericordię, quoniam multiplicat ma
gis misericordias his qui psentes sunt.
& qui pręterierunt, & qui futuri sunt.
67¶Si enim nó multiplicauerit misericor-
dias suas, nó viuificabitur seculum cú
68his qui inhæreditabát in eo. ¶Et donat:
qñ si non donauerit de bonitate sua, vt
alleuentur hi qui iniquitatem fecerút,
de suis iniquitatibus nó poterit decies
millesima pars viuificari hominum.
69¶Et iudex si non ignouerit his qui cura
ti sunt verbo eius, et deleuerit multitu
70dinem contentionum: et non fortassis
derelinquerétur in innumerabili mul-
titudine, nisi pauci valde.

CAP. VIII.

1 ET respondit ad me, et dixit, Hoc se-
A culum fecit Altissimus ppter mul-
2 tos, futurum auté propter paucos. ¶Di-
cam auté coram te similitudiné Esdra.
Qúò autem interrogabis terram, et di-

cet tibi, qm̃ dabit terram multam ma-
gis vnde fiat fictile, paruũ autẽ puluerẽ
vnde aurũ fit: sic & actus pręsentis secu
3 li. Multi quidem creati sunt, pauci aũt
4 saluabuntur. ¶ Et rñdi & dixi, Absorbe
ergo anima sensum, & deuora quod sa-
5 pit. ¶ cõuenisti enim obaudire, & ꝓphe-
tare *volens. Nec enim tibi datũ est spa
6 tiũ, nisi solummõ viuere. ¶ O Dñe si nõ *volens. 3.
permittes seruo tuo, vt oremus corã te,
& des nobis semẽ cordi, & sensui cultu
rã, vnde fructus fiat, vnde viuere possit
oĩs corruptus, q portabit locũ hominis?
7 ¶ Solus enim es, & vna plasmatio nos su
8 mus manuũ tuarũ, sicut locutus es: ¶ &
quomodo nunc in matrice plasmatum
est corpus, & ꝓstas mẽbra: conseruatur
in igne & aqua tua creatio: & nouẽ mẽ
sibus patit̃ tua plasmatio tuã creaturã q
9 in ea creata est: ¶ ipsum autem quod ser
uat, & quod seruatur vtraque seruabun
tur: seruataque quandoque iterum red
10 dit matrix quę in ea creuerunt. ¶ Im pa
sti enim ex ipsis membris, hoc est ma-
11 millis ꝓbere lac fructui mamillarũ, ¶ vt
nutriatur id quod plasmatum est vsque
in tempus aliquod, & postea disponas
12 eum tuæ misericordię. ¶ Enutristi eum
tua iustitia, & erudisti eum in lege tua,
13 & corripuisti eũ tuo intellectu: ¶ & mor
tificabis eum, vt tuam creaturam: & vi-
14 uificabis eũ, ut opus tuũ. ¶ Si ergo perdi
B deris eum qui tantis laboribus plasma
tus est: tuo iussu facile est ordinari, vt &
15 id quod fiebat seruaretur. ¶ Et nunc Do
mine dicam, de omni homine tu ma-
gis scis: de ppl'o aũt tuo, ob quẽ doleo,
16 ¶ & de hęreditate tua, propter quam lu-
geo: & propter Israël, propter quẽ tristis
17 sum: & de Iacob, propter quẽ doleo. ¶ i-
deo incipiam orare corã te pro me, & ꝓ
eis: quoniam video lapsus nostros qui
18 inhabitamus terram. ¶ Sed audiui celeri
19 tatem iudicis qui futurus est. ¶ Ideo au-
di vocem meam, & intellige sermonẽ
meum, & loquar coram te. Initium ver
20 borũ Esdrę priusquam assumeretur: ¶ &
dixi Domine, q inhabitas seculũ, cuius
21 oculi eleuati i superna & aëre: ¶ & cui⁹
thronus inæstimabilis, & gloria incõ-
prehensibilis: cui astat exercitus ange-
22 lorũ cũ tremore, ¶ quorũ seruatio i vẽto
& igni cõuertitur: cuius verbũ verũ, &
23 dicta perseuerantia: ¶ cuius iussio for-
tis, & dispositio terribilis: cuius aspect⁹
arefacit abyssos, & indignatio tabescere
24 facit montes, & veritas testificatur: ¶ ex-
audi orationem serui tui, & auribus ꝑ-
25 cipe precationem figmenti tui. ¶ Dum
enim viuo, loquar: & dum sapio respõ
26 debo. ¶ Nec respicias populi tui delicta,
27 sed qui tibi in veritate seruiunt. ¶ Nec
intẽdas impia gentium studia, sed qui
tua testimonia cũ doloribus custodie-
28 runt: ¶ Nec cogites qui in conspectu tuo
falsè cõuersati sunt, sed memorare q ex
29 voluntate tua timorẽ cognouerũt. ¶ Ne
que volueris perdere, qui pecudum mo
res habuerunt: sed respicias eos qui legẽ
30 tuam splendidè docuerunt. ¶ Nec indi-
C gneris eis q bestijs peiores iudicati sũt:
sed diligas eos qui semper in tua iusti-
31 tia confidunt, & gloria. ¶ Qm̃ nos & pa-
tres nostri talibus morbis languemus:
tu autem propter nos peccatores mise-
32 ricors vocaberis. ¶ Si enim desideraueris
vt nostri miserearis, tunc misericors vo
caberis, nobis autem non habentibus
33 opera iustitiæ. ¶ Iusti enim, quibus sunt
opera multa reposita ex proprijs operi-
34 bus recipient mercedem. ¶ Quid est enĩ
homo, vt ei indigneris: aut genus corru
35 ptibile, vt ita amarus iis de ipso? ¶ in ve- 3. Re. 8. c. 46.
ritate enim nemo de genitis est qui non 2. Pa. 6. f
impiè gessit, & de cõfitentibus qui non 36.
36 deliquit. ¶ In hoc enim annuntiabitur
iustitia tua, & bonitas tua Dñe, cũ mi-
sertus fueris eis qui non habent sub stã
37 tiam bonorum operum. ¶ Et respondit
ad me, & dixit. Rectè locutus es aliqua:
38 & iuxta sermones tuos sic & fiet. ¶ qm̃
non verè cogitabo super plasma eorũ
qui peccauerunt ante mortem, ante iu-
39 dicium, ante ꝑditionẽ. ¶ sed iucundabor Gen. 4. c.
super iustorum figmentum, & memo- 4.
rabor peregrinationis quoq;, & salua-
40 tionis, & mercedis receptionis. ¶ Quo-
41 mõ ergo locutus sum, sic & est. ¶ Sicut
enim agricola serit super terrã semina Mat. 13.
multa, & plantationes multitudinis a. 4. &
plantat, sed non in tẽpore oĩa quæ semi 10. b. 16.
nata sunt, saluantur, sed nec omnia q
plantata sunt radicabunt: sic & qui in
seculo seminati sunt, non oẽs saluabũ-
42 tur. ¶ Et respondi, & dixi, Si inueni gra-
43 tiam, loquar. ¶ Quomodo semen agrico
læ si non ascenderit aut non acceperit
pluuiam tuam in tempore, aut si corru
44 ptum fuerit multitudine pluuię, ¶ sic
perit: & similiter homo q manib⁹ tuis

plasmatus

plasmatus est, & tu ei imago nominat⁹
quĩ similatus es ei, pp quẽ oĩa plasma-
45 sti, & similasti semini agricolę. ? Nõ ira
scaris super nos: sed parce pplo tuo, &
miserere hrditati tuę. Tu aũt creaturæ
46 tuæ misereris. ? Et rñdit ad me, & dixit,
D Quæ sunt pręsentia p̃sentib⁹, & q̃ futu-
47 ra futuris. ? Multũ enim tibi restat, vt
possis diligere meã creaturã super me:
tibi aũt frequẽter & ipsi proximaui in-
48 iustis aũt nũquã. ? Sed & in hoc mirabi
49 lis es corã Altissimo ? qm̃ humiliasti te
sicut decet te, & non iudicasti te, vt in-
50 ter iustos plurimũ glorificeris. ? Propter
quod miseriæ multæ, & miserabiles ef-
ficient eis q habitãt seculum in nouissi
mis: qa in multa supbia ambulauerũt.
51 ? Tu aũt p te intellige, & de similibus
52 tuis inquire gloriã. ? Vobis enim apert⁹
est paradisus, plantata est arbor vitæ, p̃
paratum est futurum tp̃s, pręparata est
abũdantia, ædificata est ciuitas, probata
est requies, perfecta est bonitas, & perfe
53 cta sapientia. ? Radix mali signata est à
vobis: infirmitas, & tinea à vobis absc õ
sa est: & in infernum fugit corruptio in
54 obliuione. ? Trãsierunt dolores, & osten
sus est in fine thesaurus immortalita-
55 tis. ? Noli ergo adijcere inquirendo de
56 multitudine eorũ q pereũt. ? Nã & ipsi
accipientes libertatem, spreuerũt Altis
simũ, & legẽ eius contẽpserunt, & uias
57 eius dereliquerunt. ? Adhuc autem iu-
58 stos eius cõculcauerunt, & dixerunt in
corde suo non esse Deum: & quidem
59 scientes quoniã moriuntur. ? Sicut enĩ
vos suscipient quę prędicta sunt: sic eos
sitis & cruciatus, quæ p̃parata sunt; nõ
60 enim voluit hominem disperdi. ? Sed
& ipsi qui creati sunt, coinquinauerũt
nomen eius qui fecit eos: & ingrati fue
61 rũt ei qui præparauit eis vitã. ? Qua pp
iudicium meum modò appropinquat.
62 ? Quæ non omnibus demonstraui, nisi
tibi, & tibi similibus paucis. Et rñdi, &
63 dixi, ? Ecce nunc Domine demonstrasti
mihi multitudinem signorum, quæ in-
cipies facere in nouissimis: sed non de-
monstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

A ET respondit ad me, & dixit, Metiẽs
metire tp̃s in semetipso: & erit cùm
videris, quando transierit pars quędam
signorum quæ prædicta sunt, ? tũc intel
liges quoniam ipsum est tẽpus in quo
incipiet Altissimus visitare seculum qđ
3 ab eo factum est. ? Et quando videbitur
in seculo motio locorũ, & pplorum tur
4 batio, ? tũc intelliges qm̃ de his erat Al
tissimus locutus à diebus qui fuerunt
5 ante te ab initio. ? Sicut enim omne qđ
factum est in seculo initium habet, pa-
riter & consummationẽ, & consumma
6 tio est manifesta: ? sic & Altissimi tẽpo
ra initia habent manifesta in prodigijs
& virtutib⁹, & cõsummationes in actu
7 & in signis. ? Et erit, omnis qui saluus
factus fuerit, & qui poterit effugere per
opera sua & per fidem, in qua credidi-
8 stis, ? relinquetur de prędictis periculis,
& videbit salutare meum in terra mea,
& in finib⁹ meis. qm̃ sanctificaui me à
9 seculo. ? Et tunc miserebũtur qui nunc
abusi sunt vias meas: & in tormẽtis cõ
morabunt hi q eas piecerunt in contẽ-
10 ptu. ? Qui enĩ nõ cognouerũt me, viuen
11 tes beneficia consecuti: ? & qui fastidie-
runt legẽ meã cũ adhuc erant habentes
12 libertatẽ, ? & cũ adhuc esset eis apertus
pœnitentiæ locus non intellexerũt, sed
spreuerũt: hos oportet post mortem in
13 cruciamento cognoscere. ? Tu ergo noli
adhuc curiosus esse, quomodò impij
cruciabunt: sed inquire quomõ iusti sal
B uabũtur, & quorum seculum, & pp ter
14 quos seculum, & quando. ? Et respondi,
15 & dixi, ? Olim locutus sum, & nũc dico
& postea dicã: quoniam plures sunt q
16 pereunt, quam qui saluabuntur: ? sicut Mat.10.b.6.
multiplicat fluctus sup guttam. Et rñ-
17 dit ad me, & dixit, ? Qualis ager, talia
& semina: & quales flores, tales & tin-
cturæ: & qualis opator, talis & creatio:
& qualis agricola, talis cultura: qm̃ tp̃s
18 erat seculi. ? Et nunc cùm essem parans
his q nunc sunt, antequã fieret seculũ,
in quo habitarent: & nemo mihi con-
19 tradixit. ? tunc enim quisq; & nũc *crea creatu
tor in mũdo hoc parato, & messe inde-
ficiẽti, & lege inuestigabili corrupti sũt
20 mores eorũ. ? Et consideraui seculum, &
ecce erat periculum propter cogitatio-
21 nes q in eo aduenerũt. ? Et vidi, & peper
ci ei valde: & seruaui mihi acinum de
22 botro, & plãtationẽ de tribu multa: ? Pe
reat ergo multitudo quæ sine causa na
ta est, et seruetur acinus meus, & plãta-
23 tio mea: qa cũ multo labore pfeci. ? Tu
aũt si adhuc itromittas septẽ dies alios,
24 sed non ieiunabis in eis: ? ibis in campũ

florum, vbi domus non est ædificata. &
manducabis solummodò de floribꝰ cã
pi, & carnem non gustabis, & vinũ non
25 bibes, sed solũmodò flores: ꝰ deprecare
Altissimũ sine intermissione, & veniam
26 & loquar tecũ. ꝰ Et ꝑfectus sum, sicut di
C xit mihi in cãpũ, q vocat Ardath, & se-
di ibi in floribꝰ Et de herbis agri man-
ducaui, & facta est esca earum mihi in
27 saturitatem. ꝰ Et factũ est post dies septẽ
& ego discumbebam supra fœnũ, & cor
meum iterum turbabatur sicut antè.
28 ꝰ Et aptũ est os meũ, & inchoaui dicere
29 corã Altissimo, & dixi, ꝰ O Dñe, te no-
bis ostẽdẽs ostẽsus es patribꝰ nr̃is in de-
serto, qđ nõ calcat: & infructuoso, qñ e-
rant exeũtes de Ægypto: & dicẽs dixisti,
30 ꝰ Tu Isrl̃ audi me, & semẽ Iacob intẽde
31 sermonibus meis. ꝰ Ecce enĩ ego semi-
no in vobis legem meam, & faciet in
vobis fructũ, & glorificabimini in eo.
32 per seculũ. ꝰ Nã pr̃es nr̃i accipiẽtes legẽ,
nõ seruauerũt, & legitima mea non cu-
stodierũt, & factus est fructus legis nõ
33 parẽs: nec enĩ poterat, qñ tuus erat. ꝰ Nã
q acceperũt, perierũt, nõ custodiẽtes qđ
34 in eis seminatũ fuerat. ꝰ Et ecce cõsuetu
do est, vt cum acceperit terra semen, vel
nauem mare, vel vas aliquod escam vl̃
potum: cum fuerit exterminatum id, ĩ
quo seminatum est, vel in quod missũ
35 est: ꝰ simul id quod seminatũ, vel missũ
est, vel quæ suscepta sunt, exterminant,
D & suscepta iam non manent apud nos
36 sed nobis sic non factũ est. ꝰ Nos quidẽ
qui legem accepimus peccãtes periuimꝰ
37 & cor nostrum quod suscepit eam: ꝰ nã
lex non perijt, sed permansit in suo la-
38 bore, ꝰ Et cũ loquerer hæc in corde meo
respexi oculis meis, & vidi mulierem ĩ
dextera parte. & ecce hęc lugebat, & plo
rabat cum voce magna, & aio dolebat
valde, & vestimẽta eius discissa, & cinis
39 super caput eius. ꝰ Et dimisi cogitatus, ĩ
quibus eram cogitans, & conuersus sum
40 ad eã, & dixi ei, ꝰ Vt quid fles? & quid
41 doles animo? Et dixit ad me, ꝰ Dimitte
me Dñe meus, vt defleã me, & adijciam
dolorem: quoniã valde amaro sum aui
42 mo, & humiliata sum valde. ꝰ Et dixi ei
Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me,
43 ꝰ Sterilis fui ego famula tua, & non pe-
44 peri, habẽs maritũ annis triginta. ꝰ Ego
enim per singulas horas, & ꝑ singulos
dies, & annos hos triginta deprecor Al

Exo. 19. b.9. & 24 a.3. Deu.4.b 12.
Exo. 32.f 28.
Matt.5 b.6.
Esa.48.a 2.
Inf. 10.d. 40.

45 tissimum nocte ac die. ꝰ Et factum est,
post triginta annos exaudiuit me Deus
ancillam tuam, & vidit humilitatem
meam, & attendi tribulationi meę, &
dedit mihi filium: & iucundata sum su
per eum valde ego, & vir meus, & oẽs
ciues mei, & honorificabamus valde
46 ꝰ Fortẽ. Et nutriui eum cum labore mul
47 to. ꝰ Et factũ est cũ creuisset, & venisset
accipere vxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

1 ET factũ est, cũ introisset filius meus
A in thalamo suo, cecidit, et mortuus
2 est, ꝰ & euertimus omnes lumina, et sur
rexerunt omnes ciues mei ad consolan
dũ me, et quieui vsq; in alium diẽ vsq;
3 nocte. Et Factum est, cum omnes quie-
uissent vt me consolarentur vt quiesce-
rẽt: et surrexi nocte, et fugi: et veni sicut
4 vides in hoc campo: ꝰ et cogito iam nõ
reuerti in ciuitatẽ, sed hîc consistere: et
neq; manducare, neque bibere, sed sine
intermissione lugere, et ieiunare vsque
5 dũ moriar. ꝰ Et dereliqui sermones in q
bus erã, et rñdi cũ iracundia ad eã, et di
6 xi, ꝰ Stulta sup oẽs mulieres, nõ vides lu
7 ctũ nr̃um, et q̃ nobis cõtingũt? ꝰ Qm̃ Siõ
mater nostra oĩ tristitia cõtristat, et hu
militate humiliata est, et luget validis-
8 simè. ꝰ Et nunc qm̃ oẽs lugemus, et tri-
stes sumus: qm̃ oẽs cõtristati sumus, tu
9 aũt contristaris in vno filio? ꝰ Interroga
enim terram, et dicet tibi: quoniam hęc
est, quæ debeat lugere casum tantorũ
10 super eam germinantium. ꝰ Et ex ipsa
ab initio oẽs nati, et alij venient: et ecce
penè omnes in perditionem ambulãt,
11 et exterminiũ fit multitudo eorum. ꝰ Et
quis ergo debet lugere magis, nisi hęc q̃
tam magnã multitudinẽ perdidit, quã
tu, quę pro vno doles? Si aũt dicis mihi,
12 ꝰ Quoniam non est planctus meus simi
lis terræ: quoniam fructum vẽtris mei
perdidi, quem cum mœroribus peperi,
13 et cũ doloribus genui: ꝰ terra aũt secun
dùm viam terræ, abijtque in ea multi-
tudo ꝑsens, quo modo euenit et ego ti
14 bi dico, ꝰ sicut tu cum labore peperisti,
sic et terra dat fructũ suũ homini ab i-
15 nitio ei q fecit eã. ꝰ Nũc ergo retine apđ
temetipsam dolorẽ tuum, et fortiter fer
16 quę tibi contigerunt casus. ꝰ Si enim iu-
B stificaueris terminũ Dei, et consiliũ suũ
recipies in tempore, et in talibus collau
17 daberis. ꝰ Ingredere ergo in ciuitatẽ ad

18virũ tuũ, Et dixit ad me, ¶ Non faciam,
neq; ingrediar ciuitaté, sed hic moriar.
19¶ Et apposui adhuc loqui ad eam, & di-
20xi, Noli facere hunc sermonem, sed con
senti psuadenti. Quot enim casus Sió?
Consolare propter dolorem Ierusalem.
21¶ Videns enim qm̃ sanctificatio nostra
deserta effecta est, & altare nostrum de
molitum est, & templum nostrum de-
22structum est, ¶ & psalteriũ nostrum hu-
miliatũ est, & hymnus conticuit, & ex-
ultatio nostra dissoluta est, & lumen cá
delabri nostri extinctum est, & arca te-
stamenti nr̃i directa est, & sancta nr̃a
contaminata sunt, & nomen quod in-
uocatum est super nos, penè pphanatũ
est: & liberi nostri contumeliá passi sũt
& sacerdotes nostri succensi sunt, & Le
uitæ nostri in captiuitatem abierunt, &
virgines nostrę coinquinatę sunt, & mu
lieres nostræ vim passę sunt, & iusti no
stri rapti sunt, & paruuli nostri perditi
sunt, & iuuenes nostri seruierũt, & for-
23tes nostri inualidi facti sunt: ¶ & quod
omnium maius, signaculum Sion, quo
niam resignata est de gloria sua. nam et
tradita est in manibus eorum qui nos
24oderunt. ¶ Tu ergo excute tuam tristitiá
multam, & depone abs te multitudiné
dolorum, vt ibi repropitietur Fortis, &
requiem faciet tibi Altissimus requietio
25nem laborum. ¶ Et factum est, cũ loque
bar ad eam, facies eius fulgebat subitò
& species, coruscus fiebat visus eius, vt
essem pauens valde ad eam, & cogitaré
26quid esset hoc. ¶ Et ecce, subitò emisit so
nitum vocis magnum timore plenum,
vt cómoueret terra à mulieris sono. &
27vidi; ¶ & ecce, amplius mulier non có-
C parebat mihi, sed ciuitas ędificabat, &
locus demonstrabat de fundamétis ma
gnis, & timui, & clamaui voce magna,
Sap.4.a.3. 28& dixi, ¶ Vbi est Vriel Angelus, qui à prĩ
cipio venit ad me? qm̃ ipse me fecit ve-
nire in multitudine in excessu métis hu
ius, & factus est finis meus in corruptio
29né, & oratio mea in improperiũ. ¶ Et cũ
essem loqués ego hæc, ecce venit ad me,
30& vidit me. ¶ & ecce erá positus vt mor-
tuus, & intellectus meus alienatus erat
& tenuit dexterá meam, & cófortauit
me, & statuit me super pedes meos, &
31dixit mihi, ¶ Quid tibi est? & quare con-
turbatꝰ est intellectꝰ tuus, & sensus cor
dis tui? & quare conturbaris? Et dixi,
32Qm̃ dereliquisti me, & ego quidem fe-
ci ¶ in sermones tuos, & exiui in campũ
& ecce vidi, & video quod non possum
33enarrare. Et dixit ad me, ¶ Sta vt vir, &
34*commouebo te. Et dixi, ¶ Loquere Do- *commo-uebo a.
mine meus tu in me, noli me derelin-
35quere, vt non frustra moriar: ¶ quoniam
vidi quæ non sciebam, & audio quę nõ
36scio. ¶ Aut nunquid sensus meus fallit,
37& anima mea somniat? ¶ Nunc ergo de
precor te, vt demóstres seruo tuo de ex
cessu hoc. Et respondit ad me, & dixit,
38Audi me & doceam te, & dicam tibi de
quibus times: quoniam Altissimus reue
39lauit tibi mysteria multa. ¶ Vidit rectá
viá tuá, qm̃ sine intermissione contrista
baris pro pplo tuo, & valde lugebas pp
40Sion. ¶ Hic ergo intellectus visionis quæ
41tibi apparuit ante paululũ. ¶ Quá vidisti
42lugenté, inchoasti cósolari eá. ¶ Nũc au-
té iam speciem mulieris non vides, sed
43apparuit tibi ciuitas ędificari. ¶ & qm̃ e-
narrabat tibi de casu filij sui, hęc abso-
44lutio est. ¶ Hæc mulier quá vidisti, hæc
D est Sió, & qm̃ dixit tibi quá & nũc con-
45spicies, vt ciuitatem ædificatá. ¶ Et quo-
niam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta
annis: propter qꝑ erant anni scilicet tri-
ginta, quando non erat in ea adhuc o-
46blatio oblata. ¶ Et factum est post annos
triginta, ædificauit Salomó ciuitaté, &
obtulit oblationes: tunc fuit quádo pe-
47perit sterilis filium. ¶ Et quòd tibi dixit,
quoniam nutriuit eũ cum labore, hoc
48erat, habitatio in Ierusalem. ¶ Et qm̃ di-
xit tibi, quod filius meus veniés in suo
thalamo mortuus esset, & contigisset ei
casus, hoc erat, quæ facta est ruina Ieru
49salem. ¶ Et ecce, vidisti similitudiné eiꝰ:
& quoniam filium lugeret inchoasti có
solari eam: & de his quę contigerũt, hęc
50erant tibi aperienda. ¶ Et nunc videt Al
tissimus, quoniam ex animo contristatꝰ
es, & quoniam ex toto corde pateris ꝓ
ea, ostendit tibi claritatem glorię eiꝰ, &
51pulchritudinem decoris eius. ¶ Propter-
eá enim dixi tibi vt maneres in campo
52vbi domꝰ nó est ædificata. ¶ Sciebá enim
ego, quoniam Altissimus incipiebat ti-
53bi ostendere hæc: ¶ ppea dixi tibi vt ve-
nires in agrum vbi nó est fundamentũ
54ædificij. ¶ Nec enim poterat opus ædifi-
cij hominis sustineri in loco, vbi inci
55piebatur Altissimi ciuitas ostendi. ¶ Tu
ergo noli timere, neq; expauescat cor

tuum

tuũ: sed ingredere, & vide splendoré &
magnitudiné ædificij, quantũ capax est
56 tibi visus oculorũ videre: ❡ & post hæc
audies quantum capit auditus aurium
57 tuarum audire. ❡ Tu enim beatus es p̃
multis, & vocatus es apud Altissimum
58 sicut & pauci. ❡ Nocte autem quę in cra
59 stinum futura est, manebis hic: ❡ & ostẽ
det tibi altissimus eas visiones supre-
morũ, q̃ faciet Altissimus his q habitát
60 sup terrã à nouissimis dieb^v. ❡ Et dormi
ui illã nocte & aliã, sicut dixerat mihi.

CAP. XI.

1 ET vidi somniũ, & ecce ascẽdebat de
A mari aquila, cui erant duodecĩ alæ
2 pennarum, & capita tria. ❡ Et vidi, & ec
ce expãdebat alas suas in omnem terrã
& omnes venti cæli insufflabant in eã,
3 & colligebantur. ❡ Et vidi, & de pénis ei⁹
nascebantur contrarię pennę, & ipsæ
fiebant in pennaculis minutis & modi
4 cis. ❡ Nã capita eius erant quiescentia, &
dimidiũ caput erat maius aliorum capi
5 tum, sed ipsa quiescebat cum eis. ❡ Et vi
di, & ecce aquila volauit in pennis suis
& regnauit sup terram, & sup eos q ha-
6 bitant in ea. ❡ Et vidi quoniam subiecta
erant ei oĩa sub cælo, & nemo illi con-
tradicebat, neque vnus de creatura quæ
7 est super terram ❡ Et vidi, & ecce surre-
xit aquila super vngues suos, & misit vo
8 cem pénis suis, dicẽs: ❡ Nolite oẽs simul
vigilare, dormite vnusquisque in loco
9 suo & p tps vigilate. ❡ Capita autem in
10 nouissimo seruentur. ❡ Et vidi, & ecce
vox nõ exibat de capitibus eius, sed de
11 medietate corporis eius. ❡ Et numeraui
cõtrarias pennas eius, et ecce ipsę erant
12 octo. ❡ Et vidi, & ecce a dextera parte sur
rexit vna péna, & regnauit super oẽm
13 terram. ❡ Et factum est cũ regnaret, venit
B ei finis, & non apparuit locus eius: et se
quens exurrexit, & regnabat. Ipsa mul-
14 tum tenuit tempus. ❡ Et factum est cum
regnaret, & veniebat finis eius, vt nõ ap
15 pareret sicut prior. ❡ Et ecce, vox emissa
16 est illi, dicens: ❡ Audi tu quę tanto tépo
re tenuisti terram: hęc annũtio tibi an-
17 tequam incipias non apparere, ❡ Nemo
post te tenebit tempus tuum, sed nec di
18 midium eius. ❡ Et leuauit- se' tertia, et te
nuit principatum sicut & priores, & nõ
19 apparuit & ipsa. ❡ Et sic contingebat om
nibus alijs singulatim principatũ gere.
20 re, & iterum nusquam comparere. ❡ Et
vidi, & ecce in tẽpore sequentes pennæ
erigebãtur á dextera parte vt tenerẽt &
ipsæ principatũ: & ex his erant quæ te-
nebant, sed tamen statim nõ compare-
21 bant. ❡ Nã & aliquæ ex eis erigebantur,
22 sed non tenebant principatũ. ❡ Et vidi
post hęc, & ecce non cõparuerunt duo-
23 decim pénę, & duo pennacula: & nihil
supererat in corpore aquilę nisi duo ca
24 pita qescentia & sex pénacula. ❡ Et vidi,
C & ecce sex pénaculis diuisæ sunt duæ,
& manserũt sub capite quod est ad de-
xteram partem. Nã quatuor manserũt
25 ĩ loco suo. ❡ Et vidi, & ecce subalares co-
gitabãt se erigere & tenere principatus,
26 ❡ Et vidi, et- ecce' vna erecta est, sed sta-
27 tim nõ cõparuit. ❡ Et secundæ velocius
28 quàm priores non cõparuerunt. ❡ Et vi-
di, & ecce duę q̃ superauerunt apud se-
29 metipsas cogitabant & ipsę regnare. ❡ &
in eo cùm cogitarent, ecce vnum quies-
centiũ capitum quod erat mediũ, eui-
gilabat. hoc enim erat duorum capitũ
30 maius. ❡ Et vidi q̃m completa sunt duo
31 capita secum: ❡ & ecce conuersum est
caput cũ his qui cum eo erant, & come-
dit duas subalares quę cogitabãt regna
32 re. ❡ Hoc autẽ caput perconterruit om-
nem terram, & dominabatur in ea his
qui habitant terram cũ labore multo,
& potentatum tenuit orbis terrarũ su-
33 per oẽs alas quæ fuerunt. ❡ Et vidi post
hæc, & ecce mediũ caput subito non cõ
34 paruit, & hoc sicut alæ. ❡ Superauerunt
aũt duo capita, q̃ & ipsa silr regnauerũt
super terrã, & super eos qui habitant in
35 ea. ❡ Et vidi, & ecce deuorauit' caput à
36 dextera parte illud quod à leua. ❡ Et au
diui vocẽ dicentẽ mihi: Conspice cõtra
37 te, & cõsidera quod vides. ❡ Et vidi, & ec
ce sicut leo cõcitatus de sylua rugiẽs: &
vidi q̃m emittebat vocem hominis ad
38 aquilam, & dixit, dicens: ❡ Audi tu, &
loquar ad te, & dicet Altissimus tibi:
39 ❡ Nonne tu es qui superasti de quatuor
animalibus, quæ fecerã regnare in secu
lo meo, & vt per eos veniret finis tẽpo-
40 rum eorũ? ❡ Et quartus veniens deuicit
omnia animalia quæ trãsierunt, & po-
tentatu tenuit seculũ cũ tremore mul-
to, & omnẽ orbem cũ labore pessimo
& inhabitauit tot tẽporibus orbem ter
41 rarum cum dolo. ❡ Et iudicasti terram
42 non cũ veritate. ❡ Tribulasti enim man
suetos, & lęsisti quiescentes, & dilexisti

mendaces,

mendaces, & destruxisti habitationes
eorũ qui fructificabant, & humiliasti
3 muros eorũ q te non nocuerunt. Et as-
cendit contumelia tua vsq; ad Altissi-
4 mum, & superbia tua ad Fortem. Et re
spexit Altissimus superba tẽpora, & ec-
ce finita sunt, & scelera eius completa
5 sunt. Propterea nõ appareas tu aquila,
& alæ tuæ horribiles, & pennacula tua
pessima, & capita tua maligna, & vn-
gues tui pessimi, & omne corp⁹ tuũ va
46 num, vti refrigeretur oĩs terra, & reuer
tatur liberata de tua vi, & speret iudi-
cium & misericordiã eius qui fecit eã.

CAP. XII.

1 ET factum est, dum loqueretur leo ver
A ba hæc ad aquilã: & vidi, & ecce
2 quod superauerat caput, & non compa-
ruerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum
transierunt, & erectę sunt vt regnarent:
& erat regnũ eorum exile, & tumultu
3 plenũ. Et vidi, & ecce ipsa non appa-
rebant, & omne corpus aquilæ incẽde-
batur, & expauescebat terra valde, & ego
à tumultu & excessu mẽtis, & à magno
timore vigilaui, & dixi spiritui meo,
4 Ecce tu pstitisti mihi hoc in eo, ꝙ scru
5 taris vias Altissimi. Ecce adhuc fatiga-
tus sum animo, & spiritu meo inuali-
dus sum valde, & nec modica est ĩ me
virtus à multo timore, quã expaui no-
6 cte hac. Nunc ergo orabo Altissimũ, vt
7 me confortet vsq; in finẽ. Et dixi: Do-
minator Dñe, si inueni gratiã ante ocu
los tuos, & si iustificatus sum apud te
prę multis. & si certè ascendit depreca-
8 tio mea ante faciẽ tuã, conforta me, &
ostẽde seruo tuo mihi interpretationẽ
& distinctionẽ visus horribilis huius,
vt plenissimè consoleris animam meã.
9 Dignum enim me habuisti ostendere
mihi tẽporũ nouissima, Et dixit ad me:
10 Hæc est interpretatio visionis huius.
11 Aquilam quã vidisti ascendentem de
mari, hoc est regnũ quod visum est in
12 visione Danieli fratri tuo. Sed non est
illi interpretatũ; qm̃ ego nunc tibi in-
13 terpretor. Ecce dies veniũt, & exurget
regnum super terrã, & erit timor æ̃nor
omnium regnorũ quę fuerunt ante eũ.
14 Regnabũt autẽ in ea reges duodecim,
15 vnus post vnum. Nam secundus in-
B cipiet regnare, & ipse tenebit amplius
16 tp̃s p̃ duodecim. Hęc est interpretatio
17 duodecim alarum quas vidisti. Et quã
audisti vocem quæ locuta est, nõ de ca-
pitibus eius exeuntẽ, sed de medio cor-
18 poris eius, Hæc est interpretatio, qm̃
post tẽpus regni illius nascent̃ conten-
tiones nõ modicę, & periclitabit̃ vt ca-
dat: & non cadet tunc, sed iterũ consti-
19 tuetur in suũ initiũ: Et qm̃ vidisti sub-
20 alares octo cohęrentes alis eius, Hæc
est interpretatio, exurgent in ipso octo
reges quorũ erunt tẽpora leuia, & anni
21 citati, & duo quidẽ ex ipsis perient. Ap-
propinquante autẽ tẽpore medio, qua-
tuor seruabunt̃ in tempore, cũ incipiet
appropinquare tẽpus eius vt finiat̃: duę
22 verò in finem seruabunt̃. Et qm̃ vidi-
23 sti tria capita quiescentia. Hæc est in-
terpretatio, in nouissimis ei⁹ suscitabit
Altissimus tria regna, & reuocabit ĩ ea
24 multa. & dominabuntur terrã, & qui
habitant in ea, cum labore multo sup
oẽs qui fuerunt ante hos propter hoc
25 ipsi vocati sunt capita aquilæ. Isti enĩ
erunt q recapitulabũt impietates eius
26 & qui perficient nouissima ei⁹. Et qm̃
C vidisti caput maius non apparens, hæc
est interpretatio eius. qm̃ vnus ex eis
super lectum suum morietur, & tamẽ
27 cum tormentis. Nam duo qui per-
seuerauerint, gladius eos comedet.
28 Vnius enim gladius comedet qui cũ
eo: sed tamen hic gladio in nouissimis
29 cadet. Et qm̃ vidisti duas subalares
traijcientes super caput quod est in de-
30 xtera parte, hęc est interpretatio. hi sũt
quos conseruauit Altissimus in finẽ su-
um, hoc est regnũ exile, & turbationis
31 plenum. Sicut vidisti & leonem, quẽ
vidisti in sylua euigilantem & rugien-
tem, & loquentem ad aquilam, & argu
entem eam, & iniustitias ipsius per om
32 nes sermones ei⁹ sicut audisti. Hic est
ventus quẽ seruauit Altissimus in finẽ
ad eos, & impietates ipsorũ: & arguet
illos, & incutiet corã ipsis discerptiones
33 eorũ. Statuet enim eos in iudicio vi-
uos: & erit cũ arguerit eos, tunc corri-
34 piet eos. Nam residuum populũ meũ
liberabit cum miseria, qui saluati sunt
super fines meos, & iucũdabit eos quo-
adusq; veniet finis dies iudicij, de quo
35 locutus sum tibi ab initio. Hoc som-
nium quod vidisti, & hæ interpretatio-
36 nes. Tu ergo solus dignus fuisti scire
37 Altissimi secretum hoc. Scribe ergo
oĩa ista in libro quæ vidisti, & pone ea

in loco

38 In loco abscondito : ¶ Et docebis ea sa-
pientes de populo tuo, quorũ corda scis
39 posse capere & seruare secreta hęc. ¶ Tu
autẽ adhuc sustine hic alios dies septẽ
vt tibi ostendatur quicquid visum fue-
40 rit Altissimo ostendere tibi. ¶ Et profe-
D ctus est à me, Et factũ est, cùm audisset
omnis populus qm̃ pertransierunt se-
ptem dies, & ego non fuissem reuersus
in ciuitatem, & congregauit se omnis à
minimo vsq; ad maximũ : & venit ad
41 me, & dixerunt mihi dicentes: ¶ Quid
peccauimus tibi, & qd iniustè egimus
in te, qm̃ derelinquẽs nos sedisti in lo-
42 co hoc? ¶ Tu enim nobis superes solus
ex omnibus populis, sicut botrus de vi-
nea, & sicut lucerna in loco obscuro, &
sicut portus & nauis saluata à tẽpesta-
43 te. ¶ Aut non sufficiunt nobis mala quę
44 cõtingunt? ¶ Si ergo tu nos dereliqueris,
quãto nobis erat melius si essemus suc-
45 censi & nos cum incendio Sion? ¶ Nec
enim nos sumus meliores eorũ qui ibi
mortui sunt. Et plorauerunt voce ma-
46 gna. Et respõdi ad eos, & dixi: ¶ Cõfide
Israël, & noli tristari tu domus Iacob.
57 ¶ Est enim memoria vestri corã Altissi-
mo, & Fortis nõ est oblitus vestri in ten
48 tatione. ¶ Ego enim non dereliqui vos,
neq; excessi à vobis: sed veni in hũc lo-
cum, vt deprecarer ꝑ desolatione Sion,
vt quærerem misericordiã pro humili-
49 tate sanctificationis vestræ. ¶ Et nũc ite
vnusquisq; vestrum in domum suam :
50 & ego veniã ad vos post dies istos. ¶ Et
profectus est pp̃ls, sicut dixi ei, in ciui-
51 tatem: ¶ ego autem sedi in cãpo septem
dieb⁹, sicut mihi mandauit: & mandu-
cabã de floribus solùmodo agri, de her
bis facta est esca mihi in diebus illis.

C A P. X I I I.

1 ET factum est post dies septẽ, & som
A niaui somniũ nocte. ¶ Et ecce de ma
2 ri ventus exurgebat, vt cõturbaret oẽs
3 fluctus eius. ¶ Et vidi, & ecce cõualesce-
bat ille homo cũ millibus cæli : & vbi
vultũ suum vertebat vt cõsideraret, tre
mebant omnia quę sub eo videbantur.
4 ¶ & vbicunq; exibat vox de ore eius, ar-
descebant oẽs qui audiebãt voces eius,
sicut quiescit terra quando senserit
5 ignẽ. ¶ Et vidi post hæc, & ecce cõgrega-
batur multitudo hominũ, quorum nõ
erat numerus de quatuor vẽtis cęli, vt
debellarent hominem qui ascẽderat dè
6 mari. ¶ Et vidi, & ecce sibimetipsi scul-
pserat montẽ magnũ, & volauit super
7 eũ. ¶ Ego autẽ quæsiui videre regionẽ,
vel locũ vnde sculptus esset mons, & nõ
8 potui. ¶ Et post hæc vidi, & ecce, omnes
qui congregati sunt ad eũ, vt expugna-
rent eũ, timebãt valde, tamen audebãt
9 pugnare. ¶ Et ecce, vt vidit impetũ mul
titudinis venientis, non leuauit manũ
suã, neq; phrameam tenebat, neq; ali-
quod vas bellicosum nisi solùmodo vt
10 vidi, ¶ Qm̃ emisit de ore suo sicut flatũ
ignis, & de labiis eius spiritus flammę, &
de lingua eius emittebat scintillas & tẽ
pestates, & cõmista sunt omnia simul,
hic flatus ignis, & spiritus flammæ, &
11 multitudo tempestatis: ¶ & cõcidit su-
per multitudinẽ in impetu, quæ præpa
rata erat pugnare, & succẽdit omnes, vt
subito nihil uideretur de innumerabi-
li multitudine, nisi solùmodo puluis,
12 & fumi odor: & vidi, & extimui. ¶ Et post
hæc vidi ipsum hominem descendentẽ
de monte, & vocantem ad se multitudi
13 nem aliã pacificam, ¶ & accedebat ad
B eum vultus hoĩum multorum, quorũ-
dam gaudentium, quorundam tristan-
tium, aliqui verò alligati, aliqui addu-
centes ex eis qui offerebant, & ęgrotaui
à multitudine pauoris, & expergefact⁹
14 sum, & dixi: ¶ Tu ab initio demonstra-
sti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum
me habuisti vt susciperes deprecationẽ
15 meã : ¶ & nunc demonstra mihi adhuc
16 interpretationẽ somnij huius. ¶ Sicut
enim existimo in sensu meo: væ q dere-
licti fuerũt in dieb⁹ illis: & multo plus
17 væ his qui non sunt derelicti. ¶ Qui e-
18 nim nõ sunt derelicti, tristes erãt. ¶ In-
telligo nunc quæ sunt reposita in nouis
simis dieb⁹, & occurrent eis, sed & his
19 q derelicti sunt. ¶ Propter hoc venerũt
enim in pericula magna, & necessitates
20 multas, sicut ostendũt somnia hęc. ¶ At
tamẽ facilius est periclitantẽ venire in
hunc, q̃ pertransire, sicut nubem à secu
lo, & nunc videre quæ contingunt in
nouissimo. Et respondit ad me, & dixit
21 ¶ Visionis interpretationem dicam tibi:
& de quib⁹ locutus es, adaperiam tibi.
22. ¶ Quoniam de his dixisti qui derelicti
23 sunt, hęc est interpretatio. ¶ Qui aufert
periculũ illo tẽpore, hic se custodiuit.
qui in periculo inciderunt, hi sunt q ha
bent opera & fidem ad Fortissimum.

24 Scito ergo quoniam magis beatificati
sunt qui derelicti super eos, qui mortui
25 sunt. Hę interpretationes visionis, q̃a
vidisti virum ascẽdentem de corde ma
26 ris, Ipse est quem conseruat Altissimus
multis temporibus, q per semetipsum
liberabit creaturam suam: & ipse dispo
27 net, q derelicti sunt. Et q̃m vidisti de
ore eius exire, vt spiritum, & ignem, et
28 tẽpestatẽ: & q̃m nõ tenebat phrameã,
neq; vas bellicosum: corrupit eni im-
petus eius multitudinẽ, q̃ venerat expu
29 gnare eũ. hęc est interp̃tatio. Ecce dies
veniũt, q̃n incipiet Altissimus liberare
30 eos q sup terrã sunt: & veniet in exces-
C su mẽtis sup eos q inhabitant terrã. Et
31 alij alios cogitabũt debellare: ciuitas ci
uitatẽ, & locus locum, & gens aduersus
gentem, & regnum aduersus regnum.
32 Et erit, cùm fient hæc, & contingent si
gna quę antè ostendi tibi: & tunc reue-
labitur filius meus, quem vidisti, vt vi-
33 rum ascendentem. Et erit quando au-
dierint omnes gentes vocem eius: et de
relinquet vnusquisque in regione sua
bellum suũ, quod habent ad alterutrũ:
34 & colligetur in vnum multitudo in-
numerabilis, sicut volentes venire: et ex
35 pugnare eũ. Ipse aũt stabit super cacu-
36 men montis Sion. Siõ aũt veniet, et o-
eras Deo, necesse fuit vt tentatio ꝓbaret
14te. ⁋Et nunc misit me Dñs vt curarẽ te,
& Saram vxorem filij tui à dęmonio li-
15berarem. ⁋Ego enim sum Raphael An-
gelus, vnus ex septem, qui astamus ante
16Dñm. ⁋Cùmque hęc audissent, turbati
sunt, & tremẽtes ceciderũt super terrã
17in faciẽ suam. ⁋Dixitq; eis Angelus, Pax
18vobis, nolite timere. ⁋Etenim cùm es-
sem vobiscũ, p̱ voluñtatẽ Dei erã: ipsum
19benedicite, & cãtate illi. ⁋Videbar q̃dẽ
vobiscũ manducare, & bibere, sed ego
cibo inuisibili, & potu, q ab hoĩbus vi-
20deri nõ potest, vtor. ⁋Tẽpus est ergo vt
reuertar ad eũ q me misit: vos aũt be-
nedicite Deũ, & narrate oĩa mirabilia
21eius. ⁋Et cùm hæc dixisset, ab aspectu
eorũ ablatus est, & vltrà eũ videre non
22potuerunt. ⁋Tunc prostrati p̱ horas tres
in faciem, benedixerunt Deũ: & exur-
gẽtes narrauerũt omnia mirabilia ei⁹.

CAP. XIII.

1 APeriens aũt Tobias senior os suũ, Deu 32. f. 30.
A benedixit Dñm, & dixit: Magn⁹ es 1. Reg. 2.
Dñe in æternũ, & in omnia secula re- a 6.
2 gnum tuũ, ⁋q̃m tu flagellas, & saluas: Sap. 16.
deducis ad inferos, & reducis: & nõ est b. 13.
3 qui effugiat manum tuam. ⁋Cõfitemi-
ni Dño filij Israël, & in conspectu gen-
4 tium laudate eum: ⁋q̃m ideo dispersit
vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt
vos enarretis mirabilia eius, & faciatis
scire eos quia non est alius Deus omni-
5 potens præter eũ. ⁋Ipse castigauit nos
p̱p iniquitates nostras, & ipse saluabit
6 nos p̱p misericordiam suam. ⁋Aspicite
B ergo quæ fecit nobiscum, & cum timo-
re & tremore confitemini illi: regemq;
seculorum exaltate in operibus vestris.
7 ⁋Ego aũt in terra captiuitatis meę con-
fitebor illi: q̃m ostendit maiestatẽ suã
8 in gentem peccatricem. ⁋Cõuertimini
itaq; peccatores, & facite iustitiam corã
Deo, credentes ꝙ faciat vobiscum mise
9 ricordiam suam, ⁋Ego autem, & anima
10mea ĩ eo lętabimur. ⁋Benedicite Dñm
oẽs electi eius: agite dies lætitiæ, & cõ-
11fitemini illi. ⁋Ierusalẽ ciuitas Dei casti-
gauit te Dñs in operibus manuũ tua
12rum. ⁋Confitere Dño in bonis tuis, &
C benedic Deum seculorum vt rędificet
in te tabernaculum suum, & reuocet
ad te oẽs captiuos, & gaudeas in omnia
13secula seculorum. ⁋Luce splendida ful
gebis, & omnes fines terræ adorabunt
14te. ⁋Nationes ex longinquo ad te


venient, & munera deferétes, adorabūt
in te Dñm, & terram tuá in sanctifica-
15 tioné habebunt. ¶ Nomé enim magnū
16 inuocabunt in te. ¶ Maledicti erunt qui
contempserint te: & cōdemnati erunt
oés q blasphemauerint te: benedictiq;
17 erunt qui ædificauerint te. ¶ Tu aūt læ-
taberis in filiis tuis, qm̄ oés benedicen-
18 tur, & cōgregabuntur ad Dñm. ¶ Beati
oés q diligunt te, & qui gaudent super
19 pace tua. ¶ Anima mea benedic Dñm,
qm̄ liberauit Ierl'm ciuitatem suam à
cunctis tribulationibus eius: Dñs Deus
20 noster. ¶ Beatus ero, si fuerint reliquiæ
seminis mei ad videndá claritaté Ieru-
21 salé. ¶ ‖ Portę Ierl'm ex sapphiro & sma- ‖ Apo. 21 c. 18.
ragdo ædificabuntur: & ex lapide pre-
22 tioso oís circuitus murorum eius. ¶ Ex
lapide candido, & mundo, oés plateæ
eius sternent': & p vicos eius halleluia
23 cantabitur. ¶ Benedictus Dñs, qui exal-
tauit eam, vt sit regnum eius in secula
seculorum super eam, Amen.

CAP. XIIII.

1 A ET consummati sunt sermones To-
biç. Et postq̄ illuminatus est To-
bias, vixit annis quadraginta duob9, &
2 vidit filios nepotū suorū. ¶ Completis
itaq; annis centū duobus, sepultus est
3 honorificè in Niniue. ¶ Quinquaginta
nanq; & sex annorū lumen oculorum
4 amisit: sexagenarius verò recepit. ¶ Re-
liquū verò vitæ suæ in gaudio fuit, &
cum bono profectu timoris Dei perre-
5 xit in pace. ¶ In hora autem mortis suæ
vocauit ad se Tobiá filiū suū, & septem
iuuenes filios suos nepotes suos, dixitq;
6 eis: ¶ Propè erit interitus Niniue. non
enim excidit verbū Dñi: & fratres nr̄i q
dispersi sunt à terra Israël reuertent' ad
7 eam. ¶ Oís aūt deserta terra eius reple- ‖ Esd. 8. b. 8. & 9. c. 14.
B bitur, & domus Dei q̄ in ea incensa est,
iterū reædificabitur: ibiq; reuertentur
8 oés timentes Deum, ¶ & relinquēt gen-
tes idôla sua, & venient in Ierl'm, & in-
9 habitabunt in ea: ¶ & gaudebunt in ea
oés reges terræ adorantes regem Israël.
10 ¶ Audite ergo filij mei patrem vestrum:
C seruite Dño in veritate, & inquirite vt
11 faciatis q̄ placita sunt illi: ¶ & filiis vr̄is
mádate vt faciát iustitias & eleemosy-
nas, vt sint memores Dei, & benedicát
eū in omni tpe in veritate, & in tota
12 virtute sua. ¶ Nunc ergo filij audite me,
& nolite manere hic, sed quacunq; die
sepelieritis matré vestrá circa me in vno
sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros
13 vt exeatis hinc. ¶ Video enim quia ini-
14 quitas eius finé dabit ei. ¶ Factū est aūt
post obitum matris suç, Tobias abscef-
sit ex Niniue cum vxore sua, & filiis, &
filiorum filiis, & reuersus est ad soceros
15 suos. ¶ Inuenitq; eos incolumes in sene-
ctute bona, & curam eorū gessit, & ipse
D clausit oculos eorū: & omné hęredita-
tem domus Raguelis ipse percepit: vi-
ditq; quintam generationé, filios filio-
16 rum suorum. ¶ Et completis annis no-
nagintanouem in timore Dñi cū gau-
17 dio sepelierunt eū. ¶ Omnis aūt cogna-
tio eius, & oís generatio ei9 in bona vi-
ta, & in sancta cōuersatione permásit,
ita vt accepti essent tam Deo, q̄ homi-
nibus, & cunctis habitantibus in terra.

LIBER IVDITH.

CAPVT PRIMVM.



1 A RPHAXAD itaq;
rex Medorū subiu-
gauerat multas gen
tes imperio suo, et
ipse ædificauit ciui-
taté potétissimam,
quá appellauit Ec-
2 batanis. ¶ Ex lapidi-
bus quadratis et sectis, fecit muros eius
in altitudiné cubitorum septuaginta, et
in latitudiné cubitorū triginta: turres
verò eius posuit in altitudiné cubitorū
3 cétū. ¶ Per quadrū verò earū latus vtrū-
que vicenorū pedū spatio tendebatur,
posuitq; portas eius in altitudiné tur-
4 riū. ¶ Et gloriabat' quasi potés in potétia
exercitus sui, et in gloria quadrigarum
5 suarum. ¶ Anno igit' duodecimo regni
sui, Nabuchodonosor rex Assyriorū, q
regnabat in Niniue ciuitate magna, pu
6 gnauit cōtra Arphaxad: ¶ et obtinuit eū
B in cápo magno q appellatur Ragau, cir
ca Euphráten, et Tigrin, & Iadason in
7 campo Erioch regis Elicorum. ¶ Tunc
exaltatū est regnū Nabuchodonosor,
et cor eius eleuatum est: et misit ad oés
q habitabant in Cilicia, & Damasco, &

Libano,

8 Libano: & ad gétes q̃ sunt in carmelo,
& Cedar, & inhabitantes Galilæã in cã-
9 po magno Esdrelon: & ad oés qui erát
D in Samaria et trans flumé Iordané vsq;
ad Ierl'm, et omnem terrá Iesse, quousq;
10 pueniatur ad terminos Æthiopiæ. Ad
hos oés misit nuntios Nabuchodono-
11 sor rex Assyriorũ, qui omnes vno ani-
mo contradixerũt, et remiserũt eos va-
12 cuos, et sine honore abiecerunt. Tunc
indignatus Nabuchodonosor rex ad
omnem terram illam, iurauit per thro-
num et regnum suum quòd defende-
ret se de omnibus regionibus his.

C A P. II.

1 Anno tertiodecimo Nabuchodono
A sor regis, vicesima & scđa die men
sis primi, factum est verbũ in domo Na
buchonodosor regis Assyriorum, vt de-
2 fenderet se. Vocauitq; oés maiores na-
tu, oésq; duces, et bellatores suos, et ha
3 buit cũ eis mysterium consilij sui. Di-
xitq; cogitationé suá in eo esse, vt oém
4 terrá suo subiugaret imperio. Quòd di
ctum cùm placuisset omnibus, vocauit
Nabuchodonosor rex Holoferné princi
5 pé militiæ suę, et dixit ei: Egredere ad-
uersum oẽ regnum occidentis: et cótra
eos præcipuè qui contempserunt impe
6 rium meũ. Non parcet oculus tuus vl-
B li regno, oémq; vrbem munitá subiuga
7 bis mihi. Tunc Holofernes vocauit du
ces, et magistratus virtutis Assyriorũ; et
dinumerauit viros in expeditioné sicut
præcepit ei rex, centũ viginti millia pe-
ditum pugnatorũ, et equites sagittarios
8 duodecim millia. Oémq; expeditioné
suam fecit præire in multitudine innu
merabilium camelorũ, cũ his quæ exer
citibus sufficerét copiosè: boum quoq;
arméta, gregesq; ouium, quorũ nõ erat
9 numerus. Frumentum ex oí Syria in
C transitu suo parari constituit. Aurum
10 verò et argentũ, de domo regis assum-
11 psit multũ nimis. Et profectus est ipse
et oís exercitus, cum quadrigis et equi-
tibus, et sagittarijs, qui cooperuerunt fa
12 cié terrę, sicut locustę. Cùmq; per tran
sisset fines Assyriorũ, venit ad magnos
mótes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciç:
ascenditq; oía castella eorũ, et obtinuit
13 oém munitionem: Effregit aũt ciuita-
tem opinatissimã Melothi, prædauitq;
oés filios Tharsis et filios Ismahel, qui
erant contra facié deserti, et ad austrũ
14 terrę Cellon. Et trãsiuit Euphráten, et
D venit Mesopotamiã: et fregit oés ciuita-
tes excelsas q̃ erant ibi, à torrente Mam
15 bre, vsquequo perueniatur ad mare: et
occupauit terminos eius, à Cilicia vsq;
ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum.
16 Abduxitq; oés filios Madian, et pda-
uit oém locupletationé eorũ, oésq; resi
17 stétes sibi occidit in ore gladij. Et post
hæc descendit in cápos Damasci in die
bus messis, et succendit oía sata, oésq;
18 arbores et vineas fecit incidi, et cécidit
timor illius sup oés inhabitantes terrá.

C A P. III.

1 Tunc miserũt legatos suos vniuersa
A rum vrbiũ, ac prouinciarũ reges ac
prícipes, Syrię scilicet et Mesopotamiæ,
et Syriæ Sobal, et Libyæ, atq; Ciliciæ, q
2 venientes ad Holoferné, dixerunt: De-
sinat indignatio tua circa nos. Melius
est enim vt viuentes seruiamus Nabu-
chodonosor regi magno, et subditi si-
mus tibi, q̃ moriétes cũ interitu nostro
3 ipsi seruitutis nr̃æ dãna patiamur. Oís
ciuitas nostra, oísq; possessio, oés mon-
B tes et colles, et cãpi, et armenta boum,
gregesq; ouiũ, et caprarum, equorumq̃;
et camelorũ, et vniuersæ facultates no-
stræ atq; familię in cõspectu tuo sunt:
4 sint oía nostra sub lege tua. Nos ẽt et
5 filij nostri, serui tui sum⁹. Veni nobis
6 pacificus Dñs, et vtere seruitio nostro, si
7 cut placuerit tibi. Tunc descendit de
C montibus cũ equitibus in virtute ma-
gna, et obtinuit oém ciuitatem, et oém
8 inhabitantem terrá. De vniuersis aũt
vrbib⁹ assumpsit sibi auxiliarios viros
9 fortes, et electos ad bellum. Tantusq;
metus prouincijs illis incubuit, vt vni-
uersariũ vrbiũ habitatores principes, et
honorati simul cũ pplis exirent in ob-
10 uiam venienti, excipientes eũ cum co-
ronis, et lãpadibus ducentes choros in
11 tympanis et tibiis. Nec ista tñ facien-
tes, ferocitaté eius pectoris mitigare po
12 tuerũt. Nã et ciuitates eorũ destruxit,
D et lucos eorũ excìdit. Præceperat enim
13 illi Nabuchodonosor rex, vt oés deos
terræ exterminaret, videlicet vt ipse so-
lus diceretur Deus ab his nationibus q̃
potuissent Holofernis potentia subiu-
14 gari. Pertransiens aũt Syriam Sobal, et
oém Apameam, oémq; Mesopotamiá,
15 venit ad Idumęos in terrá Gabaa, ac-
cepitq; ciuitates eorum, et sedit ibi per

Iud. 16. a.5.

triginta dies, in quibus diebus adunari
pcepit vniuersum exercitũ virtutis suę.

CAP. IIII.

1 A TVnc audientes hæc filij Israël, q ha
bitabant in terra Iuda, timuerunt
2 valde à facie eius. Tremor etiã & hor-
ror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret
Ierl'm & téplo Dñi, quod fecerat cæteris
3 ciuitatibus & téplis eard. Et miserunt
in oém Samariã per circuitũ vsq; Ieri-
cho, & præoccupauerunt oés vertices
4 montium. Et muris circundederunt
vicos suos, & cõgregauerunt frumenta
5 in præparationem pugnæ. Sacerdos ét
B Eliachim scripsit ad vniuersos qui erát
cõtra Esdrelon, q est contra facié campi
magni iuxta Dothain, & vniuersos per
6 quos viæ transitus esse poterat, vt obti-
nerent ascensus montium p quos via
esse poterat ad Ierl'm, & illic custodirét
vbi angustũ iter esse poterat inter mon-
7 tes. Et fecerunt filij Isrl' sm quod con-
8 stituerat eis sacerdos Dñi Eliachim. Et
clamauit omnis ppl's ad Dñm instãtia
magna, & humiliauerunt animas suas
in ieiuniis & orationibus, ipsi & mu- —24.
9 lieres eorũ. Et induerũt se sacerdotes
Ciliciis, & infantes prostrauerunt cõtra
facié templi Dñi, & altare Dñi operue-
10 runt cilicio. Et clamauerunt ad Dñm
Deum Isrl' vnanimiter, ne darentur in
C prędã infantes eorum, & vxores eorum
in diuisioné, & ciuitates eorũ in exter-
miniũ, & sancta eorũ in pollutioné, &
11 fierent in opprobrium gentibus. Tũc
Eliachim sacerdos Dñi magnus circui-
12 uit omnem Isrl', allocutusq; est eos, di
cens: Scitote qm exaudiet Dñs pces ve-
stras, si manentes permãseritis in ieiu-
niis & orationibus in conspectu Dñi.
13 Memores estote Moysi serui Dñi, qui — Exo 17. d.11.
D Amalec confidenté in virtute sua, & in
potentia sua, & in exercitu suo, & in cly
peis suis, & in curribus suis, & in equi-
tibus suis, non ferro pugnãdo, sed pre-
14 cib9 sanctis orãdo deiecit, sic erũt vni-
uersi hostes Isrl', si pseuerauerits in hoc
15 opere quod cœpistis. Ad hanc igit ex-
hortationé eius deprecantes Dñm per-
16 manebant in cõspectu Dñi, ita vt etiã
hi qui offerebant Dño holocausta, præ-
cincti ciliciis offerrent sacrificia Dño,
17 & erat cinis supra capita eorum. Et ex
toto corde suo omnes orabant Deum,
vt visitaret populum suum Israël.

CAP. V.

1 A NVnciatumq; est Holoferni princi-
pi militiæ Assyriorum, q filij Isrl'
pararent se ad resistendũ, ac mõtium
2 itinera conclusissent, & furore nimio
exarsit in iracundia magna, vocauitq;
oés principes Moab & duces Ammon.
3 & dixit eis: Dicite mihi qs sit iste ppl's
iste, qui mõtana obsidet: aut q & qua-
les, & quãtæ sint ciuitates eorũ: quæ ét
sit virtus eorũ, aut quæ sit multitudo
4 eorũ, vel quis rex militiæ illorum. &
quare prę omnib9 qui habitant in orié-
te, isti contempserunt nos, & nõ exierũt
in obuiã nobis, vt susciperent nos cum
5 pace? Tunc Achior dux omniũ filiorũ — Inf. 11. b. 7.
Ammon rñdens, ait: Si digneris audire
Dñe mi, dicam veritaté in cõspectu tuo
de ppl'o isto, q in montanis habitat, &
nõ egrediet verbũ falsum ex ore meo.
6 Populus iste ex pgenie Chaldæorum
7 est. hic primùm in Mesopotamia ha- — Gen. 11. d. 31.
bitauit, qm noluerunt sequi deos patrũ
8 suorũ, q erát in terra Chaldęorũ. Desę
rentes itaque ceremonias patrũ suorũ,
9 q in multitudine deorũ erát, vnũ Deũ
cęli, coluerũt, q & pcepit eis vt exirent — Gen. 12. a. 1.
inde & habitarét in Charan. Cũmque
operuisset oém terrã fames, descéderũt — Gen. 46. a. 1.
in Ægyptũ, illicq; per quadringétos an-
B nos sic multiplicati sunt, vt dinumera
10 ri eorũ non posset exercitus. Cumque
grauaret eos rex Ægypti, atque in ędifi-
cationibus vrbium suarum in luto &
latere subiugasset eos, clamauerunt ad
Dñm suum, & percussit totam terram
11 Ægypti plagis varijs. Cumq; eiecis- — Exo. 14. a. 1.
sent eos Ægyptij à se, & cessasset plaga
ab eis, & iterũ eos vellent capere, & ad
12 suũ seruitiũ reuocare, fugientibus his — Inf. 6. c. 13.
Deus cęli mare aperuit, ita vt hinc inde
aquę quasi murus solidarentur, & isti
pede sicco fundum maris perambulan
13 do transirent. In quo loco dum innu-
merabilis exercitus Ægyptiorũ eos pse-
qu[illegible]tur, ita aquis coopertus est, vt non
remaneret vel vnus, q factum posteris
14 nũtiaret. Egressi ét mare rubrũ, deserta — Exo. 15. b. 13 & 16. g. 31.
Sina montis occupauerunt, in quibus
nunquam homo habitare potuit, vel fi-
15 lius hominis requieuit. Illic fontes a-
mari, obdulcati sunt eis ad bibédũ, &
per annos quadraginta annonam de cę
16 lo consecuti sunt. Vbicunque ingressi
sunt sine arcu & sagitta, & absq; scuto

& gladio,

& gladio, Deus eorũ pugnauit pro eis
17 & vicit. ❡Et nõ fuit qui insultaret popu
C lo isti, nisi qñ recessit à cultu Dñi Dei
18 sui. ❡Quotiescunq, aũt pter ipsum Deũ
suum, alterũ coluerũt dati sunt in prę-
dam, & in gladium, & in opprobrium.
19 ❡Quotiescunq; aũt penituerũt se reces-
sisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cę
20 li virtuté resistendi. ❡ ‖Deniq, Chana-
nęum regé, & Iebusæum, & Pherezæũ,
& Hethęum, & Heuęũ, & Amorrhæũ,
& oés potentes in Hesebon pstrauerũt,
& terras eorum, & ciuitates eorum ipsi
21 posséderũt: ❡& vsq; dũ non peccarent
in conspectu Dei sui erant cum illis bo
na. Deus enim illorũ odit iniquitaté.
22 ❡Nã & ante hos annos cùm recessissent
à via, quã dederat illis De⁹, vt ambula-
rent in ea, exterminati sunt pliis à mul
tis nationibus, & plurimi eorũ captiui
23 abducti sunt in terrã non suã. ❡‖Nuper
aũt reuersi ad Dñm Deũ suũ ex disper-
D sione qua dispersi fuerãt, adunati sunt,
& ascenderũt montana hęc oĩa, & iterũ
possident Ierl̃m, vbi sunt Sãcta sancto-
24 rum. ❡Nũc ergo mi Dñe, perquire si est
aliqua iniquitas eorũ in conspectu Dei
eorũ: & ascédamus ad illos, qñ tradés
tradet illos Deus eorũ tibi, & subiugati
25 erũt sub iugo potentiæ tuæ. ❡Si verò nõ
est offensio ppl̃i huius coram Deo suo,
non poterimus resistere illis, qñ Deus
eorum defendet illos. & erimus in op-
26 probrium vniuersæ terræ. ❡ Et factum
est cùm cessasset loq Achior verba hęc,
irati sunt oés magnates Holofernis, &
cogitabãt interficere eum dicétes ad al-
27 terutrum. ❡Quis est iste q filios Isrl̃ pos-
se dicat resistere regi Nabuchodonosor
& exercitibus eius, hoĩes inermes, & si-
ne virtute, & sine peritia artis pugnæ?
28 ❡Vt ergo agnoscat Achior qñ fallit nos,
ascendamus in montana: & cùm capti
fuerint potentes eorũ, tunc cum eisdé
29 gladio transuerberabit: ❡vt sciat omnis
gens quoniam Nabuchodonosor Deus
terræ est, & prętet ipsum alius non est.

CAP. VI.

1 FActum est aũt cùm cessassent loqui,
A indignatus Holofernes vehemẽter,
2 dixit ad Achior, ❡Qñ pphetasti nobis,
dicens: q gens Isrl̃ defendat à Deo suo,
vt ostendam tibi qñ non est Deus, nisi
3 Nabuchodonosor: ❡cũ pcusserim⁹ eos
oés sicut hoĩem vnũ, tunc & ipse cũ il-
lis Assyriorũ gladio interibis, & omnis
4 Isrl̃ tecũ pditione disperiet: ❡& pbabis
qñ Nabuchodonosor Dñs sit vniuersæ
terrę, tuncq; gladius militiæ meæ tran-
siet p latera tua, & confixus cades inter
vulneratos Isrl̃, & non respirabis vltrà,
5 donec extermineris cũ illis. ❡Porrò aũt
si prophetiam tuã veram existimas, nõ
concidat vultus tuus: & pallor qui fa-
ciem tuã obtinet, abscedat à te, si verba
6 mea hæc putas impleri nõ posse. ❡Vt au
té noueris quia simul cũ illis hæc expe-
B rieris, ecce ex hac hora illorũ pplo socia
beris; vt dum dignas mei gladij pœnas
exceperit, ipse simul vltioni subiaceas.
7 ❡Tunc Holofernes pręcepit seruis suis,
vt cõprehéderét Achior, & pducerét eũ
in Bethuliam, & traderét eũ in manus
8 filiorũ Isrl̃. ❡Et accipiétes eũ serui Holo-
fernis, pfecti sunt p cãpestria: sed cũ ap-
proquinquassent ad mõtana, exierũt cõ
9 tra eos fundibularij. ❡Illi aũt diuertétes
à latere mõtis, ligauerũt Achior ad arbo
rem manibus & pedibus, & sic vinctũ
de restibus dimiserũt eũ, & reuersi sũt
10 ad Dominum suum. ❡ Porrò filij Israël
descendentes de Bethulia, venerunt ad
eum. Quem soluétes duxerũt ad Bethu
liam, atque in medium populi illũ sta-
tuentes, percunctati sunt quid rerum es-
set quòd illum vinctum Assyrij reliquis
11 sent. ❡ In diebus illis erant illic princi-
C pes, Ozias filius Micha de tribu Simeõ,
12 & Charmi, q & Gothoniel. ❡ In medio
itaque seniorum & in cõspectu omniũ
Achior dixit oĩa quæ locutus ipse fue-
rat ab Holoferne interrogatus: & quali-
ter ppl̃s Holofernis voluisset pp hoc ver
13 bũ interficere eum, ❡ & quemadmodũ
ipse Holofernes iratus iusserit eum Is-
raëlitis hac de causa tradi: vt dum vice-
rit filios Israël, tunc & ipsum Achior di
uersis iubeat interire suppliciis, pp hoc
quod dixisset, De⁹ cęli defensor eorum
14 est. ❡ Cùmq; Achior vniuersa hæc expo
suisset, oĩs ppl̃s cecidit in faciẽ, adorãtes
Dñm, & cõmuni lamentatione & fletu
vnanimes preces suas Dño effuderunt,
15 ❡dicentes: Dñe De⁹ cæli & terræ, intue-
re superbiã eorũ, & respice ad nostrã hu
militatem, & faciẽ sanctorũ tuorũ at-
téde, & ostende qñ nõ derelinquis prę-
sumentes de te: & pręsumentes de se, &
16 de sua virtute gloriãtes, humilias. ❡ Fi-
nito itaque fletu, & per totam diem

Marginal notes: ‖Nu. 21 c. 25. Iosu. 12. a. 7. — ‖1 Esd. 1. a. 3. — Sup. 5. b. 11.

D oratione pplorum completa, consolati
17 sunt Achior, dicētes: Deus patrum no
strorū, cuius tu virtutē prædicasti, ipse
tibi hanc dabit vicissitudinem, vt eorū
18 magis tu interitum videas. Cùm verò
Dñs Deus noster dederit hanc libertatē
seruis suis, sit et tecum Deus in medio
nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cū tuis
19 oĩbus conuerseris nobiscum. Tunc
Ozias finito cõsilio, suscepit eum in do
mum suam, et fecit ei cœnam magnā.
20 Et vocatis oĩbus presbyteris, simul ex-
21 pleto ieiunio refecerunt. Postea verò
conuocatus est oĩs populus, et per to-
tam noctem intra ecclesiam orauerūt,
petentes auxilium à Deo Israël.

CAP. VII.

1 Holofernes aūt altera die præcepit
A exercitibus suis, vt ascenderent cō
2 tra Bethuliam. Erāt aūt pedites bella-
torum cētum viginti millia, et equites
viginti duo millia, præter præparationes
virorū illorum quos occupauerat capti
uitas, et abducti fuerāt de prouinciis et
3 vrbibus vniuersæ iuuentutis. Oēs pa-
rauerunt se pariter ad pugnā contra fi-
lios Israël, et venerunt p crepidinē mon
tis vsq; ad apicem, qui respicit super Do
thain, à loco qui dicitur Belma, vsq; ad
4 Chelmon, q est contra Esdrelon. Filii
aūt Israël, vt viderūt multitudinem il-
lorum, prostrauerunt se super terram,
mittentes cinerem sup capita sua, vna-
nimes orantes vt Deus Israël misericor-
diam suam ostēderet super pplm suū.
5 Et assumētes arma sua bellica, sederūt
p loca quę ad angusti itineris tramitē
dirigūt inter montosa, et erant custodiē
6 tes ea tota die et nocte. Porrò Holofer-
B nes dum circuit p gyrū, repperit q fons
qui influebat aquæ ductum illorum à
parte australi extra ciuitatē dirigeret, et
incidi præcepit aquę ductum illorū.
7 Erant tñ non longè à muris fontes, ex
quibus furtim videbātur haurire aquā
ad refocillādum potius, q̃ ad potandū.
8 Sed filij Ammon et Moab accesserunt
ad Holofernem, dicentes: Filij Israël nō
in lancea, nec in sagitta confidunt, sed
montes defendunt illos, et muniunt
illos colles in præcipitio constituti.
9 Vt ergo sine cōgressione pugnæ possis
superare eos, pone custodes fontium, vt
non hauriant aquā ex eis, et sine gladio
interficies eos, vel certè fatigati tradent
ciuitatē suā, quam putant in montibus
10 positā superari non posse. Et placuerūt
verba hæc corā Holoferne, et coram sa-
tellitibus eius, et constituit p gyrum cēte
11 narios per singulos fontes. Cùmq; ista
C custodia p dies viginti fuisset expleta,
defecerūt cisternę, et collectiones aqua
rum oĩbus habitantibus Bethuliā, ita
vt non esset intra ciuitatem vnde satia
rentur vel vna die, qm ad mensurā da-
12 batur populis aqua quotidie. Tunc ad
Oziam congregati oēs viri, fœminæq;,
iuuenes, * & paruuli, oēs simul vna vo- * senesq; 6.
13 ce dixerunt, Iudicet Deus inter nos, &
te, qm fecisti in nos mala nolens loqui
pacificè cum Assyriis, & pp hoc vendi-
14 dit nos Deus in manibus eorum. Et
ideò non est qui adiuuet, cū prosterna
mur ante oculos eorum ĩ siti & pditio-
15 ne magna. Et nunc congregate vniuer-
sos qui in ciuitate sunt, vt sponte trada-
16 mus nos oēs pplo Holofernis, Melius
est enim vt captiui benedicamus Dñm
viuentes, q̃ moriamur & simus oppro-
brium oĩ carni, cùm viderimus vxores
nras & infantes nostros mori antè ocu-
17 los nostros. Contestamur hodie cęlum
D & terrā, & Deum patrum nrorum qui
vlciscitur nos ſm peccata nostra, vt iā
tradatis ciuitatē in manu militiæ Holo
fernis, vt sit finis noster breuis in ore
gladij qui longior efficit in ariditate si-
18 tis. Et cū hęc dixissent, factus est fletus
& vlulatus magnus in ecclesia oĩbus, &
per multas horas vna voce clamauerūt ‖ Psa. 105 a. 6.
19 ad Deum dicentes. ‖ Peccauimus cum
patribus nostris, iniustè egimus, iniqui
20 tatem fecimus. Tu quia pius es, mi-
serere nostri: aut ĩ tuo flagello vindica
iniquitates nostras, & noli tradere cōfi-
21 tentes te pplo qui ignorat te. Vt non di-
cant inter gentes, Vbi est Deus eorum?
22 Et cū fatigati his clamoribus, & his fle
23 tibus lassati siluissent, exurgēs Ozias,
infusus lachrimis: dixit, Æquo animo
estote fratres, & hos qnq; dies expecte-
24 mus à Dño misericordiā. Forsitā enim
indignationem suam abscindet, & da-
25 bit gloriam noĩ suo. Si aūt transactis
quinq; diebus non venerit adiutoriū,
faciemus hęc verba quæ locuti estis.

CAP. VIII.

1 ET factum est, cū audisset hæc verba
A Iudith vidua, quę erat filia Merari.
filii Idox, filij Ioseph, filij Oziæ, filii

Elai, filij Iamnor, filij Gedeon, filij Ra-
phaim, filij Achitob, filij Melchiæ, filij
Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij
2 Simeō, filij Ruben: ¶ & vir eius fuit Ma-
nasses, qui mortuus est in diebus messis
3 hordeaceæ, ¶ instabat enim sup alligan
tes manipulos in cāpo, & venit æstus su
per caput eius, & mortu⁹ est in Bethu-
lia ciuitate sua, & sepultus est illic cum
4 patribus suis. ¶ Erat autē Iudith relicta
eius vidua iā annis tribus, & mensibus
5 sex. ¶ Et in superioribus domus suę fecit
sibi secretū cubiculum, in quo cū puel-
6 lis suis clausa morabatur: ¶ & habēs su-
per lūbos suos cilicium ieiunabat oībus
diebus vitę suę, pręter sabbatha, & neo-
7 menias, & festa domus Israël. ¶ Erat aūt
eleganti aspectu nimis, cui vir suus reli
querat diuitias multas, & familiam co-
piosam, ac possessiones armentis boū,
8 & gregibus ouiū plenas. ¶ Et erat hæc in
oībus famosissima, qm̄ timebat Dn̄m
valde: nec erat q loqueret de illa verbū
9 malum. ¶ Hæc itaque cùm audisset qm̄
Ozias promisisset ꝙ transacto quinto
die traderet ciuitatem, misit ad pręsby-
10 teros Chabri, & Charmi, ¶ Et venerūt ad
B illā, & dixit illis: Quod est hoc verbū
in quo consensit Ozias, vt tradat ciuita-
tē Assyrijs, si intra quinq; dies nō vene-
11 rit vobis adiutorium? ¶ Et qui estis vos,
12 qui tentatis Dn̄m? ¶ Non est iste sermo
qui misericordiā prouocet: sed potius q
13 iram excitet, & furorē accendat. ¶ Posui-
stis vos tempus miserationis Dn̄i, & in
14 arbitriū vestrum diē cōstituistis ei: ¶ Sed
qa patiens Dn̄s est, in hoc ipso pœnitea
mus, & indulgentiam eius fusis lachry-
15 mis postulemus. ¶ nō enim quasi homo
sic Deus cōminabitur: neq; sicut filius
16 hoīs ad iracūdiam inflammabitur. ¶ Et
ideo humiliemus illi aīas nostras: & in
spū cōstituti humiliato, seruientes illi,
17 ¶ dicamus flentes Dn̄o, vt sm̄ voluntatē
suam sic faciat nobiscum citò miseri-
cordiam suā: vt sicut conturbatū est cor
nostrum in superbia eorum: ita etiam
18 de nostra humilitate gloriemur, ¶ qm̄
non sumus secuti peccata patrum no-
strorum qui dereliquerunt Deū suū,
19 & adorauerunt deos alienos: ¶ pro quo
C scelere dati sunt in gladiū, & in rapinā,
& in confusionē inimicis suis: nos autē
alterum Deum nescimus pręter ipsum.
20 ¶ Expectemus humiles consolationem
eius, & exquiret sanguinē nostrum de
afflictionibus inimicorum nostrorum:
& humiliabit oēs gētes quęcunq; insur-
gunt cōtra nos, & faciet illas sine hono-
21 re Dn̄s Deus noster. ¶ Et nūc frēs, qm̄
vos estis pręsbyteri in pplo Dei, & ex vo
bis pendet aīa illorum, ad eloquium ve
strum corda eorum erigite, vt memores
sint, qa tentati sunt patres nostri, vt pro
barentur, si verè colerent Deum suum.
22 ¶ Memores esse debent, quō pater no- Gen. 22. a. 1.
ster Abrahā tentatus, & p multas tribu
lationes est, pbatus, Dei amicus effect⁹
23 est. ¶ Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & o-
mnes q placuerūt Deo, p multas tribu-
24 lationes transierunt fideles: ¶ illi aūt q
tentationes non susceperunt cū timore
Dn̄i, & impatientiam suam, & imprope
rium murmurationis suæ contra Dn̄m
25 protulerunt, ¶ exterminati sunt ab ex- Nu. 21. b. 6.
terminatore, & à serpentibus perierūt. 1. Co. 10. b. 9.
26 ¶ Et nos ergo non vlciscamur nos p his
27 quæ patimur: ¶ Sed reputantes peccatis
D nr̄is hæc ipsa supplicia minora esse fla-
gella Dn̄i, quibus quasi serui corripi-
mur ad emendationem, & nō ad perdi
28 tionem nostram euenisse credamus. ¶ Et
dixerunt illi Ozias & p̄sbyteri, Oia quæ
locuta es, vera sunt, & nō est in sermo-
29 nibus tuis vlla reprehensio. ¶ Nūc ergo
ora pro nobis, qm̄ mulier sancta es, & ti
30 mēs Deū. ¶ Et dixit illis Iudith, Sicut qđ
31 potui loqui, Dei esse cognoscitis: ¶ ita qđ
facere disposui, probate si ex Deo est: &
orate, vt firmū faciat Deus consilium
32 meum. ¶ Stabitis vos ad portā nocte ista,
& ego exeam cū Abra mea, & orate, vt
sicut dixistis, in diebus quinq; respiciat
33 Dn̄s populum suū Israël. ¶ Vos aūt no-
lo vt scrutemini actum meum, & vsq;
dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat,
nisi oratio pro me ad Dn̄m Deum no-
34 strum. ¶ Et dixit ad eam Ozias princeps
Iudæ, Vade in pace, & Dominus sit te-
cum in vltionem inimicorum nostro-
rum. Et reuertentes abierunt.

CAP. IX.

1 QVibus ascēdentib⁹, Iudith ingressa
A est oratoriū suū: & induēs se ci-
licio, posuit cinerē sup caput
suum: & prosternens se Dn̄o, clamabat
2 ad Dn̄m dicens: ¶ Dn̄e Deus patris mei
Simeon, q dedisti illi gladiū in defen- Gen. 34. d. 25
sionem alienigenarū, qui violatores ex-
titerūt in coinquinatione sua, & denu-

dauerunt femur virginis in confusionē
3 ¶& dedisti mulieres illorū in prædā, &
filias illorū in captiuitatē: & oēm prę-
dam in diuisionē seruis tuis, q zelaue-
runt zelum tuū: subueni quęso te, Dñe
4 Deus meus mihi viduę. ¶Tu enim feci
B sti priora, & illa post illa cogitasti: ¶&
5 hoc factū est qđ ipse voluisti. Oēs enim
viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in
6 tua prouidētia posuisti. ¶Respice castra
Assyriorum nūc, sicut tunc castra Ægy-
ptiorum videre dignatus es, qñ post ser-
uos tuos armati currebant confidentes
in quadrigis, & in eqtatu suo, & in mul
7 titudine bellatorū. ¶Sed aspexisti super
castra eorū, & tenebræ fatigauerūt eos.
8 ¶Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ
9 operuerunt eos. ¶Sic fiant & isti Dñe q
C confidunt in multudine sua, & in cur-
ribus suis, & in contis, & in scutis, & in
10 sagittis suis, & in lanceis gloriantur, ¶&
nesciunt qa tu ipse es Deus nr̄ q conte-
ris bella ab initio, & Dñs nomē est tibi.
11 ¶Erige brachium tuū, sicut ab initio: &
allide virtutē illorum ī virtute tua: ca-
dat virtus eorū in iracundia tua, q pro-
mittunt se violare sancta tua, & pollue
re tabernaculū noīs tui, & deiicere gla-
12 dio suo cornu altaris tui. ¶Fac Dñe vt
gladio proprio eius superbia amputer,
13 ¶capiatr laqueo oculorū suorū in me, &
14 pcuties eū ex labiis charitatis meę. ¶Da
mihi in aīo constantiam, vt contemnā
15 illū, & virtutem, & auertam illū. ¶Erit
enim hoc memoriale noīs tui, cū man⁹
16 fœminę deiecerit eum. ¶Non enim in
multitudine est virtus tua Dñe, neq; in
D equorū viribus volūtas tua est, nec sup
bi ab initio placuerūt tibi: sed humiliū
& māsuetorū semp tibi placuit depreca
17 tio. ¶De⁹ cęlorū, creator aquarū: & Dñs
totius creaturæ, exaudi me miseram de
precantē, & de tua misericordia præsu-
18 mentē. ¶Memēto Dñe testamenti tui, &
da verbū ī ore meo, & in corde meo: cō
filiū corrobora, vt domus tua in scifica
19 tione tua pmaneat: ¶& oēs gentes agno
scāt qa tu es De⁹, & nō est alius pter te.

Exo. 14 b. 9.

CAP. X.

1 FActum est aūt cū cessasset clamare
A ad Dñm, surrexit de loco in quo ia-
cuerat prostrata ad Dñm. ¶Vocauitque
2 Abram suam, & descēdens in domum
suam, abstulit à se ciliciū, & exuit se ve-
3 stimētis viduitatis suę, ¶& lauit corpus
suū: & vnxit se myrto optimo, & discri-
minauit crinem capitis sui, & imposuit
mitrā sup caput suum, & īduit se vesti-
mentis iucunditatis suę, induitq; san-
dalia pedib⁹ suis, assumpsitq; dextrario
la, & lilia, & inaures, & annulos, & oī-
4 bus ornamentis suis ornauit se. ¶Cui
etiā Dñs contulit splendorē: qm̄ oīs ista
compositio nō ex libidine, sed ex virtu
te pendebat: & ideo dñs hanc in illam
pulchritudinē ampliauit, vt incōparabi
5 li decōre oīum oculis appareret. ¶Impo
B suit itaq; Abræ suæ ascopā vini, & vas
olei, & polētam, & lapates, & panes, &
6 caseum, & profecta est. ¶Cūq; venissent
ad portā ciuitatis, inuenerunt expectā-
7 tem Oziā & presbyteros ciuitatis. ¶Qui
cū vidissent eā, stupentes mirati sunt ni
8 mis pulchritudinē eius. ¶Nihil tñ inter
rogantes eam dimiserunt transire dicē-
tes: Deus patrū nostrorū det tibi gratiā,
& oē consiliū tui cordis sua virtute cor
roboret, vt glorietur super te Ierl'm, &
sit nomē tuū in numero sanctorū & iu-
9 storum. ¶Et dixerunt hi qui illic erant
10 oēs vna voce: Fiat, fiat. ¶Iudith verò orās
Dñm, transiuit per portas ipsa & Abra
11 eius. ¶Factum est aūt, cū descēderet mō
tem, circa ortum diei occurrerunt ei ex-
ploratores Assyriorū & tenuerūt eam,
12 dicētes: Vnde venis? aut quò vadis? Quę
C rñdit: Filia sum Hebręorū, ideo ego fu-
gi à facie eorum qm̄ futurum agnoui,
q̄ dentur vobis in deprędationem, pro
eo quòd contemnentes vos, noluerunt
vltrò tradere seipsos vt inuenirent mi-
13 sericordiam in conspectu vestro. ¶Hac
de causa cogitaui mecū, dicēs: Vadam
ad faciem principis Holofernis, vt indi-
cem illi secreta illorū, & ostendam illi
quo aditu possit obtinere eos: ita vt nō
14 cadat vir vn⁹ de exercitu eius. ¶Et cū au
dissent viri illi verba eius, considerabāt
faciem eius, & erant in oculis eorū stu-
por, qm̄ pulchritudinē eius mirabantur
15 nimis. ¶Et dixerunt ad eam: Cōseruasti
aīam tuā, eò quòd tale repperisti cōsi-
lium, vt descenderes ad Dñm nostrū.
16 ¶Hoc aūt scias, qm̄ cum steteris in con-
D spectu eius, bene tibi faciet, & eris gratis
sima in corde eius. Duxeruntq; illā ad
tabernaculū Holofernis, annunciantes
17 eam. ¶Cūq; intrasset ante faciem eius,
statim captus est in suis oculis Holofer-
18 nes. ¶Dixeruntq; ad eū satellites eius,

Infrà 16. b. 8.

Quis contemnat ppl'm Hebræorum qui
tam decoras mulieres habent, vt non
pro his meritò pugnare cótra eos debea
19 mus? ¶ Videns itaq; Iudith Holofernem
sedétem in conopæo, quod erat ex pur-
pura, & auro, & smaragdo, & lapidibus
20 pretiosis intextum: ¶ & cùm in faciem
eius intendisset, adorauit eum, proster-
nens se super terram. Et eleuauerunt eá
serui Holofernis, iubente domino suó.

CAP. XI.

1 TVnc Holofernes dixit ei: Æquo aío
A esto, & noli pauere i corde tuo, qm̃
ego nunq̃ nocui viro qui voluit seruire
2 Nabuchodonosor regi. ¶ Ppl's auté tuus
si nó cótempsisset me, non alleuassem
3 lanceam meá super eum. ¶ Núc aút dic
mihi, qua ex causa recessisti ab illis, &
4 placuit tibi vt venires ad nos? ¶ Et dixit
illi Iudith: Sume verba ancillę tuę: qm̃
si secutus fueris verba ancillę tuę, perfe
5 ctam rem faciet Dñs tecú. ¶ Viuit enim
Nabuchodonosor rex terræ, & viuit vir
tus eius quæ est in te ad correptionem
oíum aíarum errantium: qm̃ non solú
hoíes seruiunt illi per te, sed & bestiæ
6 agri obtemperant illi. ¶ Nuntiat' enim
B animi tui industria vniuersis gétibus,
& indicatum est oí seculo, qm̃ tu solus
bonus & potés es in oí regno eius, & di-
sciplina tua oíbus prouincijs prędicat'.
Supra 5. a. 5. 7 ¶ Nec hoc latet qđ locutus est Achior,
nec illud ignorat' qđ ei iusseris euenire.
8 ¶ Constat enim Deú nostrú sic peccatis
offensum, vt mandauerit per ꝓphetas
suos ad ppl'm, q' tradat eum ꝓ peccatis
9 suis. ¶ Et qm̃ sciunt se offendisse Deum
suú filij Israël, tremor tuus super ipsos
10 est. ¶ Insuper etiam fames inuasit eos, &
ab ariditate aquę iá inter mortuos com
11 putant'. ¶ Deniq; hoc ordinant, vt inter-
C ficiant pecora sua, & bibant sanguiné
12 eorú, ¶ & Sancta Dñi Dei sui quę pręce-
pit Deus non contingi, in frumento, vi-
no, & oleo, hęc cogitauerunt impédere,
& volunt consumere quę nec manibus
deberét cótingere. ergo qm̃ hęc faciút,
certum est q' in perditionem dabútur.
13 ¶ Qđ ergo ancilla tua cognoscens, fugi
ab illis, & misit me Dñs hęc ipsa nútia-
14 re tibi. ¶ Ego enim ancilla tua Deú co-
lo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla
15 tua, & orabo Deum, ¶ & dicet mihi qñ
eis reddat peccatum suum, & veniens
nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te ꝑ
mediam Ierusalem, & habebis omnem
populum Israël, sicut oues quibus non
est pastor, & non latrabit vel vnus canis
16 cótra te. ¶ Qm̃ hæc mihi dicta sunt per
D prouidentiá Dei. ¶ Et qm̃ iratus est illis
17 Deus, hęc ipsa missa sum nuntiare tibi.
18 ¶ Placuerunt aút oía verba hæc coram
Holoferne, & coram pueris eius, & mi-
rabantur ad sapientiam eius, & dice-
19 bant alter ad alterú. ¶ Nó est talis mu-
lier super terrá in aspectu, in pulchritu
20 dine, & in sensu verború. ¶ Et dixit ad il
lá Holofernes, Benefecit Deus qui misit
te ante ppl'm, vt des illum tu in mani-
21 bus nostris: & qm̃ bona est promissio
tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit
& Deus meus, & tu in domo Nabucho
donosor magna eris, & nomen tuum
nominabitur in vniuersa terra.

CAP. XII.

1 TVnc iussit eam introire vbi repositi
A erát thesauri eius, & iussit illic ma-
nere eá, & constituit quid daret' illi de
2 conuiuio suo. ¶ Cui rñdit Iudith, & di-
xit: Nunc nó potero manducare ex his
quę mihi pręcipis tribui, ne veniat sup
me offensio: ex his aút quæ mihi detu-
3 li, máducabo. ¶ Cui Holofernes ait: Si
defecerint tibi ista q̃ tecú detulisti, qđ
4 faciem' tibi? ¶ Et dixit Iudith: Viuit aía
tua dñe meus, qm̃ nó expendet oía hæc
ancilla tua, donec faciat Deus in ma-
nu mea hęc quę cogitaui. Et induxerút
illá serui eius in tabernaculú quod prę-
5 ceperat. ¶ Et petijt dum introiret, vt da-
B ret' ei copia nocte & ante lucé egrediédi
foras ad orationé, & deprecandi Dñm.
6 ¶ Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut
placeret illi, exiret & introiret ad oran-
7 dum Deú suú per triduum. ¶ Et exibat
noctibus in vallé Bethuliæ, & baptiza-
8 bat se in fonte aquæ. ¶ Et vt ascédebat,
orabat Dñm Deú Israël vt dirigeret viá
9 eius ad liberationé ppl'i sui. ¶ Et introiés,
munda manebat in tabernaculo, vsq;
dum acciperet escam suam in vespere.
10 ¶ Et factú est in quarta die Holofernes fe
C cit cęná seruis suis, & dixit ad Vagao eu
nuchú suú, Vade, & suade Hebręá illá
11 vt sponte cósentiat habitare mecú. ¶ Fœ-
dum est eni apud Assyrios, si fœmina
irrideat virú, agendo vt immunis ab eo
12 tráseat. ¶ Túc itroiuit Vagao ad Iudith,
& dixit: Nó vereat' bona puella itroire
ad Dñm meú, vt honorificet' ante fa-

ciem eius, vt māducet cum eo, & bibat
13 vinum in iucunditate. ¶Cui Iudith rñ-
dit: Quæ ego sum vt contradicam Dño
14 meo? ¶Oē quod erit ante oculos eius bo
D num & optimum faciam. Quicqd aūt
illi placuerit, hoc mihi erit optimū oī-
15 bus diebus vitæ meę. ¶Et surrexit, & or
nauit se vestimento suo, & ingressa ste-
16 tit ante faciē eius. ¶Cor aūt Holofernis
concussum est: erat enim ardens in cō-
17 cupiscētia eius. ¶Et dixit ad eam Holo-
fernes: Bibe nunc, & accūbe in iucundi
tate, qm̄ inuenisti gratiam coram me.
18 ¶Et dixit Iudith: Bibā dñe, qm̄ magnifi
cata est aīa mea hodie prę oībus diebus
19 meis. ¶Et accepit, & māducauit, & bibit
coram ipso ea quę parauerat illi ancilla
20 eius. ¶Et iucūdus factus est Holofernes
ad eam, bibitq; vinum multū nimis,
quantum nunq̄ biberat in vita sua.

CAP. XIII.

1 VT autē serò fctm̄ est, festinauerunt
A serui illius ad hospitia sua, & con-
clusit Vagao ostia cubiculi, & abijt.
2 ¶Erant aūt oēs fatigati à vino. ¶Eratque
3 Iudith sola ī cubiculo. ¶Porrò Holofer-
4 nes iacebat in lecto, nimia ebrietate so-
5 pitus. ¶Dixitq; Iudith puellæ suę vt sta-
ret foris ante cubiculum, & obseruaret.
6 ¶Stetitq; Iudith ante lectum, orans cū
lachrymis & labiorum motu in silen-
7 tio, ¶dicens: Confirma me Dñe Deus Is-
raël, & respice in hac hora ad opera ma
nuum mearum, vt sicut promisisti, Ieru
salem ciuitatē tuam erigas, & hoc qđ
credens per te posse fieri cogitaui, perfi-
8 ciam. ¶Et cū hęc dixisset, accessit ad co-
lūnam, quæ erat ad caput lectuli eius,
& pugionē eius, qui in ea ligatus pende
9 bat, exoluit. ¶Cumq; euaginasset illum,
apprehēdit comam capitis eius, & ait,
Confirma me Dñe Deus in hac hora:
10 ¶& percussit bis in ceruicē eius, & absci
dit caput eius, & abstulit conopæū eius
à columnis, & euoluit corpus eius trun
11 cum. ¶Et post pusillū exiuit, & tradidit
caput Holofernis ancillę suę, & iussit vt
12 mitteret illud in peram suam. ¶Et exie-
B runt duæ, s̄m cōsuetudinem suā quasi
ad orationem, & transierūt castra: & gy
rantes vallem, venerunt ad portam ci-
13 uitatis. ¶Et dixit Iudith à longè custodi
bus murorū: Aperite portas, qm̄ nobi-
scum est Deus qui fecit virtutem* in Is-
14 raël. ¶Et factum est, cùm audissent viri

* magnā 10.

vocem eius, vocauerūt presbyteros ci
15 uitatis. ¶Et occurrerūt ad eam oēs, a mi-
nimo vsq; ad maximum: qm̄ sperabā
16 eam iam non esse venturam. ¶Et accen
dentes luminaria, congyrauerunt circa
eam vniuersi: illa aūt ascendēs in emi-
nentiorem locum iussit fieri silētium.
17 Cumq; oēs tacuissent, ¶dixit Iudith: Lau
date Dñm Deum nostrum, qui non de-
18 seruit sperantes in se: ¶& in me ancilla
sua adimpleuit misericordiam suā, quā
promisit domui Israël: & interfecit in
manu mea hostē populi sui in hac no-
19 cte. ¶Et pferens de pera caput Holofer-
nis, ostēdit illis, dicēs: Ecce caput Holo-
fernis principis militiæ Assyriorū. Et ec
ce conopęū illi⁹ ī quo recūbebat ī ebrie
tate sua, vbi per manum fœminæ per-
20 cussit illū Dñs Deus noster. ¶Viuit autē
C ipse Dñs, qm̄ custodiuit me angelus ei⁹,
& hinc euntem, & ibi commorantem,
& inde huc reuertentem: & non permi
sit me dñs ancillam suam coinquinari,
sed sine pollutione peccati reuocauit
me vobis gaudentem in victoria sua, in
euasione mea, & in liberatione vestra.
21 ¶Confitemini illi oēs qm̄ bonus, quo- Psal. 105.a.1. & 106.a.1.
niam in seculum misericordia eius.
22 ¶Vniuersi aūt adorantes Dñm, dixerūt
ad eā: Benedixit te Dñs in virtute sua,
qa p te ad nihilum redegit inimicos no
23 stros. ¶Porrò Ozias princeps populi Is-
raël dixit ad eam: Bñdicta es tu filia
à Dño Deo excelso præ oībus mulierib⁹
24 super terram. ¶Benedictus Dñs qui crea
uit cælum & terram, qui te direxit in
vulnera capitis principis inimicorum
25 nostrorū: ¶Quia hodie nomē tuum ita
D magnificauit, vt non recedat laus tua
de ore hoīum, qui memores fuerint vir
tutis Dñi in æternum, pro quibus non
pepercisti animæ tuæ propter angustias
& tribulationem generis tui, sed subue
nisti ruinæ ante cōspectum Dei nostri.
26 ¶Et dixit omnis populus: Fiat, fiat.
27 ¶Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei
Iudith, Deus Israël cui tu testimonium
dedisti, qđ vlciscatur se de inimicis suis,
ipse caput oīum incredulorum incīdit
28 in hac nocte in manu mea. ¶Et vt pro-
bes quia ita est, ecce caput Holofernis,
qui in contemptu superbię suę, Deum
Israël contempsit: & tibi interitum mi-
nabatur, dicens, Cùm captus fuerit po-
pulus Israël, gladio perforari pręcipiam

Latera

29 latera tua. ¶Vidés aũt Achior caput Ho
lofernis, angustiatus præ pauore cécidit
in faciem suam super terram, & æstua-
30 uit aïa eius. ¶Postea verò quã resumpto
spũ recreatus est, procidit ad pedes eiꝰ,
31 & adorauit eã, & dixit, ¶Benedicta tu à
Deo tuo ĩ omnĩ tabernaculo Iacob, qm̃
in omni gente quæ audierit nomé tuũ,
magnificabitur super te Deus Israël.

CAP. XIIII.

1 Dixit aũt Iudith ad oẽm populum,
A Audite me fratres: suspendite ca-
2 put hoc super muros nostros: ¶& erit, cũ
exierit sol, accipiat vnusquisq; arma
sua, & exite cum impetu: non vt descen
datis deorsum, sed quasi impetũ facien
3 tes. ¶Tũc exploratores necesse erit vt fu
giant ad principem suum excitandum
4 ad pugnam. ¶Cùmq; duces eorũ cucur
rerint ad tabernaculũ Holofernis, & in
uenerint eum trũcum in suo sanguine
5 volutatũ, décidet sup eos timor. ¶Cũq;
cognoueritis fugere eos, ite post illos, se-
curi, qm̃ Dñs conteret eos sub pedibꝰ ve
6 stris. ¶Tunc Achior vidés virtutem quã
B fecit Deus Israël, relicto gentilitatis ri-
tu, credidit Deo, & circuncidit carné prę
putij sui, & appositꝰ est ad ppl̃m Israël,
& oïs successio generis eius vsq; in ho-
7 diernũ dié. ¶Mox aũt vt ortus est dies,
suspenderunt super muros caput Holo
fernis, accepitq; vnusq̃sq; vir arma sua,
& egressi sunt cũ grandi strepitu & vlu
8 latu. ¶Quod videntes exploratores, ad
tabernaculum Holofernis cucurrerũt.
9 ¶Porrò hi qui in tabernaculo erant ve-
nientes, & ante egressum cubiculi per-
strepentes, excitandi gratia, inquietudi-
nem arte moliebantur, vt non ab exci-
tantibus, sed à sonantibus Holofernes
10 euigilaret. ¶Nullus enim audebat cubi
C culum virtutis Assyriorũ pulsando aut
11 intrando aperire. ¶Sed cùm venissent
eius duces ac tribuni, & vniuersi maio-
res exercitus regis Assyriorum, dixerũt
12 cubiculariis. ¶Intrate, & excitate illũ,
qm̃ egressi mures de cauernis suis, ausi
13 sunt prouocare nos ad prælium. ¶Tunc
ingressus Vagao cubiculum eius, stetit
ante cortinam, & plausum fecit mani-
bus suis: suspicabatur enim illum cum
14 Iudith dormire. ¶Sed cùm nullum mo
tum iacentis sensu aurium caperet, ac-
cessit proximans ad cortinam, & eleuãs
eam, vidensq; cadauer absq; capite Ho
lofernis suo sanguine tabefactũ iacére
D sup terram, exclamauit voce magna cũ
15 fletu, & scidit vestiméta sua. ¶Et ingres-
sus tabernaculum Iudith, non inuenit
eam, & exiliit foras ad populum, & di-
16 xit, Vna mulier Hebræa fecit cõfusioné
in domo regis Nabuchodonosor: ecce
enim Holofernes iacet in terra, & caput
17 eius non est in illo. ¶Quod cùm audis-
sent principes virtutis Assyriorum, sci-
derunt omnes vestimenta sua, & intole
rabilis timor & tremor cecidit sup eos,
& turbati sunt animi eorum valde.
18 ¶Et factus est clamor incomparabilis in
medio castrorum eorum.

CAP. XV.

1 Cvmq; oïs exercitus decollatũ Ho-
A lofernem audisset, fugit mens & cõ
silium ab eis, & solo tremore & metu
2 agitati, fugę pręsidium sumunt, ¶ita vt
nullus loqueretur cũ proximo suo, sed
inclinato capite, relictis oibus, euadere
festinabant Hebręos, quos armatos su-
per se venire audierãt, fugiétes per vias
3 camporum & semitas colliũ. ¶Vidétes
itaq; filij Israël fugientes, secuti sunt il
los, Descéderuntq; clangentes tubis, &
4 vlulantes post ipsos. ¶Et qm̃ Assyrij nõ
B adunati in fugam ibant pręcipites: filij
aũt Israël vno agmine persequentes, de
bilitabãt oẽs quos inuenire potuissent.
5 ¶Misit itaq; Ozias nuntios per oẽs ciui-
6 tates & regiones Israël. ¶Omnis itaq; re
gio, oïsq; vrbs electam iuuentutem ar-
matam misit post eos, & ꝑsequuti sunt
eos in ore gladij, quousq; peruenirent
7 ad extremitatem finium suorũ. ¶Reliq
aũt qui erant in Bethulia, ingressi sunt
castra Assyriorum, & prędam quam fu
gientes Assyrij reliquerant, abstulerũt,
8 & onustati sunt valde. ¶Hi verò qui vi-
C ctores reuersi sunt ad Bethuliam, oĩa
quę erãt illorum abstulerũt secum, ita
vt nõ esset numerus in pecoribus, & iu-
mentis, & vniuersis mobilibus eorum,
vt à minimo vsq; ad maximum oẽs di-
uites fierent de prædationibus eorum.
9 ¶Ioachim aũt summus põtifex de Ieru-
salem, venit in Bethuliam cũ vniuersis
10 presbyteris suis, vt videret Iudith. ¶Quę
cùm exisset ad illum, benedixerunt eã
oẽs vna voce, dicentes, Tu gloria Ierl̃m,
tu lętitia Israël, tu honorificétia populi
11 nostri, ¶quia fecisti viriliter, & conforta
tum est cor tuum, eò ꝙ castitatem ama

ueris,& post virum tuum,alterum ne-
scieris:ideò & manus Dñi confortauit
12 te,& ideò eris benedicta in æternũ. ¶Et
13 dixit oĩs popul⁹, Fiat, fiat. ¶Per dies aũt
triginta,vix collecta sunt spolia Assyrio
14 rum à populo Israël. ¶Porrò aũt vniuer
sa quæ Holofernis peculiaria fuisse pro
D bata sunt, dederunt Iudith in auro, &
argẽto,& vestibus,& gemmis, & omni
supellectili,& tradita sunt omnia illi à
15 populo. ¶Et oẽs populi gaudebant cum
mulieribus, & virginibus, & iuueni-
bus,in organis, & citharis.

CAP. XVI.

1 TVnc cantauit canticum hoc Domi
A no Iudith, dicens,
2 Incipite Dño in tympanis, cantate
Domino in cymbalis, modulamini illi
psalmum nouum,exultate,& inuocate
nomen eius.
3 Dominus conterens bella, Dominus
nomen est illi.
4 ¶Qui posuit castra sua in medio po-
puli sui, vt eriperet nos de manu oium
inimicorum nostrorum.
5 ¶Venit Assur ex montibus ab aquilo
ne in multitudine fortitudinis suæ:cu-
ius multitudo obturauit torrentes, &
equi eorum cooperuerunt valles.
6 ¶Dixit se incensurum fines meos, &
iuuenes meos occisurum gladio, infan-
tes meos dare in prędam, & virgines
in captiuitatem.
7 ¶Dominus autem omnipotẽs nocuit
eum,& tradidit eũ in manus fœminę,
&ᵛconfoditᵛeum.
8 ¶Nõ enim cecidit potens eorum à iu
uenibus, nec filij Titan percusserũt eũ,
nec excelsi gigantes imposuerũt se illi,
B sed Iudith filia Merari in specie faciei
suæ dissoluit eum.
9 ¶Exuit enim se vestimẽto viduitatis,
& induit se vestimento lætitiæ in exul
tatione filiorum Israël.
10 ¶Vnxit faciem suã vnguento, & col-
ligauit cincinnos suos mitra, accepit sto-
lam nouam ad decipiendum illum.
11 ¶Sandalia eius rapuerunt oculos ei⁹,
pulchritudo eius captiuam fecit animã
eius, amputauit pugione ceruicem ei⁹.
12 ¶Horruerunt Persæ constantiam ei⁹,
& Medi audaciam eius.
13 ¶Tunc vlulauerunt castra Assyriorũ
quando apparuerunt humiles mei, are-
scentes in siti.

Supra 2. b.11.

confudit

24.
Supr. 10. d.27.

14 ¶Filij puellarum compũxerunt eos,
& sicut pueros fugientes occiderũt eos,
perierunt in prælio à facie Domini
Dei mei.
15 ¶Hymnum cãtemus Dño, hymnum
C nouum cantemus Deo nostro,
16 ¶Adonai Domine magn⁹es tu, & prę
clarus in virtute tua, & quem superare
nemo potest.
17 ¶Tibi seruiat oĩs creatura tua: ¶quia
dixisti,& facta sunt: misisti spiritũ tuũ,
& creata sunt, & non est qui resistat vo-
ci tuę.
18 ¶Montes à fundamentis mouebũtur
cũ aquis, petræ sicut cera liquescent an
te faciem tuam.
19 ¶Qui autem timent te, magni erunt
apud te per omnia.
20 ¶Vę genti insurgenti sup genus meũ:
Dominus enim omnipotẽs vindicabit
in eis, in die iudicij visitabit illos.
21 ¶Dabit enim ignem & vermes in car
nes eorum, vt vrantur & sentiãt vsq; in
sempiternum.
22 ¶Et factum est post hęc, oĩs populus
post victoriam venit in Ierlm adorare
Dnm:& mox vt purificati sunt, obtule
rũt oẽs holocausta, & vota,& repromis-
23 siones suas. ¶Porrò Iudith vniuersa va-
sa bellica Holofernis quæ dedit illi po-
D pulus, & conopæum quod ipsa sustule
rat de cubili ipsius obtulitᵛ in anathe-
24 ma obliuionis. ¶Erat autem populus iu
cundus sm faciem sanctorum, & p tres
menses gaudiũ huius victoriæ celebra-
25 tum est cum Iudith. ¶Post dies aũt illos
vnusquisq; rediit in domum suam, &
Iudith magna facta est in Bethulia, &
præclarior erat vniuersæ terræ Israël.
26 ¶Erat etiam virtuti castitas adiũcta, ita
vt nõ cognosceret virum oibus diebus
vitæ suæ, ex quo defunct⁹ est Manasses
27 vir eius. ¶Erat aũt diebus festis proce-
28 dens cum magna gloria. ¶Mansit autẽ
in domo viri sui annos cẽtum quinq;,
& dimisit Abram suam liberam,& de-
functa est ac sepulta cum viro suo in Be
29 thulia. ¶Luxitq; illam omnis populus
30 diebus septem. ¶In omni aũt spatio vi-
tæ eius non fuit qui perturbaret Israël,
31 & post mortẽ eius annis multis. ¶Dies
aũt victorię huius festiuitatis, ab Hebrę
is in numero sanctorum dierum acci-
pitur,& colitur à Iudæis ex illo tempo-
re vsq; in pręsentem diem.

¶ Gen. 1. c.24.
Psal. 32. b.9.

-13.

Gen. 50. b.10.

LIBER ESTHER.

CAPVT PRIMVM.

1 IN DIEBVS Assueri
A q regnauit ab India
vsq; Æthiopiam su-
per centum viginti-
2 septé puincias: qñ
sedit in solio regni
sui, Susan ciuitas re-
gni ei9 exordiũ fuit.
3 Tertio igit anno imperij sui fecit grã-
de conuiuium cunctis principibus, &
pueris suis, fortissimis Persarũ, & Medo
rũ inclytis & præfectis prouinciarũ co-
4 rã se, vt ostéderet diuitias gloriæ regni
sui, ac magnitudiné, atq; iactantiá po-
tentiæ suæ, multo tpe, centum videlicet
5 & octoginta diebus. Cùmq; impleren
tur dies conuiuij, inuitauit oém pplm
qui inuétus est in Susan à maximo vsq;
ad minimum: & iussit septé diebus cõ-
uiuium præparari in vestibulo horti, &
nemoris, quod regio cultu & manu cõsi
6 tum erat. Et pendebant ex oĩ parte ten
B toria ęrei coloris, & carbasini ac hya-
cinthini, sustétata funib9 byssinis, atq;
purpureis, qui eburneis circulis inserti
erant, & colũnis marmoreis fulcieban-
tur. Lectuli quoq; aurei & argentei, su-
p pauimentũ smaragdino, & pario stra
tum lapide, dispositi erant: qđ mira va-
7 rietate pictura decorabat. Bibebãt aũt
q inuitati erant, aureis poculis, & aliis
atq; aliis vasis cibi inferebãtur. Vinum
quoq;, vt magnificentia regia dignum
8 erat, abundans & præcipuũ ponebat.
Nec erat qui nolentes cogeret ad biben
dum: sed sicut rex statuerat, præponens
mésis singulos de principib9 suis, vt su-
9 meret vnusquisq; quod vellet. Vasthi
quoq; regina fecit conuiuiũ fœminarũ
in palatio, vbi rex Assuerus manere cõ-
10 suetuerat. Itaq; die septimo, cũ rex esset
hilarior, & post nimiá potationem inca
luisset mero, præcepit Mauman & Ba-
C zatha & Harbona & Bagatha & Abga-
tha & Zethar, & Charchas, septé eunu-
chis qui in conspectu eius ministrabát,
11 vt introducerét reginam Vasthi coram
rege posito sup caput eius diademate,
vt ostéderet cunctis populis & princip-
bus pulchritudiné illius: erat enim pul
12 chra valde, Quę renuit, & ad regis im-
perium, quod per eunuchos mandaue-
rat, venire cõtempsit. Vnde iratus rex,
13 & nimio furore succésus, interrogauit
sapiétes qui ex more regio semp ei ade-
rant, & illorũ faciebat cuncta consilio,
14 scientiũ leges, ac iura maiorũ: (erát aũt
primi & proximi, Charsena, & Sethar
& Admátha & Tharsis & Mares & Mar
sana & Mamuchan, septé duces Persa-
rum, atq; Medorũ qui videbant faciem
regis, & primi post eum residere soliti
15 erát) cui sententię Vasthi regina subia
ceret, quæ Assueri regis imperiũ, qđ per
eunuchos mãdauerat, facere noluisset.
16 Rñditque Mamuchan, audiente rege,
atq; principibus, Non solùm regem læ
sit regina Vasthi, sed & oés populos, &
principes qui sunt in cunctis prouinciis
17 regis Assueri: Egrediet enim sermo re-
D ginæ ad oés mulieres, vt contemnant vi
ros suos, & dicát, Rex Assuerus iussit vt
regina Vasthi intraret ad eũ, & illa no-
18 luit. Atq; hoc exemplo oés principum
coniuges Persarũ atq; Medorum, parui
pendent imperia maritorum, vnde re-
19 gis iusta est indignatio. Si tibi placet,
egrediatur edictũ à facie tua, & scriba-
tur iuxta legé Persarũ atq; Medorum,
quam præteriri illicitũ est, vt nequaq
vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed
regnum illius, altera quæ melior est il-
20 la, accipiat. Et hoc in oé (quod latissi-
mum est) puinciarum tuarum diuul-
getur imperium: & cunctæ vxores tam
maiorum q̃ minorum deferant maritis
21 suis honorem. Placuit consilium eius
regi, & principibus: fecitq; rex iuxta cõ-
22 silium Mamuchã, & misit epistolas ad
vniuersas prouincias regni sui, vt quęq;
gés audire & legere poterat, diuersis lin
guis & literis. esse viros principes ac ma
iores in domibus suis, & hoc per cun-
ctos populos diuulgari.

CAP. II.

1 HIs ita gestis, postq̃ regis Assueri in-
A dignatio deferbuerat, recordatus
est Vasthi, & quæ fecisset, vel quæ passa
2 esset: dixerũtq; pueri regis, ac ministri
eius, Quærantur regi puellæ virgines ac
3 speciosæ, & mittantur qui considerent

Marginal notes: Gen. 24. Psal. 54. — aurei 16 — Est. 4. — Gen. 39. b. 14

p vniuersas puincias puellas speciosas
& virgines:& adducant eas ad ciuitaté
Susan, & tradant eas in domũ fœmina
rum sub manu Egei eunuchi, q. est præ
positus & custos mulierũ regiarum: &
accipiãt mũdum muliebrem, & cętera
4 ad vsus necessaria. ¶Et quęcunq; inter
oés oculis regis placuerit, ipsa regnet p
Vasthi. Placuit sermo regi:& ita vt sug-
Infr. 11. a.2. 5 gesserant, iussit fieri. ¶Erat vir Iudęus in
Susan ciuitate, vocabulo Mardochęus,
filius Iair, filij Semei, filij Cis de stirpe
4.Re.24 d.15. 6 Iemini, ¶qui translatus fuerat de Ierl'm
Infr. 11 a.4. eo tpe quo Iechoniam regem Iuda Na
buchodonosor rex Babylonis transtule
7 rat, ¶q. fuit nutritius filię fratris sui Edis
sæ, quę altero noíe vocabatur Esther: &
vtrunq; parentem amiserat: pulchra ni-
mis, & decora facie. Mortuisq; patre eius
ac matre, Mardochęus sibi eam adopta
8 uit in filiã. ¶Cùmq; percrebruisset regis
B imperiũ, & iuxta mandatũ illius multę
pulchrę virgines adducerent Susan, &
Egeo traderent eunucho: Esther quoq;
inter cęteras puellas ei tradita est, vt ser
9 uaret in numero fœminarũ. ¶Quę pla-
cuit ei, & inuenit gratiã in conspectu il
lius. Et pręcepit eunucho vt acceleraret
mũdum muliebrem, & traderet ei par-
tes suas, & septem puellas speciosissimas
de domo regis, & tam ipsam, q̃ pedisse-
10 quas eius ornaret atq; excoleret. ¶Quæ
noluit indicare ei pplm, & patriã suã.
Mardochęus enim pręceperat ei: vt de
11 hac re oino reticeret: ¶q. deambulabat
quotidie ante vestibulũ domus in qua
electę virgines seruabantur, curã agens
salutis Esther, & scire volens quid ei ac
12 cideret. ¶Cùm aũt venisset tempus sin-
gularũ per ordinem puellarum, vt in-
trarent ad regem, expletis oibus quę ad
cultum muliebrem pertinebant, men-
sis duodecimus vertebat': ita dũtaxat,
vt sex mensibus oleo vngerentur myrti
no, & aliis sex quibusdam pigmentis &
13 aromatibus vterentur. ¶Ingredientesq;
C ad regem, quicquid postulassent ad or-
natum pertinens, accipiebant: & vt eis
placuerat, cõpositę, de triclinio fęmina-
14 rum ad regis cubiculum trãsibant. ¶Et
quę intrauerat vespere, egrediebat' ma-
*deducebatur 6. ne, atq; inde in scdas ædes *deduceban
tur quę sub manu Susa gazi eunuchi
erant, q. cõcubinis regis præsidebat: nec
habebat potestaté ad regé vltrà redeun-
di, nisi voluisset rex, & eã venire iussis-
15 set ex noíe. ¶Euoluto aũt tpe per ordi-
nem, instabat dies quo Esther filia Abi-
hail fratris Mardochęi, quem sibi ado-
ptauerat in filiam, deberet intrare ad re
gem. Quæ nõ quæsiuit muliebrem cul-
tum, sed quæcunq; voluit Egeus eunu-
chus custos virginũ, hęc ei ad ornatum
dedit. Erat enim formosa valde, & icre-
dibili pulcritudine, oĩum oculis gratio
16 sa & amabilis videbat'. ¶Ducta est itaq;
ad cubiculum regis Assueri mense deci
mo qui vocatur Tebeth, septimo anno
17 regni eius. ¶Et adamauit eam rex plus
q̃ oés mulieres, habuitq; gratiam & mi
sericordiam coram eo super oés mulie-
res, & posuit diadema regni in capite
eius, fecitq; eã regnare in loco Vasthi.
18 ¶Et iussit conuiuium pręparari perma-
gnificum cunctis principibus, & seruis
D suis pro cõiunctione, & nuptiis Esther.
Et dedit requiem vniuersis prouinciis,
ac dona largitus est iuxta magnificen-
19 tiam principalem. ¶Cùmq; & secundò
quærerentur virgines & congregarent',
Mardochęus manebat ad ianuã regis.
20 ¶Necdum prodiderat Esther patriã, &
pplm suũ, iuxta mandatum eius, Quid-
quid enim ille pręcipiebat, obseruabat
Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tpe
solita erat quo eã paruulam nutriebat.
21 ¶Eo igitur tpe quo Mardochæus ad re- Infra 12. a.1.
gis ianuam morabat', irati sunt Bagatã
& Thares duo eunuchi regis qui iani-
tores erant, & in primo palatij limine
pręsidebãt volueruntq; insurgere in re-
22 gẽ, & occidere eũ. ¶Quod Mardochęum *Et iussit rex vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliqd repensaret ei.
non latuit: statimq; nuntiauit reginæ
Esther: & illa regi ex noíe Mardochæi,
23 qui ad se rem detulerat. ¶Quęsitum est,
& inuentum: & appensus est vterq; eo-
rum in patibulo. *Mandatumq; est hi-
storiis, & annalibus traditũ corã rege.

CAP. III.

1 A Post hęc rex Assuerus exaltauit Amã Infra 16 b.10.
filium Amadathi qui erat de stirpe
Agag: & posuit soliũ eius sup oés prin-
2 cipes quos habebat. ¶Cunctiq; serui re-
gis qui in foribus palatij versabant', fle-
ctebant genua, & adorabant Aman: sic
enim pręceperat eis imperator: solus Mar
dochęus non flectebat genu, neq; ado-
3 rabat eum. ¶Cui dixerunt pueri regis q.
ad fores palatij pręsidebant, Cur pręter
cęteros non obseruas mandatum regis?

4 ¶Cùmque hoc crebrius dicerent, et ille
nollet audire, nuntiauerunt Aman, sci-
re cupiétes vtrum perseueraret in sñia.
5 dixerat enim eis se esse Iudæuú. ¶Quod
B cum audisset Aman, et experimento ꝓ
basset quòd Mardochæus non flecteret
sibi genu, nec se adoraret, iratus est val-
6 de, ¶ et pro nihilo duxit in vnú Mardo-
chęú mittere manus suas. Audierat enĩ
quod esset gentis Iudęę, magisq; voluit
omnem Iudæorum, qui erant in regno
7 Assueri, ꝑdere nationem. ¶ Mése primo
(cuius vocabulum est Nisan) anno duo
decimo regni Assueri, missa est sors in
vrnam, quę Hebraicè dicitur phur corá
Aman, quo die et quo mése gens Iudęo
rú deberet interfici: et exiuit mésis duo
8 decimus qui vocatur Adar. ¶Dixitq; A-
man regi Assuero, Est populus per om-
nes prouincias regni tui dispersus, et à se
mutuò separatus, nouis vtens legibus
et ceremonijs, insuper et regis scita con
temnés. Et optimè nosti quòd nó expe
diat regno tuo vt insolescat ꝑ licétiá. si
9 ¶ tibi placet, decerne vt pereat, et decé
C millia talentorú appendá arcarijs gazę
10 tuę. ¶ Tulit ergo rex annulum quo vte-
batur de manu sua, et dedit eú Amá filio
Amadathi de progenie Agag, hosti Iu-
11 dęorú, ¶ dixitq; ad eum, Argentum qd'
* autem S. tu polliceris, tuú sit, de populo* age qd'
12 tibi placet. ¶ Vocatiq; sunt scribę regis
mense primo, Nisan, tertiadecima die
eiusdem mésis: et scriptum est, vt iusse-
rat Aman, ad omnes satrapas regis, et iu
dices prouinciarú, diuersarumq; gétiú,
vt quæque gens legere poterat, et audi-
re pro varietate linguarú, ex noĩe regis
Assueri: et literæ signatæ ipsius annulo,
13 ¶ missæ sunt per cursores regis ad vniuer
D sas prouincias, vt occiderent atque dele
rent omnes Iudæos, à puero vsque ad se
nem, paruulos et mulieres vno die, hoc
est tertiodecimo mensis duodecimi q
vocatur Adar, et bona eorum diriperét.
14 ¶ Summa autem epistolarum hęc fuit,
vt oés prouinciæ scirent et pararét se ad
15 prædictam diem. ¶Festinabant cursores
qui missi erant, regis imperium explere.
Statimq; in Susan pepédit edictum, re-
ge et Aman celebrante conuiuiú, et cun
* 4. ctis Iudæis' q in vrbe erant flentibus.

CAP. IIII.

1 QVæ cú audisset Mardochęus, scidit
A vestiméta sua, et indutus est sac
co, spargens cinerem capiti: et in platéa
mediæ ciuitatis voce magna clamabat,
2 ostendens amaritudinem animi sui, ¶ et
hoc eiulatu vsque ad fores palatij gra-
diens. Non enim erat licitum, indutum
3 sacco aulam regis intrare. ¶In omnibus
quoque prouincijs, oppidis ac locis, ad
quæ crudele regis dogma peruenerat,
planctus ingens erat apud Iudæos, ieiu
nium, vlulatus, et fletus, sacco et cinere
4 multis pro stratu vtentibus. ¶ Ingressæ
aũt sunt puellę Esther et eunuchi, nun
tiaueruntq; ei. Quod audiens cósterna-
ta est: et vesté misit, vt ablato sacco *in- * induc
5 dueret eam': quam accipere noluit. ¶Ac rent e
citoq; Athach eunucho, qué rex mini- S.
B strú ei dederat, ꝑcepit ei vt iret ad Mar-
dochæum, et disceret ab eo cur hoc face
6 ret. ¶ Egressusq; Athac, iuit ad Mardo-
chęum stantem in platéa ciuitatis, ante
7 ostium palatij, ¶qui indicauit ei omnia
quę acciderant, quomodò Aman ꝓmi-
sisset vt in thesauros regis ꝓ Iudæorum
8 nece inferret argentú. ¶exemplar quoq;
edicti quod pendebat in Susan, dedit ei
vt reginę ostenderet, & moneret eam vt
intraret ad regem, & deprecaretur eum
9 pro populo suo. ¶Regressus Athac, nun
C tiauit Esther omnia quæ Mardochæus
10 dixerat. ¶Quę respódit ei, & iussit vt di-
11 ceret Mardochęo, ¶ Oés serui regis, & cú
ctę quę sub ditione eius sunt, norût pro
uinciæ, quòd siue vir, siue mulier nó vo
catus, interius atrium regis intrauerit,
absque vlla cunctatione statim interfi-
ciatur: nisi fortè rex auream virgá ad eú
tetenderit pro signo clementię, atq; ita
possit viuere. Ego igitur quomodò ad re
gé intrare potero quę triginta iam die-
12 bus nó sum vocata ad eum? ¶ Quod cú
13 audisset Mardochęus, ¶ rursum máda-
uit Esther, dicens, Ne putes ꝙ animam
tuam tantùm liberes, quia in domo re-
14 gis es prę cunctis Iudæis: ¶ si enim nunc
D silueris, per aliam occasioné liberabun
tur Iudęi: & tu, & domus patris tui peri
bitis. Et quis nouit vtrum idcirco ad re
gnú veneris, vt in tali tépore parareris?
15 ¶Rursumq; Esther hæc Mardochęo ver
16 ba mandauit, ¶Vade, & congrega oés Iu
dęos, quos in Susan repereris, & orate ꝓ
me. Non comedatis, & nó bibatis tribus
diebus, & tribus noctibus: & ego cum
ancillis meis similiter ieiunabo, & túc
ingrediar ad regem, cótra legé faciens,

non vocata, tradensque me morti & pe
17 riculo. ¶ Iuit itaque Mardochęus, & fecit
omnia quæ ei Esther præceperat.

CAP. V.

1 Die autem tertio induta est Esther
A regalibus vestimẽtis, & stetit in a-
trio domus regię, quod erat interius, cõ
tra basilicã regis: at ille sedebat super so
liũ suũ in cõcistorio palatij, cõtra ostiũ
2 domus. ¶ Cùmque vidisset Esther regi-
nam stantem, placuit oculis eius, & ex-
tẽdit cõtra eam virgam auream quam
tenebat manu. Quę accedẽs, osculata est
3 summitatem virgæ eius. ¶ Dixitq; ad eã
rex, Quid vis Esther regina? quæ est peti
tio tua? etiam si dimidiam partẽ regni
4 petieris, dabitur tibi. ¶ At illa respõdit,
Si regi placet, obsecto vt venias ad me
hodie, & Aman tecũ ad cõuiuiũ quod
5 paraui. ¶ Statimque rex, Vocate, inquit,
B citò Aman, vt Esther obediat volũtati.
Venerunt itaque rex & Aman ad cõui-
6 uiũ quod eis regina parauerat. ¶ Dixit-
que ei rex, postquàm vinũ biberat abũ
danter, Quid petis vt detur tibi? & pro (in. 6.c.)
qua re postulas? etiam si dimidiam par
7 tem regni mei petieris, impetrabis. ¶ Cui
rñdit Esther, Petitio mea, & preces sunt
8 istæ: ¶ Si inueni in conspectu regis gra-
tiam, & si regi placet vt det mihi quod
postulo, & meam impleat petitionem:
veniat Rex & Aman ad conuiuium qđ
paraui eis, & cras aperiam regi volunta
9 tem meam. ¶ Egressus est itaque illo die
C Aman lætus & alacer. Cumque vidisset
Mardochæum sedentem ante fores pa-
latij, & non solum non assurrexisse sibi
sed nec motum quidem de loco sessio-
10 nis suæ, indignatus est valdæ: ¶ & dissi-
mulata ira reuersus in domũ suã, cõuo-
cauit ad se amicos suos, & Zares vxorẽ
11 suam: ¶ & exposuit illis magnitudinem
diuitiarum suarũ, filiorumq; turbam,
& quanta eum gloria super oẽs princi-
12 pes & seruos suos rex eleuasset. ¶ Et post
hæc ait, Regina quoque Esther nullum
alium vocauit ad conuiuium cũ rege,
præter me: apud quam etiam cras cum
13 rege pransurus sum. ¶ Et cũ hæc oĩa ha-
D beam nihil me habere puto, quandiu
videro Mardochęũ Iudęũ sedentẽ ante
14 fores regias. ¶ Rñderuntq; ei Zares vxor
eius, & cæteri amici, Iube parari excel-
sam trabẽ, habentẽ altitudinis quinqua
ginta cubitos: & dic manè regi vt appẽ-
dat super eam Mardochæus, & sic ibis cũ
rege lętus ad conuiuium. *Placuit ei cõ (*Placuit que 10.)
silium, & iussit excelsam pparari crucẽ.

CAP. VI.

1 Noctem illam duxit rex insomnẽ,
A iussitq; sibi afferri historias & an-
nales priorum temporum. Quæ cum il-
2 lo præsente legerentur, ventũ est ad illũ
locũ vbi scriptũ erat quomodò nũtias-
set Mardochæus insidias Bagathan &
Thares eunuchorũ, regẽ Assuerũ iugu-
3 lare cupiẽtiũ. ¶ Quòd cũm audisset rex
ait, Quid pro hac fide honoris ac pręmij
Mardochęus cõsecutus est? Dixerunt ei
serui illius ac ministri, Nihil oĩno mer
4 cedis accepit. ¶ Statimq; rex, Quis est, in
B quit, in atrio? Aman quippe interius a-
trium domus regię intrauerat, vt sugge
reret regi, & iuberet Mardochęũ affigi
patibulo quod ei fuerat præparatum.
5 ¶ Responderũt pueri, Amã stat in atrio.
6 Dixitque rex, Ingrediatur. ¶ Cumq; esset
ingressus, ait illi, Quid debet fieri viro,
quem rex honorare desiderat? Cogitans
aũt in corde suo Amã, & reputãs ꝙ nul-
7 lũ aliũ rex, nisi se, vellet honorare, rñ-
8 dit, Homo quẽ rex honorare cupit, ¶ de-
bet indui vestib9 regijs, & imponi super
C equũ q de sella regis est, & accipere re-
9 giũ diadema sup caput suũ, ¶ & primus
de regijs principibus ac tyrannis teneat
equũ eius: & p plateam ciuitatis ince-
dẽs, clamet & dicat, Sic honorabitur, quẽ-
10 cunque voluerit rex honorare. ¶ Dixit-
que ei rex, Festina, & sumpta stola & e-
quo, fac vt locut9 es, Mardochęo Iudęo
qui sedet ante fores palatij. Caue ne quic
11 quã de his q locutus es prætermittas. ¶ Tu
lit itaque Aman stolã & equum, indu-
tumq; Mardochęũ in platea ciuitatis,
& impositũ equo pcedebat, atque cla-
mabat, hoc honore condignus est, quẽ-
12 cunque rex voluerit honorare. ¶ Reuer-
D susq; est Mardochęus ad ianuã palatij:
& Aman festinauit ire in domũ suã, lu
13 gens & operto capite: ¶ Narrauitq; Za
res vxori suę, & amicis oĩa quæ euenis-
sent sibi. Cui rñderũt sapientes quos ha
bebat in consilio, & vxor eius, Si de se-
mine Iudæorum est Mardochæus, ante
quem cadere cœpisti, nõ poteris ei resi-
14 stere, sed cades in cõspectu ei9. ¶ Adhuc
illis loquentibus, venerunt eunuchi re-
gis, & citò eum ad conuiuium quod re
gina parauerat, pergere compulerunt.

CAP. VII.

1 INtrauit itaque rex & Aman, vt bibe-
A rẽt cũ regina.¶ Dixitq; ei rex etiam se
2 cũda die, postquã vino incaluerat, Quę
est petitio tua Esther, vt detur tibi?& q̃d
vis fieri? etiam si dimidiam partem re-
3 gni mei, petieris, impetrabis.¶ Ad quem
illa respondit, Si inueni gratiam in ocu
lis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi
animã meam pro qua rogo, & pp̃lum
4 meum pro quo obsecro.¶ Traditi enim
B sumus ego & populus meus, vt côtera-
mur, iugulemur, & pereamus. Atque
vtinã in seruos & famulas vẽderemur:
esset tolerabile malũ, & gemens tacerẽ,
nunc autem hostis noster est, cuius cru
5 delitas redundat in regem.¶ Rñdensq;
rex Assuerus ait, Quis est iste, & cuius
6 potẽtiæ, vt hęc audeat facere? ¶ Dixitq;
Esther, Hostis & inimicus noster pessi-
mus iste est Aman. Q̃d ille audiẽs, ili-
co obstupuit, vultum regis ac reginę fer
7 re non sustinens.¶ Rex aũt iratus surre-
C xit, & de loco côuiuij intrauit in hor-
tum arboribus consitum. Aman quoq;
surrexit, vt rogaret Esther reginam pro
anima sua. Intellexit enim à rege sibi
8 paratum malum.¶ Qui cũ reuersus esset
de horto nemoribus côsito, & intrasset
côuiuij locum, repperit Aman super le
ctulum corruisse, in quo iacebat Esther
& ait, Etiam reginã vult opprimere, me
p̃sente, in domo mea. Necdum verbũ
de ore regis exierat, & statim operuerũt
9 faciem eius. ¶ Dixitque Harbona, vnus
D de eunuchis qui stabant in ministerio
regis, En lignum quod parauerat Mar-
dochęo q̃ locut⁹ est ꝓ rege, stat ĩ domo
Amã, habẽs altitudinis 50. cubitos. Cui
10 dixit rex, Appendite eũ in eo.¶ Suspen-
sus est itaq; Aman in patibulo quod pa
rauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

CAP. VIII.

1 DIe illo dedit rex Assuerus Esther re
A ginæ domum Amã aduersarij Iu-
dæorũ, & Mardochæus ingressus est an
te faciem regis. Confessa est enim ei Est-
2 her quòd esset patruus suus. ¶ Tulitque
rex annulũ quem ab Amã recipi iusse
rat, & tradidit Mardochęo. Esther autẽ
côstituit Mardochęũ super domũ suã.
3 ¶Nec his contenta, procidit ad pedes re-
gis: fleuitque, & locuta ad eum orauit
vt malitiã Amã Agagitę, & machinatio
nes eius pessimas, quas excogitauerat
4 côtra Iudęos, iuberet irritas fieri.¶ At il
le ex more sceptrum aureũ p̃tendit ma
nu, quo signum clementiæ monstraba
tur. Illaque côsurgens stetit ante eum,
5 ¶& ait, Si placet regi, & si inueni gratiã
in oculis eius, & deprecatio mea nô ei
videtur esse contraria, obsecro vt nouis
epistolis veteres Aman literæ insidiato
ris & hostis Iudęorũ, quibus eos in cũ-
ctis regis prouincijs perire p̃ceperat, cor
6 rigant.¶ Quomodò enĩ potero sustine-
7 re necẽ & interfectionẽ populi mei?¶ Re
B spondítq; rex Assuerus Esther reginę, &
Mardochęo Iudęo, Domũ Amã côcessi
Esther: & ipsum iussi affigi cruci, q̃a au
8 sus est manũ mittere in Iudęos.¶ Scribi-
te ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex re-
gis nomine signantes literas annulo
meo. Hęc eñi côsuetudo erat, vt episto-
lis q̃ ex regis noĩe mittebant̃, & illius
annulo signatę erãt, nemo auderet con
9 tradicere. ¶ Accitisq; scribis & librarijs
regis (erat aũt tp̃s tertij mẽsis, q̃ appella
tur Siban) vicesima & tertia die illius
scriptę sũt epistolę, vt Mardochęus vo-
luerat, ad Iudęos & ad principes, ꝓcu-
ratoresq; & iudices, q̃ centũ viginti sep-
C tẽ ꝓuincijs ab India vsq; ad Æthiopiã
p̃sidebãt: ꝓuincię atq; ꝓuincię, populo
& populo iuxta linguas & literas suas,
& Iudęis, ꝓut legere poterãt, & audire.
10 ¶ Ipsęque epistolæ quæ ex regis nomine
mittebant̃, annulo ipsius obsignatę sũt
& missæ per veredarios: qui per omnes
prouincias discurrentes, veteres literas
11 nouis nũtijs p̃uenirent. ¶ Quibus impe
rauit rex, vt conuenirent Iudęos per sin
gulas ciuitates, & in vnum præciperent
congregari, vt starent pro animab⁹ suis
& omnes inimicos suos cum coniugi-
bus ac liberis & vniuersis domibus in-
12 terficerent atq; delerẽt.¶ Et côstituta est
per omnes ꝓuincias vna vltionis dies,
id est, tertiadecima mensis duodecimi
13 Adar.¶ Summaq; epistolę hęc fuit, vt in
D omnibus terris ac pp̃lis, q̃ regis Assueri
subiacebant imperio, notum fieret pa-
ratos esse Iudęos ad capiẽdã vindictam
14 de hostibus suis.¶ Egressiq; sunt vereda-
rij celeres nuntia perferentes, & edictũ
15 regis pependit in Susan.¶ Mardocheus
autem de palatio, & de conspectu regis
egrediẽs fulgebat vestibus regijs, hyaci
thinis videlicet & ęrinis coronã aurea
portãs in capite, & amict⁹ serico pallio

atque purpureo. Omnisque ciuitas exul
16 tauit, atque læta est. ⁋ Iudæis autẽ no-
ua lux oriri visa est, gaudium, honor,
17 & tripudium. ⁋ Apud oẽs pp̄los, vrbes
atque p̄uincias, quocunque regis p̄ce-
pta veniebãt, mira exultatio, epulæ atq;
cõuiuia, & festus dies: intantum vt plu
res alterius gentis & sectæ eorũ religio-
ni & ceremonijs iungerent̃. Grãdis enĩ
cũctos Iudaici nominis terror iuaserat.

CAP. IX.

1 IGitur duodecimi mensis, quem Adar
A vocari antè iam diximus, tertiadeci-
ma die, quando cunctis Iudæis interfe-
ctio parabatur, & hostes eorũ inhiabãt
sanguini, versa vice Iudæi superiores es
se cœperũt, & se de aduersarijs vindica-
2 re. ⁋ Cõgregatiq; sunt per singulas ciui-
tates, & oppida & loca, vt extenderent
manũ cõtra inimicos, & p̄secutores su-
os. Nullusque ausus est resistere, eò q̄
omnes populos magnitudinis eorũ for
3 mido *penetraret. ⁋ Nam & prouincia-
rũ iudices, & duces, & procuratores, om
nisque dignitas quæ singulis locis ac o-
peribus præerat, extollebant Iudęos ti-
4 more Mardochæi, ⁋ quẽ principẽ esse pa
latij, & plurimum posse cognouerãt. fa-
ma quoq; nominis eius crescebat quoti
5 die, & per cũctorum ora volitabat. ⁋ Ita
B que percusserunt Iudęi inimicos suos
plaga magna, & occiderũt eos, redden-
6 tes eis quod sibi parauerãt facere: ⁋ intã
tũ vt ẽt in Susan quingentos viros inter
ficerẽt, extra decem filios Amã Agagitę
hostis Iudæorum: quorum ista sunt no
7 mina. ⁋ Pharsandatha, & Delphon, & Es
8 phãtha, & Phorãtha, & Adalia, & Arida
9 tha, ⁋ & Phermésta, & Arisai, & Aridai,
10 & Iezatha. ⁋ Quos cũ occidissent, p̄das
de substantijs eorum *agere noluerunt.
11 ⁋ Statimque numerus eorum q̄ occisi e-
12 rãt in Susan, ad regem relatus est. ⁋ Qui
dixit reginæ. In vrbe Susan interfecerũt
Iudæi quingentos viros, & alios decem
filios Aman: quantam putas eos exerce
re cædem in vniuersis prouincijs? Quid
vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeã?
13 ⁋ Cui illa r̃ndit: Si regi placet, detur po-
C testas Iudæis: vt sicut fecerunt hodie in
Susan, sic & cras faciant, & decẽ filij A-
14 man in patibulis suspẽdant̃. ⁋ Pręcepit-
que rex vt ita fieret. Statimq; in Susan
pependit edictũ, & decẽ filij Aman su-
15 spensi sunt. ⁋ Congregatis Iudæis quar-
tadecima die mensis Adar, interfecti
sunt in Susan trecẽti viri: nec eorũ ab il
16 lis direpta substantia est. ⁋ Sed & p̄ oẽs
prouincias quæ ditioni regi subiacebãt
pro animabus sũis steterunt Iudæi, in-
terfectis hostibus ac p̄secutoribus suis:
intãtum vt septuagintaquinque millia
occisorum implerentur, & nullus de
substantijs eorum quicquam continge
17 ret. ⁋ Dies aũt tertiusdecimus mensis A-
D dar vnus apud oẽs interfectionis fuit, &
quartadecima die cędere desierũt. Quẽ
constituerunt esse solennem, vt in eo oĩ
tempore deinceps vacarent epulis, gau-
18 dio atque cõuiuijs. ⁋ At hi qui in vrbe Su
san cædem exercuerant, tertiodecimo
& quartodecimo die eiusdem mẽsis in
cæde versati sunt: quintodecimo autẽ
die percutere desierunt. ⁋ Et idcirco eun
dem diẽ constituerunt solennẽ epularũ
19 atque letitiæ. ⁋ Hi verò Iudæi qui in op-
pidis non muratis ac villis morabantur
quartumdecimũ diem mensis Adar cõ
uiuiorum & gaudij decreuerunt, ita vt
exultent in eo, & mittãt sibi mutuò par
20 tes epularum & ciborum. ⁋ Scripsit ita-
E que Mardochæus oĩa hæc, & literis cõ-
prehensa misit ad Iudæos qui in oĩbus
regis prouincijs morabantur, tam in vi
21 cino positis quàm procul, ⁋ vt quartam-
decimam et quintamdecimam diẽ mẽ-
sis Adar pro festis susciperent, et reuertẽ
te semper anno solẽni celebrarẽt hono
22 re: quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudęi
de inimicis suis, et luctus atque tristitia
in hilaritatem gaudiumq; cõuersi sunt
essẽntque dies isti epularũ atq; lętitiæ,
et mitterent sibi inuicem ciborum par-
tes et pauperibus munuscula largiren-
23 tur. ⁋ Susceperuntq; Iudęi in solennem
ritum cuncta quæ eo tempore facere cę
perãt, et quæ Mardochæus literis facien
24 da mãdauerat. ⁋ Aman enĩ, filius Ama-
dathi stirpis Agag, hostis, et aduersari⁹
Iudæorum, cogitauit contra eos malũ,
vt occideret illos, atque deleret: et misit
Phur, quod nostra lingua vertitur in
25 sortem. ⁋ Et postea ingressa est Esther ad
F regẽ, obsecrans vt conatus eius, literis re
gis irriti fierent: et malum quod contra
Iudæos cogitauerat, reuerteretur in ca-
put eius. Deniq; et ipsum et filios eius
26 affixerunt cruci, ⁋ atque ex illo tempore
dies isti appellati sunt phurim, id est
sortium: eo q̄ phur, id est sors, in vrnã

*penetrarat 4. *tangere 4. Sup. 3. c.

missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt,
epistolæ, id est libri, huius volumine
27 continentur: ¶ queque sustinuerunt, &
quæ deinceps immutata sunt, suscepe-
runt Iudæi super se & semen suum, &
super cunctos qui religioni eorum vo-
luerunt copulari, vt nulli liceat duos
certa 7 hos dies absq; solennitate transfigere:
quos scriptura testatur, & ᵛcęteraᵛ, expe-
tunt tempora annis sibi iugiter succe-
28 dentibus. ¶ Isti sunt dies, quos nulla vn-
G quã delebit obliuio: & per singulas ge-
nerationes cunctę in toto orbe prouin-
cię celebrabunt; nec est vlla ciuitas in
qua dies phurim, id est sortium, non
obseruentur à Iudęis, & ab eorum pro-
genie, quæ his ceremonijs obligata est.
29 ¶ Scripseruntq; Esther regina filia Abi-
hàil, & Mardochęus Iudæus etiam se-
cundam epistolã, vt omni studio dies
ista solennis sanciretur in posterum:
30 ¶ & miserunt ad omnes Iudæos, qui in
centum vigintiseptem prouincijs regis
Assueri versabantur, vt haberent pa-
31 cem, & susciperent veritatem, ¶ obser-
uantes dies sortium & suo tempore cũ
gaudio celebrarent: sicut constituerant
Mardochæus & Esther: & illi obseruan
da susceperunt à se, & à semine suo ie-
iunia, & clamores, & Sortium dies.
32 ¶ & omnia quæ libri huius, qui voca-
tur Esther, historia continentur.

C A P. X.

1 REx verò Assuerus omnem terram,
A & cunctas maris insulas fecit tri-
2 butarias: ¶ cuius fortitudo & imperiũ,
& dignitas atque sublimitas, qua exal-
tauit Mardochæum, scripta sunt in li-
3 bris Medorum atq; Persarum: ¶ & quo-
modo Mardochęus Iudaici generis se-
cundus à rege Assuero fuerit, & ma-
gnus apud Iudæos, & acceptabilis ple-
bi fratrum suorum, quærens bona po-
B pulo suo, & loquens ea quæ ad pacem
4 seminis sui pertinerent. ¶ Dixitq; Mar-
5 dochęus, à Deo facta sunt ista. ¶ Recor-
datus sum somnij quod videram, hæc
eadem significantis, nec eorum quic-
6 quam irritum fuit. ¶ Paruus fons qui
creuit in fluuium, & in lucem, solem-
que conuersus est, & in aquas plurimas
redundauit: Esther est, quam rex acce-
pit vxorem, & voluit esse reginam.
7 ¶ Duo autem dracones: ego sum, & A-
8 man. ¶ Gentes quæ conuenerunt: hi
C sunt qui conati sunt delere nomen Iu-
9 dęorum. ¶ Gens autem mea: Israël est,
quæ clamauit ad Dominum, & sal-
uum fecit Dominus populum suum:
liberauitq; nos ab oĩbus malis, & fecit
signa magna atque portenta inter gen-
10 tes: ¶ & duas sortes esse præcepit, vnã
populi Dei, & alteram cunctarum gen
11 tium. ¶ Venitque vtraque sors in sta-
D tutum ex illo iam tempore diem corã
12 Deo vniuersis gentibus: ¶ & recorda-
tus est Dominus populi sui, ac misertus
13 est hæreditatis suæ. ¶ Et obseruabuntur
dies isti in mense Adar, quartadecima
& quintadecima die eiusdem mensis,
cum omni studio & gaudio in vnum
cœtum populi congregati, in cunctas
deinceps generationes populi Israël.

C A P. XI.

1 ANno quarto regnantibus Ptole-
A mæo & Cleopatra, attulerunt Do-
sitheus, qui se sacerdotem, & Leuitici
generis ferebat, & Ptolemęus filius
eius hanc epistolam phurim, quam di-
xerũt interpretatum esse Lysimachum
2 Ptolemęi filium in Ierusalem. ¶ Anno Infrà 16.
B secundo, regnante Artaxerxe maximo, a.1.
prima die mensis Nisan, vidit somniũ Suprà 2.
Mardochęus, filius Iairi, filij Semei, a.5.
3 filij Cis de tribu Ben-iamin: ¶ homo
Iudęus, qui habitabat in vrbe Susis,
vir magnus, & inter primos aulæ re-
4 giæ. ¶ Erat autem de eo numero capti- 4.Reg.24.
uorum, quos transtulerat Nabucho- d.15.
donosor rex Babylonis de Ierusa- Suprà 2.
5 lem cum Iechonia rege Iuda: ¶ & hoc a.6.
eius somnium fuit. Apparuerunt voces
& tumultus, & tonitrua, & terræmo-
6 tus, & conturbatio super terram: ¶ &
ecce duo dracones magni, paratique
7 contra se in prælium. ¶ Ad quorum cla-
morem cunctæ concitatæ sunt natio-
C nes, vt pugnarent contra Gentem iu-
8 storum. ¶ Fuitq; dies illa tenebrarum
& discriminis, tribulationis & angu-
stię, & ingens formido super terram.
9 ¶ Conturbataque est gens iustorum ti-
mentium mala sua, & præparata ad
10 mortem. ¶ Clamaueruntque ad Deum,
& illis vociferantibus, fons paruus
creuit in fluuium maximũ, & in aquas
11 plurimas redundauit. ¶ Lux & sol or-
tus est, & humiles exaltati sunt, &

12 deuorauerunt inclytos. ¶ Quod cùm
vidisset Mardochæus, & surrexisset de
stratu, cogitabat q͂d Deus facere vellet:
& fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

CAP. XII.

Sup. 2.d. 21. & 6. a.1.

1 MOrabatur autem eo tempore in
A aula regis cum Bagatha & Thara
eunuchis regis, qui ianitores erant pala
2 tij. ¶ Cumque intellexisset cogitationes
eorum & curas diligentius peruidisset,
B didicit quòd conarentur in regem Ar-
taxerxem manus mittere, & nuntiauit
3 super eo regi. ¶ Qui de vtroque habita
quæstione, confessos iussit duci ad mor-
4 tem. ¶ Rex autem quod gestum erat
C scripsit in commentarijs: sed & Mardo-
chæus rei memoriam literis tradidit.
5 ¶ Præcepitque ei rex vt in aula palatij
moraretur, datis ei pro delatione mu-
6 neribus. ¶ Aman verò filius Amadathi
bugæus erat gloriosissimus coram re-
D ge, & voluit nocere Mardochæo, & po-
pulo eius pro duobus eunuchis regis,
qui fuerant interfecti.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

1 REx Maximus Artaxerxes ab India
A vsque Æthiopiam, centum vigin-
ti septem prouinciarum principibus &
ducibus, qui eius Imperio subiecti sunt
2 salutem. ¶ Cùm plurimis gentibus
imperarem, & vniuersum orbem meæ
ditioni subiugassem, volui nequaquã
abuti potentiæ magnitudine, sed cle-
mentia & lenitate gubernare subiectos:
vt absque vllo terrore vitam silentio
transigentes, optata cunctis mortali-
3 bus pace fruerentur. ¶ Quærente au-
tem me à consiliarijs meis quomodo
posset hoc impleri, vnus qui sapientia
& fide cæteros præcellebat, & erat post
4 regem secundus, Aman nomine, ¶ in-
dicauit mihi in toto orbe terrarum po-
pulum esse dispersum, qui nouis vtere-
tur legibus, & contra omnium Gen-
tium consuetudinem faciens, Regum
iussa contemneret, & vniuersarum con
cordiam nationum sua dissensione
5 violaret. ¶ Quod cum didicissemus,
B videntes vnam gentem rebellem ad-
uersus omne hominum genus peruer-
sis vti legibus, nostrisque iussionibus
contraire, & turbare subiectarum no-
bis prouinciarum pacem atque con-
6 cordiam: ¶ iussimus vt quoscunque
Aman: qui omnibus prouincijs præ-
positus est, & secundus à rege, & quem
patris loco colimus, monstrauerit: cũ
coniugibus ac liberis deleantur ab ini-
micis suis, nullusque eorum misereatur
quartadecima die duodecimi men-
7 sis Adar, anni præsentis: ¶ vt nefarij
homines vno die ad inferos descen-
dentes, reddant imperio nostro pacem,
8 quam turbauerant. ¶ Mardochæus
autem deprecatus est Dominum, me-
9 mor omnium operum eius, ¶ & dixit:
C Domine, Domine rex omnipotens, in
ditione enim tua cuncta sunt posita: &
non est qui possit tuæ resistere volunta-
10 ti, si decreueris saluare Israël. ¶ Tu
fecisti cęlum & terram, & quicquid cæ-
11 li ambitu continetur. ¶ Dominus om-
nium es, nec est qui resistat maiestati
12 tuæ. ¶ Cuncta nosti, & scis quia non
pro superbia & contumelia, & aliqua
gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non
13 adorarem Aman superbissimum. (¶Li-
D benter enim pro salute Israël etiam
vestigia pedum eius deosculari para-
14 tus essem:) ¶ sed timui ne honorem
Dei mei transferrem ad hominem: &
ne quenquam adorarem excepto Deo
15 meo. Et nunc Domine rex Deus Abra-
ham, miserere populi tui, quia volunt
nos inimici nostri perdere, & hæredi-
16 tatem tuam delere. ¶ Ne despicias
partem tuam quam redemisti tibi de
17 Ægypto. ¶ Exaudi deprecationem
meam, & propitius esto sorti & funi-
culo tuo, & conuerte luctum nostrum
in gaudium, vt viuentes laudemus
nomen tuum Domine, & ne claudas
18 ora te canentium. ¶ Omnis quoque
Israël pari mente, & obsecratione cla
mauit ad Dominum, eò quòd eis certa
mors impendéret.

CAP. XIIII.

1 ESther quoque regina confugit ad
A Dñm pauens periculũ quod immi-
2 nebat. ¶ Cũq; deposuisset vestes regias,
fletib⁹ & luctui apta induméta suscepit,
& ꝑ vnguentis varijs, cinere & stercore
impleuit caput, & corpus suum humi-
liauit ieiunijs: omniaque loca in qui-
bus antea lętari consueuerat, crinium
3 laceratione compleuit. ¶ Et depreca-
batur Dominum Deum Israël, dicens:

Domine mi, qui rex noster es solus,
adiuua me solitariam, & cuius prçter
4 te nullus est auxiliator alius. ¶ Pericu-
5 lum meum in manibus meis est. ¶ Au-
diui à patre meo quòd tu Domine tu-
lisses Israël de cunctis Gentibus, & pa-
tres nostros ex omnibus retro maiori-
bus suis, vt possideres hçreditatem sem
B piternam, fecistiq; eis sicut locutus es.
6 ¶ Peccauimus in conspectu tuo, & id-
circo tradidisti nos in manus inimico-
7 rum nostrorum: ¶ coluimus enim deos
8 eorum: Iustus es domine. ¶ Et nunc nó
eis sufficit, quòd durissima nos oppri-
munt seruitute, sed robur manuum
suarum, idolorum potentiæ deputan-
9 tes, ¶ volunt tua mutare promissa, &
delere hæreditatem tuam, & claudere
ora laudantium te, atque extinguere
10 gloriam templi & altaris tui, ¶ vt ape-
riant ora Gentium, & laudent idolo-
rum fortitudinem, & prædicent car-
11 nalem regem in sempiternum. ¶ Ne tra
das Domine sceptrum tuum his qui
C non sunt, ne rideant ad ruinam no-
stram: sed conuerte consilium eorum
super eos, & eum qui in nos cœpit sç-
12 uire, disperde. ¶ Memento Domine,
& ostédite nobis in tépore tribulatio-
nis nostræ, & da mihi fiduciá Domine
rex deorum & vniuersæ potestatis:
13 ¶ tribue sermonem compositum in ore
meo in conspectu leonis, & transfer
cor illius in odium hostis nostri, vt
& ipse pereat, & cçteri qui ei consen-
14 tiunt. ¶ Nos autem libera in manu tua,
& adiuua me, nullum aliud auxiliú
habentem, nisi te Domine, qui habes
15 omnium scientiam, ¶ & nosti quia ode-
rim gloriam iniquorum, & detester
cubile incircuncisorum, & omnis alie-
16 nigenç. ¶ Tu scis necessitatem meam
D quòd abominer signum superbiæ &
gloriæ meæ, quod est super caput meú
in diebus ostétationis meç, & detester
illud quasi pannum menstruatç, & nó
17 portem in diebus silétij mei, ¶ & quòd
non comederim in mensa Aman, nec
mihi placuerit conuiuium Regis, &
18 non biberim vinum libaminum: ¶ &
nunquam lçtata sit ancilla tua, ex quo
huc translata sum vsque in prçsentem
diem, nisi in te Domine Deus Abrahá.
19 ¶ Deus fortis super omnes, exaudi vo-
cem eorum qui nullam aliam spem
habent, & libera nos de manu iniquo-
rum, & erue me à timore meo.

CAP. XV.

1 ET mádauit ei (haud dubium quin
A Esther Mardochæus) vt ingredere-
tur ad Regem, & rogaret pro populo
2 suo & pro patria sua. Memorare (in-
quit) dierum humilitatis tuæ, quomo-
do nutrita sis in manu mea, quia Amá
secundus à Rege locutus est contra
3 nos in mortem: ¶ & tu inuoca Domi-
num, & loquere regi pro nobis, & li-
4 bera nos de morte. ¶ Die autem ter-
tio deposuit vestimenta ornatus sui, &
5 circundata est gloria sua: ¶ Cumque
regio fulgeret habitu: & inuocasset o-
mnium rectorem & saluatorem Deum,
6 assumpsit duas famulas: ¶ & super vná
B quidem innitebatur, quasi præ deli-
cijs, & nimia teneritudine corpus suú
7 ferre non sustinens: ¶ altera autem fa-
mularum sequebatur dominam, de-
fluentia in humum indumenta susten
8 tans. ¶ Ipsa autem roseo colore vultum
perfusa, & gratis ac nitentibus oculis
tristem cçlabat animum, & nimio ti-
9 more contractum. ¶ Ingressa igitur cun-
cta per ordinem ostia, stetit contra regé,
vbi ille residebat super soliú regni sui,
indutus vestibus regijs, auroque fulgés,
& prçtiosis lapidibus, eratque terribi-
10 lis aspectu. ¶ Cumq; eleuasset faciem, &
C ardentibus oculis furorem pectoris in-
dicasset, regina corruit, & in pallorem
colore mutato, lassum super ancillulá
11 reclinauit caput. ¶ Conuertitq; Deus spi
ritum regis in másuetudinem, & festi-
nus ac metuens exiliuit de solio: & su-
stentans eam vlnis suis, donec rediret
12 ad se, his verbis bládiebatur. ¶ Quid ha-
bes Esther? Ego sú frater tuus, noli me-
13 tuere. ¶ Non morieris: nó ení pro te, sed
14 pro oíbus hæc lex cóstituta est. ¶ Accede
15 igitur, & tange sceptrum. ¶ Cumq; illa Gen. [illegible]
D reticeret, tulit auream virgá, & posuit su b. 1[illegible].
per collú eius, & osculatus est eam, & 2. Reg. 1[illegible]
16 ait: Cur mihi non loqueris? ¶ Quæ respó c. 17.
dit: Vidi te Dñe quasi angelum Dei, &
conturbatum est cor meum prç timo-
17 re gloriæ tuæ. ¶ Valde enim mirabilis
es Domine, & facies tua plena est gra-
18 tiarum. ¶ Cumque loqueretur, rursus
19 corruit, & penè exanimata est. ¶ Rex au
tem turbabatur, & omnes ministri eius
consolabantur eam.

CAP. XVI.

Supr. 12. b. 8
1 REx magnus Artaxerxes, ab India
A vsque Æthiopiam centum vigin-
tiseptem prouinciarũ ducibus ac prin-
cipibus, qui nostræ iussioni obediunt,
2 salutem dicit. ¶ Multi, bonitate prin-
cipum & honore qui in eos collatus
3 est, abusi sunt in superbiam: ¶ & non
solùm subiectos regibus nituntur op-
primere, sed datam sibi gloriam non
ferentes, in ipsos qui dederunt, moliun
4 tur insidias. ¶ Nec cõtenti sunt gratias
non agere beneficijs, & humanitatis in
se iura violare, sed Dei quoq; cũcta cer
nentis arbitrantur se posse fugere sen-
5 tentiam. ¶ Et in tantum vesaniæ proru-
perunt, vt eos qui credita sibi officia
diligenter obseruant, & ita cuncta a-
gunt vt omniũ laude digni sint, men-
daciorum ' cuniculis ' conentur sub- ¶ funiculis.
6 uertere, ¶ dum aures principum sim-
plices, & ex sua natura alios æstiman-
7 tes, callida fraude decipiunt, ¶ Quæ,
B res, & ex veteribus probatur historijs,
& ex his quę geruntur quotidie, quo-
modo malis quorundã suggestionibus
8 regum studia deprauentur. ¶ Vnde
prouidendum est paci omnium pro-
9 uinciarum. ¶ Nec putare debetis, si
diuersa iubeamus, ex animi nostri
venire leuitate, sed pro qualitate & ne-
cessitate temporum, vt reipublicæ po- Suprà 3. b. 1.
10 scit vtilitas ferre sententiam. ¶ Et vt
manifestiùs quod dicimus, intelliga-
tis, Aman filius Amadathi, & animo
& gente Macedo, alienusque à Persa-
rum sanguine, & pietatem nostrã sua
crudelitate commaculans, peregrinus
11 à nobis susceptus est: ¶ & tantam in se
expertus humanitatem, vt pater noster
vocaretur, & adoraretur ab omnibus,
12 post regem secundus: ¶ qui in tantum
arrogantię tumorem sublatus est, vt re-
13 gno priuare nos niteref & spiritu. ¶ Nã
C Mardochæum, cuius fide & beneficijs
viuimus, & cõsortẽ regni nostri Esther
cum omni gente sua nouis quibusdam
atque inauditis machinis expetiuit in
14 mortẽ: ¶ hoc cogitãs vt illis interfectis,
insidiaref nostrę solitudini, & regnũ
15 Persarũ trãsferret in Macedonas. ¶ Nos
autẽ à pessimo mortalium Iudęos neci
destinatos in nulla penit⁹ culpa reperi
mus, sed ecõtrario iustis vtẽtes legibus,
16 ¶ & filios Altissimi & maximi, sempq;
viuentis Dei, cuius beneficio & patrib⁹
nostris, & nobis regnum est traditũ, &
17 vsque hodie custoditur. ¶ Vnde eas lite-
ras quas sub nomine nostro ille direxe-
18 rat, sciatis esse irritas. ¶ Pro quo scelere
ante portas huius vrbis, id est Susan, &
ipse qui machinatus est, & oĩs cognatio
eius pendet in patibulis: non nobis, sed
19 Deo reddente ei quod meruit. ¶ Hoc
D aũt edictũ qđ nũc mittimus, in cunctis
vrbibus proponatur: vt liceat Iudæis vti
20 legibus suis. ¶ Quibus debetis esse admi
niculo, vt eos qui se ad necẽ eorũ para-
uerant, possint interficere tertiadecima
die mensis duodecimi, q vocatur Adar:
21 ¶ hãc enim diẽ, Deus oĩpotens, mœroris
22 & luctus eis vertit in gaudium. ¶ Vnde
& vos inter cęteros festos dies, hanc ha-
betote diẽ, & celebrate eã cũ oĩ lętitia,
23 vt & in posterum cognoscatur, ¶ omnes
qui fideliter Persis obediunt, dignam
pro fide recipere mercedẽ: qui aũt insi-
diantur regno eorum, perire pro scelere.
24 ¶ Omnis autem prouincia & ciuitas quę
noluerit solẽnitatis huius esse particeps
gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt
nõ solum hominibus, sed etiam bestijs
inuia sit in sempiternum, pro exemplo
contemptus, & inobedientiæ.

LIBER IOB.

CAPVT PRIMVM.



Eze. 14. d & 19.
1 VIR erat in terra Hus,
A nomine Iob: & erat
vir ille simplex & re-
ctus, ac timens Deũ,
& recedens à malo.
2 ¶ Natique sunt ei se-
ptem filij & tres filię.
3 ¶ Et fuit possessio ei⁹
septem millia ouium, & tria millia ca-
melorum, quingenta quoq; iuga boũ,
& quingentæ asinæ, ac familia multa
nimis: eratq; vir ille magnus inter oẽs
4 oriẽtales. ¶ Et ibant filij eius, & faciebãt
cõuiuium p domos, vnusquisq; in die
suo. Et mittentes vocabant tres sorores
suas, vt comederent, & biberẽt cum eis.
5 ¶ Cumque in orbem transissent dies c-

B uiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctifica-
bat illos: cōsurgésq; diluculo offerebat
holocausta p singulos. Dicebat enim:
Ne fortè peccauerint filij mei, & bñdi-
xerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat
6 Iob cūctis dieb⁹. ❡ Quadā autē die cū ve
nissent filij Dei vt assisterent corā Dño,
7 affuit inter eos etiā Satan. ❡ Cui dixit
Dñs: Vnde venis? Qui rñdens ait: Cir-
8 cuiui terrā, & perābulaui eā. ❡ Dixitq;
Dñs ad eū: Nūquid considerasti seruū
meū Iob, ꝙ non sit ei similis in terra,
homo simplex, & rectus, ac timés Deū,
9 & recedés à malo? ¦ ❡ Cui rñdens Satan
ait: Nunquid Iob frustrà timet Deum?
10 ❡ Nonne tu vallasti eū, ac domum ei⁹.
vniuersamq; substantiā eius p circui-
tum: operib⁹ manuū eius benedixisti,
11 & possessio eius creuit in terra? ❡ Sed ex-
C tende paululū manum tuam, & tange
cūcta quę possidet: nisi ° in faciē' ° bñdi-
12 xerit tibi. ❡ Dixit ergo Dñs ad Satan: Ec-
ce vniuersa quę habet, ī manu tua sūt:
tantū in eum ne extēdas manū tuam.
13 Egressusq; est Satan à facie Dñi. ❡ Cùm
autē quadā die filij & filiæ eius come-
derent & biberēt vinū in domo fratris
14 sui primogeniti, ❡ Nūtius venit ad Iob
qui diceret: Boues arabāt & asinę pasce
15 bant iuxta eos: ❡ Et irruerūt Sabæi, tu-
leruntq; oīa, & pueros percusserūt gla-
dio: & euasi ego solus, vt nuntiarē tibi.
16 ❡ Cūq; adhuc ille loqueret venit alter,
& dixit. Ignis Dei cecidit è cælo, & ta-
ctas oues puerosq; cōsumpsit: & effugi
17 ego solus, vt nuntiarē tibi. ❡ Sed & illo
adhuc loquente, venit alius, & dixit:
Chaldæi fecerūt tres turmas, & inuase-
runt camelos, & tulerunt eos, nec non
& pueros pcusserunt gladio: & ego fugi
18 solus vt nuntiarē tibi. ❡ Adhuc loque-
D bat' ille, & ecce alius intrauit, & dixit:
Filijs tuis & filiab⁹ vescētibus & biben-
tibus vinū in domo fratris sui primoge
19 niti, ❡ repēte ventus vehemens irruit à
regione deserti, & cōcussit quatuor an-
gulos domus, q̄ corruens oppressit libe-
ros tuos, & mortui sūt: & effugi ego so-
20 lus, vt nuntiarē tibi. ❡ Tūc surrexit Iob,
& scidit ° vestimēta sua': & tonso capite
21 corruēs in terrā, adorauit, ❡ & dixit: ‖ Nu
dus egressus sum de vtero mīis meę, &
nud⁹ reuertar illuc. Dñs dedit, Dñs ab-
stulit, - sicut dño placuit, ita factū est':
22 sit nomen Dñi benedictum. ❡ In oībus

° in facie tua 10.
° tuam.

° tunicā suā 10.
‖ Eccle. 5. c. 14.
1. Tim. 6. b. 7.
-1.

his non peccauit Iob - labijs suis': neq;
stultū quid contra Deū loquutus est.

CAP. II.

1 FActum est autē cū quadam die ve-
A nissent filij Dei, & starent corā Dño,
venisset quoq; Satan inter eos, & staret
2 in conspectu eius, ❡ vt diceret Dñs ad Sa
tan: Vnde venis? Qui rñdens, ait: Cir-
3 cuiui terrā, & perambulaui eā. ❡ Et dixit
B Dñs ad Satan: Nūquid cōsiderasti ser-
uum meū Iob, quod nō sit ei similis in
terra, vir simplex & rectus ac timēs Deū,
& recedens à malo, & adhuc retinens
innocentiā? Tu autē cōmouisti me ad-
4 uersus eū, vt affligerē eum frustrà. ❡ Cui
rñdens Satan, ait: Pellē pro pelle, & cū-
cta quæ habet homo, dabit pro aīa sua:
5 ❡ alioquin mitte manū tuam, & tange
os eius & carnē, & tunc videbis ꝙ ° in fa
6 ciem' benedicat tibi. ❡ Dixit ergo Dñs
ad Satan, Ecce in manu tua est, veruntñ
7 animam illius serua. ❡ Egressus igitur
C Satan à facie Dñi, percussit Iob vlcere
pessimo, à planta pedis vsque ad verti-
8 cem eius, ❡ qui testa saniem radebat, se-
9 dens ī sterquilinio. ❡ Dixit aūt illi vxor
sua: Adhuc tu permanes in simplicitate
10 tua? bñdic Deo & morere. ❡ Qui ait ad
illā: Quasi vna de stultis - mulieribus'
locuta es. si bona suscepimus de manu
Dei, mala quare nō suscipiamus? In om
nibus his non peccauit Iob labijs suis.
11 ❡ Igitur audientes tres amici Iob omne
malū quod accidisset ei, venerunt sin-
guli de loco suo, Eliphaz Themanites,
& Baldat Suhites, & Sophar Naamathi
tes. Cōdixerant enī, vt pariter venientes
12 visitarēt eū, & consolarent'. ❡ Cūq; ele-
D uassent pcul oculos suos, nō cognoue-
runt eū, & exclamātes plorauerūt, scis-
sisq; vestibus sparserunt puluerē super
13 caput suū in cælum. ❡ Et sederunt cum
eo in terra septem diebus & septē nocti
bus, & nemo loquebat' ei verbum: vide
bant enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

1 POst hæc aperuit Iob os suū, & ma-
A ledixit diei suo, ❡ & locutus est:
2 ❡ ‖ Pereat dies in qua nat⁹ sum, & nox
3 in qua dictū est: Conceptus est homo.
4 ❡ Dies ille vertatur in tenebras: nō re
quirat eum Deus dèsuper, ° & non' illu
5 stretur' lumine. ❡ Obscurent eū tenebrę
& vmbra mortis: occupet eum caligo:
& inuoluatur amaritudine.

° -
Iosu. 2. c. 10.

° in faciem tuam.

Tob. 2. d. 11.
1. -

Sup. 1. d. 22.

‖ Ierem. 20. d. 14.

° non sit in recordatione. ° illustret.

6 ¶Noctem illã tenebrosus turbo possi-
deat: non computetur in diebus anni,
nec numeretur in mensibus.
7 ¶Sit nox illa solitaria, nec laude di-
8 gna: ¶ maledicant ei q maledicũt diei,
B qui parati sunt suscitare Leuiathan.
9 ¶ Obtenebrentur stellæ caligine eius:
expectent lucem, & non videat, nec or-
tum surgentis auroræ.
10 ¶Quia nõ conclusit ostia ventris qui
portauit me, nec abstulit mala ab ocu-
11 lis meis. ¶ Quare nõ in vulua mortuus
sum, egressus ex vtero nõ statim perij?
12 ¶Quare exceptus genib⁹? cur lactatus
13 uberib⁹? ¶Nunc enim dormiens sile-
rem, & somno meo requiescerem
14 ¶Cum regibus & consulibus terræ,
C qui ædificant sibi solitudines:
15 ¶Aut cum principibus, qui possident
aurũ & replent domos suas argento:
16 ¶Aut sicut abortiuum absconditum
non subsisterem, vel qui concepti non
viderunt lucem.
17 ¶Ibi impij cessauerunt à tumultu: &
ibi requieuerunt fessi robore.
18 ¶Et quondam vincti pariter sine mo-
lestia, non audierunt vocem exactoris.
19 ¶Paruus & magn⁹ ibi sunt, & seruus
20 liber à Dño suo. ¶ Quare misero data
est lux, & vita his qui in amaritudine a-
21 nimæ sunt? ¶ Qui expectat mortem, &
non venit: quasi effodientes thesaurũ.
22 ¶Gaudentq; vehemẽter cùm inuene-
23 rint sepulchrũ. ¶ Viro cuius abscõdita
est via, & circũdedit eũ Deus tenebris,
24 ¶Antequam comedã suspiro: & tan-
quam inũdantes aquæ sic rugitus me⁹.
25 ¶Quia timor quem timebam, euenit
mihi: & quod verebar accidit.
26 ¶Nonne dissimulaui? nõne silui? nõ-
ne quieui? & venit sup me indignatio.

CAP. IIII.

1 Respondens autem Eliphaz Thema
A nites, dixit:
2 ¶Si cœperimus loq tibi, forsitan, mo-
lestè accipies, sed conceptum sermonẽ
tenere quis poterit?
3 ¶Ecce docuisti multos, & manus las-
sas roborasti.
4 ¶Vacillãtes cõfirmauerunt sermones
tui, & genua trementia confortasti,
5 ¶Nunc autem venit super te plaga,
& defecisti: tetigit te, & cõturbatus es.
6 ¶Vbi est timor tu⁹, fortitudo tua, *pa
B tientia tua, & perfectio viarũ tuarum?
7 ¶Recordare obsecro te: qs vnquã in-
nocẽs perijt: aut quãdo recti deleti sũt?
8 ¶ Quin potius vidi eos qui operãtur
iniquitatẽ, & seminant dolores, & me-
9 tunt eos. ¶Flante Deo perijsse, & spiritu
iræ eius esse consumptos.
10 ¶Rugitus leonis & vox leænæ, & dẽ-
tes catulorum leonum contriti sunt.
11 ¶Tigris perijt, eò q non haberet præ-
dam, & catuli leonis dissipati sunt.
12 ¶Porrò ad me dictũ est verbum ab-
C sconditũ, & quasi furtiuè suscepit au-
ris mea venas susurri eius.
13 ¶In horrore visionis nocturnæ, quan-
do solet sopor occupare homines.
14 ¶Pauor tenuit me, & tremor, & om-
nia ossa mea perterrita sunt.
15 ¶Et cũ spiritus me præsente trãsiret,
inhorruerunt pili carnis meæ.
16 ¶Stetit quidã, cuius non agnoscebam
D vultum, imago corã oculis meis, & vo-
cem quasi auræ lenis audiui.
17 ¶Nũqd homo, Dei cõparatione iusti- Infra 9. a 4.
ficabit, aut factore suo purior erit vir? Intra 15.
18 ¶Ecce q seruiunt ei, nõ sunt stabiles, b. 15.
& in Angelis suis reperit prauitatem. 2. Pet. 2. a. 4.
19 ¶Quãtò magis hi qui habitãt domos
luteas, qui terrenũ habent fundamen-
tum, consumentur velut à tinea?
20 ¶De mane vsq; ad vesperã succidentur:
& qa null⁹ intelligit, i æternũ peribũt.
21 ¶Qui aũt reliqui fuerint, auferentur
ex eis: morientur, & non in sapientia.

CAP. V.

1 Voca ergo si est qui tibi respõdeat, &
A ad aliquẽ sanctorum conuertere.
2 ¶ *Virum stultũ interficit iracũdia, * Vers. 4.
& paruulum occidit inuidia.
3 ¶Ego vidi stultũ firma radice, & ma-
ledixi pulchritudini eius statim.
4 Longè fient filij eius à salute, & con-
terentur in porta, & non erit qui eruat.
4 ¶Cuius messem famelicus comedet,
& ipsum rapiet armatus, & bibent sitiẽ-
tes diuitias eius.
6 ¶Nihil in terra sine causa fit, & de
humo non orietur dolor.
7 ¶Homo nascitur ad laborem, & auis
B ad volatum.
8 ¶Quã ob rem ego deprecabor Dñm,
& ad Deum ponam eloquium meum.
9 ¶Qui facit magna & inscrutabilia &
mirabilia absq; numero.
10 ¶Qui dat pluuiam super faciem ter-
ræ, & irrigat aquis vniuersa.

11 ¶Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.
12 ¶Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum
C quod cœperant.
13 ¶¶Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ, & consilium prauorũ dissipat. ¶1. Cor. 3 d.19.
14 ¶Per diem incurrẽt tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.
15 ¶Porrò saluũ faciet egenũ' à gladio oris eorũ, & de manu violẽti pauperẽ. 5.
16 ¶Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum.
17 ¶¶Beatus homo qui corripit à Deo: increpationem ergo Dñi ne reprobes. ¶Prou. 3. b.12.
18 ¶Quia ipse vulnerat, & medet: percutit, & manus eius sanabunt.
19 ¶In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.
20 ¶In fame, eruet te de morte: & in bel
D lo, de manu gladij.
21 ¶A flagello linguę absconderis: & nõ timebis calamitatem cùm venerit.
22 ¶In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis.
23 ¶Sed cũ lapidibus regionum pactum tuũ, & bestiæ terrę pacificę erunt tibi.
24 ¶Et scies ꝙ pacẽ habeat tabernaculũ tuũ, & visitans speciẽ tuã, nõ peccabis.
25 ¶Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & ꝓgenies tua quasi herba terræ.
26 ¶Ingrediẽris ĩ abundãtia sepulchrũ, sicut infert acervus tritici in tpe suo.
27 ¶Ecce, hoc vt inuestigauimus, ita est: quod auditum, mente pertracta.

CAP. VI.

1 RESpondens autem Iob, dixit,
A ¶Vtinã appenderentur peccata
2 mea, quibus iram merui: & calamitas quam patior, in statera.
3 ¶Quasi arena maris hęc grauior *apparet*: vnde & verba mea dolore sũt plena. *apparet 3.
4 ¶Quia sagittæ Dñi in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritũ meũ, & terrores Dñi militant contra me.
5 ¶Nunquid rugiet onager cũ habuerit herbam? aut mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit?
6 ¶Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditũ? aut potest aliquis gustare, quod gustatũ affert mortem? 6.
B ¶Animę enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur. ¶Pro. 27. a.7.

7 ¶Quę prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.
8 ¶Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus?
9 ¶Et qui cœpit, ipse me cõterat: soluat manum suam, & succidat me?
10 ¶Et hæc mihi sit cõsolatio, vt affligẽs me dolore, non parcat, nec cõtradicam sermonibus Sancti.
11 ¶Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineã? aut qs finis meus, vt patiẽter agã?
12 ¶Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro ænea est.
13 ¶Ecce, non est auxiliũ mihi in me, &
C necessarij quoq; mei recesserunt à me.
14 ¶Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.
15 ¶Fratres mei preterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallib⁹.
16 ¶Qui timẽt pruinã, irruet sup eos nix.
17 ¶Tpe quo fuerint dissipati, peribunt, & vt incaluerint, soluent de loco suo.
18 ¶Inuolutę sunt semitæ gressuum eorum: ambulabũt in vacuũ, & peribũt.
19 ¶Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.
20 ¶Confusi sunt, qa *speraui*: venerunt quoq; vsq; ad me, & pudore cooperti *sperauerunt 1.
21 sunt. ¶Nunc venistis: & modò videntes plagam meam timetis.
22 ¶Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi?
23 ¶Vel, Liberate me de manu hostis, &
D de manu robustarum eruite me?
24 ¶Docete me, & ego tacebo: & siquid
25 forte ignoraui instruite me. ¶Quare detraxistis sermonib⁹ veritatis, cũ è vobis nullus sit qui possit arguere me? 1.
26 ¶Ad increpandũ tantũ eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.
27 ¶Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.
28 ¶Veruntamen quod cœpistis explete: præbete aurẽ, & videte an mentiar.
29 ¶Rñdete obsecro absq; contentione: & loquẽtes id quod iustũ est, iudicate.
30 ¶Et nõ inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.

CAP. VII.

1 MIlitia est vita hominis sup terrã:
A & sicut dies mercenarij dies eius.
2 ¶Sicut seru⁹ desiderat vmbrã, & sicut mercenarius præstolat finẽ operis sui.
3 ¶Sic & ego habui mẽses vacuos, & no-

ctes laboriosas enumeraui mihi.
4 ¶Si dormiero, dicã, Quando consur-
gam?& rursum expectabo vesperam, &
replebor doloribus vsq; ad tenebras.
5 ¶Induta est caro mea putredine &
sordibus pulueris, cutis mea aruit, & cõ
6 tracta est. ¶ Dies mei velociùs transie-
B runt, q̃ à texente tela succidit̃, & cõsum
7 pti sunt absq; vlla spe. ¶ Memento qa
ventus est vita mea, & non reuertetur
oculus meus vt videat bona.
8 ¶ Nec aspiciet me visus hominis: ocu
li tui in me, & non subsistam.
9 ¶Sicut cõsumitur nubes, & ptransit:
sic q descẽderit ad inferos nõ ascendet.
10 ¶Nec reuertet̃ vltrà in domũ suam,
neq; cognoscet eũ amplius locum eius.
11 ¶ Quapropter & ego nõ parcã ori meo,
C loquar in tribulatione spiritus mei: cõ
fabulabor cũ amaritudine aĩæ meæ.
12 ¶Nunquid mare ego sum, aut cetus
quia circundedisti me carcere?
13 ¶Si dixero Consolabitur me lectulus
meus, & releuabor loquens mecum in
strato meo.
14 ¶Terrebis me per somnia, & p visio-
nes horrore concuties.
15 ¶ Quam ob rem elegit suspendium
anima mea, & mortem ossa mea.
16 ¶Desperaui, nequaquã vltrà iam vi-
D uã: parce mihi, nihil eni sunt dies mei.
17 ¶Quid est homo, qa magnificas eũ?
aut quid apponis erga eum cor tuum?
18 ¶Visitas eũ diluculo, & subitò pbas
19 illũ: ¶vsquequo non parcis mihi, nec
dimittis me vt glutiam saliuam meã?
20 ¶Peccaui, quid faciã tibi ò custos ho-
minum? quare posuisti me contrarium
tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?
21 ¶Cur non tollis peccatũ meũ, & qua
re non aufers iniquitatẽ meam? ecce,
nunc in puluere dormiam: & si manè
me quæsieris, non subsistam.

CAP. VIII.

1 RESpõdẽs aũt Baldad Suhites, dixit,
A ¶Vsquequo loquêris talia, & spi-
2 ritus multiplex sermonis oris tui?
3 ¶Nunqd Deus supplãtat iudiciũ? aut
omnipotens subuertit quod iustũ est?
4 ¶Etiam si filij tui peccauernnt ei, &
dimisit eos in manu iniquitatis suæ:
5 ¶Tu tamẽ si diluculo consurrexeris
ad Deũ, & oĩpotentẽ fueris deprecatus:
6 ¶Si mundus & rectus incesseris, sta-
B tim euigilabit ad te, & pacatũ reddet
habitaculum iustitiæ tuæ.
7 ¶In tm̃ vt si priora tua fuerint parua,
& nouissima tua multiplicent̃ nimis.
8 ¶Interroga enĩ generationẽ pristinã,
& diligẽter inuestiga patrũ memoriã:
9 ¶ ‖ (Hesterni qppe sumus, & ignora- ‖Psa. 143 a. 4.
mus qm̃ sicut vmbra dies nostri sunt Inf. 14. a. 2.
10 sup terrã.) ¶Et ipsi docebũt te: loquent̃
tibi, & de corde suo pferent eloquia.
11 ¶Nunquid virere potest scirpus absq;
C humore? aut crescere carectũ sine aqua?
12 ¶Cùm adhuc sit in flore, nec carpat̃
manu, ante omnes herbas arescit:
13 ¶Sic viæ omnium qui obliuiscuntur
Deum, & spes hypocritæ peribit:
14 ¶Nõ ei placebit vecordia sua, & sicut
tela arenearum fiducia eius.
15 ¶Innitetur super domũ suam, & nõ
stabit: fulciet eam, & non consurget:
16 ¶Humectus videt̃ anteq̃ veniat sol,
& in ortu suo germen eius egredietur.
17 ¶Sup aceruũ petrarũ radices eius dẽ-
D sabunt, & inter lapides cõmorabitur.
18 ¶Si absorbuerit eum de loco suo, ne
gabit eum, & dicet, Non noui te.
19 ¶Hæc est enim lętitia viæ eius, vt rur-
sum de terra alij germinentur.
20 ¶Deus non projiciet simplicem, nec
porriget manum malignis.
21 ¶Donec impleatur risu os tuum, &
labia tua iubilo.
22 ¶Qui oderũt te, induent̃ confusione:
& tabernaculũ impiorũ non subsistet.

CAP. IX.

1 ET respondens Iob, ait,
A ¶Verè scio q̃ ita sit, & quod nõ
2 iustificetur homo compositus Deo.
3 ¶Si voluerit contendere cum eo, non
poterit ei respondere vnum pro mille.
4 ¶Sapiens corde est, & fortis robore:
quis* restitit ei, & pacem habuit? * resistit.
5 ¶Qui transtulit mõtes, & nescierunt
hi quos subuertit in furore suo.
6 ¶Qui cõmouet terram de loco suo,
& columnæ eius concutiuntur.
7 ¶Qui præcipit soli, & non oritur: &
stellas claudit quasi sub signaculo.
8 ¶Qui extendit cælos solus, & gradi-
tur super fluctus maris.
9 ¶Qui facit Arcturum, & Oriona, &
10 Hyadas, & interiora austri. ¶ Qui facit
B magna, & incomprehẽsibilia, & mira-
bilia quorum non est numerus.
11 ¶Si venerit ad me, non videbo eum: * eum.
si abierit non intelligam*.

12 ¶Si repente interroget, quis rñdebit
ei?vel quis dicere potest, Cur ita facis?
13 ¶Deus cui⁹ irę nemo resistere potest,
& sub quo curuant qui portant orbem.
14 ¶Quantus ergo sum ego, vt rñdeam
ei, & loquar verbis meis cum eo?
15 ¶Qui ẽt si habuero quippiã iustũ, nõ
rñdebo, sed meum iudicẽ deprecabor.
16 ¶Et cũ inuocantẽ exaudieris me, nõ
credo ꝙ audierit vocem meam.
17 ¶In turbine enĩ conteret me, & mul-
tiplicabit vulnera mea etiã sine causa.
18 ¶Non concedit requiescere spiritum
meũ, & implet me amaritudinibus.
19 ¶Si fortitudo quęritur, robustissimus
C est: si æquitas iudicij, nemo audet pro
me testimonium dicere.
20 ¶Si iustificare me voluero, os meum
cõdemnabit me: si innocentem osten-
dero, paruum me comprobabit.
21 ¶Etiã si simplex fuero, hoc ipsũ igno-
rabit aĩa mea, & tędebit me vitę meę.
22 ¶Vnum est quod locutus sum, & in-
nocentem & impium ipse consumit.
23 ¶Si flagellat, occidat semel, & nõ de
pœnis innocentum rideat.
24 ¶Terra data est in manus impii, vul-
tum iudicum eius operit, ꝙ si non ille
est, quis ergo est?
25 ¶Dies mei velociores fuerunt curso-
re: & fugerunt, & non viderunt bonũ.
26 ¶Pertransierunt quasi naues poma
portãtes, sicut aquila volãs ad escam.
27 ¶Cùm dixero, Nequaquã ita loquar:
D cõmuto faciẽ meã, & dolore torqueor.
28 ¶Verebar omnia opera mea, sciens
quod non parceres delinquenti.
29 ¶Si autem & sic impius sum, quare
frustra laboraui?
30 ¶Si lotus fuero quasi aquis niuis, &
fulserint velut mũdissimę man⁹ meę.
31 ¶Tamen sordib⁹ intinges me, & abo
minabuntur me vestimenta mea,
32 ¶Neq; enim viro qui similis mei est
respondebo: nec qui mecum in iudicio
ex equo possit audiri.
33 ¶Non est qui vtrumq; valeat argue-
re, & ponere manum suã in ambobus.
34 ¶Auferat à me virgam suã, & pauor
eius non me terreat:
35 ¶Loquar, & non timebo eum: neque
enim possum metuens respondere.

CAP. X.

1 TÆdet animã meã vitæ meæ, dimit
A tam aduersum me eloquiũ meũ,
loquar in amaritudine animę meæ.
2 ¶Dicã Deo, Noli me condẽnare: in-
3 dica mihi, cur me ita iudices? ¶Nũquid
bonũ tibi videtur, si calumnieris me,
& opprimas me opus manuum tuarũ,
& consilium impiorum adiuues?
4 ¶Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut
sicut videt homo, & tu videbis?
5 ¶Nunqd sicut dies hominis dies tui,
& anni tui sicut humana sunt tẽpora,
6 ¶Vt quæras iniquitatem meam, &
B peccatum meum scruteris?
7 ¶Et scias qa nihil impiũ fecerim, cũ
sit nemo q de manu tua possit eruere.
8 ¶Manus tuę fecerũt me, et plasmaue
runt me totũ in circuitu: et sic repente
9 pręcipitas me? ¶Memento quæso ꝙ si-
cut lutum feceris me, et in puluerem re
10 duces me. ¶Nõne sicut lac mulsisti me:
et sicut caseum me coagulasti?
11 ¶Pelle et carnibus vestisti me. *ossi- *& 9.
bus et neruis compegisti me.
12 ¶Vitã et misericordiã tribuisti mihi,
C et visitatio tua custodiuit spũm meũ.
13 ¶Licet hæc celes in corde tuo, tamen
scio quia vniuersorum memineris.
14 ¶Si peccaui, et ad horã pepercisti mi-
hi: cur ab iniquitate mea mũdum me
15 esse non pateris? ¶Et si impius fuero, vę
mihi est: et si iustus, non leuabo caput,
saturatus afflictione et miseria.
16 ¶Et pp superbiã quasi *leænã' capies *leænã
me reuersusq; mirabiliter me crucias. 1.
17 ¶Instauras testes tuos contra me, et
multiplicas iram tuam aduersum me,
et pœnę militant in me,
18 ¶Quare de vulua eduxisti me? q vtinã
cõsumptus essẽ, ne oculus me videret:
19 ¶Fuissem quasi non essem, de vtero
translatus ad tumulum.
20 ¶Nunquid non paucitas dierũ meo-
rum finietur breui? dimitte ergo me, vt
plangam paululum dolorem meum.
21 ¶Anteq vadã et nõ reuertar, ad terrã
tenebrosam, et opertã mortis caligine.
22 ¶Terram miseriæ et tenebrarũ, vbi
vmbra mortis, et nullus ordo, sed sem-
piternus horror* inhabitans'. *inhabi-
tat 3.

CAP. XI.

1 REspõdẽs aũt Sophar Naamathites,
A dixit, ¶Nũquid q multa loquit, nõ
2 et audiet? aut vir verbosus iustificabit?
3 ¶Tibi soli tacebunt homines? et cũ cę
4 teros irriseris, à nullo cõfutaberis? ¶Di-
xisti enĩ, Purus est sermo meus, et mun-

dus sum in conspectu tuo.
5 ¶ Atque vtinã Deus loqueretur tecũ,
& aperiret labia sua tibi.
6 ¶ Vt ostẽderet tibi secreta sapiẽtiæ,&
B quod multiplex esset lex ei9, & itellige
res quod multo minora exigaris ab eo,
quàm meretur inquitas tua.
7 ¶ Forsitan vestigia Dei cõprehẽdes, &
vsque ad pfectũ, Omnipotẽtẽ reperies?
8 ¶ Excelsior cælo est, & qd facies? pro-
fundior inferno. & vnde cognosces?
9 ¶ Longior terra mẽsura ei9, & latior
10 mari. ¶ Si subuerterit omnia, vel in vnũ
C coarctauerit, quis contradicet ei?*
11 ¶ Ipse enim nouit hominũ vanitatẽ
& videns iniquitatẽ nonne considerat?
12 ¶ Vir vanus ĩ superbiã erigitur, & tãq̃
pullum onagri se liberum natũ putat.
13 ¶ Tu autem firmasti cor tuũ, & expã-
14 disti ad eũ manus tuas. ¶ Si iniquitatẽ
quę est ĩ manu tua abstuleris à te, & nõ
manserit in tabernaculo tuo iniustitia,
15 ¶ Tũc leuare poteris faciẽ tuã absque
D macula, & eris stabilis, & nõ timebis.
16 ¶ Miseriæ quoq; obliuiscẽris, & quasi
aquarũ quæ pręterierunt recordaberis.
17 ¶ ‖Et quasi meridianus fulgor consur
get tibi ad vesperam: & cũ te consum-
ptum putaueris, orieris vt lucifer.
18 ¶ Et habebis fiduciã ꝓposita tibi spe,
& defossus securus dormies.
19 Requiesces, & nõ erit q te exterreat:
& deprecabuntur faciem tuã plurimi.
20 ¶ Oculi autem impiorum deficient,
& effugium peribit ab eis, & spes illo-
rum abominatio animæ.

CAP. XII.

1 RE spondens autem Iob, dixit,
A ¶ Ergo vos estis soli homines, &
2 vobiscum morietur sapientia?
3 ¶ Et mihi est cor sicut & vobis, nec ĩfe
rior vestri sum: quis enim hæc quæ no-
4 stis ignorat? ¶ ‖ Qui deridetᷣ ab amico
suo sicut & ego, inuocabit Deũ, & exau
diet eũ, deridetur enim iusti simplicitas
5 ¶ Lampas contempta apud cogitatio-
nes diuitum parata ad tempus statutũ.
6 ¶ Abundãt tabernacula prædonũ, &
audacter prouocant Deum, cũ ipse de-
derit omnia in manus eorum.
7 ¶ Nimirũ interroga iumẽta, & doce-
B bunt te: & volatilia cæli, & indicabũt
8 tibi. ¶ Loquere terræ, & respondebit ti-
bi: & narrabunt pisces maris.
9 ¶ Quis ignorat ꝙ omnia hæc manus
Domini fecerit?
10 ¶ In cuius manu anima omnis viuen
tis, & spiritus vniuersæ carnis hominis?
11 ¶ Nõne auris verba dijudicat, & fau- Infrà 34. a. 3.
ces comedentis, saporem?
12 ¶ In antiquis est sapientia, & in mul-
to tempore prudentia.
13 ¶ Apud ipsum est sapiẽtia & fortitu-
do, ipse habet cõsiliũ & intelligentiã.
14 ¶ ‖Si destruxerit, nemo est q ędificet: ‖ Isa. 22. f. 22.
C si incluserit hoiem, null9 est q aperiat. Apoc. 3. b. 7.
15 ¶ Si continuerit aquas, oĩa siccabunᷣ:
& si emiserit eas, subuertent terram.
16 ¶ Apud ipsũ est fortitudo, & sapiẽtia:
ipse nouit & decipientẽ, & eũ qui deci-
17 pitᷣ. ¶ Adducit consiliarios in stultum fi
18 nem, & iudices in stuporem: ¶ Baltheũ
regũ dissoluit, & pcingit fune renes eo-
19 rũ. ¶ Ducit sacerdotes inglorios, & opti-
20 mates supplantat. ¶ Cõmutans labiũ ve
21 raciũ, & doctrinã senum auferens. ¶ Ef-
D fundit despectionẽ super principes, &
22 eos qui oppressi fuerãt releuans. ¶ Qui
releuat pfunda de tenebris, & producit
23 in lucem vmbram mortis. ¶ Qui mul-
tiplicat gentes & pdit eas, & subuersas
24 in integrũ restituit. ¶ Qui immutat cor
principũ populi terrę, & decipit eos vt
25 frustra incedant per inuium, ¶ Palpabũt
quasi in tenebris, & non in luce, & erra-
re eos faciet quasi ebrios.

CAP. XIII.

1 ECce oĩa hæc vidit oculus me9, & au
A diuit auris mea, & itellexi singula.
2 ¶ Secundùm scientiã vestram & ego
noui: nec inferior vestri sum.
3 ¶ Sed tamẽ ad omnipotentẽ loquar,
& disputare cum Deo cupio.
4 Prius vos ostendens fabricatores mẽ
dacij, & cultores peruersorũ dogmatũ.
5 ¶ Atq; vtinam taceretis, vt putaremi-
ni esse sapientes.
6 ¶ Audite ergo correptiones meas, &
B iudicium labiorũ meorum attendite.
7 ¶ Nunquid Deus indiget vestro men
dacio, vt pro illo loquamini dolos?
8 Nunquid faciẽ eius accipitis, & pro
9 Deo iudicare nitimini? ¶ Aut placebit
ei quẽ celare nihil potestᷣ aut decipietᷣ,
vt homo, vestris fraudulentijs?
10 ¶ Ipse vos arguet, quoniam in abscon
dito faciem eius accipitis.
11 ¶ Statim vt se commouerit, turbabit
vos: & terror eius irruet super vos.
12 ¶ Memoria vestra comparabitᷣ cineri,

& redigentur in lutum ceruices vestrę.
13 Tacete paulisper, vt loquar quodcũ
14que mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?
15 Etiã si occiderit me, in ipso sperabo:
C veruntñ vias meas in cõspectu eius ar-
16guam, Et ipse erit saluator meus, non enim veniet in cõspectu eius omnis hy-
17pocrita. Audite sermonẽ meũ, & ęni-
18gmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus, scio ꝙ iustus inueniar.
19 Quis est qui iudicetur mecũ? veniat: quare tacens consumor?
20 Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar:
21 Manũ tuam longe facà me, & formido tua non me terreat.
22 Voca me, & ego respondebo tibi: aut certè loquar, & tu responde mihi.
23 Quãtas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta* ostẽde mihi.
24 Cur faciem tuã abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?
25 Cõtra folium quod vento rapitur, ostẽdis potentiam tuã, & stipulam sic-
26cam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentię meæ.
27 Posuisti in neruo pedẽ meũ, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.
28 Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea.

CAP. XIIII.

1 HOmo natus de muliere, breui vi-
A uens tẽpe, replet̃ multis miseriis.
2 Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.
3 Et dignũ ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eũ te-
4 cum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptũ semine? nonne tu qui solus es?
5 Breues dies hominis sunt, numerus mensiũ eius apud te est: constituisti terminos eius qui pręteriri nõ poterunt.
6 Recede* paululũ ab eo vt quiescat, do-
B nec optata veniat, sicut mercenarij, dies
7 ei⁹. Lignũ habet spem: si pręcisum fuerit rursum virescit, & rami eius pullulant.
8 Si senuerit in terra radix ei⁹, & ĩ puluere emortuus fuerit truncus illius,
9 Ad odorẽ aquę germinabit, & faciet comã quasi cùm primùm plantatũ est:
10 Homo verò cũ mortuus fuerit, & nudatus atq; cõsumptus, vbi quęso est?
11 Quomodò si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat.
12 Sic homo cũ dormierit non resurget, donec atteratur cælum nõ euigilabit, nec consurget de somno suo.
13 Quis mihi hoc tribuat, vt ĩ inferno
C protegas me, & abscõdas me, donec ptranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei?
14 Putásne mortuus homo rursum viuet? cunctis diebus, quib⁹ nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.
15 Vocabis me, & ego respõdebo tibi: operi manuũ tuarũ porriges dexterã.
16 Tu qdẽ gressus meos dinumerasti,
17sed* parce peccatis meis. Signasti quasi
D in sacculo delicta mea, sed curasti ini-
18quitatẽ meã. Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo.
19 Lapides excauãt aquæ, & alluuione paulatim terra cõsumitur: & homines
20ergo similiter perdes. Roborasti eum paululum, vt in perpetuũ transiret: im-
21mutabis faciẽ eius, & emittes eũ. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.
22 Attamẽ caro ei⁹ dum viuet dolebit, & anima illius sup semetipso lugebit.

CAP. XV.

1 REspondens aũt Eliphaz Themani-
A tes, dixit, Nunquid sapiens rñde-
2 bit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?
3 Arguis verbis eũ, qui non est æqualis tibi, & loqueris qđ tibi non expedit.
4 Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.
5 Docuit enim iniquitas tua os tuũ, & imitaris linguã blasphemantium.
6 Condẽnabit te os tuũ, & non ego:
7 & labia tua rñdebunt tibi. Nunquid primus homo tu natus es, & ante col-
8 les formatus? Nunquid consiliũ Dei audisti, & inferior te erit ei⁹ sapientia?
9 Quid nosti quod ignoremus? quid
10intelligis quod nesciamus? Et senes
B & antiqui sunt in nobis multò vetustiores quam patres tui.
11 Nunquid grande est vt consolet̃ te Deus? sed verba tua praua hoc phibẽt.
12 Quid te eleuat cor tuũ, & quasi ma

Marginal notes: Zacha. 1. — Suprà 8. b 9. Psa. 143. b. 4. — Psa. 50. b. 7. — *Infra 8. — Prou. 5. d. 18. — *par. e. 5 — Eccl. 10. b. 8.

gna cogitans, attonitos habes oculos?
13 ¶Quid tumet contra Deum spiritus
tuus, vt proferas de ore tuo huiuscemodi
14 sermones? ¶Quid est homo, vt īmacu-
latus sit, & vt iustus appareat natus de
15 muliere? ¶ || Ecce inter sanctos eius
nemo īmutabilis, & cęli nō sunt mun
16 di in conspectu eius: ¶Quanto magis
abominabilis & inutilis homo, qui bi-
bit quasi aquam iniquitatem.
17 ¶Ostendam tibi, audi me: quod vidi,
18 narrabo tibi. ¶Sapientes confitentur,
C & non abscondunt patres suos,
19 ¶Quibus solis data est terra, & non
20 transiuit alienus per eos. ¶Cūctis die-
bus suis impius superbit, & numerus
annorū incertus est tyrannidis eius.
21 ¶Sonitus terroris semp in auribus il-
lius: & cū pax sit, ille ˚semper˚ insidias
22 suspicatur. ¶Non credit ꝙ reuerti pos
sit de tenebris ˚ad lucem˚, circunspe-
ctans vndique gladium.
23 ¶Cū se mouerit ad quærendū panē,
nouit ꝙ paratus sit in manu eius tene-
24 brarum dies. ¶Terrebit eum tribula-
tio, & angustia vallabit eum, sicut re-
gem qui præparatur ad prelium.
25 ¶Tetēdit enim aduersus Deū manū
suā, & contra oīpotentē roboratus est.
26 ¶Cucurrit aduersus eū erecto collo,
& pingui ceruice armatus est.
27 ¶Operuit faciem eius crassitudo, &
D de lateribus eius a ruina dependet.
28 ¶Habitauit in ciuitatibus desolatis,
& ī domib⁹ desertis, q̄ in tumulos sunt
29 redactæ. ¶Non ditabit˜, nec pseuerabit
substantia eius, nec mittet in terra radi
30 cem suā. ¶Non recedet de tenebris: ra-
mos eius arefaciet flāma, & auferet˜ spi-
31 ritu oris sui. ¶Nō credet frustra errore
deceptus, ꝙ aliquo pretio redimendus
32 sit. ¶Anteq̄ dies eius impleantur, pe-
33 ribit: & manus eius ˚arescent˚. ¶Lędet˜
quasi vinea, in primo flore botrus eius,
& quasi oliua proijciens florem suum.
34 ¶Cōgregatio enim hypocritę sterilis,
& ignis deuorabit tabernacula eorum
qui munera libenter accipiunt.
35 ¶||Concepit dolōrē & peperit iniqui-
tatē, & vterus eius pręparat dolos.

CAP. XVI.

1 RESpondens autem Iob, dixit,
A ¶Audiui frequenter talia, conso-
2 latores onerosi omnes vos estis.
3 ¶Nunquid habebunt finē verba ven
tosa? aut aliq̄d tibi molestū est si loqua
4 ris? ¶Poterā & ego similia vestri loqui:
atq; vtinam esset aīa vestra pro anima
5 mea, ¶Consolarer & ego vos sermoni-
bus, & mouerem caput meū super vos.
6 ¶Roborarem vos ore meo: & mouerē
B labia mea, quasi parcens vobis.
7 ¶Sed quid agam? Si locutus fuero, ˚nō
qescet dolor meus: & si tacuero, non re
8 cedet à me. ¶Nunc aūt oppressit me do
lor meus, & in nihilū redacti sunt oēs
9 artus mei. ¶Rugæ meæ testimonium di
cunt contra me, & suscitat˜ falsiloquus
aduersus faciē meā contradicens mihi.
10 ¶¶Collegit furorē suū in me, & com-
minans mihi infremuit contra me dēti
bus suis: hostis meus terribilibus oculis
11 me intuitus est. ¶Aperuerunt super me
ora sua, & exprobrātes percusserunt ma
xillam meam, satiati sunt pœnis meis.
12 ¶Cōclusit me Deus apud iniquum,
& manibus impiorum me tradidit.
13 ¶Ego ille quondam opulentus repētè
C contritus sum: tenuit ceruicē meam, cō-
fregit me, & posuit me sibi quasi ī signū
14 ¶Circundedit me lanceis suis cōuul-
nerauit lumbos meos, *non pepercit &
effudit in terra viscera mea.
15 ¶Cōscidit me vulnere sup vulnus, ir-
16 ruit in me quasi gigas. ¶Saccum consui
super cutem meam, & operui cinere car
17 nem meam. ¶Facies mea intumuit à fle
tu, & palpebræ meę caligauerunt.
18 ¶Hęc passus sum absq; iniq̄tate ma-
nus meę, cùm haberē mundas ad Deū
19 preces. ¶Terra ne operias sanguinē me-
D um, neq; inueniat in te locum latendi
20 clamor meus. ¶Ecce enim in cęlo testis
meus, & conscius meus in excelsis.
21 ¶Verbosi amici mei, ad Deum stillat
22 oculus meus. ¶Atq; vtinam sic iudicare
tur vir cum Deo, quomodò iudicatur fi
lius hominis cum collega suo.
23 ¶Ecce enim breues anni trāseunt: &
semitam per quā nō reuertar ambulo.

CAP. XVII.

1 SPiritus meus attenuabitur, dies mei
A breuiabuntur, & solū mihi superest
sepulchrum.
2 ¶Non peccaui, & in amaritudinibus
˚moratur˚ oculus meus.
3 ¶Libera me, *& pone me iuxta te, &
cuiusuis manus pugnet contra me.
4 ¶Cor eorū longè fecisti à disciplina,
& propterea non exaltabuntur.

||Supr. 4. d. 18.
–5.
–1.
*& 10.
˚arescet 5.
||Isa. 59. b. 14. Psal. 7. d. 15.
˚morabitur 4.
||Dan. 12.

Prędam

5 ¶Prædam pollicetur socijs, & oculi
B filiorum eius deficient.
6 ¶Posuit me quasi in prouerbium vul
gi, & exemplum sum coram eis.
7 ¶Caligauit ab indignatione oculus
meus, & membra mea quasi in nihilũ
redacta sunt.
8 ¶Stupebunt iusti super hoc, & inno-
cens contra hypocritam suscitabitur.
9 ¶Et tenebit iustus viã suam, & *mun-
C dis' manibus addet fortitudinem. *mũdus,
10 ¶Igit' oẽs vos cõuertimini, & venite, &
non inueniã in vobis vllũ sapientem.
11 ¶Dies mei trãsierũt, cogitationes meę
dissipatæ sunt, torquentes cor meum.
12 ¶Noctem verterunt in diem, & rur-
sum post tenebras spero lucem.
13 ¶Si sustinuero, infernus domus mea
D est, & in tenebris straui lectulum meũ.
14 ¶Putredini dixi, Pater meus es: Mater
mea, & soror mea vermibus.
15 ¶Vbi est ergo nunc præstolatio mea,
& patientiam meam quis considerat?
16 ¶In profundissimum infernum de-
scendent omnia mea: putásne saltem
ibi erit requies mihi?

CAP. XVIII.

1 RESpõdẽs aũt Baldad Suhites, dixit,
A ¶Vsq; ad quẽ finem verba iactabi-
2 tis? intelligite prius, & sic loquamur.
3 ¶Quare reputati sumus vt iumenta,
& sorduimus coram *vobis'? *te15.
4 ¶Qui perdis aĩam tuã in furore tuo,
nunquid propter te derelinquetur ter-
ra, & transferentur rupes de loco suo?
5 ¶Nonne lux impij extinguetur, nec
splendebit flamma ignis eius?
6 ¶Lux obtenebrescet in tabernaculo
B illius: & lucerna quæ super eum est, ex-
tinguetur.
7 ¶Arctabuntur gressus virtutis eius, &
præcipitabit eum consilium suum.
8 ¶Immisit enĩ in rete pedes suos, & in
9 maculis eius ambulat. ¶Tenebit' plãta
illiꝰ laqueo, & exardescet cõtra eũ sitis.
10 ¶Abscondita est in terra pedica eius,
& decipula illius super semitam.
11 ¶Vndiq; terrebunt eũ formidines, &
12 inuoluẽt eũ pedes eius. ¶Attenuet' fame
robur eiꝰ, & inedia inuadat costas illiꝰ.
13 ¶Deuoret pulchritudinẽ cutis illiꝰ, con-
C sumat brachia illiꝰ primogenita mors.
14 ¶Auellatur de tabernaculo suo fiducia
eius, & calcet sup eũ, quasi rex, interitꝰ.
15 ¶Habitent in tabernaculo illiꝰ socij eiꝰ
qui non est, aspergatur in tabernaculo
16 eius sulphur. ¶Deorsũ radices eius siccẽ-
D tur, sursum autẽ atteratur messis eius.
17 ¶b Memoria illius pereat de terra, & b Prou. 2. d. 22.
non celebretur nomen eius in plateis.
18 ¶Expellet eũ de luce in tenebras, &
19 de orbe transferet eum. ¶Non erit semẽ
eius, neq; progenies in populo suo, nec
vllæ reliquiæ in regionibus eius.
20 ¶In die eius stupebunt nouissimi, &
primos inuadet horror.
21 ¶Hæc sunt ergo tabernacula iniqui,
& iste locus eius qui ignorat Deum.

CAP. XIX.

1 RESpondens autem Iob, dixit,
A ¶Vsquequo affligitis aĩam meã, &
2 atteritis me sermonibus? ¶En, decies cõ-
3 funditis me, & nõ erubescitis opprimẽ-
4 tes me. ¶Nẽpe etsi ignoraui, mecũ erit
5 ignorantia mea. ¶At vos contra me eri-
gimini, & arguitis me opprobriis meis.
6 ¶Saltem nunc intelligite quia Deus nõ
æquo iudicio afflixerit me, & flagellis
suis me cinxerit.
7 ¶Ecce clamabo vĩ patiẽs, & nemo au
B diet: vociferabor, & nõ est qui iudicet. Infr 30. c. 20.
8 ¶Semitã meã circumsepsit, & transire
non possum, & in calle meo tenebras
9 posuit. ¶Spoliauit me gloria mea, & ab-
stulit coronam de capite meo.
10 ¶Destruxit me vndique, & pereo, &
quasi euulsæ *arbori' abstulit spẽ meã. *arboris 12.
11 ¶Iratus est contra me furor eius, &
sic me habuit quasi hostem suum.
12 ¶Simul venerunt latrones eius, & fe-
cerunt sibi viam per me, & obsederunt
in gyro tabernaculum meum.
13 ¶Fratres meos longè fecit à me, & no
ti mei quasi alieni recesserunt à me.
14 ¶Dereliquerũt me propinqui mei: &
qui me nouerant, obliti sunt mei.
15 ¶Inquilini domus meæ, & ancillæ
C meæ sicut alienum habuerunt me, &
quasi peregrinus fui in oculis eorum.
16 ¶Seruũ meum vocaui, & nõ respon-
dit, ore proprio deprecabar illum.
17 Halitũ meum exhorruit vxor mea,
& orabam filios vteri mei.
18 ¶Stulti quoq; despiciebãt me: & cùm
ab eis recessissem, detrahebant mihi.
19 ¶Abominati sunt me quondã cõsilia
rij mei: & quẽ maximè diligebã, *aduer *aduersatus est mihi 7.
20 satus est me'. ¶Pelli meæ, cõsumptis car
nibus, adhæsit os meũ, & derelicta sunt
21 tantũmodò labia circa dentes meos. ¶Mi-

seremini mei, miseremini mei, saltē vos
D amici mei, quia manus Dñi tetigit me.
22 Quare psequimini me sicut De9, & car
23 nib9 meis saturamini? Quis mihi tri-
buat vt scribant sermones mei? qs mihi
24 det vt exarent in libro, Stylo ferreo, &
plūbi lamina, vel certè sculpant i silice?
25 Scio enim q Redēptor meus viuit,
& in nouissimo die de terra surrecturus
26 sum. Et rursum circūdabor pelle mea,
& in carne mea videbo Deum.
27 Quem visurus sum ego ipse, & oculi
mei conspecturi sunt, & non alius. re-
posita est hæc spes mea in sinu meo.
28 Quare ergo nunc dicitis, Persequa-
mur eum, & radicē verbi inueniamus
29 contra eum? Fugite ergo à facie gladij.
quoniā vltor iniquitatum gladius est,
& scitote esse iudicium.

CAP. XX.

1 RESpondens autem Sophar Naama
A thites, dixit, Idcirco cogitationes
2 meę variæ succedūt sibi, & mens in di-
3 uersa rapitur. Doctrinam qua me ar-
guis audiā, & spiritus intelligētiæ meæ
4 rñdebit mihi. Hoc scio à principio, ex
quo positus est homo super terram.
5 Quòd laus impiorum breuis sit, &
gaudium hypocrytę ad instar puncti.
6 Si ascēderit vsq; ad cęlum superbia
eius, & caput eius nubes tetigerit.
7 Quasi sterquilinium in fine pdetur:
& qui eum viderant, dicent, Vbi est?
8 Velut somnium auolans non inue-
B nietur, transiet sicut visio nocturna.
9 Oculus qui eū viderat, non videbit:
neq, vltrà intuebitur eum locus suus.
10 Filij eius atterentur egestate, & ma-
nus illius reddent ei dolorem suum.
11 Ossa eius implebunt vitiis adolescē-
tię eius, & cum eo in puluere dormiēt.
12 Cùm enim dulce fuerit in ore eius
malum, abscōdet illud sub lingua sua.
13 Parcet illi, & nō derelinquet illud,
14 & celabit in gutture suo. Panis eius in
vtero illius vertet in fel aspidū intrinse
15 cus. Diuitias quas deuorauit euomet,
C & de ventre illius extrahet eas Deus.
16 Caput aspidum suget, & occidet eum
17 lingua viperæ. Non videat riuulos flu
18 minis, torrentis mellis, & butyri. Luet
q fecit omnia, nec tñ cōsumetur: iuxta
multitudinē adinuentionum suarum,
19 sic & sustinebit: Quoniam confrin-
gēs nudauit pauperes: domum rapuit,
20 & non ædificauit eam. Nec est satia-
tus venter eius: & cùm habuerit quæ
concupierat, possidere non poterit.
21 Nō remansit de cibo eius, & propte
rea nihil permanebit de bonis eius.
22 Cùm satiatus fuerit, arctabit, ęstua-
bit, & omnis dolor irruet super eum.
23 Vtinam impleatur venter eius, vt
emittat in eū iram furoris sui, & pluat
24 super illum bellum suum. Fugiet ar-
D ma ferrea, & irruet in arcum ęreum.
25 Eductus & egrediēs de vagina sua, (Gladius eductus.)
& fulgurās in amaritudine sua: vadēt,
& venient super eum horribiles.
26 Omnes tenebrę absconditæ sunt in
occultis eius: deuorabit eum ignis qui
non succenditur, affliget relictu in ta-
27 bernaculo suo. Reuelabunt cęli iniq-
tatē eius, & terra cōsurget aduersus eū.
28 Apertum erit germen domus illius,
29 detrahetur in die furoris Dei. Hæc est
pars hominis impij à Deo: & hæreditas
verborum eius à Domino.

CAP. XXI.

1 RESpondens autem Iob, dixit:
A Audite quæso sermones meos, &
2 agite pœnitentiam. Sustinete me, vt &
3 ego loquar: & post mea, si videbit, ver-
4 ba, ridete. Nunquid contra hominē
disputatio mea est, vt meritò nō debeā
5 contristari? Attendite me, & obstupe-
scite, & superponite digitū ori vestro.
6 Et ego quando recordatus fuero, pertı
mesco & concutit carnem meā tremor.
7 Quare ergo impij viuunt, subleuati (Iere. 12. 1. Hab. 1. 4. 3.)
sunt, confortatiq; diuitiis?
8 Semen eorū pmanet coram eis, pro-
pinquorū turba, & nepotū in cōspectu
9 eorū: Domus eorum securæ sunt &
B pacatæ, & non est virga Dei super illos.
10 Bos eorū concepit, & nō abortiuit,
vacca peperit, & nō est priuata fętu suo.
11 Egrediūtur quasi greges paruuli eo-
rum, & infantes eorum exultāt lusib9.
12 Tenent tympanum, & citharam, &
gaudent ad sonitum organi.
13 Ducunt in bonis dies suos, & in pū-
cto ad inferna descendunt.
14 Qui dixerunt Deo, Recede à nobis,
& scientiam viarum tuarum nolum9.
15 Quis est Omnipotens, vt seruia- (Mal. 3. 1. 14. Quid 9.)
mus ei? & quid nobis prodest si oraue-
rimus illum?
16 Veruntn̄ qa nō sunt in manu eorū
bona sua, cōsiliū impiorū lōgè sit à me.

17 ¶ Quoties lucerna impiorum extin-
C guetur, & superueniet eis inundatio, &
dolores diuidet furoris sui?
18 ¶ Erunt sicut paleç ante faciē venti, &
sicut fauilla quam turbo dispergit.
19 ¶ Deus seruabit filiis illius dolorem
patris: & cùm reddiderit, tunc sciet.
20 ¶ Videbūt oculi eius interfectionem
suam, & de furore Omnipotētis bibet.
21 ¶ Quid enim ad eum pertinet de do-
mo sua post se? & si numerus mensium
eius dimidietur?
22 ¶ Nunquid Deum docebit quispiam
scientiam, qui excelsos iudicat?
23 ¶ Iste moritur robust⁹ & sanus, diues
24 & fœlix. ¶ Viscera eius plena sunt adi-
pe, & medullis ossa illius irrigantur.
25 ¶ Alius verò moritur in amaritudine
26 animç suæ absq; vllis opibus: ¶ Et tñ si-
D mul in puluere dormiēt, & vermes ope
27 rient eos. ¶ Certè noui cogitationes ve-
stras, & sententias contra me iniquas.
28 ¶ Dicitis enim, Vbi est domus princi-
pis? & vbi tabernacula impiorum?
29 ¶ Interrogate quēlibet de viatoribus,
& hçc eadē illū intelligere cognoscetis.
30 ¶ Quia in diē perditionis seruatˀ, ma-
31 lus & ad diē furoris ducetur. ¶ Quis ar-
guet coram eo viam eius? & q̄ fecit, quis
32 reddet illi? ¶ Ipse ad sepulchra ducetur,
& in congerie mortuorum vigilabit.
33 ¶ Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se
omnem hominem trahet, & ante se in-
34 numerabiles. ¶ Quomodo igitur conso-
lamini me frustra: cùm responsio ve-
stra repugnare ostensa sit veritati?

CAP. XXII.

1 RESpondēs autē Eliphaz Themani-
A tes, dixit, ¶ Nunquid Deo potest cō-
2 parari homo, etiam cùm perfectç fuerit
3 scientiæ? ¶ Quid prodest Deo si iustus
fueris? aut quid ei confert si immacu-
lata fuerit via tua?
4 ¶ Nunquid timēs *arguet te, & veniet
5 tecum in iudicium? ¶ Et nō pp malitiā
tuam plurimā, & infinitas iniquitates
6 tuas? ¶ Abstulisti enim pignus fratrum
tuorū sine causa, & nudos spoliasti ve-
7 stibus. ¶ Aquam lasso non dedisti, &
B esurienti subtraxisti panem.
8 ¶ In fortitudine brachij tui possidebas
terram, & potentissimus obtinebas eā.
9 ¶ Viduas dimisisti vacuas, & lacertos
pupillorum comminuisti.
10 ¶ Propterea circundatus es laqueis, &
conturbat te formido subita.
11 ¶ Et putabas te tenebras non visurū
& impetu aquarum inundantium non
12 oppressum iri? ¶ *An cogitas quòd Deus *An nō t
excelsior cçlo sit, & super stellarum ver
ticem sublimetur?
13 ¶ Et dicis, Quid enim nouit Deus? &
quasi per caliginem iudicat.
14 ¶ Nubes latibulū eius, nec nr̄a consi-
derat, & circa cardines cçli perambulat.
15 ¶ Nunquid semitā seculorū custodire
cupis, quam calcauerunt viri iniqui?
16 ¶ Qui sublati sunt ante tēpus suum,
C & fluuius subuertit fundamentū eorū.
17 ¶ Qui dicebant Deo, Recede à nobis:
& quasi nihil possit facere Omnipotēs,
æstimabant eum.
18 ¶ Cùm ille impleffet domos eorū bo-
nis? quorum sententia procul sit à me. Psal. 106
19 ¶ Videbunt iusti & lætabuntur, & in- d 42.
nocens subsannabit eos.
20 ¶ Nónne succisa est erectio eorum, &
reliquias eorum deuorauit ignis.
21 ¶ Acquiesce igitur ei, & habeto pacē,
& per hçc habebis fructus optimos,
22 ¶ Suscipe ex ore illius legem, & pone
sermones eius in corde tuo.
23 ¶ Si reuersus fueris ad Omnipotentē,
D ædificaberis, & longè facies iniquitatē
à tabernaculo tuo.
24 ¶ Dabit pro terra silicem, & pro silice
torrentes aureos.
25 ¶ Eritq; Omnipotens contra hostes
tuos, & argentum coaceruabitur tibi.
26 ¶ Tunc super omnipotentem deliciis
affilues: & eleuabis ad Deum faciē tuā.
27 ¶ Rogabis eum, & exaudiet te. & vo-
28 ta tua reddes. ¶ Decernes rem, & veniet
tibi, & in viis tuis splendebit lumen.
29 ¶ ‖Qui enim humiliatus fuerit, erit in ‖Pro 29.
gloria: & q inclinauerit oculos, ipse sal d. 23.
30 uabitˀ, ¶ Saluabitur innocēs, saluabitur
autem in munditia manuum suarum.

CAP. XXIII.

1 RESpondens autem Iob, ait:
A ¶ Nunc quoq; in amaritudine est
2 sermo meus, & manus plagç meç aggra
uata est super gemitum meum.
3 ¶ Quis mihi tribuat vt cognoscā & in-
ueniā illū, & veniam vsq; ad soliū eiˀ?
4 ¶ Ponam coram eo iudiciū, & os meū
replebo increpationibus.
5 ¶ Vt sciam verba quæ mihi respōdeat,
B & intelligam quid loquatur mihi.
6 ¶ Nolo multa fortitudine cōtēdat me-

cum.

cum, nec magnitudinis suę mole me p̄-
7 mat. ¶Proponat ęquitatē cōtra me, &
peruenient ad victoriam iudicium meū.
8 ¶Si ad Orientem iero, non apparet: si
ad Occidentem, non intelligam eum.
9 ¶Si ad sinistram, quid agam? non ap-
C prehendam eum, si me vertam ad de-
10 xteram non videbo illum. ¶Ipse verò
scit viam meam, & probabit me quasi
11 aurum quod per ignem transit. ¶Vesti
gia eius secutus est pes meus, viam eius
custodiui, & non declinaui ex ea.
12 ¶A mandatis labiorum eius nō reces
si, & in sinu meo abscōdi verba oris ei⁹
13 ¶Ipse enim solus est, & nemo auerte-
D re potest cogitationem eius: & aīa eius
quodcunque voluit hoc fecit.
14 ¶Cùmq; expleuerit in me voluntatē
suam, & alia multa similia p̄stò sūt ei.
15 ¶Et idcirco à facie eius turbatus sum
& considerans eum, timore solicitor.
16 ¶Deus molliuit cor meum, & Omni-
potens conturbauit me.
17 ¶Non enim perij propter imminētes
tenebras, nec faciē meā operuit caligo.

CAP. XXIIII.

1 AB Omnipotente non sunt abscōdi-
A ta tēpora, qui autē nouerunt eum,
ignorant dies illius.
2 ¶Alij terminos trāstulerunt, diripue
3 runt greges, & pauerunt eos. ¶Asinū
pupillorum abegerunt, & abstulerunt
4 pro pignore bouem viduę. ¶Subuerte-
runt pauperū viam, & oppresserunt pa
5 riter mansuetos terrę. ¶Alij quasi ona-
gri in deserto egrediunt ad opus suū, vi
gilātes ad p̄dam, p̄parant panē liberis.
6 ¶Agrū non suū demetūt: & vineam
eius, quem vi oppresserint, vindemiāt.
7 ¶Nudos dimittūt homines, indumē-
B ta tollentes, quibus non est operimētū
8 in frigore: ¶Quos imbres montiū ri-
gant: & non habentes velamen, ample
xantur lapides.
9 ¶Vim fecerunt deprędantes pupillos
& vulgum pauperem spoliauerunt.
*1. 10 ¶Nudis & incedentibus absq; vesti
tu, & esurientibus tulerunt spicas.
11 ¶Inter aceruos eorum meridiati sunt
qui calcatis torcularibus sitiunt.
12 ¶De ciuitatibus fecerunt viros geme
re, & anima vulneratorum clamauit, &
Deus multum abire non patitur.
13 ¶Ipsi fuerūt rebelles lumini, nescierūt
C vias eius: nec reuersi sunt p̄ semitas ei⁹.
14 ¶Mane primo cōsurgit homicida, in-
terficit egenū & pauperem: per noctem
15 verò erit quasi fur. ¶Ocul⁹ adulteri ob
seruat caliginem, dicēs: Nō me videbit
oculus: & operiet vultum suum.
16 ¶Perfodit in tenebris domos, sicut in
die condixerant sibi, & ignorauerūt lu
17 cem. ¶Si subitò apparuerit aurora, ar-
bitrantur vmbram mortis: & sic in tene
bris quasi in luce ambulant.
18 ¶Leuis est super faciem aquæ: male-
dicta sit pars eius in terra, nec ambulet
19 per viam vinearum. ¶Ad nimium calo
D rem transeat ab aquis niuium, & vsq;
ad inferos peccatum illius.
20 ¶Obliuiscatur eius misericordia: dul
cedo illius vermes: nō sit in recordatio
ne, sed cōteratur quasi lignum infructuo
21 sum. ¶Pauit enim sterilē, & quę nō pa
rit, & viduæ bene non fecit.
22 ¶Detraxit fortes in fortitudine sua:
& cū steterit non credet vitę suę.
23 ¶‖Dedit ei Deus locum pęnitentię, & ‖Apo. c. 2. 21.
ille abutitur eo in superbiam: oculi aūt
24 eius sunt in viis illius. ¶Eleuati sunt
ad modicū, & non subsistent, & humi-
liabuntur sicut omnia, & auferentur, &
sicut summitates spicarum conterētur.
25 ¶Quod si non est ita, quis me potest
arguere esse mentitum, & ponere ante
Deum verba mea?

CAP. XXV.

1 REspōdēs autē Baldad Suhites dixit:
A ¶Potestas & terror apud eū est qui
2 facit concordiam in sublimibus suis.
3 ¶Nunquid est numerus militū eius?
& super quem non *surget lumē illius? *fulget
4 ¶Nūquid iustificari potest homo cō- 12.
paratus Deo, aut apparere mundus na- Sup. 4. c. 17.
5 tus de muliere? ¶Ecce luna etiam non
splendet, & stellæ non sunt mundæ in
6 conspectu eius. ¶Quantò magis homo
putredo & filius hominis vermis?

CAP. XXVI.

1 REspondens autem Iob, dixit:
A ¶Cuius adiutor es? nunquid im-
2 becillis? & sustētas brachium eius qui
3 non est fortis? ¶Cui dedisti cōsilium?
forsitan illi qui non habet sapientiā, &
prudentiam tuā ostendisti plurimam.
4 ¶*Quem docere voluisti? nónne eum *Ant 12.
qui fecit spiramentum?
5 ¶Ecce gigantes gemunt sub aquis, &
B qui habitant cum eis.
6 ¶Nudus est infernus coram illo, &

nullum

nullum est operimentum perditioni.
7 ¶Qui extẽdit Aquilonem sup vacuũ,
& appendit terram super nihilum.
8 ¶Qui ligat aquas in nubibus suis: vt
C non erumpant pariter deorsum.
9 ¶Qui tenet vultum solii sui, & expan
dit super illud nebulam suam.
10 ¶Terminum circundedit aquis, vsq;
dum finiantur lux & tenebræ.
11 ¶Columnę cœli contremiscunt, & pa
12 uent ad nutum eius. ¶In fortitudine il-
lius repente maria congregata sunt, &
prudentia eius percussit superbum.
13 ¶Spiritus eius ornauit cęlos: & obste
tricãte manu eiꝰ, & eductus est coluber
14 tortuosus. ¶Ecce hęc ex parte dicta sunt
viarum eius: & cùm vix parum stillam
sermonis eius audierimus, quis poterit
tonitruũ magnitudinis illius intueri?

CAP. XXVII.

1 ADdiditquoq; Iob, assumens para-
A bolam suam, & dixit:
2 ¶Viuit Deus, (qui abstulit iudicium
meum, & Omnipotens qui ad amaritu
dinem adduxit animam meam.)
3 ¶Quia donec superest halitus in me,
& spiritus Dei in naribus meis,
4 ¶Non loquẽtur labia mea iniquitatẽ,
nec lingua mea meditabitur mẽdaciũ.
5 ¶Absit à me vt iustos vos esse iudicẽ, do
nec deficiã, nõ recedã ab ĩnocẽtia mea.
6 ¶Iustificationẽ meã quam cœpi tene
re, nõ deseram: neq; enim reprehendit
me cor meum in omni vita mea.
7 ¶Sit vt impius inimicus meus, & ad-
B uersarius meus quasi iniquus.
8 ¶Quæ est eñ spes hypocritæ si auarè
rapiat, & non liberet Deus animã eius?
9 ¶Nunquid Deus audiet clamorem
eius, cùm venerit super eum angustia?
10 ¶Aut poterit in omnipotẽte delecta-
ri, & inuocare Deum omni tempore?
11 ¶Docebo vos per manũ Dei quę Om
C nipotens habeat, nec abscondam.
*Vt s. 12 ¶Ecce, vos oẽs nostis, & *quid sine cau
13 sa vana loquimini? ¶Hæc est pars hoĩs
impij apud Deũ, & hæreditas violento-
14 rum, quã ab Omnipotẽte suscipiẽt. ¶Si
multiplicati fuerint filii eius, in gladio
erunt, & nepotes eius nõ saturabuntur
15 pane. ¶Qui reliqui fuerint ex eo, sepeliẽ
tur in interitu, & viduę illiꝰ nõ plorabũt.
16 ¶Si cõportauerit quasi terrã argentũ, &
sicut lutum præparauerit vestimenta,
17 ¶Præparabit quidẽ, sed iustus vestietur
illis: & argentum innocens diuidet.
18 ¶Aedificauit sicut tinea domũ suã,
D & sicut custos fecit vmbraculum.
19 ¶Diues cũ dormierit, nihil secũ au- Psal. 48
feret: apiet oculos suos, & nihil ĩueniet. d. 18.
20 ¶Apprehendet eum quasi aqua inopia,
nocte opprimet eum tempestas.
21 ¶Tollet eũ ventus vrens, & auferet, &
velut turbo rapiet eum de loco suo.
22 ¶*Et mittet super eum, & nõ parcet: *[illegible]
de manu eius fugiens fugiet. 14.
23 ¶Stringet super eũ manus suas, & si-
bilabit super illum, intuẽs locum eius.

CAP. XXVIII.

1 HAbet argẽtum, venarum suarum
A principia: & auro locus est in quo
2 conflatur. ¶Ferrum de terra tollitur: &
lapis solutus calore in æs vertitur.
3 ¶Tempus posuit tenebris, & vniuer-
sorum finem ipse considerat, lapidem
quoque caliginis, & vmbram mortis.
4 ¶Diuidit torrens à populo peregrinã-
te eos quos oblitus est pes egentis homi
5 nis & inuios. ¶Terra de qua oriebatur
panis in loco suo, igni subuersa est.
6 ¶Locus sapphiri lapides eius, & glebę
7 illius aurũ. ¶Semitam ignorauit auis,
B nec intuitus est eam oculus vulturis.
8 ¶Non calcauerunt eam filij institorũ,
nec pertransiuit per eam leæna.
9 ¶Ad silicem extendit manum suam,
subuertit à radicibus montes.
10 ¶In petris riuos excidit, & omne pre-
tiosum vidit oculus eius.
11 ¶Profunda quoq; fluuiorum scruta-
tus est, & abscondita in lucẽ produxit.
12 ¶Sapiẽtia verò vbi inuenitur? & quis Prou. 2.
est locus intelligentiæ? a. 7.
13 ¶Nescit homo pretium eius, nec inue
nitur in terra suauiter viuentium.
14 ¶Abyssus dicit, Non est in me: & ma
C re loquitur, Non est mecum.
15 ¶Nõ dabitur aurũ obrizum pro ea, Prou. 8.
nec appendetur argentum in commu- b. 10.
16 tatione eius. ¶Non cõferetur tinctis In- Sap. 7.
diæ coloribus, nec lapidi sardonycho a. 9.
pretiosissimo vel sapphiro.
17 ¶Non adæquabitur ei aurũ vel vitrũ,
nec commutabuntur pro ea vasa auri.
18 ¶Excelsa & eminentia non memora-
buntur comparatione eius: trahitur au
tem sapientia de occultis.
19 ¶Non adæquabitur ei topazius de
D Æthiopia, nec tincturæ mundissimæ
20 componetur. ¶Vnde ergo sapientia ve-

nit?& quis est locus intelligentiæ?
21 ¶Abscondita est ab oculis omnium
viuentium, volucres quoq; cęli latet.
22 ¶Perditio & mors dixerunt, Auribus
nostris audiuimus famam eius.
23 ¶Deus intelligit viam eius, & ipse no-
uit locum illius.
24 ¶Ipse enim fines mundi intuetur, &
omnia quæ sub cęlo sunt respicit.
25 ¶Qui fecit ventis pondus, & aquas
26 appendit in mensura. ¶Quãdo ponebat
pluuiis legẽ, & viã procellis sonãtibus:
27 ¶Tunc vidit illã, & enarrauit, & præ-
28 parauit & inuestigauit. ¶Et dixit homi-
ni, Ecce timor Dñi, ipsa est sapientia, &
recedere à malo intelligentia.

Prou. 1. a. 7. & 9. b. 10.

C A P. XXIX.

1 ADdidit quoq; Iob, assumens para-
A bolam suam, & dixit:
2 ¶Quis mihi tribuat, vt sim iuxta men
ses pristinos, secundum dies quib⁹ De⁹
3 custodiebat me? ¶Qñ splendebat lucer-
na eius super caput meum, & ad lumẽ
eius ambulabam in tenebris?
4 ¶Sicut fui in diebus adolescẽtiæ meę,
quãdo secretò De⁹ erat in tabernaculo
5 meo? ¶Quando erat Omnipotens me-
cum: & in circuitu meo pueri mei?
6 ¶Qñ lauabam pedes meos butyro &
petra fundebat mihi riuos olei?
7 ¶Qñ procedebã ad portã ciuitatis, &
in platea parabant cathedram mihi?
8 ¶Videbant me iuuenes, & abscende-
B bantur: & senes assurgentes stabant.
9 ¶Principes cessabant loqui, & digitum
superponebant ori suo.
10 ¶Vocem suam cohibebant duces, &
lingua eorum gutturi suo adhęrebat.
11 ¶Auris audiẽs beatificabat me, & ocu
lus videns testimoniũ reddebat mihi.
12 ¶Eò q liberassem pauperem vocife-
rãtem, & pupillũ cui nõ esset adiutor.
13 ¶Benedictio perituri sup me venie-
C bat, & cor viduæ consolatus sum.
14 ¶Iustitia indut⁹ sũ: & vestiui me, sicut
vestimento & diademate iudicio meo:
15 ¶Oculus fui cęco, & pes claudo.
16 ¶Pater eram pauperũ: & causam quã
nesciebã, diligentissimè inuestigabam.
17 ¶Conterebam molas iniqui, & de dẽ-
tibus illius auferebam prædam.
18 ¶Dicebãque, In nidulo meo moriar,
& sicut palma multiplicabo dies.
19 ¶Radix mea aperta est secus aquas, &
ros morabitur in messione mea.
20 ¶Gloria mea semper innouabitur, &
D arcus meus in manu mea instaurabit̃.
21 ¶Qui me audiebãt, expectabãt senten
tiã, & intenti tacebant ad cõsiliũ meũ.
22 ¶Verbis meis addere nihil audebãt,
& super illos stillabat eloquium meũ.
23 ¶Expectabãt me sicut pluuiã, & os suũ
aperiebant quasi ad imbrẽ serotinum.
24 ¶Si qñ ridebã ad eos, nõ credebãt. &
lux vultus mei non cadebat in terram.
25 ¶Si voluissem ire ad eos, sedebã pri-
mus: cũq; sederẽ quasi rex circunstante
exercitu, eram tñ mœrentiũ cõsolator.

C A P. XXX.

1 NVnc autem derident me iuniores
A tpe, quorum non dignabar patres
ponere cum canibus gregis mei:
2 ¶Quorum virtus manuum mihi erat
p nihilo, & vita ipsa putabant̃ indigni.
3 ¶Egestate & fame steriles, qui rodebãt
in solitudine, squallẽtes calamitate &
4 miseria. ¶Et mandebant herbas, & ar-
borum cortices, & radix iuniperorum
5 erat cibus eorum. ¶Qui de conuallibus
ista rapiẽtes, cùm singula repperissent,
ad ea cum clamore currebant.
6 ¶In desertis habitabant torrentium,
B & in cauernis terræ, vel super glaream.
7 ¶Qui inter huiuscemodi lætabant̃, &
esse sub sentibus delicias computãbãt.
8 ¶Filij stultorum & ignobilium, & in
terra penitus non parentes.
9 ¶Nunc in eorum canticũ versus sum,
& factus sum eis in prouerbium.
10 ¶Abominant̃ me, & longè fugiunt à
me, & faciẽ meã conspuere non verent̃.
11 ¶Pharetrã enim suam aperuit, & af-
flixit me, & frenum posuit in os meũ.
12 ¶Ad dexterã oriẽtis calamitatis meæ
ilicò surrexerunt: pedes meos subuerte-
runt, & oppresserũt quasi fluctibus, se-
13 mitis suis. ¶Dissipauerunt itinera mea,
insidiati sunt mihi: & præualuerunt: &
14 non fuit qui ferret auxilium. ¶Quasi
rupto muro, & aperta ianua irruerũt sup
me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
15 ¶Redactus sum in nihilum: abstulit
C quasi ventus desiderium meum, & ve-
lut nubes pertransijt salus mea.
16 ¶Nunc autẽ in memetipso marcescit
aĩa mea, & possident me dies afflictio-
17 nis. ¶Nocte os meũ perforatur dolori-
bus: & qui me comedunt, nõ dormiũt.
18 ¶In multitudine eorum consumitur
vestimentum meum, & quasi capitio

tunicæ succinxerunt me.
19 ¶ Comparatus sum luto, & assimila-
tus sum fauillę & cineri.
20 ¶ Clamo ad te, & non exaudis me: (Sup. 19. a. 7.)
sto, & non respicis me.
21 ¶ Mutatus es mihi in crudelem, & in
duritia manus tuæ aduersaris mihi.
22 ¶ Eleuasti me, & quasi super ventum
ponens elisisti me validè.
23 ¶ Scio quia morti trades me, vbi con-
D stituta est domus omni viuenti.
24 ¶ Veruntamen non ad consumptio-
nem meam emittis manum tuam: & si
corruerint, ipse saluabis.
25 ¶ Flebam quondam super eo qui af-
flictus erat, & cōpatiebatur anima mea
26 pauperi. ¶ Expectabam bona, & vene-
runt mihi mala: præstolabar lucem, &
eruperunt tenebræ.
27 ¶ Interiora mea efferbuerūt absq; vl-
la requie, ꝓuenerunt me dies afflictionis.
28 ¶ Mœrens incedebā sine furore, con-
surgens in tuba clamabam.
29 ¶ Frater fui draconū, & socius stru-
30 thionum: ¶ Cutis mea denigrata est sup
me, & ossa mea aruerunt præ caumate.
31 ¶ Versa est in luctum cithara mea, &
organum meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

1 A Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne
cogitarem quidem de virgine.
2 ¶ Quam enim partem haberet in me
Deus desuper, & hæreditatem Omni-
potens de excelsis?
3 ¶ Nunquid non perditio est iniquo, &
alienatio operantibus iniustitiam? (Prou. 5. d. 21. Inf. 34. d. 21.)
4 ¶ Nonne ipse considerat vias meas, &
cunctos gressus meos dinumerat?
5 ¶ Si ambulaui in vanitate, & festinauit
6 in dolo pes meus. ¶ Appēdat me in statē
ra iusta, & sciat Deus simplicitatē meā.
7 ¶ Si declinauit gressus meus de via, &
si *secutus est oculus meus cor meum, (*secutū est oculos meos.)
& si in manibus meis adhæsit macula:
8 ¶ Seram, & alius comedat: & ꝓgenies
9 mea eradicetur. ¶ Si deceptū est cor meū
super muliere, & si ad ostium amici mei
10 insidiatus sum: ¶ Scortū alterius sit vxor
B mea, & sup illā incuruentur alij. ¶ Hoc
11 enim nefas est, & iniquitas maxima.
12 ¶ Ignis est vsque ad perditionem de-
uorans, & omnia eradicans genimina.
13 ¶ Si cōtempsi subire iudiciū cū seruo
meo, & ancilla mea, cùm disceptarent
14 aduersum me. ¶ Quid enim faciā cùm
surrexerit ad iudicādum Deus? & cùm
quęsierit, quid respondebo illi?
15 ¶ Nunquid nō in vtero fecit me, q &
illū operatus est: & formauit me ī vulua
16 vnus? ¶ Si negaui, quod volebāt paupe-
ribus, & oculos viduæ expectare feci.
17 ¶ Si comedi buccellam meam solus,
& non comedit pupillus ex ea?
18 ¶ (Quia ab infantia mea creuit mecū
miseratio: & de vtero matris meę egres-
19 sa est mecum.) ¶ Si despexi pereuntem,
eò ꝙ non habuerit indumētum, & abs-
que operimento pauperem?
20 ¶ Si non benedixerunt mihi latera e-
C ius, & de velleribus ouium mearū ca-
lefactus est?
21 ¶ Si leuaui super pupillum manum
meam, etiam cùm viderem me in por-
ta superiorem?
22 ¶ Humerus meus à iunctura sua ca-
dat, & brachium meum cum suis ossi-
bus confringatur.
23 ¶ Semper enim quasi tumentes super
me fluctus timui Deum, & pōdus eius
24 ferre non potui. ¶ Si putaui aurum ro-
bur meū: & obrizo dixi: Fiducia mea.
25 ¶ Si lętatus sum super multis diuitiis
meis, & qa plurima repperit manus mea?
26 ¶ Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lu-
nam incedentem clarè:
27 ¶ Et lętatū est in abscōdito cor meū,
& osculatus sum manū meā ore meo.
28 ¶ Quæ est iniquitas maxima, & nega-
tio contra Deum altissimum?
29 ¶ Si gauisus sū ad ruinā eius q me ode-
rat: & exultaui ꝙ inuenisset eū malū?
30 ¶ Non enim dedi ad peccādū guttur
D meū, vt expeterē maledicēs animā eius.
31 ¶ Si nō dixerūt viri tabernaculi mei,
Quis det de carnibus eius, vt saturemur?
32 ¶ Foris non mansit peregrinus, ostium
meum viatori patuit.
33 ¶ Si abscondi quasi homo pctm̄ meū,
& celaui in sinu meo iniquitatē meam?
34 ¶ Si expaui ad multitudinē nimiam, &
despectio ꝓpinquorū terruit me: & nō
magis tacui, nec egressus sum ostium?
35 ¶ Quis mihi tribuat auditorē, vt desi-
derium meum audiat Omnipotens: &
librum scribat ipse qui iudicat?
36 ¶ Vt in humero meo portē illum, &
circūdem illum quasi coronam mihi?
37 ¶ Per singulos gradus meos ꝓnūtiabo
illum, & quasi principi offeram eum.
38 ¶ Si aduersum me terra mea clamat,

& cum ipsa sulci eius deflent?
39 ¶ Si fructus eius comedi absq; pecu-
nia, & animam agricolarũ eius afflixi:
40 ¶ Pro frumento oriatur mihi tribu-
lus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

CAP. XXXII.

1 OMiserunt autẽ tres viri isti rñdere
A Iob, eò ꝙ iustus sibi videretur. ¶Et
2 iratus, indignatusq; est Eliu filius Ba-
rachel Buzites, de cognatione Rã: iratus
est aũt aduersum Iob, eò ꝙ iustũ se esse
3 diceret coram Deo. ¶ Porrò aduersum
amicos eius indignatus est, eò ꝙ nõ in-
uenissent rñsionẽ rationabilem, sed tã-
tummodo condemnassent Iob.
4 ¶Igitur Eliu expectauit Iob loquẽtem:
eò ꝙ seniores *essent qui loquebantur.
5 ¶ Cùm aũt vidisset quod tres rñdere
B non potuissent, iratus est vehementer.
6 ¶ Respondensq; Eliu filius Barachel
Buzites, dixit:
Iunior sum tpe, vos autem antiquio-
res: idcirco demisso capite veritus sum
vobis indicare meam sententiam.
7 ¶Sperabam enim ꝙ ętas prolixior lo-
queretur, & annorum multitudo doce
8 ret sapientiam. ¶Sed vt video, Spiritus
est in hominibus, & inspiratio Omni-
potentis dat intelligentiam.
9 ¶Non sunt longæui sapientes, nec se-
C nes intelligunt iudicium.
10 ¶ Ideo dicam, audite me, ostendam
vobis etiam ego meam sapientiam.
11 ¶Expectaui enim sermones vr̃os, au-
diui prudentiam vestram, donec disce-
12 ptaremini sermonib⁹: ¶Et donec puta-
bã vos aliqd dicere, considerabã: sed vt
video, non est qui possit arguere Iob, &
respondere ex vobis sermonibus eius.
13 ¶Ne fortè dicatis, Inuenimus sapien-
tiam, Deus proiecit eum, non homo.
14 ¶ Nihil locutus est mihi, & ego non
D ſm sermones vestros respondebo illi.
15 ¶Extimuerunt, nec rñderunt vltrà,
abstuleruntq; à se eloquia.
16 ¶ Qm̃ igitur expectaui, & nõ sunt lo-
cuti: steterunt, nec vltrà responderunt.
17 ¶Respondebo & ego partem meam,
& ostendam scientiam meam.
18 ¶Plenus sum enim sermonib⁹, & co-
arctat me spiritus vteri mei.
19 ¶En vẽter me⁹ *quasi mustũ absq; spi-
raculo, qd̃ lagũculas nouas disrumpit.
20 ¶Loquar & respirabo paululũ: aperiã
21 labia mea, & rñdebo. ¶Nõ accipiã ꝑso-
nã viri, & Deum homini non æquabo.
22 ¶Nescio enim quandiu subsistam, &
si post modicum tollat me factor me⁹.

CAP. XXXIII.

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & oẽs
A sermones meos ausculta.
2 ¶ Ecce, aperui os meum, *loquatur *loquetur.
lingua mea in faucibus meis.
3 ¶Simplici corde meo sermones mei,
& *sententiã puram labia mea loquent. *scientiã
4 ¶Spiritus Dei fecit me, & spiraculum
Omnipotentis viuificauit me.
5 ¶ Si potes rñde mihi, & aduersus fa-
6 ciem meam consiste. ¶Ecce, & me sicut
& te fecit Deus, & de eodem luto ego
quoque formatus sum.
7 ¶Veruntñ miraculum meum non te
terreat, & *eloquentia mea non sit tibi *eloquiũ meũ non sit tibi graue.
8 grauis. ¶ Dixisti ergo in auribus meis,
& vocem verborum tuorum audiui.
9 ¶Mundus sum ego, & absq; delicto:
immaculatus, & nõ est iniquitas ĩ me.
10 ¶ Quia querelas in me repperit: ideo
B arbitratus est me inimicum sibi.
11 ¶ Posuit in neruo pedes meos, custo-
12 diuit oẽs semitas meas. ¶Hoc est ergo
in quo non es iustificatus. rñdebo tibi,
13 quia maior sit Deus hoĩe. ¶Aduersus
eum contendis, ꝙ non ad omnia verba
14 rñderit tibi? ¶ Semel loquitur Deus,
& secundò idipsum non repetit.
15 ¶ Per somnium in visione nocturna,
quando irruit sopor super homines, &
dormiunt in lectulo:
16 ¶ Tunc aperit aures virorum, & eru-
C diens eos instruit disciplina.
17 ¶Vt auertat hominem ab his quę *fe- *facit.
cit & liberet eum de superbia.
18 ¶Eruens animam eius à corruptione:
& vitã illius, vt non transeat in gladiũ.
19 ¶ Increpat quoq; ꝑ dolorẽ in lectulo,
& omnia ossa eius marcescere facit.
20 ¶ Abominabilis ei fit in vita sua pa-
nis, & aĩę illius cib⁹ ante desiderabilis.
21 ¶Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta
fuerant, nudabuntur.
22 ¶Appropinquauit corruptioni anima
eius, & vita illius mortiferis.
23 ¶ Si fuerit ꝓ eo angel⁹ loquens *vnus *vnum
de millib⁹, vt annuntiet hoĩs ęquitatẽ:
24 ¶Miserebitur eius, & dicet: Libera eum,
vt non descendat in corruptionẽ: inue-
ni in quo ei propitier.

25 ꝰCõsumpta est caro eius à supplicijs,
reuertatur ad dies adolescentiæ suę.
26 ꝰDeprecabitur Deũ, & placabilis ei
erit: & videbit faciem eius in iubilo, &
D reddet homini iustitiam suam.
27 ꝰRespiciet hoies, & dicet, Peccaui, &
verè deliq, & vt erá dignus, nõ recepi.
28 Liberauit animam suam ne pergeret
in interitum, sed viuens lucem videret.
29 ꝰEcce hæc omnia operatur Deus tribus
vicibus per singulos.
30 ꝰVt reuocet animas eorum à corruptione,
& illuminet luce viuentium.
31 ꝰAttende Iob, & audi me: & tace, dũ
ego loquor.
32 ꝰSi auté habes quod loquaris, respon
de mihi, loquere: volo enim te appare-
33 re iustum. ꝰQuòd si non habes, audi
me: tace, & docebo te sapientiam.

CAP. XXXIIII.

1 PRonuntians itaque Eliu, etiam hęc
A locutus est. ꝰAudite sapiétes verba
2 mea, & eruditi auscultate me.
3 ꝰ[Sup.12. b.11.] Auris enim verba probat, & guttur
escas gustu diiudicat.
4 ꝰIudicium eligamus nobis, & inter
nos videamus quid sit melius.
5 ꝰQuia dixit Iob, Iustus sum, & Deus
subuertit iudicium meum.
6 ꝰIn iudicãdo enim me mendaciũ est
violéta sagitta mea absq; vllo peccato.
7 ꝰQuis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem
quasi aquam.
8 ꝰQui graditur cum operátibus iniq-
tatem, & ambulat cum viris impijs?
9 ꝰDixit enim, Non placebit vir Deo,
etiam si cucurrerit cum eo.
10 ꝰIdeo viri cordati audite me, absit à
Deo impietas, & ab Oĩpotente iniqtas.
11 ꝰOpus eni hominis reddet ei, & iux-
B ta vias singulorum restituet eis.
12 ꝰVerè enim Deus nõ condénabit fru
strà, nec Oĩpotens subuertet iudicium.
13 ꝰQuem cõstituit alium super terrá?
aut quem posuit super orbem qué fabri
14 catus est? ꝰSi direxerit ad eum cor suũ,
spiritum illius & flatum ad se trahet.
15 ꝰDeficiet omnis caro simul, & homo
in cinerem reuertetur.
16 ꝰSi habes ergo intellectum, audi qđ
dicitur, & ausculta vocem eloquij mei.
17 ꝰNunquid qui non amat iudicium,
sanari potest? & quomodo tu eũ qui iu
18 stus est in tantum condemnas? ꝰQui di
cit regi apostata, q vocas duces impios.

19 ꝰQui nõ accipit personas principũ
nec cognouit tyrannum, cùm discepta
ret contra pauperem: opus enim manuum
eius sunt vniuersi.
20 ꝰSubitò morientur, & in media no-
cte turbabũtur populi, & pertransibũt
& auferent violentum absq; manu.
21 ꝰOculi enim eius super vias hominũ
C & omnes gressus eorum considerat.
22 ꝰNon sunt tenebrę, & nõ est vmbra
mortis, vt abscondantur ibi qui operá-
23 tur iniquitaté. ꝰNeq; enim vltrà in ho-
minis potestate est, vt veniat ad Deũ in
24 iudicium. ꝰConteret multos, innumerabiles,
& stare faciet alios pro eis.
25 ꝰNouit enim opera eorum: & idcir-
co inducet noctem, & conterentur.
26 ꝰQuasi impios percussit eos in loco vi
27 dentium. ꝰQui quasi de industria reces
serunt ab eo, & oés vias eius intelligere
28 noluerunt. ꝰVt peruenire facerét ad eũ
clamoré egeni, & audiret vocem pau-
29 perum. ꝰIpso enim concedente pacem,
D quis est qui condemnet? ex quo abscon
derit vultum, quis est qui contemplet
eum & super gentes & super oés hoies?
30 ꝰQui regnare facit hominem hypocritam
propter peccata populi.
31 ꝰQuia ergo ego locutus sum ad Deũ,
te quoque non prohibebo.
32 ꝰSi erraui tu doce me: si iniquitatem
locutus sum, vltra non addam.
33 ꝰNunquid à te Deus expetit eá, qa di
splicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, &
non ego, qđ si quid nosti melius loque
34 re. ꝰViri intelligétes loquantur mihi, &
vir sapiens audiat me.
35 ꝰIob autem stultè locutus est, & verba
illius non sonant disciplinam.
36 ꝰPater mi, probetur Iob vsque ad finem:
ne desinas ab homine iniquitatis.
37 ꝰQui addit sup peccata sub blasphe-
miam: inter nos interim cõstringatur,
& tunc *ad iudicium prouocet sermoni
bus suis Deum[a].

[Deu. 10. 17. Par. 19. 7. Iob 6. b. 8. Eccl. 35. b. 16. Rom. 2. b. 11. Gal. 2. b. Ephe. 6. b. 9. Colo. 3. d. 25. Act. 10. e. 34. 1. Pet. 1. c. 17. Supr. 13. a. 4. Prou. 5. d. 21.]

[*Quia 6. a multiplices e a monessas ad Deum i.]

CAP. XXXV.

1 IGitur Eliu hęc rursum locutus est:
A Nunquid æqua tibi videtur tua co
2 gitatio, vt diceres: Iustior sum Deo?
3 ꝰDixisti enim: Non tibi placet quod
rectum est: vel quid tibi proderit, si ego
4 peccauero? ꝰItaq; ego respondebo sermonibus
tuis, & amicis tuis tecum.
5 ꝰSuspice cælum & intuere, & contéplare
æthera quod altior te sit.

15 mirabilia Dei. ¶Nunquid scis qñ præce-
pit Deus pluuiis, vt ostéderent lucé nu
16 bium eius? ¶Nunquid nosti semitas nu
bium magnas, & perfectas scientias?
17 ¶Nonne vestimenta tua calida sunt
cum perflata fuerit terra Austro?
18 ¶Tu forsitan cum eo fabricatus es cę
D los, qui solidissimi quasi ære fusi *sunt.
19 ¶Ostende nobis qd dicamus illi: nos
quippe inuoluimur tenebris.
20 ¶Quis narrabit ei quæ loquor? etiã si
locutus fuerit homo deuorabitur.
21 ¶At nunc nõ vident lucé: subitò aër
cogetur in nubes, & ventus transiés fuga
22 bit eas. ¶Ab Aqlone aurum venit, & ad
23 Deũ formidolosa laudatio. ¶Dignè eũ
inuenire nõ possum⁹: magn⁹ fortitudine
& iudicio, & iustitia, & enarrari nõ põt
24 ¶Ideo timebunt eum viri, & non au-
debunt contemplari omnes qui sibi vi-
dentur esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

1 A RESpondens autem Dñs Iob de tur-
bine, dixit: ¶Quis est iste inuolués
2 sententias sermonibus imperitis?
3 ¶Accinge sicut vir lumbos tuos, inter
rogabo te, & responde mihi.
4 ¶Vbi eras qñ ponebam fundamenta
terræ? indica mihi, si habes intelligétiã.
5 ¶Quis posuit mensuras eius si nosti?
vel quis tetendit super eam lineam?
6 ¶Sup quo bases illius solidatæ sunt?
aut quis demisit lapidé angularé eius?
7 ¶Cùm me laudarent simul astra ma
tutina: & iubilarent omnes filij Dei?
8 ¶Quis conclusit ostiis mare, qũ erum
pebat quasi de vulua procedens.
9 ¶Cũ ponerem nubem vestimentũ eius,
& caligine illud quasi pannis infantię
10 obuoluerem? ¶Circũdedi illud terminis
11 meis, & posui vectem & ostia. ¶Et dixi,
Vsq; huc venies, & nõ pcedés amplius,
B & hîc confringes tumentes fluct⁹ tuos.
12 ¶Nunquid post ortũ tuũ præcepisti
diluculo, & ostédisti auroræ locũ suũ?
13 ¶Et tenuisti concutiés extrema terrę,
& *excussisti impios ex ea?
14 ¶Restituetur vt lutum signaculũ, &
stabit sicut vestimentum.
15 ¶Auferetur ab impiis lux sua, & bra
chium excelsum confringetur.
16 ¶Nunquid ingressus es profunda ma
ris, & in nouissimis abyssi deambulasti?
17 ¶Nũquid apertę sunt tibi portę mor-
tis & ostia tenebrosa vidisti?

*exclusisti 3.

18 ¶Nunquid cõsiderasti *latitudinem
19 terrę? indica mihi, si nosti oĩa. ¶In qua
via lux habitet, & tenebrarũ quis locus
20 sit, ¶Vt ducas vnũquodq; ad terminos
21 suos & itelligas semitas dom⁹ ei⁹, ¶Scie-
C bas tunc quod nasciturus esses? & nume
rum dierum tuorum noueras?
22 ¶Nunquid ingressus es thesauros ni-
uis, aut thesauros grandinis aspexisti?
23 ¶Quæ pręparaui in tempus hostis, in
diem pugnæ & belli?
24 ¶Per quam viam spargitur lux, diui-
uiditur æstus super terram?
25 ¶Quis dedit vehementissimo imbri
26 cursum, & viã sonãtis tonitrui, ¶Vt plue
ret super terram, absq; homine in deser
to, vbi nullus mortaliũ commoratur.
27 ¶Vt impleret inuiã & desolatam, &
28 pduceret herbas virentes? ¶Quis est plu
uiæ pater? vel quis genuit stillas roris?
29 ¶De cuius vtero egressa est glacies? &
gelu de cęlo quis genuit?
30 ¶In similitudiné lapidis aquę duran
D tur, & superficies abyssi constringitur.
31 ¶Nunquid coniungere valebis micã
tes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi
poteris dissipare?
32 ¶Nunquid producis Luciferum in té
pore suo, & vesperum super filios terrę
consurgere facis?
33 ¶Nunquid nosti ordinem cęli, & po-
nes rationem eius in terra?
34 ¶Nunquid eleuabis in nebula vocé
tuam, & impetus aquarum operiet te?
35 ¶Nunquid mittes fulgura, & ibũt, &
reuertentia dicent tibi, Adsumus?
36 ¶Quis posuit in visceribus hoïs sapié
tiã? vel quis dedit gallo intelligentiam?
37 ¶Quis enarrabit cęlorum rationé, &
concentum cęli quis dormire faciet?
38 ¶Qñ fundabatur puluis in terra, &
glebæ compingebantur?

CAP. XXIX.

1 A NVnq̃d capies leęnæ pdã, & aĩam
catulorũ eius implebis, ¶Qñ cubãt
2 in antris, & in specubus insidiantur.
3 ¶Quis præparat coruo escam suam,
quando pulli eius clamant ad Deũ, va-
gantes, eò q non habeant cibos?
4 Nunquid nosti tempus partus ibicũ
in petris? vel parturientes ceruas ob-
5 seruasti? ¶Dinumerasti méses cõceptus
earum, & scisti tempus partus earum?
6 ¶Incuruantur ad fętum, & pariunt.
& rugitus emittunt.

*latitudines 1.

†Psal. 146. b 9.

7 ¶Separant͂ filij earũ, & pergũt ad pa
stũ: egrediũtur, & nõ reuertunt͂ ad eas.
8 ¶Quis dimisit onagrum liberum, &
vincula eius quis soluit?
9 ¶Cui dedi in solitudine domum, &
tabernacula eius in terra salsuginis?
10 ¶Contemnit multitudinẽ ciuitatis,
B clamorem exactoris non audit.
11 ¶Circunspicit montes pascuæ suæ, &
virentia quæq; perquirit.
12 ¶Nunquid volet rhinoceros seruire
tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?
13 ¶Nunquid alligabis rhinocerota ad
arandũ loro tuo? aut confringet glebas
14 vallium post te? ¶Nũquid fiduciam ha
bebis in magna fortitudine ei⁹, & dere
linques ei labores tuos?
15 ¶Nunquid credes illi qm̃ sementem
reddat tibi, & aream tuam congreget?
16 ¶Penna struthionis similis est pẽnis
herodij, & accipitris.
17 ¶Quando derelinquit oua sua in ter
ra, tu forsitan in puluere calefacies ea?
18 ¶Obliuiscitur ꝙ pes conculcet ea, aut
bestia agri conterat.
19 ¶Duratur ad filios suos quasi nõ sint
C sui, frustrà laborauit nullo timore cogẽ
20 te. ¶Priuauit enim eam Deus sapientia,
nec dedit illi intelligentiam.
21 ¶Cũ tempus fuerit, in altum alas eri-
git: deridet equum & ascensorem eius.
22 ¶Nũquid præbebis equo fortitudinẽ,
aut circundabis collo eius hinnitum?
23 ¶Nũquid suscitabis eum quasi locu-
stas? gloria narium eius terror.
24 ¶Terram vngula fodit, exultat auda
cter, in occursum pergit armatis.
25 Contemnit pauorẽ, nec cedit gladio.
26 ¶Sup ipsum sonabit pharetra, vibra-
bit hasta & clypeus.
27 ¶Feruens, & fremens sorbet terrã, nec
reputat tubæ sonare clangorem,
28 ¶Vbi audierit buccinam, dicit, Vah.
procul adoratur bellum, exhortationẽ
ducum & vlulatum exercitus.
29 ¶Nunquid ꝑ sapientiã tuã plumescit
D accipiter, expãdẽs alas suas ad Austrũ?
30 ¶Nunqd ad præceptũ tuum eleuabi
tur aquila, & in arduis ponet nidũ suũ?
31 ¶In petris manet, & in præruptis silici
bus cõmoratur, atq; inaccessis rupibus.
32 ¶Inde contemplatur escã, & delonge
oculi eius prospiciunt.
33 ¶Pulli eius lambent sanguinem: &
vbicunq; cadauer fuerit, statim adest.
34 ¶Et adiecit Dñs, & locut⁹ est ad Iob,
35 ¶Nunquid qui contẽdit cum Deo, tam
facilè cõquiescit? vtiq; qui arguit Deũ,
debet respondere ei.
36 Rñdẽs aũt Iob Dño, dixit, ¶Qui leui-
37 ter locutus sum, rñdere quid possum?
manum meam ponam super os meũ.
38 ¶Vnũ locutus sum, quod vtinã nõ di
xissem: & alterũ, quibus vltrà nõ addã.

CAP. XL.

1 Respondens aũt Dñs Iob de turbi-
A ne, dixit, ¶Accinge sicut vir lũbos
2 tuos, interrogabo te, & indica mihi.
3 ¶Nunquid irritũ facies iudiciũ meũ,
& condemnabis me, vt tu iustificeris?
4 ¶Et si habes brachiũ sicut Deus, & si
5 voce simili tonas? ¶Circũda tibi decõrẽ,
& in sublime erigere, & esto gloriosus,
& speciosis induere vestibus.
6 ¶Disperge superbos in furore tuo, &
respiciens omnem arrogantẽ humilia.
7 ¶Respice cunctos superbos, & cõfun-
B de eos, & contere impios loco suo.
8 ¶Absconde eos in puluere simul, &
facies eorum demerge in foueam.
9 ¶Et ego cõfitebor quòd saluare te pos
sit dextera tua.
10 ¶Ecce, Behemoth quem feci tecum,
fœnum quasi bos comedet.
11 ¶Fortitudo eius in lumbis eius, & vir
tus illius in vmbilico ventris eius.
12 ¶Stringit caudam suam quasi cedrũ,
nerui testiculorum eius perplexi sunt.
13 ¶Ossa eius velut fistulæ æris, cartila-
go illius quasi laminæ ferreæ.
14 ¶Ipse est principium viarum Dei qui
C fecit eum, applicabit gladium eius.
15 ¶Huic montes herbas ferunt: omnes
bestiæ agri ludent ibi.
16 ¶Sub vmbra dormit in secreto cala-
mi & in locis humentibus.
17 ¶Protegunt vmbræ vmbram eius, cir
cundabunt eum salices torrentis.
18 ¶Ecce, absorbebit fluuiũ, & nõ mira-
bitur: & habet fiduciam quòd influat
19 Iordanis in os eius, ¶In oculis eius qua-
si hamo capiet eũ, & in sudibus ꝑfora-
20 bit nares ei⁹. ¶An extrahere poteris leuia
than hamo, & fune ligabis linguã ei⁹?
21 ¶Nũqd pones circulũ in naribus ei⁹.
aut armilla ꝑforabis maxillam eius?
22 ¶Nũquid multiplicabit ad te preces,
D aut loquetur tibi mollia?
23 ¶Nunquid feriet tecum pactum, &
accipies eum seruum sempiternum?

24 ¶Nũqđ illudes ei quasi aui, aut liga
25 bis eũ ancillis tuis? ¶Cócĩdẽt eũ amici,
26 diuidẽt illũ negotiatores? ¶Nunqđ im-
plebis sagenas pelle ei⁹, & gurgustiũ pi-
27 sciũ capite illius? ¶Pone sup eũ manũ
tuã: meméto belli, nec vltrà addas loq.
28 Ecce, spes eius frustrabitur eũ, & vi-
dentibus cunctis præcipitabitur.

CAP. XLI.

1 NOn quasi crudelis suscitabo eũ: qs
A enim resistere potest vultui meo?
2 ¶Quis antè dedit mihi, vt reddã ei? oĩa
3 quæ sub cęlo sunt, mea sunt. ¶Non par-
cam ei, & verbis potẽtibus, & ad depre-
4 candum compositis. ¶Quis reuelabit fa
ciem indumenti eius? & mediũ oris ei⁹
5 qs intrabit? ¶Portas vultus eius qs ape-
riet? per gyrum dentium eius formido.
6 ¶Corpus illius quasi scuta fusilia, cõpa
cta squámis se prementibus.
7 ¶Vna vni coniungitur, & ne spiracu-
lum quidem incedit per eas:
8 ¶Vna alteri adhęrebit, & tenentes se
9 nequaquam separabuntur. ¶Sternutatio
B eius splendor ignis, & oculi eius vt pal
10 pebræ diluculi. ¶De ore eius lampades
procedunt sicut tędę ignis accensę.
11 ¶De naribus eius pcedit fumus sicut
ollę succensæ atq; feruentis.
12 ¶Halitus eius prunas ardere facit, &
flamma de ore eius egreditur.
13 ¶In collo eius morabit̃ fortitudo, &
faciem eius pręcedit egestas.
14 ¶Mẽbra carniũ eius cohęrentia sibi:
C mittet contra eũ flumina, & ad locum
15 aliũ non ferentur. ¶Cor eius indurabi-
tur tanq̃ lapis, & stringetur quasi mal-
16 leatoris incus. ¶Cũ sublatus fuerit, time
bunt Angeli, & territi purgabuntur.
17 ¶Cũ apprehenderit eum gladius, sub
sistere non poterit neq; hasta, neq; tho-
18 rax: ¶Reputabit enim quasi paleas fer-
19 rũ, & quasi lignũ putridũ, ęs. ¶Non fu-
gabit eũ vir sagittarius, in stipulam ver
20 si sunt ei lapides fundę. ¶Quasi stipulã
D æstimabit malleum, & deridebit vibrã-
21 tem hastam. ¶Sub ipso erunt radij solis,
& sternet sibi aurum quasi lutum.
22 ¶Feruescere faciet quasi ollã, profun
dum mare: & ponet quasi cũ vnguenta
23 bulliunt. ¶Post eũ lucebit semita, ęsti-
mabit abyssum quasi senescentem.
24 ¶Non est sup terrã potestas, quę cõpa
retur ei, q̃ factus est vt nullum timeret.
25 ¶Oẽ sublime videt, ipse est rex super
vniuersos filios superbię.

CAP. XLII.

1 R¶Espondens aut Iob Dño, dixit.
2 ¶Scio quia omnia potes, & nulla te
A latet cogitatio.
3 ¶Quis est iste q̃ celat cõsilium absq;
scientia? ideo insipiẽter locutus sum, &
quę vltra modum excederent sciẽtiam
4 meam. ¶Audi, & ego loquar: interroga-
bo te, & ostende mihi.
5 ¶Auditu auris audiui te, nũc aute m
oculus meus videt te.
6 ¶Idcirco ipse me reprehendo, & ago
B pœnitentiam in fauilla & cinere.
7 ¶Postq̃ aũt locutus est Dñs verba hęc
ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem,
Iratus est furor meus in te, & in duos
amicos tuos, qm̃ non estis locuti corã
me rectum, sicut seruus meus Iob.
8 ¶Sumite ergo vobis septem tauros &
septem arietes, & ite ad seruũ meũ Iob,
& offerte holocaustũ p vobis: Iob aũt
seruus meus orabit pro vobis: faciem
eius suscipiam, vt non vobis imputetur
stultitia: neq; enim locuti estis ad me corã me
recta sicut seruus meus Iob. rectum
9 ¶Abierũt ergo Eliphaz Themanites,
C & Baldad Suhites, & Sophar Naamathi
tes: & fecerunt sicut locutus fuerat Dñs
ad eos, & suscepit Dñs faciem Iob.
10 ¶Dñs quoq; cõuersus est ad pœniten
tiam Iob, cũ oraret ille pro amicis suis.
Et addidit Dñs oĩa quæcunq; fuerant
11 Iob, duplicia. ¶Venerunt aũt ad eũ oẽs
fratres sui, & vniuersæ sorores suę, & cũ
cti qui nouerant eũ prius: & comederũt
cũ eo panem in domo eius: & mouerũt
super eum caput, & consolati sunt eum
super oĩ malo quod intulerat Dñs su-
per eũ. Et dederũt ei vnusquisq; ouem
D vnam, & inaurem auream vnam.
12 ¶Dñs aũt bñdixit nouissimis Iob ma
gis q̃ principio eius. Et facta sunt ei qua
tuordecim millia ouiũ, & sex millia came
lorũ, & mille iuga boũ, & mille asinæ.
13 ¶Et fuerunt ei septẽ filij, & tres filiæ.
14 ¶Et vocauit nomen vnius Diẽ, & no-
men secundę Cassiam, & nomen tertię
15 Cornustibij. ¶Non sunt aũt inuẽtæ mu
lieres speciosę sicut filiæ Iob in vniuer
sa terra: deditq; eis pater suus hęredita-
16 tem inter fratres earum. ¶Vixit aũt Iob
post hęc, centum quadraginta annis, &
vidit filios suos, & filios filiorum suo-
rum, vsq; ad quartam generationẽ, &
mortuus est senex: & plenus dierum.

LIBER PSALMORVM.

1
A EATVS vir qui non
abiit in consilio im
piorũ, & in via pec-
catorum non stetit,
& in cathedra pesti-
lentię non sedit.
2 ¶Sed in lege Dñi
voluntas eius: & in
lege eius meditabitur die ac nocte.
3 ¶‖Et erit tanq̃ lignum quod planta-
tum est secus decursus aquarum: quod
fructum suum dabit in tempore suo.
Et folium eius nõ defluet: & omnia
quęcunq; faciet: prosperabuntur
4 Non sic impij, non sic: sed tanq̃ pul-
B uis quem proiicit ventus à facie terrę.
5 ¶Ideo non resurgũt impij in iudicio:
neq; peccatores in consilio iustorum.
6 Quoniam nouit Dominus viam iu-
storum: & iter impiorum peribit.

Ios.1.b.8

‖Iere.17.b.8.

PSAL. II.

1
A ‖QVare fremuerunt Gẽtes & popu-
li meditati sunt inania?
2 ¶Astiterũt reges terrę, & prin
cipes conuenerunt in vnum aduersus
Dñm & aduersus CHRISTVM eius.
3 ¶Dirumpamus vincula eorũ: & pro-
iiciamus à nobis iugum ipsorum.
4 ¶Qui habitat in cęlis irridebit eos: &
Dominus subsannabit eos.
5 ¶Tunc loquetur ad eos in ira sua: &
B in furore suo conturbabit eos.
6 ¶Ego autem cõstitutus sum rex ab eo
super Sion montem sanctum eius: præ
dicans pręceptum eius.
7 ¶‖Dominus dixit ad me, Filius meus
es tu, ego hodie genui te.
8 Postula à me, & dabo tibi Gentes hæ
reditatem tuam, & possessionem tuam
C terminos terrę.
9 ¶‖Reges eos in virga ferrea: & tanq̃
vas figuli confringes eos.
10 ¶Et nunc reges intelligite: erudimini
qui iudicatis terram.
11 ¶Seruite Domino in timore: & exulta
te ei cum tremore.
12 ¶Apprehendite disciplinam, neqñ
irascatur Dñs: & pereatis de via iusta.
13 ¶Cũ exarserit in breui ira eius, beati
omnes qui confidunt in eo.

‖Acto.4.d.25.

Acto.13.e.33.
Heb.1.b.5.& 5.b.5

‖Apoc.2.g.27. & 19.c.15.

1 *Psalmus David cùm fugeret à facie Absalõ filij sui. 2.Reg.15.c.14.* III.

2
A DOmine quid multiplicati sunt q
tribulant me? multi insurgunt ad
uersum me.
3 ¶Multi dicunt animæ meæ, Non est
salus ipsi in Deo eius.
4 ¶Tu autem Dñe susceptor meus es,
gloria mea, & exaltans caput meum.
5 Voce mea ad Dñm clamaui: & exau
diuit me de monte sancto suo.
6 ¶‖Ego dormiui, & soporatus sum, &
exurrexi: quia Dominus* suscepit* me.
7 ¶Nõ timebo millia ppli circũdantis
me: exurge Dñe, saluũ me fac De⁹ me⁹.
8 Qm̃ tu pcussisti oẽs aduersantes mihi
sine causa: dentes pcõrum contriuisti.
9 ¶Domini est salus: & super populum
tuum benedictio tua.

‖Ioan.2.d.21.
* suscipiet 1.

1 *In finem in carminibus, Psalmus David.*
IIII.

2
A CVm inuocarẽ exaudiuit me Deus
iustitię meę: in tribulatione dilata
sti mihi. Miserere mei, & exaudi oratio
nem meam.
3 ¶Filij hominum vsquequo graui cor
de? vt quid diligitis vanitatẽ, & quęri-
4 tis mendacium? ¶Et scitote qm̃ mirifica
uit Dominus sanctum suum: Dñs exau
diet me cum clamauero ad eum.
5 ¶‖Irascimini, & nolite peccare: quę di
citis in cordibus vestris, & in cubilibus
vestris compungimini.
6 ¶Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & spe-
rate in Domino: multi dicunt, Quis
ostendit nobis bona?
7 ¶Signatum est sup nos lumen vultus
tui Dñe: dedisti lętitiam in corde meo.
8 ¶A fructu frumẽti, vini, & olei sui
9 multiplicati sunt, ¶In pace in idipsum
dormiam & requiescam.
10 ¶Quoniam tu Domine singulariter
in spe constituisti me.

‖Eph.4.f.26.

1 *In finem, pro ea quæ hæreditatem cõsequitur. Psalmus David.* V.

2
A VErba mea aurib⁹ percipe Domine:
intellige clamorem meum.
3 ¶Intende voci orationis meæ, rex me⁹

& Deus meus.
4 ¶Quoniam ad te orabo: Domine ma
ne exaudies vocem meam,
5 ¶Manè astabo tibi & videbo: quoniā
non Deus volens iniquitatem tu es.
6 ¶Neq; habitabit iuxta te malignus:
neq; pmanebūt iusti ante oculos tuos
7 Odisti oēs qui operantur iniquitatē:
perdes oēs qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinū & dolosum abomi-
B nabitur Dominus.
8 ¶Ego autē in multitudine misericor-
diæ tuæ introibo in domū tuā: adora-
bo ad templum sanctum tuū in timo-
9 re tuo. ¶Domine deduc me in iustitia
tua: propter inimicos meos: dirige in cō
spectu* tuo viam meam*. *meo viā tuam 5.
10 ¶Quoniam non est in ore eorum ve-
C ritas: cor eorum vanum est.
11 ¶‖Sepulchrū patēs est guttur eorum, ‖Iosr. 13 b. 3. Rom. 3. b. 13.
linguis suis dolosè agebant, iudica illos
Deus. Decidāt à cogitationibus suis, se-
cundùm multitudinē impietatum eo-
rum expelle eos, qm̄ irritauerūt te Dn̄e.
12 ¶Et lętentur oēs qui sperant in te: in
ęternū exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui dili
13 gūt nomē tuū: ¶qm̄ tu benedices iusto.
Domine*, vt scuto bonæ voluntatis
tuę* coronasti nos. *5.

1 *In finem in carminibus, Psalmus David pro octaua* V I.

2 A D‖Omine ne ī furore tuo arguas me ‖Psal. 38 a. 1.
neq; in ira tua corripias me.
3 ¶Miserere mei Domine qm̄ infirmus
sum: sana me Domine, quoniam con-
turbata sunt ossa mea.
4 ¶Et aīa mea turbata est valde: *&* tu *sed
Domine vsquequo*
5 ¶Conuertere Dn̄e, & eripe animam
meam: saluū me fac propter misericor-
6 diam tuam, ¶Quoniam nō est in mor-
B te qui memor sit tui: in inferno autem
quis confitebitur tibi?
7 ¶Laboraui in gemitu meo, lauabo p
singulas noctes lectum meū, lachrymis
meis stratum meum rigabo.
8 ¶Turbatus est à furore oculus meus:
inueteraui inter oēs inimicos meos.
9 ¶‖Discedite à me omnes qui operami ‖Mat. 7. d 23. 25. d 41 Luc. 13. f. 27.
ni iniquitatem: Quoniam exaudiuit
dominus vocem fletus mei.
10 ¶Exaudiuit Dominus deprecationē
meam, Dn̄s orationem meam suscepit.
11 ¶Erubescant, & conturbentur vehemē-
ter omnes inimici mei: cōuertantur &
erubescant valde velociter.

1 *Psalmus David quē cātauit Domino p ver bis Chusi filij Iemini. 2. Reg. 16. d.* V I I.

2 A D Omine Deus meus in te speraui:
saluum me fac ex omnibus perse-
quentibus me, & libera me.
3 ¶Nequando rapiat vt leo aīam meā,
dum non est qui redimat, neq; qui sal-
uum faciat.
4 ¶Domine Deus meus si feci istud, si
est iniquitas in manibus meis.
5 ¶Si reddidi retribuentib⁹ mihi mała:
decidā meritò ab inimicis meis inanis.
6 ¶Persequatur inimicus aīam meam,
& comprehendat, & conculcet in terra
vitam meam, & gloriam meam in pul-
uerem deducat.
7 ¶Exurge Domine in ira tua: & exalta
re in finibus inimicorum meorum.
Et exurge Dn̄e Deus meus in præce-
8 pto quod mādasti: ¶& synagoga popu-
lorum circundabit te.
Et propter hanc in altum regredere:
9 ¶Dominus iudicat populos.
B Iudica me Dn̄e sm̄ iustitiam meam,
& sm̄ innocentiam meam super me.
10 ¶Consumetur nequitia peccatorum,
& diriges iustum, ‖scrutans corda & re- ‖1. Pa. 28 b.
11 nes Deus. Iustum ¶adiutoriū meum à Iere. 11, d. 20 17.
Domino, qui saluos facit rectos corde. b. 10. c.
12 ¶Deus Iudex Iustus, *fortis, & patiēs, 12. *& 3.
nunquid irascitur per singulos dies?
13 ¶Nisi conuersi fueritis, gladium suū
vibrauit, arcū suum tetendit, & para- *vibrabit 8
14 uit illū. ¶Et in eo parauit vasa mortis:
C sagittas suas ardentibus effecit.
15 ¶‖Ecce parturiit iniustitiam, cōcepit ‖Isai. 59. a 4.
dolorem: & peperit iniquitatem. Iob. 15. f. 45.
16 ¶Lacum aperuit, & effodit eum: & in
cidit in foueam quam fecit.
17 Conuertet dolor eius in caput eius:
& in verticem ipsius iniquitas eius de-
18 scendet. ¶Confitebor Dn̄o sm̄ iustitiam
eius, & psallam nomini Dn̄i altissimi.

1 *In finem pro torcularibus, Psalmus David.* V I I I.

2 A D Omine Dn̄s noster, q̄ admirabile
est nomē tuū ī vniuersa terra. Qm̄
eleuata est magnificētia tua sup cęlos.
3 ¶‖Ex ore infantiū & lactentium per- ‖Matt. 21 b 16.
fecisti laudē propter inimicos tuos: vt

destruas inimicum & vltorem.
4 ꝰQuoniam videbo cęlos tuos opera
digitorum tuorum: lunã & stellas quæ
tu fundasti:
5 ꝰQuid est homo, q̃ memor es eius?
aut filius hominis, quoniã visitas eum?
6 ꝰ‖Minuisti eum paulominꝰ ab Ange
7 lis: gloria & honore coronasti eum, ꝰ&
cõstituisti eũ sup opera manuũ tuarũ.
‖Omnia subiecisti sub pedibus eius:
8 ꝰoues & boues vniuersas: insuper & pe-
9 cora campi, ꝰVolucres cęli & pisces ma
ris, qui perambulant semitas maris.
10 ꝰDomine Dominus noster, q̃ admira
bile est nomen tuum in vniuersa terra?

Hebr. 2. b 7.
Gene. 1 c. 28.
1. Cor. 15 d. 27.

1 *In finem pro occultis filii. Psal. David.* IX.

2 Cõfitebor tibi domine in toto corde
A meo: narrabo omnia mirabilia tua
3 ꝰLętabor & exultabo in te, psallã no
mini tuo altissime.
4 ꝰIn conuertendo inimicũ meum re-
trorsum: infirmabuntur, & peribunt, à
5 facie tua. ꝰQm̃ fecisti iudicium meum
& causam meam: sedisti super thronũ
qui iudicas iustitiam.
6 ꝰIncrepasti Gẽtes, & periit impius: no
men eorum delesti in ęternum, & in se
7 culũ sęculi. ꝰInimici defecerũt frameæ
in finẽ: & ciuitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu.
8 ꝰEt Dñs in ęternum permanet. Para-
9 uit in iudicio thronum suum: ꝰ& ipse
B iudicabit orbem terrę in ęquitate, iudi
cabit populos in iustitia.
10 ꝰEt factus est Dñs refugium pauperi:
adiutor in opportunitatibus, in tribu-
11 latione. ꝰEt sperent in te q̃ nouerũt no-
men tuum: quoniam non dereliquisti
quęrentes te Domine.
12 ꝰPsallite Dño qui habitat in Sion: an
nuntiate inter gentes studia eius.
13 ꝰQm̃ requirẽs sanguinem eorum re-
cordatus est: non est oblitus clamorem
14 pauperum. ꝰMiserere mei Dñe: vide hu
C militatem meam de inimicis meis.
15 ꝰQui exaltas me de portis mortis, vt
annuntiem omnes laudationes tuas in
portis filiæ Sion.
16 ꝰExultabo ĩ salutari tuo: infixę sunt
Gentes in interitu quem fecerunt.
In laqueo isto quẽ absconderũt, com
prehensus est pes eorum.
17 ꝰCognoscetur Dñs iudicia faciens, in
operibus manuum suarum comprehen
sus est peccator.
18 ꝰConuertant peccatores in infernũ,
oẽs Gentes quæ obliuiscuntur Deum.
19 ꝰQm̃ non in finẽ obliuio erit paupe-
ris: patiẽtia pauperũ nõ peribit in finẽ.
20 ꝰExurge Dñe, non cõfortetur homo:
iudicentur Gentes in conspectu tuo.
21 ꝰCõstitue Dñe legislatorẽ super eos:
vt sciãt Gẽtes quoniam homines sunt.

Psal. 10. secundum Hebræos.

1 Vt quid Dñe recessisti longè, despicis
in opportunitatibus, in tribulatione?
2 ꝰDum superbit impius, incenditur pau
per, comprehenduntur in consiliis qui-
bus cogitant.
3 Qm̃ laudatur peccator in desideriis
animæ suæ: & iniquus benedicitur.
4 ꝰExacerbauit Dñm peccator, secun-
dũ multitudinẽ iræ suæ non quæret.
5 Non est Deus in conspectu eius: ꝰin-
quinatæ sunt viæ illius in omni tpe.
B Auferuntur iudicia tua à facie eius:
oĩum inimicorum suorum dñabitur.
6 ꝰDixit enim in corde suo; Nõ moue-
bor à gñatione in gñationẽ, sine malo.
7 ꝰ‖Cuius maledictione os plenũ est,
& amaritudine, & dolo: sub lingua eiꝰ
labor & dolor.
8 ꝰSedet in insidiis cum diuitibus: in
occultis vt interficiat innocentem.
9 Oculi eiꝰ in pauperẽ respiciũt: ꝰinsidiat
in abscõdito quasi leo in spelunca sua.
Insidiatur vt rapiat pauperẽ: rapere
C pauperem dum attrahit eum.
10 In laqueo suo: humiliabit eum, incli
nabit se, & cadet cùm dominatꝰ fuerit
11 pauperũ. ꝰDixit enim in corde suo, Ob
litus est Deus: auertit faciẽ suam ne vi-
deat in finem.
12 ꝰExurge Domine Deꝰ, *exaltetur ma
nus tua: ne obliuiscaris pauperum.
13 ꝰPropter quid irritauit impius Deũ?
D dixit enim in corde suo, Non requiret.
14 ꝰVides, qm̃ tu laborem & dolorẽ con
sideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictꝰ est pauper: orphano tu
15 eris adiutor: ꝰContere brachium pecca-
toris & maligni: quæretur peccatum il-
lius, & non inuenietur.
16 ꝰDñs regnabit in ęternum & in secu-
lũ seculi: peribitis Gẽtes de terra illius.
17 ꝰDesiderium pauperũ exaudiuit Do
minus: pręparationẽ cordis eorum au-
diuit auris tua.

‖Infr. 14. a. 3. Rom. 3. b. 14.

18 Iudicare pupillo & humili: vt nō apponat vltrà magnificare se homo super terram.

In finem Psalmus David. X.

1 IN Domino confido: quomodò dicitis animę meę, Transmigra in montē sicut passer?
2 Quoniā ecce peccatores intenderūt arcū: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt in obscuro rectos corde.
3 Quoniam quę perfecisti, destruxerūt: iustus autem quid fecit?
4 Dominus in tēplo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius.
Oculi eius in pauperē respiciunt palpebrę eius interrogant filios hominū.
5 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatē, odit animam suam.
6 Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarū, pars calicis eorum.
Quoniam iustus Dominus & iustitias dilexit: æquitatē vidit vultus eius.

In finem pro octaua, Psalmus David. XI.

2 SAluum me fac Domine, quoniā defecit sanctus, quoniā diminutę sunt veritates à filijs hominum.
3 Vana locuti sunt vnusquisq; ad pximū suum: labia dolosa, in corde & corde locuti sunt.
4 Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa & linguam magniloquam.
5 Qui dixerūt, Linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sūt, quis noster Dominus est?
6 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dñs. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
7 Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatū terræ, purgatum septuplum.
8 Tu Domine seruabis nos: & custodies nos à generatione hac in ęternū.
9 In circuitu impij ambulāt. sēm altitudinē tuā multiplicasti filios hominū.

In finem, Psalmus David. XII.

2 VSquequo Domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?
3 Quandiu ponam cōsilia in anima mea; dolorem in corde meo per diem?
Vsquequo exaltabitur inimicus meus
4 super me? respice, & exaudi me Dñe Deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquā ob-
5 dormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, Pręualui aduersus eū.
Qui tribulant me exultabunt si mo-
6 tus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.
Exultabit cor meū in salutari tuo: cātabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

In finem, Psalmus David. XIII.

DIxit insipiens in corde suo, Nō est Deus Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: nō est q faciat bonum, non est vsque ad vnum.
2 Dominus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.
3 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonū, non est vsque ad vnum.
Sepulchrū patens est guttur eorū: linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labijs eorum.
Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorū ad effundendum sanguinem.
Contritio & infœlicitas in vijs eorū, & viam pacis nō cognouerunt: nō est timor Dei ante oculos eorum.
4 Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorāt plebē meam sicut escam panis?
5 Dñm non inuocauerunt; illic trepidauerunt timore vbi nō erat timor.
6 Quoniam Dominus in generatione iusta est, consiliū inopis cōfudistis: qm Dominus spes eius est.
7 Quis dabit ex Sion salutare Isrl? cū auerterit Dominus captiuitatē plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Isrl.

Psalmus David. XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?
2 Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam?
Qui loquitur veritatem in corde suo
3 qui non egit dolum in lingua sua:
Nec fecit pximo suo malū, & oppro

brũ nõ accepit aduersus ꝓximos suos.
4 ¶Ad nihilum deductus est in cõspectu
B eius malignus, timentes autem Dñm
glorificat: Qui iurat proximo suo, &
5 non decipit,¶ qui pecuniam suā nõ de-
dit ad vsuram, & munera super innocẽ
tem non accepit.
Qui facit hęc, nõ mouebit̃ in ęternũ.

HEB.16. 1 *Tituli inscriptio ipsi Dauid.* XV.

A CONserua me Dñe, qm̃ speraui ĩ te.
2 ¶Dixi Domino, Deus meus es tu,
qm̃ bonorum meorum non eges.
3 ¶Sanctis qui sunt in terra eius, mirifi-
cauit omnes voluntates meas in eis.
4 ¶Multiplicatę sunt infirmitates eo-
rum: postea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorũ
de sanguinibus: nec memor ero nomi-
num eorum per labia mea.
5 ¶Dñs, pars hęreditatis meę & calicis
mei: tu es qui restitues hæreditatẽ meã
6 mihi. ¶Funes ceciderunt mihi in præ-
claris: etenim hæreditas mea pręclara
7 est mihi.¶ Benedicam Dominum qui
B tribuit mihi intellectũ, insuper & vsq;
ad noctem increpuerũt me renes mei.
8 ¶‖Prouidebam Dominum in conspe-
ctu meo semper: quoniam à dextris est
mihi, ne commouear.
9 ¶Propter hoc lætatum est cor meum,
& exultauit lingua mea: insuper & ca-
ro mea requiescet in spe.
10 ¶‖Quoniam non derelinques animã
meam in inferno: nec dabis sanctũ tuũ
videre corruptionem.
Notas mihi fecisti vias vitę. adimple
bis me lętitia cum vultu tuo: delecta-
tiones in dextera tua vsque in finem.

‖Act.2.d. 25.

‖Act.2.e. & 13.e. 35.

HEB.17. 1 *Oratio Dauid.* XVI.

A EXaudi Dñe iustitiam meam: inten
de deprecationem meam.
Auribus percipe orationẽ meam, nõ
in labijs dolosis.
2 ¶De vultu tuo iudicium meum pro-
deat: oculi tui videant ęquitates.
3 ¶Probasti cor meum, & visitasti no-
cte: igne me examinasti, & non est inuẽ
ta in me iniquitas.
4 Vt non loquatur os meum, ¶ opera
hominum: propter verba labiorũ tuo-
rum ego custodiui vias duras.
5 ¶Perfice gressus meos in semitis tuis:
B vt non moueantur vestigia mea.
6 ¶Ego clamaui, quoniã exaudisti me
Deus: inclina aurem tuã mihi: & exau-
7 di verba mea. ¶Mirifica misericordias
tuas, qui saluos facis sperantes in te.
8 A resistentibus dexteræ tuæ: ¶custodi
me vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarũ tuarum ꝓtege me.
9 ¶à facie impiorum qui me afflixerũt.
C Inimici mei animam meã circundede-
10 runt:¶ adipem suam concluserunt, os
eorum locutum est superbiam.
11 ¶Proijcientes me, nunc circundede-
runt me: oculos suos statuerunt decli-
12 nare in terram. ¶ Susceperunt me sicut
leo, paratus ad pręda, & sicut catulus
leonis habitans in abditis.
13 ¶Exurge Domine, pręueni eũ, & sup
D planta eũ: eripe aĩam meã ab impio,
14 frameã tuam ¶ ab inimicis manus tuæ.
Domine, à paucis de terra diuide eos in
vita eorum * de absconditis tuis adim-
pletus est venter eorum. *
Saturati sunt filijs: & dimiserunt re-
liquias suas paruulis suis.
15 ¶Ego aũt in iustitia apparebo cõspectui
tuo: satiabor cũ apparuerit gloria tua.

1 *In finem puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eũ Dominus de manu eium inimicorũ eius, et de manu Saul, et dixit, 2.Re.22.a.2.* HEB.18.
XVII.

2 DIligam te Domine fortitudo mea:
3 ¶Dominus firmamentum meum,
A & refugium meum, & liberator meus.
Deus meus adiutor meus, & sperabo
in eũ. Protector meus, & cornu salutis
meæ, & susceptor meus.
4 ¶Laudans inuocabo Dominũ: & ab
inimicis meis saluus ero.
5 ¶Circundederũt me dolores mortis,
& torrẽtes iniqtatis cõturbauerũt me.
6 ¶Dolores inferni circundederunt me,
præoccupauerunt me laquei mortis.
7 ¶In tribulatione mea inuocaui Domi
num, & ad Deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo
vocem meã: & clamor meus in conspe-
ctu eius, introiuit in aures eius.
8 ¶Cõmota est & cõtremuit terra: * fun
damenta montium conturbata sunt, &
commota sunt, quoniam iratus est eis.
9 ¶Ascendit fumus in ira eius: & ignis
à facie eius exarsit: carbones succẽsi sũt
10 ab eo.¶Inclinauit cælos, & descendit: &

Heb.2.c. 13.

* 5.

caligo sub pedibus eius.
11 ❡Et ascendit super cherubim & vola
uit: volauit super pennas ventorum.
12 ❡Et posuit tenebras latibulũ suũ, in
B circuitu eius tabernaculum eius: tene-
brosa aqua in nubibus aëris.
13 ❡Præ fulgore in cõspectu eius nubes
transierunt, grando, & carbones ignis.
14 ❡Et intonuit de cælo Dñs, & Altissi-
mus dedit vocem suam: grando & car
15 bones ignis. ❡Et misit sagittas suas, &
dissipauit eos: fulgura multiplicauit, &
conturbauit eos.
16 ❡Et apparuerunt fontes aquarum, &
reuelata sunt fundaméta orbis terrarũ.
Ab increpatione tua Domine, ab in-
spiratione spiritus iræ tuę.
17 ❡Misit de summo, & accepit me: &
assumpsit me de aquis multis.
18 ❡Eripuit me de inimicis meis fortissi
mis & ab his qui oderunt me: quoniam
confortati sunt super me.
19 ❡Prçuenerunt me in die afflictionis
meę: & factus est Dñs protector meus.
20 ❡Et eduxit me in latitudine: saluum
me fecit, quoniam voluit me.
21 ❡Et retribuet mihi Dñs ſm iustitiam
meam, & secũdum puritatem manuũ
mearum retribuet mihi.
22 ❡Quia custodiui vias Domini, nec
impiè gessi à Deo meo.
23 ❡Qm oia iudicia eius in conspectu
meo: & iustitias eius non repuli à me.
24 ❡Et ero immaculatus cũ eo: & obser-
C uabo me ab iniquitate mea.
25 ❡Et retribuet mihi Dñs ſm iustitiam
meã: & secundũ puritaté manuũ mea-
rum in conspectu oculorum eius.
26 ❡Cum sancto sanctus eris, & cũ viro
innocente innocens eris.
27 ❡Et cum electo electus eris, & cũ per-
uerso peruerteris.
28 ❡Quoniã tu populũ humilé saluum
facies: & oculos supborũ humiliabis.
29 ❡Qm tu illuminas lucernã meã Dñe:
Deus meus illumina tenebras meas.
30 ❡Qm in te eripiar à tentatione, & in
Deo meo transgrediar murum.
31 ❡Deus meus impolluta via eius: elo-
quia Dñi igne examinata: protector est
omnium sperantium in se.
32 ❡Qm quis Deus præter Dñm? ᵃaut
quis Deus præter Deum nostrum?
33 ❡Deus qui pręcinxit me virtute: & po
suit immaculatam viam meam.
34 ❡Qui perfecit pedes meos tanquam
ceruorũ: & super excelsa statuens me.
35 ❡‖Qui docet manus meas ad prælιũ: ‖2.Re. 22
& posuisti vt arcũ æreum brachia mea: c 35.
36 ❡Et dedisti mihi protectioné salutis
tuæ, & dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finé.
& disciplina tua ipsa me docebit.
37 ❡Dilatasti gressus meos subtus me: &
D non sunt infirmata vestigia mea.
38 ❡Persequar inimicos meos, & cõpre-
hendam illos: & non conuertar donec
deficiant.
39 ❡Confringam illos, nec poterunt sta-
re: cadent subtus pedes meos.
40 ❡Et pręcinxisti me virtute ad bellũ: &
supplãtasti insurgétes in me subtus me.
41 ❡Et inimicos meos dedisti mihi dor-
sum: & odientes me disperdidisti.
42 ❡Clamauerunt, nec erat qui saluos
faceret: ad Dñm, nec exaudiuit eos.
43 ❡Et cõminuã eos vt puluerẽ ante fa-
cié venti: vt lutũ plateãrũ delebo eos.
44 ❡Eripies me de contradictionibus po
puli: constitues me in caput Gentium.
45 ❡Populus quem non cognoui, serui-
uit mihi: ĩ auditu auris obediuit mihi.
46 ❡Filij alieni mentiti sunt mihi, filij
alieni inueterati sunt, & claudicauerũt
à semitis suis.
47 ❡Viuit Dominus, & benedictus Deᵒ
meus, & exaltetur Deus salutis meæ.
48 ❡Deus qui das vindictas mihi, & sub-
dis populos sub me, liberator meus de
inimicis iracundis.
49 ❡Et ab insurgentibus in me exaltabis
me: à viro iniquo eripies me.
50 ❡‖Propterea confitebor tibi in natio- ‖2.Re.22
nibus Dñe: & nomini tuo psalmũ dicã. d 50.
51 ❡Magnificans salutes regis eius, & fa Rom.15.
ciens misericordiã Christo suo Dauid, b.9.
& semini eius vsque in seculum.

1 *In finem, Psalmus Dauid.* XVIII. HEB.19

2 CÆli enarrãt gloriã Dei, & opera ma
A nuũ eius annuntiat firmamentũ.
3 Dies diei eructat verbũ, & nox nocti
indicat scientiam.
4 Non sunt loquelæ neque sermones,
quorum non audiantur voces eorum.
5 ❡‖In oém terram exiuit sonus eorũ, ‖Rom.10
& in fines orbis terrę verba eorum. d 18.
6 In sole posuit tabernaculum suũ: ❡& ‖Luc. 24.
ipse tanquã sponsus procedens de thala c 46.
mo suo. ‖ ᵃExultauit vt gigas ad curren ᵃexulta-
bit 2.

dam

7 dam viam, à summo cælo egressio ei⁹.
B Et occursus eius vsque ad summū eius:
nec est qui se abscondat à calore eius.
8 Lex Domini immaculata, conuertēs
animas: testimonium Domini fidele,
sapientiam prȩstans paruulis.
9 Iustitiæ Domini rectæ, lȩtificātes cor
da, præceptum Domini lucidum, illu-
minans oculos.
10 Timor Domini sanctus, permanens
in seculum seculi: iudicia Domini vera
iustificata in semetipsa.
11 Desiderabilia super aurū & lapidē
pretiosum multum: & dulciora super
mel & fauum.
12 Etenim seruus tuus custodit ea, in
C custodiendis illis retributio multa.
13 Delicta quis intelligit? ab occultis
14 meis mūda me, & ab alienis parce ser
uo tuo.
Si mei nō fuerīt dn̄ati, tūc immaculat⁹
ero, & emundabor à delicto maximo.
15 Et erūt vt cōplaceāt eloquia oris mei:
& meditatio cordis mei in conspectu
tuo semper.
Dn̄e adiutor meus, & redēptor me⁹.

In finem, Psalmus David. XIX.

EXaudiat te Dn̄s in die tribulatio-
A nis: protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de sancto: &
de Sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: & ho-
locaustum tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum: &
omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo: & in no
mine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones
tuas: nunc cognoui quoniam saluum
fecit Dominus Christum suum.
Exaudiat illum de cælo sancto suo:
in potentatibus salus dexteræ eius.
Hi in curribus, & hi in equis, nos au
tē in nomine Dn̄i Dei nr̄i, inuocabim⁹.
Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos
autem surreximus & erecti sumus.
10 Domine saluum fac regem, & exau-
di nos in die qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus David. XX.

DOmine in virtute tua lætabitur
rex: & super salutare tuum exulta
bit vehementer.
Desideriū cordis eius tribuisti ei: &
voluntate labiorum eius non frauda-
sti eum.
4 Quoniam præuenisti eum in bene-
dictionibus dulcedinis: posuisti in ca-
pite eius coronam de lapide pretioso.
5 Vitam petijt à te: & tribuisti ei longi
tudinem dierum in seculum, & in secu
lum seculi.
6 Magna est glòria ei⁹ in salutari tuo
B gloriam & magnum decorem impo-
nes super eum.
7 Quoniam dabis eum in benedictio
nem in seculum seculi: lætificabis eum
in gaudio cum vultu tuo.
8 Quoniam rex sperat in Dn̄o: & in
misericordia Altissimi nō cōmouebit.
9 Inueniatur manus tua omnibus i-
nimicis tuis: dextera tua inueniat om-
nes qui te oderunt.
10 Pones eos vt clibanum ignis in tem
C pore vultus tui: Dn̄s in ira sua contur-
babit eos, & deuorabit eos ignis.
11 Fructum eorum de terra perdes: &
semen eorum à filijs hominum.
12 Quoniam declinauerunt in te ma-
la: cogitauerunt consilia q̄ non potue-
runt stabilire.
13 Quoniam pones eos dorsum: in re-
liquijs tuis præparabis vultum eorum.
14 Exaltare Domine in virtute tua: cā-
tabimus & psallemus virtutes tuas.

1 *In finem, pro susceptione matutina, Psalmus David.* XXI. HEB. 2.

2 DEus Deus me⁹ respice in me: quare
A me dereliquisti? longè à salute
mea verba delictorum meorum. Mat. 27. c. 46. Mar. 15. 34.
3 Deus me⁹ clamabo p̄ diē, & nō ex-
audies: & nocte, & nō ad insipiētiā mihi
4 Tu aūt in sancto habitas, La⁹ Isr̄l.
5 In te sperauerunt patres nostri: spe-
rauerunt & liberasti eos.
6 Ad te clamauerunt & salui facti sūt
in te sperauerunt, & non sunt confusi.
7 Ego aūt sum vermis, & non homo:
opprobriū hoīum & abiectio plebis.
8 Omnes videntes me, deriserunt me:
locuti sunt labijs, & mouerunt caput.
9 Sperauit in Domino, eripiat eū: sal-
uum faciat eum, quoniam vult eum. Mat. 27. c. 39. Mar. 15. c. 29. Mar. 15. c. 43.
10 Quoniam tu es qui extraxisti me de
B ventre. spes mea ab vberibus matris
11 meę. In te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris meę Deus meus es
12 tu: ne discesseris à me.

Quoniá tribulatio proxima est,quoniam non est qui adiuuet.
13 ¶Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.
14 ¶Aperuerunt super me os suum,sicut leo rapiens & rugiens.
15 ¶Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanquam cera
16 liquescens in medio ventris mei.¶Aruit tanquá testa virtus mea, & lingua mea adhęsit faucibus meis, & in puluerem
17 mortis deduxisti me.¶Qm circundede-
C runt me canes multi: consiliũ malignátium obsedit me.
¶Foderũt man⁹ meas & pedes meos: Mat.27. d.35. Ioan.19. d.23.
18 ¶dinumerauerunt omnia ossa mea.
19 ¶Ipsi verò cõsiderauerunt & inspexerunt me:diuiserunt sibi vestiméta mea & super vestem meam miserunt sorté. Mat. 27. d.35.
20 ¶Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensioné meam conspice.
21 ¶Erue a framea Deus animam meá: & de manu canis vnicam meam.
22 ¶Salua me ex ore leonis: & à cornib⁹ vnicornium humilitatem meam.
23 ¶Narrabo nomen tuũ fratrib⁹ meis in medio ecclesiæ laudabo te. Heb 2.c 12.
24 ¶Qui timetis Dominum laudate eũ: vniuersum semen Iacob glorificate eũ.
25 ¶Timeat eum omne semen Isrl: qm non spreuit,neque despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam à me, & cũ clamarem ad eum exaudiuit me.
26 ¶Apud te laus mea in ecclesia ma-
D gna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.
27 ¶Edent pauperes & saturabuntur: & laudabunt Dñm qui requirunt eũ: viuent corda eorum in seculum seculi.
28 ¶Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terrę.
Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium.
29 ¶Quoniam Domini est regnũ: & ipse dominabitur Gentium.
30 ¶Manducauerunt & adorauerũt oẽs pingues terræ:in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.
31 ¶Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.
32 ¶Annuntiabitur Dño generatio ventura, & annuntiabunt cæli iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Psalmus David. XXII. HEB.22

2 DOminus regit me, & nihil mihi
A deerit:in loco pascuę ibi me collo-
cauit. Super aquam refectionis educa
3 uit me:¶animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitię, ꝓpter nomen suum.
4 ¶Ná etsi ambulauero in medio úbrę mortis,nõ timebo mala:qm tu mecũ es
Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.
5 ¶Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum:& calix meus inebrians, q̃ præclarus est?
6 ¶Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meę.
Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

Psalmus David prima sabbathi. XXIII. HEB.24.

A DOmini est terra, & plenitudo ei⁹: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo,
2 ¶Quia ipse super maria fundauit eũ: & super flumina præparauit eum.
3 ¶Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?
4 ¶Innocens manibus & mundo corde qui nõ accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Mat.5.a 8.
5 ¶Hic accipiet benedictionem à Dño,
B & misericordiam à Deo salutari suo.
6 ¶Hæc est generatio quętentium eum quętentium faciem Dei Iacob.
7 ¶Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę ęternales: & introibit
8 rex glorię.¶Quis est iste rex glorię? Dñs fortis,& potens, Dñs potens in prælio.
9 Attollite portas pricipes vestras, & eleuamini portę ęternales: & introibit rex gloriæ.
10 ¶Quis est iste rex glorię? Dominus virtutum ipse est rex glorię.

In finem, Psalmus David. XXIIII. HEB.25.

A AD te Dñe leuaui aíam meam:¶De-
2 meus in te cõfido,nõ erubescam.
3 Neq; irrideát me inimici mei:¶etenim vniuersi qui sustinét te non cõfundẽt.
Confundantur omnes iniqua agẽtes superuacuè.

4 ¶ Vias tuas Domine demonstra mihi,
& semitas tuas edoce me.
5 ¶ Dirige me in veritate tua, & doce
me, quia tu es Deus saluator meus, &
te sustinui tota die.
6 Reminiscere miserationũ tuarũ Dñe
& misericordiarũ tuarũ q̃ à seculo sũt.
7 ¶ Delicta iuuentutis meę & ignoran-
B tias meas ne memineris.
Secundũ misericordiá tuá memento
mei tu, propter bonitaté tuá Domine.
8 ¶ Dulcis & rectus Dominus, propter
hoc legé dabit delinquentibus in via.
9 Diriget mansuetos in iudicio: doce-
bit mites vias suas.
10 ¶ Vniuersæ viæ Domini misericordia
& veritas, requirentibus testamentum
eius, & testimonia eius.
11 ¶ Propter nomen tuũ Dñe propitiabe
C ris peccato meo: multum est enim.
12 ¶ Quis est homo qui timet Dominũ,
legem statuit ei in via quam elegit.
13 ¶ Anima eius in bonis demorabitur,
& semen eius hęreditabit terram.
14 ¶ Firmamentum est Dominus timen-
tibus eum: & testamentũ ipsius vt ma-
nifestetur illis.
15 ¶ Oculi mei semper ad Dñm: quoniá
ipse euellet de laqueo pedes meos.
16 ¶ Respice in me, & miserere mei: quia
vnicus & pauper sum ego.
17 ¶ Tribulationes cordis mei multipli
D catę sũt: de necessitatib⁹ meis erue me.
18 ¶ Vide humilitaté meam, & laborem
meũ: & dimitte vniuersa delicta mea.
19 ¶ Respice inimicos meos qm̃ multi-
plicati sunt, & ‖ odio iniquo oderũt me. ‖ Ioh. 15. d. 25.
20 ¶ Custodi animá meá, & erue me: nõ
erubescam, quoniam speraui in te.
21 ¶ Innocẽtes & recti adhęserũt mihi:
quia sustinui te.
22 ¶ Libera Deus Israël, ex oĩbus tribu-
lationibus suis.

1 *In finem, Psalmus Dauid.* XXV. HEB. 26

A IVdica me Domine, quoniá ego in in
nocẽtia mea ingressus sum: & in Do-
mino sperans non infirmabor.
2 ¶ Proba me domine, & tenta me: vre
renes meos & cor meum.
3 ¶ Qm̃ misericordia tua ante oculos
meos est: & complacui in veritate tua.
4 Non sedi cũ concilio vanitatis, & cũ
iniqua gerentibus non inrroibo.
5 ¶ Odiui ecclesiam malignantium: &
B cum impiis non sedebo.
6 ¶ Lauabo inter innocentes manus
meas, & circundabo altare tuũ Dñe.
7 ¶ Vt audiam vocé laudis, & enarrem
vniuersa mirabilia tua.
8 ¶ Domine dilexi decoré domus tuæ,
& locum habitationis glorię tuæ.
9 ¶ Ne perdas cum impijs-Deus' aĩam — 6.
meá, & cũ viris sanguinũ vitá meam.
10 ¶ In quorũ manibus iniquitates sunt
dextera eorum repleta est muneribus.
11 ¶ Ego auté in innocentia mea ingres-
sus sum: redime me, & miserere mei.
12 ¶ Pes meus stetit in directo: in eccle-
sijs benedicam te Domine.

1 *Psalmus Dauid priusquam liniretur.* XXVI. HEB. 27

A DOminus illuminatio mea & salus
mea: quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ, à quo
trepidabo?
2 ¶ Dum appropiant super me nocen-
tes; vt edant carnes meas:
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infir
mati sunt & ceciderunt.
3 ¶ Si consistant aduersum me castra,
non timebit cor meum.
B Si exurgat aduersum me pręlium, in
hoc ego sperabo.
4 Vná petij à Domino, hanc requiram
vt inhabitem in domo Dñi oĩbus die-
bus vitę meæ. Vt videam 'voluntatem' 'volupta te
Domini, & visitem templum eius.
5 Quoniá abscondit me in tabernacu-
lo suo: in die malorũ protexit me in ab
scondito tabernaculi sui.
6 ¶ In petra exaltauit me: & nunc exal-
tauit caput meũ super inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernacu
lo eius hostiam vociferationis: cantabo
& psalmum dicam Domino.
7 ¶ Exaudi Dñe vocé meá, qua clama-
C ui-ad te': miserere mei, & exaudi me. — 1.
8 ¶ Tibi dixit cor meũ, exquisiuit-te' — 1.
facies mea: facié tuá Domine requirá.
9 Ne auertas faciem tuá à me: ne decli
nes in ira à seruo tuo.
Adiutor me⁹ esto: ne derelinquas me
neq; despicias me Deus salutaris meus.
10 ¶ Qm̃ pater meus & mater mea dereli
querunt me: Dñs auté assumpsit me.
11 ¶ Legé pone mihi dñe in via tua: &
D dirige me in semita recta ꝑpter inimi-
12 cos meos. ¶ Ne tradideris me in aĩas tri-
bulantiũ me: qm̃ insurrexerunt in me

testes iniqui. & mētita est iniq̄tas sibi.
13 Credo videre bona Dñi ĩ terra viuētiū.
Inf. 30. d 25. 14 Expecta Dñm, viriliter age, & confortetur cor tuū, & sustine Dominum.

HEB. 28 1 *Psalmus huic David.* XXVII.

A AD te Dñe clamabo, Deus meus ne sileas à me, nequando taceas à me & assimilabor descendentibus in lacū.
2 Exaudi Domine vocē deprecationis meæ dum oro ad te, dū extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Trahas 3 Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cū operantibus iniquitatē ne perdas me. Qui loquuntur pacē cū proximo suo, mala autē in cordibus eorū.
4 Da illis secundū opera eorū, & secūdū nequitiā adinuentionū ipsorum.
Secundū opera manuū eorū tribue illis, redde retributionem eorum ipsis.
5 Qm̄ non intellexerunt opera Dñi, & in opera manuū eius: destrues illos, & non ædificabis eos.
6 Benedictus Dominus: quoniā exaudiuit vocem deprecationis meę.
7 Dominus adiutor meus, & protector meus: & in ipso sperauit cor meū & adiutus sum. Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor tibi.
8 Dñs fortitudo plebis suę: & protector saluationum Christi sui est.
9 Saluum fac populū tuum Domine, & benedic hęreditati tuę: & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

HEB. 29 1 *Psalmus David in consummatione tabernaculi.* XXVIII.

A AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.
2 Afferte Dño gloriā & honorē, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
3 Vox Dñi super aquas, Deus maiesta
B tis intonuit: Dñs super aquas multas.
4 Vox Domini in virtute: vox Dñi in magnificentia.
5 Vox Dñi confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
6 Et comminuet eas tanquam vitulū Libani: & dilectus quemadmodū filius vnicornium.
7 Vox Dñi intercidentis flāmā ignis:
8 vox Dñi concutientis desertū, & commouebit Dominus desertum Cades.
9 Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in tēplo eius oēs dicent gloriam.
10 Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternū.
11 Dñs virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

HEB. 30 1 *Psalmus cantici in dedicatione domus David.* XXIX.

2 EXaltabo te Dñe, qm̄ suscepisti me:
A nec delectasti inimicos meos super
3 me. Dñe Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.
4 Dñe eduxisti ab inferno aīam meā, saluasti me à descendētibus in lacum.
5 Psallite Dño sancti eius: & confite-
B mini memoriæ sanctitatis eius.
6 Qm̄ ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lętitia.
7 Ego aūt dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum.
8 Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.
C Auertisti faciē tuam à me, & factus sum conturbatus.
9 Ad te Domine clamabo, & ad Deū meum deprecabor.
10 Quę vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?
Nunquid cōfitebitur tibi puluis, aut an nuntiabit veritatem tuam?
11 Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
12 Conuertisti planctum meū in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia.
13 Vt cātet tibi gloria mea, & nō cōpūgar: Dñe Deus meus ĩ ęternū cōfitebor tibi.

1 *In finem, Psalmus David, pro extasi.* XXX. HEB. 31

2 IN te Domine speraui, non cōfundar
A in ęternum: in iustitia tua libera me. Lu. 23. 70. a 1.
3 Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugij, vt saluum me facias.
4 Qm̄ fortitudo mea & refugium meū es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.
5 Educes me de laqueo hoc quē abscōderūt mihi: qm̄ tu es protector meus.
6 In manus tuas cōmendo spiritum meū: redemisti me Dñe Deus veritatis. Luc 23 e. 46.

¶Od isti obseruantes vanitates super-
8 uacuè. Ego autem in Dño speraui: ¶ ex-
B ultabo & lætabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitaté meá,
saluasti de necessitatibus aíam meam.
9 ¶Nec cóclusisti me in manib⁹ inimi
ci: statuisti in loco spatioso pedes meos
10 ¶Miserere mei Domine quoniam tri
bulor: cóturbatus est in ira oculus me⁹
anima mea, & venter meus.
11 ¶Quoniá defecit in dolore vita mea,
& anni mei in gemitibus.
Infirmata est in paupertate virtus
mea, & ossa mea conturbata sunt.
12 ¶ Super omnes inimicos meos factus
sum opprobrium * vicinis meis valde,
*& 5. & timor notis meis.
Qui videbát me foras fugerút à me:
13 ¶obliuioni datus sum tanquá mortuus
C à corde. Factus sum tanquam vas perdi
14 tum: ¶ quoniam audiui vituperationé
multorum cómorantium in circuitu.
In eo dum cóuenirét simul aduersú
me, accipere animá meam cósiliati sút.
15 Ego aút in te speraui Dñe: dixi, Deus
16 meus es tu, ¶in manib⁹ tuis sortes meę.
Eripe me de manu inimicorum meo
rum, & à persequentibus me.
17 ¶Illustra faciem tuá super seruú tuú,
saluum me fac in misericordia tua.
18 ¶Dñe nó cófundar, qm̃ inuocaui te.
Erubescant impij, & deducátur in in
19 fernum: ¶muta fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustú ini-
quitatem, in superbia & in abusione.
20 Quàm magna multitudo dulcedinis
tuę Dñe, quá abscódisti timentibus te?
D Perfecisti eis qui sperant in te, in có
spectu filiorum hominum.
21 ¶Abscondes eos in abscondito faciei
tuæ à conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo à có
tradictione linguarum.
22 ¶Benedictus Dñs: qm̃ mirificauit mi
sericordiá suá mihi in ciuitate munita.
23 ¶Ego aút dixi in excessu mentis meę,
Proiectus sum à facie oculorú tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis meę,
dum clamarem ad te.
24 ¶ Diligite Dominum omnes sancti
eius: quoniam veritatem requirit Dñs,
& retribuet abundanter facientibus su-
perbiam.
‖Sup. 26, 25 ¶‖Viriliter agite, & cófortetur cor ve-
d. 14. strum, omnes qui speratis in Domino.

Ipsi David intellectus: XXXI. ‖HEB. 32.

1 B‖Eati quorú remissę sunt iniquita- Rom. 4.
A tes, & quorum tecta sunt peccata. a. 7.
2 ¶Beatus vir cui non imputauit Dñs
peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
3 ¶Quoniam tacui inueterauerunt ossa
mea, dum clamarem tota die.
4 ¶ Quoniam die ac nocte grauata est
super me manus tua: conuersus sum in
ærumna mea, dum configitur spina.
5 ¶Delictum meum cognitum tibi feci
B & iniustitiam meam non abscondi.
‖Dixi, Cófitebor aduersum iniustitiá ‖Isa. 65. a.
meam Domino: & tu remisisti impieta 24.
tem peccati mei.
6 ¶Pro hac orabit ad te omnis sanctus
in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarú mul
tarum ad eum non approximabunt.
7 ¶Tu es refugium meum à tribulatio-
C ne quę circundedit me: exultatio mea,
erue me à circundantibus me.
8 ¶ Intellectum tibi dabo, & instruá te
in via hac qua gradieris, firmabo super
te oculos meos.
9 ¶Nolite fieri sicut equus & mulus, q-
bus non est intellectus.
In camo & fræno maxillas eorú con
stringe, qui non approximant ad te.
10 ¶ Multa flagella peccatoris, speranté
auté in Dño misericordia circundabit.
11 ¶Lętamini in Domino & exultate iu
sti, & gloriamini omnes recti corde.

In finem, Psalmus David. XXXII. HEB. 33.

1 E Xultate iusti in Domino: rectos de
A cet collaudatio.
2 ¶Confitemini Domino in cithara: in
psalterio decem cordarum psallite illi.
3 ¶Cantate ei canticum nouum: bene
psallite ei in vociferatione.
4 ¶ Quia rectum est verbum Domini,
& omnia opera eius in fide.
5 ¶Diligit misericordiam & iudicium:
misericordia Domini plena est terra.
6 ¶Verbo Domini cæli firmati sunt, &
B spiritu oris eius omnis virtus eorum.
7 ¶Congregans sicut in vtre aquas ma-
ris: pones in thesauris abyssos.
8 ¶Timeat Dñm oís terra: ab eo aút có
moueantur omnes inhabitantes orbé. ‖Gen. 1. a.
9 ¶‖Quoniam ipse dixit, & facta sunt: 3.
ipse mandauit & creata sunt. Iudi. 16.
10 ¶Dominus dissipat consilia gétiú: re- c. 17.

probat

probat autem cogitationes populorũ,
& reprobat consilia principum.
11 ¶Consilium autem Dñi in æternum
C manet: cogitationes cordis eius in gene
ratione & generationem.
12 ¶Beta gens cuius est Dñs, Deus eius:
populus quẽ elegit in hæreditatẽ sibi.
13 ¶De cælo respexit Dñs: vidit omnes
filios hominum.
14 ¶De pręparato habitaculo suo respe-
xit super omnes qui habitant terram.
15 ¶Qui finxit sigillatim corda eorum:
qui intelligit omnia opera eorum.
16 ¶Non saluatur rex per multam vir-
D tutem: & gigas non saluabitur in mul-
titudine virtutis suæ.
17 ¶Fallax equus ad salutẽ: in abundã-
tia autẽ virtutis suæ non saluabitur.
18 ¶Ecce oculi Dñi super metuẽtes eũ,
& ĩ eis q sperãt super misericordia ei⁹.
19 ¶Vt eruat à morte animas eorum, &
alat eos in fame:
20 ¶Anima nostra sustinet Dñm, qm̃
adiutor & protector noster est.
21 ¶Quia in eo lętabitur cor nostrũ: &
in nomine sancto eius sperauimus.
22 ¶Fiat misericordia tua Dñe sup nos,
quemadmodum sperauimus in te.

HEB. 34 *1 Dauidis cum immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt. 1. Reg. 21. d.* XXXIII.

2 BEnedicam Dominũ in omni tem-
A pore: semper laus eius in ore meo.
3 ¶In Dño laudabitur anima mea: au-
diant mansueti, & lætentur.
4 ¶Magnificate Dñm mecum: & exal-
temus nomen eius in idipsum.
5 ¶Exquisiui Dñm: & exaudiuit me: &
ex oib⁹ tribulationib⁹ meis eripuit me.
6 Accedite ad eũ, & illuminamini: &
facies vestræ non confundentur.
7 ¶Iste pauper clamauit, & Dñs exau-
diuit eum: & de omnibus tribulationi-
B bus eius saluauit eum.
8 ¶Immittet angelus Dñi in circuitu ti- Mat. 12. b. 10.
mentium eum: & eripiet eos.
9 ¶Gustate, & videte quoniã suauis est
Dominus: beatus vir qui sperat in eo.
10 ¶Timete Dñm omnes sancti eius: qm̃
non est inopia timentibus eum.
11 ¶Diuites eguerunt & esurierunt: in- Luca 1. e. 50.
quirentes autem Dominũ nõ minuen-
tur omni bono.
12 ¶Venite filij, audite me: timorẽ Do-
C mini docebo vos.
13 ¶Quis est homo qui vult vitam, di- 1. Pet. 3. b. 10.
ligit dies videre bonos?
14 Prohibe linguam tuam à malo, & la
bia tua ne loquantur dolum.
15 Diuerte à malo, & fac bonum, inqui-
re pacem, & persequere eam.
16 ¶Oculi Domini super iustos: & au- Eccl. 15 d. 21. Hebre. 4. ...
res eius in preces eorum.
17 ¶Vultus autẽ Dñi super faciẽtes ma-
la, vt perdat de terra memoriã eorum.
18 ¶Clamauerunt iusti, & Dñs exaudi-
D uit eos: & ex omnibus tribulationibus
eorum liberauit eos.
19 ¶Iuxta est Dñs ijs qui tribulato sũt
corde: & humiles spiritu saluabit.
20 ¶Multæ tribulationes iustorũ: & de
omnibus his liberabit eos Dominus.
21 ¶Custodit Dominus omnia ossa eo-
rum: vnum ex his non conteretur.
22 ¶Mors peccatorum pessima, & qui
oderunt iustum delinquent.
23 ¶Redimet Dñs aĩas seruorũ suorum:
& non delinquent oẽs qui sperãt in eo.

1 Psalmus huic David. XXXIIII. HEB. 35

A IVdica Domine nocentes me: expu-
gna impugnantes me.
2 ¶Apprehende arma & scutũ: & exur-
ge in adiutorium mihi.
3 ¶Effunde frameã, & conclude aduer-
sus eos qui persequũtur me: dic animæ
meæ, Salus tua ego sum.
4 ¶Confundantur & reuereant quæ- Psal. 39. d. 15. & 69. a. 3.
rentes animam meam.
Auertantur retrorsum & confundã-
tur, cogitantes mihi mala.
5 ¶Fiant tanquã puluis ante faciẽ ven-
ti, & angelus Domini coarctans eos.
6 ¶Fiat via illorum tenebræ & lubricũ:
& angelus Domini persequens eos.
7 ¶Quoniã gratis absconderunt mihi
B interitum laquei sui: superuacuè expro-
brauerunt animam meam.
8 ¶Veniat illi laqueus quẽ ignorat, &
captio quã abscondit apprehendat eũ:
& in laqueum cadat in ipsum.
9 ¶Aĩa autem mea exultabit in Dño:
& delectabitur super salutari suo.
10 ¶Oĩa ossa mea dicẽt, Dñe qs filis tibi?
Eripiẽs inopẽ de manu fortiorũ ei⁹, ege
num & pauperem à diripiẽtibus eum.
11 ¶Surgentes testes iniqui, quæ ignora
bam interrogabant me.
12 ¶Retribuebãt mihi mala pro bonis:

sterilitatem animæ meę.
13 ¶Ego autem cũ mihi molesti essent,
induebar cilicio.
C Humiliabam in ieiunio animã meã:
& oratio mea in sinu meo conuertet̃.
14 ¶Quasi proximũ, quasi fratrem no-
strum, sic complacebã: quasi lugens &
contristatus sic humiliabar.
15 ¶Et aduersum me lætati sunt, & cõ-
uenerunt, congregata sunt super me fla
gella, & ignoraui.
16 ¶Dissipati sunt, nec cõpuncti, tentaue
rũt me, subsannauerũt me subsannatio
ne: frenduerunt super me dentib⁹ suis.
17 ¶Domine quando respicies? restitue
animam meam à malignitate eorum,
à leonibus vnicam meam.
18 ¶Confitebor tibi in ecclesia magna,
in populo graui laudabo te.
19 ¶Non supergaudeãt mihi qui aduer-
santur mihi iniquè, ‖ q̃ oderũt me gra-
tis & annuunt oculis.
20 ¶Quoniam mihi quidem pacificè lo
quebant̃: & in iracundia terrę loquen-
tes dolos cogitabant.
21 ¶Et dilatauerũt super me os suũ: di-
xerunt, Euge, euge viderunt oculi nr̃i.
22 ¶Vidisti Domine, ne sileas: Domine
ne discedas à me.
23 ¶Exurge & intẽde iudicio meo: Deus
D meus: & Dñs meus in causam meã.
24 ¶Iudica me scd̃m iustitiam tuã Dñe
Deus meus, & nõ supergaudeant mihi.
25 ¶Non dicant in cordibus suis, Euge,
euge, animę nostræ: nec dicant, *Deuo-
rabimus' eum.
26 ¶Erubescant & reuereãtur simul qui
gratulantur malis meis.
Induant̃ confusione & reuerẽtia qui
*maligna' loquuntur super me.
27 ¶Exultent & lętent̃ q̃ volunt iustitiã
meam: & dicant semper, Magnificetur
Dominus, qui volunt pacem serui eius.
28 ¶Et lingua mea meditabitur iustitiã
tuam, tota die laudem tuam.

1 *In finem, seruo Domini ipsi Dauid.* XXXV.

2 DIxit iniust⁹ vt delinquat ĩ semetip
A so, nõ est timor Dei ante oculos e-
3 ius. ¶Qm̃ dolosè egit in cõspectu eius:
vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
4 ¶Verba oris eius iniquitas & dolus:
noluit intelligere vt bene ageret.
5 ¶Iniquitatem meditatus est in cubili
suo: astitit omni viæ non bonę, mali-
tiam autem non odiuit.
6 ¶Dñe in cælo misericordia tua: & ve
ritas tua vsque ad nubes.
7 ¶Iustitia tua sicut mõtes Dei: iudicia
B tua abyssus multa. Homines & iumen
8 ta saluabis Dñe: ¶(quemadmodũ mul
tiplicasti misericordiam tuam Deus.)
Filij autem hominũ in tegmine ala-
rum tuarum sperabunt.
9 ¶Inebriabunt̃ ab vbertate domus tuę,
& torrẽte voluptatis tuę potabis eos.
10 ¶Qm̃ apud te est fons vitæ: & in lu- Iac.
mine tuo videbimus lumen.
11 ¶Prętende misericordiam tuã scien-
tibus te, & iustitiam tuam his qui re-
cto sunt corde.
12 ¶Non veniat mihi pes superbiæ: &
manus peccatoris non moueat me.
13 ¶Ibi ceciderunt qui operant̃ iniquita
tem, expulsi sunt, nec potuerunt stare.

1 *Psalmus ipsi Dauid.* XXXVI. HEB. 37

A NOli ęmulari in malignantib⁹, neq;
zelaueris facientes iniquitatem.
2 ¶Qm̃ tanquam fœnum velociter are-
scent: & quemadmodum olera herba-
rum citò decident.
3 ¶Spera in Dño, & fac bonitatẽ, & in-
habita terrã, & pascẽris in diuitijs eius.
4 ¶Delectare in Domino, & dabit tibi
petitiones cordis tui.
5 ¶Reuela Domino viam tuam, & spe-
ra in eo: & ipse faciet.
6 ¶Et educet quasi lumen iustitiã tuã:
7 & iudiciũ tuum tanquã meridiẽ: ¶Sub-
ditus esto Domino, & ora eum.
Noli æmulari in eo qui prosperatur
in via sua, in hoĩe faciente iniustitias.
8 ¶Desine ab ira, & derelinque furorem
noli æmulari vt maligneris.
9 ¶Qm̃ qui malignantur, extermina-
nabuntur: sustinentes autem Dominũ
ipsi hęreditabunt terram.
10 ¶Et adhuc pusillũ, & nõ erit peccator:
& quæres locũ eius, & non inuenies.
11 ¶‖Mãsueti autẽ hæreditabunt terrã: ‖Matt. 5. a. 4.
B & delectabunt̃ in multitudine pacis.
12 ¶Obseruabit peccator iustum: & stri
debit super eum dentibus suis.
13 ¶Dñs autem irridebit eum: quoniã
prospicit q̃ veniet dies eius.
14 ¶Gladium euaginauerunt peccato-
res, intenderunt arcum suum.
Vt *decipiant' pauperem & inopem, *deijciãt. I.
vt trucident rectos corde.

15 ¶Gladius eorum intret in corda ipso-
rum, & arcus eorum confringatur,
16 ¶Melius est modicum iusto super di-
uitias peccatorum multas.
17 ¶Qm̄ brachia peccatorū conterētur:
confirmat autem iustos Dominus.
18 ¶Nouit Dn̄s dies immaculatorū: &
hæreditas eorum in eternum erit.
19 ¶Non confundentur in tēpore ma-
20 olo, & in dieb⁹ famis saturabunt̄, ¶quia
peccatores peribunt.
C Inimici verò Dn̄i mox vt honorifica-
ti fuerint & exaltati: deficiētes quem-
admodum fumus deficient.
21 ¶*Mutuabitur¹ peccator, & non sol- *Mutuabitur 1.
uet: iustus autē miseretur & tribuet.
22 ¶Quia benedicentes ei hęreditabūt
terram: maledicētes autē ei disperibūt.
23 ¶Apud Dn̄m gressus hominis *diri- *dirigentur 2.
getur², & viam eius volet.
24 ¶Cùm ceciderit, non collidetur: quia
Dominus supponit manum suam.
25 ¶‖Iunior fui, etenim senui: & nō vi- ‖Eccle. 2. b. 11.
di iustum derelictum, nec semen eius
quærens panem.
26 ¶Tota die miseretur & cōmodat: &
semen illius in benedictione erit.
27 ¶Declina à malo, & fac bonū, & in-
habita in seculum seculi.
28 ¶Quia Dominus amat iudicium: &
non derelinquet sanctos suos: in ęter-
num conseruabuntur.
Iniusti punient̄: & semē impiorū pe-
29 ribit. ¶Iusti autē hęreditabunt terrā: &
D inhabitabunt in sclm̄ scli super eam.
30 ¶‖Os iusti meditabitur sapientiam, ‖Pro 31. d. 26. Esa. 51. a. 7.
& lingua eius loquetur iudicium.
31 ¶Lex Dei eius in corde ipsius, & non
supplantabuntur gressus eius.
32 ¶Considerat peccator iustū: & quæ-
rit mortificare eum.
33 ¶Dn̄s autem non derelinquet eū in
manibus eius: nec damnabit eum cùm
iudicabitur illi.
34 ¶Expecta Dn̄m, & custodi viam eius:
& exaltabit te vt hæreditate capias ter-
ram: cū perierint peccatores videbis.
35 ¶Vidi impium superexaltatū, & ele-
uatum sicut cedros libani.
36 ¶Et transiui; & ecce nō erat. &³ quæ- -14.
siui eū, & non est inuentus locus eius.
37 ¶Custodi innocentiā: & vide æquita-
tē: qm̄ sunt reliquię homini pacifico.
38 ¶Iniusti autē disperibunt simul: re-
liquię impiorum interibunt.
39 ¶Salus autem iustorū à Dn̄o: & pro-
tector eorū in tempore tribulationis.
40 ¶Et adiuuabit eos Dn̄s, & liberabit
eos: & eruet eos à peccatoribus, & sal-
uabit eos: quia sperauerunt in eo.

1 *Psalmus Dauid in rememoratione die sab-
bathi.* XXXVII. HEB. 38

2 Domine, ne ī furore tuo arguas me,
A neque in ira tua corripias me. Psal. 6. a. 2.
3 ¶Qm̄ sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:
& confirmasti super me manū tuam.
4 ¶Non est sanitas in carne mea à facie
iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie
peccatorum meorum.
5 ¶Qm̄ iniquitates meæ supergressæ
sunt caput meum. &⁴ sicut onus graue -9-
grauatæ sunt super me.
6 ¶Putruerunt & corruptæ sunt cica-
trices meæ, à facie insipientiæ meæ.
7 ¶Miser factus sum & curuatus sum
vsq; in finem tota die contristatus in-
grediebar.
8 ¶Qm̄ lumbi mei impleti sunt illusio
B nibus, & non est sanitas in carne mea.
9 ¶Afflictus sum & humiliatus sum ni-
mis: rugiebam à gemitu cordis mei.
10 ¶Dn̄e, ante te omne desideriū meū:
& gemitus meus à te nō est abscōditus.
11 ¶Cor meū conturbatum est*, dereli- *in me
quit me virtus mea: & lumen oculorū
meorū: & ipsum non est mecum.
12 ¶Amici mei, & ꝓximi mei, aduersū
C me appropinquauerunt & steterunt.
13 ¶Et qui iuxta me erant, de longe ste-
terunt: & vim faciebant qui quærebant
animam meam.
Et q̄ inquirebāt mala mihi locuti sūt
vanitates, & dolos tota die meditabant̄.
14 ¶Ego aūt tanq̄ surdus non audiebā:
& sicut mutus non aperiens os suū.
15 ¶Et fact⁹ sum sicut homo nō audiēs,
& nō habēs in ore suo redargutiones.
16 ¶Quoniam in te Dn̄e speraui, ‖tu ex-
audies me Domine Deus meus.
17 ¶Quia dixi, Nequādo supergaudeant
mihi inimici mei: & dum cōmouētur
pedes mei, sup me magna locuti sunt.
18 ¶Qm̄ ego in flagella paratus sum, &
dolor meus in conspectu meo semper.
19 ¶Qm̄ iniquitatem meam annuntia-
bo: & cogitabo pro peccato meo.
20 ¶Inimici autē mei viuunt, & confir-
mati sunt sup me: & multiplicati sunt
qui oderunt me iniquè.

21 ¶Qui retribuũt mala ꝓ bonis: detra-
hebant mihi qm̃ ſequebar bonitatem.
22 ¶ Ne derelinquas me Domine Deus
meus : ne diſceſſeris à me.
23 ¶Intende in adiutorium meum Do-
mine Deus ſalutis meæ.

HEB. 39

1 *In finem pro Idithun, canticum David.* XXXVIII.

2 Dixi, Cuſtodiã vias meas: vt non
A delinquam in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiam, cùm con-
ſiſteret peccator aduerſum me.
3 ¶Obmutui & humiliat' ſum, & ſilui
à bonis: & dolor meus renouatus eſt.
4 ¶Concaluit cor meũ intra me: & in
meditatione mea exardeſcet ignis.
5 Locutus ſum in lingua mea, ¶Notum
fac mihi Domine finem meum.
Et numerum dierum meorum quis
eſt: vt ſciam quid deſit mihi?
6 ¶Ecce mẽſurabiles poſuiſti dies meos,
B & ſubſtantia mea tanq̃ nihilũ ante te.
7 ¶Veruntamen vniuerſa vanitas: om-
nis homo viuens.
Veruntamen in imagine ꝑtranſit ho
mo: ſed & fruſtra conturbat̃. Theſauri
zat: & ignorat cui congregabit ea.
8 ¶Et nunc quę eſt expectatio mea? nõ-
ne dñs? & ſubſtantia mea apud te eſt.
9 ¶Ab omnibus iniquitatib' meis erue
C me: opprobrium inſipienti dediſti me.
10 ¶Obmutui, & nõ aperui os meũ, qm̃
11 tu feciſti. ¶ amoue à me plagas tuas.
A fortitudine manus tuæ ego defeci:
12 ¶in increpationibus propter iniquita-
tem, corripuiſti hominem.
Et tabeſcere feciſti ſicut araneã ani-
mam eius: veruntamen vanè conturba
tur omnis homo.
13 ¶Exaudi orationem meã Domine, &
deprecationem meam aurib' percipe:
lachrymas meas,
Ne ſileas: qm̃ aduena ego ſum apud
te, & peregrinus, ſicut oẽs patres mei.
14 ¶ Remitte mihi, vt refrigerer prius
quam abeam, & amplius non ero.

HEB. 40

1 *In finem, Pſalmus David.* XXXIX.

2 Expectans expectaui Dominum, &
A intendit mihi.
3 Et exaudiuit preces meas, ¶& eduxit
me de lacu miſeriæ, & de luto fęcis.
Et ſtatuit ſuper petram pedes meos,
& direxit greſſus meos.
4 ¶Et immiſit in os meum canticum
nouum, carmen Deo noſtro.
Videbunt multi, & timebunt: & ſpe
rabunt in Domino.
5 Beatus vir, cuius eſt nomen Domini
ſpes eius: & non reſpexit in vanitates &
inſanias falſas.
6 ¶Multa feciſti tu Dñe De' meus mi-
B rabilia tua: & cogitationibus tuis non
eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annuntiaui, & locutus ſum: multi-
plicati ſunt ſuper numerum.
7 ¶Sacrificium & oblationem noluiſti:
aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtũ & pro peccato non po- Hebr. 10. b. 5.
8 ſtulaſti: ¶tunc dixi, Ecce venio.
9 In capite libri ſcriptũ eſt de me ¶vt fa-
cerem voluntatem tuã, Deus meus vo-
lui, & legem tuã in medio cordis mei.
10 ¶Annuntiaui iuſtitiam tuã in eccle-
ſia magna, ecce labia mea nõ prohibe-
bo, Domine tu ſciſti.
11 ¶Iuſtitiã tuam nõ abſcondi in corde
C meo, veritatẽ tuã & ſalutare tuũ dixi.
Non abſcondi miſericordiam tuam
& veritatem tuam à concilio multo.
12 ¶Tu autem Dñe ne longè facias mi-
ſerationes tuas à me: miſericordia tua
& veritas tua ſemꝑ ſuſceperunt me.
13 ¶Quoniam circũdederunt me mala
quorum non eſt numerus: comprehen-
derunt me iniquitates meę, & non po-
tui vt viderem.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos ca-
pitis mei: & cor meũ dereliquit me.
14 ¶Complaceat tibi Domine vt eruas
me: ‖Dñe ad adiuuandũ me reſpice. ‖Inf. 69. a. 2.
15 ¶‖Confundant̃, & reuereant̃ ſimul, ‖Sup. 34. a. 4.
D qui quęrũt aĩam meã, vt auferant eam.
Conuertantur retrorſum & reuerean Infr. 69. a. 3.
tur: qui volunt mihi mala.
16 ¶ Ferant cõfeſtim confuſionem ſuã,
qui dicunt mihi, Euge, euge.
17 ¶ Exultent & letent̃ ſuper te omnes
quærentes te: & dicant ſemꝑ, Magnifice
tur Dñs, qui diligunt ſalutare tuum.
18 ¶Ego autem mendicus ſum & pau-
per: Dominus ſolicitus eſt mei.
Adiutor meus & ꝓtector meus tu es:
Deus meus ne tardaueris.

HEB. 41

1 *In finem, Pſalmus ipſi David.* XL.

2 Beatus vir qui intelligit ſuper egenũ
A & pauperem: in die mala libera-
bit eum Dominus.

3 ᵃDñs conseruét eũ, & viuificet eũ, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animã inimicorum eius.
4 ᵃDñs opem ferat illi super lectũ doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
5 ᵃEgo dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.
6 ᵃInimici mei dixerũt mala mihi, Quãdo
B morietur, & peribit nomen eius?
7 ᵃEt si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, &
8 loquebatur: ᵃin idipsum

Aduersum me susurrabãt oẽs inimici mei: aduersũ me cogitabãt mala mihi.
9 ᵃVerbum iniquum constituerũt aduersum me, Nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?
10 ᵃEtenim homo pacis meę in quo sperau; qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem.
11 ᵃTu autem Domine miserere mei, &
C resuscita me: & retribuam eis.
12 ᵃIn hoc cognoui qm̃ voluisti me: qm̃ nõ gaudebit inimicus meus super me.
13 ᵃMe autẽ propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.
14 ᵃBenedictus Dominus Deus Israël à seculo, & vsq; in seculum: fiat, fiat.

Hebr. ib b. 4.
Iob 13. b 18. Act. 1. c. 16.

In finem, intellectus filijs Core. XLI.

1
2 A QVemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus?
3 ᵃSitiuit anima mea ad Deũ ᵇfontemᵇ viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?
4 ᵃFuerunt mihi lachrymę meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?
5 ᵃHęc recordatus sum, & effudi in me animam meam, qm̃ transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domũ
B Dei, In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.
6 ᵃ‖Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, qm̃ adhuc cõfitebor il-
7 li: salutare vultus mei, ᵃ& Deus meus.

Ad meipsum aĩa mea cõturbata est, ꝑpterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij, à monte modico.
8 ᵃAbyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me transierunt.
9 ᵃIn die mandauit Dñs misericordiã
C suam, & nocte canticum eius.
10 Apud me oratio Deo vitæ meæ: ᵃdicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dũ affligit me inimicus?
11 ᵃDum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei:

Dum dicunt mihi per singulos dies,
12 Vbi est Deus tuus? ᵃ‖quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, qm̃ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

HEB. 42 ᵇ forti 8. ‖Isa. 44. 2. ‖Sup. 36. 1. ‖Ioh. 6. 2. ‖Isa. c. 12 Infr. 42. b. 5. HEB.

Psalmus David. XLII.

1 IVdica me Deᵘ, & discerne causã meã
A de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me,
2 ᵃQuia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?
3 ᵃEmitte lucem tuã, & veritatem tuã: ipsa me deduxerũt, & adduxerũt in mõtem sanctũ tuũ, & in tabernacula tua.
4 Et introibo ad altare Dei, ad Deum
B qui lętificat iuuentutem meum.

Confitebor tibi ĩ cithara Deus Deus
5 meus: ᵃquare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, qm̃ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei. & Deus meus.

In finẽ pro filijs Core ad intellectũ. XLIII.

1
2 A DEus aurib⁹ nostris audiuimus: patres nostri annũtiauerunt nobis,

Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.
3 ᵃManus tua gẽtes disperdidit & plãtasti eos: afflixisti pplos, & expulisti eos.
4 ᵃNec enĩ in gladio suo possederũt terram, & brachiũ eorũ non saluauit eos,

Sed dextera tuã, & brachiũ tuũ, & illuminatio vult⁹ tui: qm̃ cõplacuisti ĩ eis.
5 ᵃTu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob.
6 ᵃIn te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes ᵇin nobisᵇ.
7 ᵃNon enim in arcu meo sperabo: &
B ‖gladius meus saluabit me.
8 ᵃ‖Saluasti enim nos de affligẽtibus

‖Sup. b. 6 Infra. 42. b. 5. HEB. 43 Sup. 42. & 6. c. 13 HEB. 44 -I. ᵇin nos 4 ‖Iosu. 14. c. 29. 2 Re. 17. c. 35. f. 41 c. 2. h c. 8. 3. 14.

nos: & odientes nos, confudisti.
9 In Deo laudabimur tota die: & in
nomine tuo confitebimur in seculũ.
10 Nunc autem repulisti & confudi-
sti nos: & nõ egredieris Deus in virtu- 7.
tibus nostris.
11 Auertisti nos retrorsum post inimi-
cos nostros: & qui oderunt nos, diripie-
12 bant sibi. Dedisti nos tanquam oues
escarum, & in Gentibus dispersisti nos.
13 Vendidisti populũ tuum sine pre-
tio: & non fuit multitudo in cõmuta-
tionibus eorum.
14 Posuisti nos opprobriũ vicinis no-
C stris, subsannationẽ & derisum his qui
sunt in circuitu nostro.
15 Posuisti nos in similitudinẽ Genti-
bus: cõmotionem capitis in populis.
16 Tota die verecũdia mea contra me
est, & cõfusio faciei meę cooperuit me.
17 A voce exprobrantis & obloquẽtis,
à facie inimici & persequentis.
18 Hęc omnia venerũt super nos, nec
obliti sumus te: & iniquè non egimus
in testamento tuo.
19 Et non recessit retrò cor nostrũ: &
declinasti semitas nostras à via tua.
20 Qm̃ humiliasti nos in loco afflictio
nis, & cooperuit nos vmbra mortis,
21 Si obliti sumus nomẽ Dei nr̃i, & si
D expãdim⁹ manus nr̃as ad Deũ alienũ?
22 Nõne Deus requiret ista? ipse enim
nouit abscondita cordis.
23 Qm̃ propter te mortificamur tota Rom. 8. c. 36.
die: ęstimati sum⁹ sicut oues occisionis.
Exurge, quare obdormis Dñe? exur-
ge, & ne repellas in finem.
24 Quare faciẽ tuã auertis, obliuisceris
inopiæ nostrę & tribulationis nr̃æ?
25 Qm̃ humiliata est i puluere aĩa nr̃a:
cõglutinatus est in terra venter noster.
26 Exurge Dñe adiuua nos: & redime
nos propter nomen tuum.

HEB. 45 *1 In finẽ, pro ijs qui cõmutabuntur, filijs Core ad intellectũ, canticũ pro dilecto.* XLIIII.

2 ERuctauit cor meum verbũ bonũ:
A dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribæ veloci-
ter scribentis.
3 Speciosus forma præ filijs hominũ,
diffusa est gratia in labijs tuis: propte-
rea benedixit te Deus in æternũ.
4 Accingere gladio tuo super femur
tuũ, potentissimè,
5 Specie tua & pulchritudine tua in-
tende, prosperè procede, & regna,
B Propter veritatẽ & mansuetudinẽ, &
iustitiã: & deducet te mirabiliter dexte
6 ra tua. Sagittæ tuę acutę (populi sub
te) cadent in corda inimicorũ regis.
7 Sedes tua Deus in seculũ seculi: vir Hebr. 1. c. 8.
ga directionis virga regni tui.
8 Dilexisti iustitiã, & odisti iniquita-
tẽ: propterea vnxit te Deus Deus tuus
oleo lętitiæ prę consortibus tuis.
9 Myrrha & gutta & casia à vestimẽtis
tuis, à domibus eburneis, ex quib⁹ dele
10 ctauerunt te filiæ regũ in honore tuo.
C Astitit regina à dextris tuis in vestitu
deaurato, circumdata varietate.
11 Audi filia, & vide, & inclina aurẽ
tuam: & obliuiscere populũ tuum, &
domum patris tui.
12 Et cõcupiscet rex decorẽ tuũ, qm̃ ipse
est Dñs Deus tuus, & adorabunt eũ.
13 Et filiæ Tiri, in munerib⁹ vultũ tuũ
deprecabuntur, oẽs diuites plebis.
14 Omnis gloria eius filiæ regis ab in-
15 tus, in fimbrijs aureis circumamicta
varietatibus.
D Adducentur regi virgines post eam:
proximæ eius afferentur tibi.
16 Afferentur in lætitia & exultatio-
ne: adducentur in templũ regis.
17 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij:
cõstitues eos principes sup oẽm terrã.
18 *Memores erunt noĩs tui in omni * Memor ero 8.
generatione & generationem. *Dñe 14.
Propterea populi confitebuntur tibi
in æternũ, & in seculũ seculi.

1 In finẽ filijs Core pro arcanis Psalmus. XLV. HEB. 46

2 DEus noster refugiũ & virtus: adiu-
A tor in tribulationib⁹ quæ inuene
3 runt nos nimis. Propterea non time-
bimus dum turbabitur terra, & trans-
ferentur montes in cor maris.
4 Sonuerũt & turbatę sũt aquæ eorũ:
cõturbati sũt mõtes in fortitudine ei⁹.
5 Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ
Dei: sanctificauit tabernaculum suum
Altissimus.
6 Deus in medio eius, non cõmoue-
B bit, adiuuabit eã Deus mane diluculo.
7 Cõturbatę sũt gẽtes, & inclinata sũt
regna: dedit vocẽ suã, mota est terra.
8 Dñs virtutum nobiscũ: susceptor no
ster Deus Iacob.
9 Venite, & videtę opera Domini, quę

posuit

10 posuit prodigia super terrã: ¶ auferens
bella vsque ad finem terræ.
C Arcum conteret, & confringet arma:
& scuta comburet igni.
11 ¶Vacate, & videte qm̃ ego sum Deꝰ:
exaltabor in gẽtibꝰ, & exaltabor ĩ terra.
12 ¶Dominus virtutũ nobiscum: susce-
ptor noster Deus Iacob.

1 *In finem, pro filijs Core Psalmus.* XLVI. HEB. 47

2 OMnes gentes plaudite manibꝰ: iu-
A bilate Deo in voce exultationis.
3 ¶Quoniã Dominus excelsus, terribi-
lis, Rex magnus super omnẽ terrã.
4 ¶Subiecit populos nobis: & gentes
sub pedibus nostris.
5 ¶Elegit nobis hæreditatẽ suam, spe- *quæ 13.
ciem Iacob quam dilexit. ‖2. Reg.
6 ¶‖Ascendit Deus in iubilo, & Dñs in 6.
voce tubæ.
7 ¶Psallite Deo nostro, psallite: psallite
B Regi nostro, psallite.
8 ¶Qm̃ Rex omnis terræ Deus: psallite
sapienter.
9 ¶*Regnabit Deus super gentes: Deus *regnauit 8.
sedet super sedem sanctã suam.
10 ¶Principes populorũ cõgregati sunt
cũ Deo Abraham: quoniã dij fortes ter
ræ, vehementer eleuati sunt.

1 *Psalmus cantici filijs Core secunda sabba-
thi.* XLVII. HEB. 48

2 MAgnꝰ Dñs & laudabilis nimis ĩ ci
A uitate Dei nñri, in mõte sancto eiꝰ.
3 ¶Fundatur exultatione vniuersę ter-
ræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas
Regis magni.
4 ¶Deus in domibus eius cognoscetur,
cũ suscipiet eam.
5 ¶Quoniã ecce reges terræ congrega- 13.
ti sunt: conuenerunt in vnum.
6 ¶Ipsi vidẽtes sic admirati sunt, cõtur
7 bati sunt, cõmoti sunt: ¶ tremor appre-
hendit eos. Ibi dolores vt parturientis.
8 ¶In spiritu vehemẽti conteres naues
9 Tharsis. ¶Sicut audiuimꝰ, sic vidimus
B in ciuitate Dñi virtutũ, in ciuitate Dei
nostri: Deus fundauit eã in ęternũ.
10 ¶Suscepimus Deus misericordiã tuã
in medio templi tui.
11 ¶Secundũ nomen tuum Deus, sic &
laus tua in fines terræ: iustitia plena est
dextera tua.
12 ¶Lætetur mons Sion, & exultent fi-
lię Iudę, propter iudicia tua Dñe.

13 ¶Circundate Sion, & cõplectimini
eam: narrate in turribus eius.
14 ¶Ponite corda vestra in virtute eius:
& distribuite domos eius, vt enarretis
in progenie altera.
15 ¶Quoniã hic est Deus, Deus noster in
eternum & in seculum seculi: ipse re-
get nos in secula.

1 *In finem, filijs Core Psalmus.* XLVIII. HEB. 49

2 AVdite hæc oẽs gentes: auribus per-
A cipite omnes qui habitatis orbẽ.
3 ¶Quiq; terrigenę & filij hominum:
simul in vnũ diues & pauper. 3.
4 ¶Os meũ loquetur sapientiã: & me-
ditatio cordis mei prudentiam.
5 ¶‖Inclinabo in parabolã aurẽ meã, ‖Inf. 77. a 2.
aperiã in psalterio propositionẽ meã. Mat. 13. c. 35.
6 ¶Cur timebo in die mala? iniquitas
calcanei mei circundabit me:
7 ¶Qui confidunt in virtute sua, & in
multitudine diuitiarũ suarũ gloriant̃.
8 ¶Frater nõ redimit, redimet homo:
B *non dabit Deo placationẽ suam. *& 9.
9 ¶Et pretiũ redẽptionis aię suę: & labo
10 rabit in eternũ, ¶& viuet adhuc in finẽ.
11 Non videbit interitũ, ¶cũ viderit sa-
pientes morientes: simul insipiens &
stultus peribunt.
12 Et relinquẽt alienis diuitias suas: ¶&
sepulchra eorũ domus illorũ ĩ ęternũ.
Tabernacula eorũ in ꝓgenie & pro-
genie, vocauerunt noĩa sua ĩ terris suis.
13 ¶Et homo cũ in honore esset, non 13.
intellexit, cõparatus est iumentis insi-
C pientibus, & similis factus est illis.
14 ¶Hæc via illorũ scandalum ipsis: &
postea in ore suo complacebunt.
15 ¶Sicut oues in inferno positi sunt:
mors depascet eos.
Et dominabuntur eorũ iusti in ma-
tutino: & auxilium eorũ veterascet in
inferno à gloria eorum.
16 ¶Veruntamen Deus redimet animã
meã, de manu inferi cũ acceperit me.
17 ¶Ne timueris cũ diues factus fuerit
D homo: & cũ multiplicata fuerit gloria
domus eius.
18 ¶‖Qm̃ cũ interierit, non sumet oĩa: ‖Iob 27. d. 19.
neq; descendet cũ eo gloria eius.
19 ¶Quia aĩa eius in vita ipsius benedi-
cetur: confitebit̃ tibi cũ benefeceris ei.
20 ¶Introibit vsque in progenies patrũ
suorum: & vsque in æternum non vi- 5.
debit lumen.

21 ¶Homo cùm in honore esset, non in-
tellexit: comparatus est iumentis insi-
pientibus, & similis factus est illis.

1 *Psalmus Asaph.* XLIX.

A DEus deorum Dominus locutus est
& vocauit terram.
2 A solis ortu vsq; ad occasum: ¶ex Siō
3 species decoris eius. ¶Deus manifestè ve
niet: Deus noster, & non silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: &
in circuitu eius tempestas valida.
4 ¶*Aduocauit cælū désursum: & ter-
ram discernere populum suum.
5 ¶Congregate illi sanctos eius: q ordi-
nant testamentū eius super sacrificia.
6 ¶Et annuntiabunt cæli iustitiā eius:
B quoniam Deus iudex est.
7 ¶Audi ppl's me⁹, & loquar: Isrl', & testi
ficabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
8 ¶Non in sacrificijs tuis arguam te: ho
locausta autem tua in conspectu meo
sunt semper.
9 ¶Nō accipiam de domo tua vitulos:
neque de gregibus tuis hircos.
10 ¶Quoniā meę sunt omnes feræ syl-
uarum, iumenta in montib⁹ & boues.
11 ¶Cognoui omnia volatilia cæli: &
pulchritudo agri mecum est.
12 ¶Si esuriero, nō dicam tibi: meus est
enim orbis terræ, & plenitudo eius.
13 ¶Nunqd manducabo carnes tauro-
C rum? aut sanguinem hircorū potabo?
14 ¶Immola Deo sacrificium laudis: &
redde Altissimo vota tua.
15 ¶Et inuoca me in die tribulationis:
-&' eruam te, & honorificabis me.
16 ¶Peccatori autem dixit Deus, Quare
tu enarras iustitias meas, & assumis te-
stamentum meum per os tuum?
17 ¶Tu verò odisti disciplinam: & pro-
iecisti sermones meos retrorsum.
18 ¶Si videbas furem, currebas cū eo: &
cū adulteris portionem tuā ponebas.
19 ¶Os tuum abundauit malitia: & lin
D gua tua concinnabat dolos.
20 ¶Sedens, aduersus fratrē tuū loque-
baris, & aduersus filiū matris tuæ pone
21 bas scandalum: ¶hæc fecisti, & tacui.
Existimasti iniquè qđ ero tui similis:
arguam te, & statuā cōtra faciem tuā.
22 ¶Intelligite hęc q obliuiscimini Deū:
nequando rapiat, & nō sit qui eripiat.
23 ¶Sacrificiū laudis honorificabit me:
& illic iter, quo ostēdā illi salutare Dei.

1 *In finem Psalmus David ¶cùm venit ad eū*
2 *Nathan propheta, quādo intrauit ad Beth-*
sabee. 2.Reg.12.a. L. HEB. ¶ 1

A MIserere mei Deus secundum ma-
gnam misericordiam tuam.
3 ¶Et secundū multitudinem misera-
tionum tuarū dele iniquitatem meā.
4 Amplius laua me ab iniquitate mea:
& à peccato meo munda me.
5 ¶Qm̄ iniquitatem meā ego cognosco:
& peccatū meū contra me est semper.
6 ¶Tibi soli peccaui, & malū coram te
feci: ‖vt iustificeris in sermonibus tuis, ‖Rom. 3.
& vincas cùm iudicaris. a 4.
7 ¶‖Ecce enim in iniquitatib⁹ cōceptus ‖Iob 14.
B sum: & in peccatis cōcepit me mr̄ mea. a.4.
8 ¶Ecce enī veritatē dilexisti: incerta &
occulta sapiētię tuæ manifestasti mihi.
9 ¶Asperges me *hyssopo, & mūdabor: *Dñe.
lauabis me, & super niuem dealbabor.
10 ¶Auditui meo dabis gaudiū & læti-
tiam: & exultabunt ossā humiliata.
11 ¶Auerte faciem tuā à peccatis meis:
& omnes iniquitates meas dele.
12 ¶Cor mundū crea in me Deus, & spi-
C ritum rectū innoua in visceribꝰ meis.
13 ¶Ne proijcias me à facie tua, & Spiri-
tum sanctum tuum ne auferas à me.
14 ¶Redde mihi lætitiā salutaris tui: &
spiritu principali confirma me.
15 ¶Docebo iniquos vias tuas: & impij
ad te conuertentur.
16 ¶Libera me de sanguinib⁹ Deus, De⁹
salutis meæ: & exultabit lingua mea
iustitiam *meam'. tuam.
17 ¶Dñe labia mea aperies, & os meum
D annuntiabit laudem tuam.
18 ¶Qm̄ si voluisses sacrificium, dedissē
vtiq;: holocaustis non delectaberis.
19 ¶Sacrificum Deo spiritus contribula-
tus: cor contritum & humiliatū, Deus
non despicies.
20 ¶Benignè fac Dñe in bona voluntate
tua Sion: -&' ędificent muri Ierusalē. *vt.
21 Tunc acceptabis sacrificiū iustitiæ,
oblationes & holocausta: tunc impo-
nent super altare tuum vitulos.

1 *In finem intellectus David, ¶cum venit* *Achimelech 1.
2 *Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli, &*
dixit, Venit David in domum *Abimelech.* HEB. 52
1.Reg.22.b.9. LI.

3 QVid gloriaris in malitia, qui potēs
A es in iniquitate?

HEB. 52

4 Tota die ? iniustitiá cogitauit lingua
tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū.
5 ?Dilexisti malitiá super benignitaté:
iniquitatem magis, q̃ loqui ęquitatem.
6 ? Dilexisti omnia verba præcipitatio-
nis, *lingua dolosa' : *l' ngua dolosam 5.
7 ?Propterea Deus destruet te in finem:
B euellet te, & emigrabit te de tabernacu
lo tuo, & radicé tuá de terra viuétium.
8 ? Videbunt iusti & timebūt, & super
9 eum ridebunt: & dicent, ?Ecce homo q
non posuit Deum adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudine diuitiarū
suarum: & pręualuit in vanitate sua.
10 ? Ego autem sicut oliua fructifera in ‖Rom. 1. 4. ‖Iob 14. 24.
C domo Dei, speraui in misericordia Dei
in ęternum, & in seculum seculi.
11 ? Confitebor tibi in seculū quia feci-
sti: & expectabo nomé tuū, qm̃ bonum
est in conspectu sanctorum tuorum.

HEB. 53 *1 In finē, p̄ Amalech intelligētia David.* LII.

Psal 13. a. 1. 4 Esd. 8. d. 52.

2 Dixit insipiens in corde suo, Nō est
A Deus.
Corrupti sunt & abominabiles facti
sunt in iniquitatibus: non est qui faciat
bonum.
3 ?Deus de cęlo p̄spexit super filios ho-
minum: vt videat si est intelligens, aut
requirens Deum.
4 ?‖Omnes declinauerunt, simul inuti- ‖Rom. 3. b. 12.
les facti sunt, nō est qui faciat bonum,
non est vsq; ad vnum.
5 ?Nónne scient omnes qui operantur
B iniquitatem, qui deuorāt plebem meá
vt cibum panis?
6 ?Deum non inuocauerunt: illic trepi-
dauerunt timore, vbi non erat timor.
Quoniam 'Deus dissipauit ossa eorū
qui hominibus placent: confusi sunt,
quoniam Deus spreuit eos.
7 ?Quis dabit ex Sion salutare Isr̃l? cum
conuerterit Deus captiuitatem plebis
suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Isr̃l.

1 In finem, in carminibus intellectus David cū
2 venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nōne
David abscōditus est apud nos? 1. Reg. 23.
d. 19. 26. a. 1. LIII.

HEB. 54

3 Deus in nomine tuo saluū me fac:
A & in virtute tua iudica me.
4 ?Deus exaudi orationem meam: auri-
bus percipe verba oris mei.
5 ? Quoniam alieni insurrexerunt ad-
uersum me, & fortes quęsierunt animā
meam: - &' non proposuerunt Deum -1.
ante conspectum suum.
6 ?Ecce enim De? adiuuat me: - &' Dn̄s -5.
‖ susceptor est animæ meæ.
7 ?Auerte mala inimicis meis: *in veri- *&.
tate tua disperde illos.
8 ?Voluntariè sacrificabo tibi, - &' con- -3.
fitebor nomini tuo Dn̄e, qm̄ bonū est.
9 ?Quoniam ex omni tribulatione eri-
puisti me: & super inimicos meos de-
spexit oculus meus.

1 In finem, in carminibus intellectus David. HEB. 55
LIIII.

2 Exaudi Deus orationem meā, & ne
A despexeris deprecationem meam.
3 ?Intende mihi, & exaudi me.
Contristatus sum in exercitatione
4 mea: & cōturbatus sum ?à voce inimi-
ci, & à tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me *ini- *iniquitatem 5.
quitates' : & in ira molesti erant mihi.
5 ?Cor meum conturbatum est in me,
& formido mortis cecidit super me.
6 ?Timor & tremor venerūt super me,
& contexerunt me tenebræ:
7 ?Et dixi, Quis dabit mihi pénas sicut
B columbæ, & volabo, & requiescam?
8 ? Ecce elongaui fugiens: & mansi in
solitudine.
9 ? Expectabā eū qui saluum me fecit à
pusillanimitate spiritus, & tempestate.
10 ?Pręcipita Domine, & diuide linguas
eorum: quoniam vidi iniquitatem &
contradictionem in ciuitate.
11 ?Die ac nocte circundabit eam super
muros eius iniquitas, & labor in medio
eius, & iniustitia.
12 ? Et non defecit de platéis eius vsura
& dolus.
13 ?Quoniam si inimicus - meus' male- -4.
dixisset mihi, sustinuissem vtique.
Et si is qui oderat me, super me ma-
gna locutus fuisset: abscondissem me
forsitan ab eo.
14 ? Tu verò homo vnanimis, dux me?
C & notus meus,
15 ?Qui simul mecū dulces capiebas cibos:
in domo Dei ambulauim? cū cōsensu.
16 ? Veniat mors super illos, & descen-
dant in infernum viuentes.
Quoniam nequitię in habitaculis eo-
rum, in medio eorum.
17 ? Ego autem ad Deum clamaui: &
Dominus *saluabit' me. *saluauit 10.

18 ?Vespere

18 ‖ Vespere, & manè, & meridie narrabo & annũtiabo, & exaudiet vocẽ meã.
19 ‖ Redimet in pace animã meã ab his qui appropinquat mihi: quoniã inter multos erant mecum.
20 ‖ Exaudiet Deus, & humiliabit illos,
D qui est ante secula.
Non enim est illis cõmutatio, & non
21 timuerunt Deum: ‖ extendit manũ suã in retribuendo.
Contaminauerunt testamentũ eius,
22 ‖ diuisi sunt ab ira vult⁹ eius: & appropinquauit cor illius. Molliti sũt sermones eius super oleũ: & ipsi sunt iacula.
23 ‖ ‖ Iacta super Dominum curã tuam, & ipse te enutriet: *non dabit in ęternũ fluctuationem iusto.
24 ‖ Tu verò Deus deduces eos in puteũ interitus.
Viri sanguinũ & dolosi nõ dimidiabũt dies suos: ego aũt spabo in te Dñe.

‖ Matt. 6. d. 25. Luc. 12. c. 22. 1. Pet. 5. b. 7. *&.

1 In finẽ, ꝓ populo qui à sanctis lõgè factus est, David in tituli inscriptione, cùm tenuerũt eũ Allophyli in Geth. 1. Reg. 21. d. 12. LV.

HEB. 56

2 A MIserere mei De⁹, qm̃ cõculcauit me homo: tota die impugnãs tribula-
3 uit me. ‖ Cõculcauerũt me inimici mei tota die: qm̃ multi bellãtes aduersũ me.
4 ‖ Ab altitudine diei timebo: ego ve-
5 rò in te sperabo. ‖ In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
6 ‖ Tota die verba mea execrabantur:
B aduersum me omnes cogitationes eorum, in malum.
7 ‖ Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam
8 ‖ pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
9 Deus, ‖ vitam meã annũtiaui tibi: posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo:
10 Sicut & in promissione tua: ‖ tunc
C conuertentur inimici mei retrorsum.
In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.
11 ‖ In Deo laudabo verbũ, in Dño lau-
12 dabo sermonẽm: ‖ in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.
13 ‖ In me sunt Deus vota tua, quæ reddam, 'laudationes' tibi.
14 ‖ Qm̃ eripuisti animã meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

'laudationis 6.

1 In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in speluncam. LVI.

1. Reg. 22. a. 1. & 24. a. 4.

HEB. 57

2 A MIserere mei Deus, miserere mei: qm̃ in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarũ sperabo, donec transeat iniquitas.
3 ‖ Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.
4 ‖ Misit de cęlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiã suam & ve-
5 ritatem suam, ‖ & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.
Filij hominũ, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorũ, gladius acutus.
6 ‖ Exaltare super cęlos Deus: & in om-
B nem terram gloria tua.
7 ‖ Laqueum parauerũt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueã: & inciderunt in eam.
8 ‖ ‖ Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & psalmum dicã'.
9 ‖ ‖ Exurge gloria mea, exurge psalteriũ & cithara: exurgam diluculo.
10 ‖ Confitebor tibi in populis Dñe: & psalmum dicam tibi in gentibus.
11 ‖ Quoniam magnificata est vsq; ad cęlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.
12 ‖ Exaltare super cęlos Deus: & super omnem terram gloria tua.

‖ Inf. 107. a. 1. 'Dño. ‖ Ioh. 2. d. 4.

1 In finem, ne disperdas, David in tituli inscriptione. LVII.

HEB. 58

2 A SI verè vtiq; iustitiam loquimini: 'recte' iudicate filij hominum.
3 ‖ Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias man⁹ vestræ concinnant.
4 ‖ Alienati sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.
5 ‖ Furor illis secundùm similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas.
6 ‖ Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.
7 ‖ Deus cõteret dẽtes eorũ in ore ipso-
B rum: molas leonum confringet Dñs.
8 ‖ Ad nihilum deuenient tanqnam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.

'recta 4.

9 ‖ Sicut

9 ¶Sicut cera quæ fluit auferentur: su-
percecidit ignis, & non viderunt solẽ.
10 ¶Priusquàm intelligerent spinæ ve-
stræ rhamnum: sicut viuentes sicut in Mat.12.
ira absorbet eos.
11 ¶Lætabitur iustus cũ viderit vindictã,
man⁹ suas lauabit in sanguine pctõris.
12 ¶Et dicet homo: Si vtique est fructus
iusto? vtiq; est Deus iudicãs eos in terra.

*1 In finem, ne disperdas, David in tituli inscri-
ptione, quando misit Saul, & custodiuit
domum eius, vt interficeret eum. 1.Reg.19.
b.11.* LVIII. HEB.59

2 ERipe me de inimicis meis De⁹ me⁹:
A & ab insurgẽtibus in me libera me.
3 ¶Eripe me de operantibus iniquitatẽ:
& de viris sanguinum salua me.
4 ¶Quia ecce ceperunt animã meam,
irruerunt in me fortes:
5 ¶Neq; iniquitas mea, neq; pctm̃ meũ
Dñe: sine iniquitate cucurri & direxi.
6 ¶Exurge in occursum meum, & vide:
& tu Dñe Deus virtutum, Deus Israël.
B Intende ad visitandas oẽs gentes: nõ
miserearis oĩbus q̃ operãtur iniquitatẽ.
7 ¶Conuertentur ad vesperã: & famem
patientur vt canes, & circuibũt ciuitatẽ.
8 ¶Ecce loquentur in ore suo, & gladius
in labijs eorum: quoniam quis audiuit?
9 ¶Et tu Domine deridebis eos: ad ni-
hilum deduces omnes gentes.
10 ¶Fortitudinem meã ad te custodiam:
11 quia Deus susceptor meus es. ¶Deus
C meus misericordia eius præueniet me.
12 ¶Deus ostendit mihi super inimicos
meos: ne occidas eos, nequando obliui
scantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depo
ne eos protector meus Domine.
13 ¶Delictum oris eorum, sermonem la
biorum ipsorum, & comprehendantur
in superbia sua.
Et de execratione, & mendacio an-
14 nuntiabuntur ¶in consummatione: in
ira consummationis, & non erunt.
Et scient quia Deus dominabitur Ia domina-tur 1.
cob, & finium terræ.
15 ¶Conuertentur ad vesperã, & famem
D patientur vt canes: & circuibũt ciuitatẽ.
16 ¶Ipsi dispergẽtur ad mãducãdũ: si ve
rò nõ fuerint saturati, & murmurabũt.
17 ¶Ego aũt cãtabo fortitudinem tuam,
& exaltabo manè misericordiã tuam. exulta-bo 9.
Quia factus es susceptor meus, & re-
fugiũ meum in die tribulationis meæ.
18 ¶Adiutor me⁹ tibi psallam, quia De⁹
susceptor meus es: Deus meus miseri-
cordia mea.

1 In finem, pro ijs qui immutabuntur in ti- 2.Reg.8
2 tuli inscriptione ipsi David in doctrinam, cũ a.1.13
succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal, & b.7.
conuertit Ioab, & percussit Idumæam in val 1.Par.18. a.1.
le Salinarum duodecim millia. LIX. HEB.60

3 DEus repulisti nos, & destruxisti
A nos: iratus es, & misertus es nobis.
4 ¶Cõmouisti terrã, & cõturbasti eam:
sana cõtritiones eius, quia cõmota est.
5 ¶Ostendisti populo tuo dura: potasti
nos vino compunctionis.
6 ¶Dedisti metuentibus te significatio-
B nem: vt fugiant à facie arcus.
7 ¶Vt liberentur dilecti tui: saluum fac
dextera tua, & exaudi me.
8 ¶Deus locutus est in sancto suo, Læ- Iosu. 10.
tabor & partibor Sichimam, & conual- c.7.
lem tabernaculorum metibor.
9 ¶Meus est Galaad, & me⁹ est Manas-
ses: & Ephraim fortitudo capitis mei.
10 ¶Iuda rex me⁹: Moab olla spei meę.
In Idumęam extẽdam calceamentũ
meum: mihi alienigenę subditi sunt.
11 ¶Quis deducet me in ciuitatẽ muni-
tã? quis deducet me vsq; in Idumæam?
12 ¶Nónne tu Deus qui repulisti nos: &
non egrediêris Deus in virtutibus nr̃is?
13 ¶Da nobis auxiliũ de tribulatione: quia 11
& vana salus hominis.
14 ¶In Deo faciemus virtutẽ: & ipse ad
nihilum deducet tribulantes nos.

1 In finem, in hymnis David. LX. HEB.61

2 EXaudi De⁹ deprecationem meam:
A intende orationi meæ.
3 ¶A finibus terræ ad te clamaui: dum
anxiaretur cor meũ in petra exaltasti me.
4 Deduxisti me, ¶quia fact⁹ es spes mea,
turris fortitudinis à facie inimici.
5 ¶Inhabitabo in tabernaculo tuo in se
cula: protegar in velamento alarũ tuarũ.
6 ¶Quoniam tu Deus meus exaudisti -1.
orationem meam: dedisti hæreditatem
timentibus nomen tuum.
7 ¶Dies super dies regis adijcies: annos
eius vsq; in diem generationis & gene-
rationis.
8 ¶Permanet in æternum in conspe- Perma-
ctu Dei: misericordiam & veritatem e- nebit 1.
ius quis requiret?

9 ¶Sic psalmū dicā nomini tuo in secu-
lū scli: vt reddā vota mea de die ī diē.

HEB. 62 *1 In finem, pro Idithun, Psalmus David* LXI.

2 NOnne Deo subiecta erit aīa mea?
A nab ipso enim salutare meum.
3 ¶Nam & ipse Deus meus, & salutaris
meus, susceptor meus: nō mouebor am-
plius.
4 ¶Quousq; irruitis in hominē? interfi-
citis vniuersi vos: tanquam parieti in-
clinato, & maceriæ depulsæ?
5 ¶Veruntā pretium meū cogitauerunt
repellere, cucurri in siti: ore suo bene-
dicebant, & corde suo maledicebant.
6 ¶Veruntamen Deo subiecta esto ani-
ma mea: qm̄ ab ipso patientia mea.
7 ¶Quia ipse Deus me⁹, & saluator me⁹:
B adiutor meus, non emigrabo.
8 ¶In Deo salutare meū, & gloria mea:
De⁹ auxilij mei, & spes mea in Deo est.
9 ¶Sperate in eo omnis cōgregatio po-
puli, effundite corā illo corda vestra:
Deus adiutor noster in ęternum.
10 ¶Veruntā vani filij hominū, mēda-
ces filij hominum in statéris: vt deci-
piant ipsi de vanitate in idipsum.
11 ¶Nolite sperare in iniquitate, & ra-
pinas nolite concupiscere: diuitię si af-
fluant, nolite cor apponere.
12 ¶Semel locutus est Deus, duo hęc au-
13 diui, quia potestas Dei est, ¶& tibi Do-
mine misericordia: ‖ qa tu reddes vni-
cuique iuxta opera sua.

‖ Mat. 16 d. 27. Rom. 2. b. 6. 2. Cor. 3. b. 8. Gal. 6. b. 5.

HEB. 63 *1 Psalmus David cùm esset in deserto Idumeæ.*
1. Reg. 22. a. 5. LXII.

2 DEus De⁹ me⁹ ad te de luce vigilo.
A Sitiuit in te anima mea, quàm
multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta, & inuia, & inaquosa,
3 ¶Sic in sancto apparui tibi, vt viderē vir-
tutem tuam & gloriam tuam.
4 ¶Qm̄ melior est misericordia tua su-
per vitas: labia mea laudabunt te.
5 ¶Sic benedicam te in vita mea: & in
nomine tuo leuabo manus meas.
6 ¶Sicut adipe & pinguedine repleatur
anima mea: & labiis exultationis lau-
dabit os meum.
7 ¶ᵃSicᵃ memor fui tui super stratum
B meum, in matutinis meditabor in te:
8 ¶quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarū tuarum exul-
9 tabo, ¶adhęsit anima mea post te: me

ᵃ Si 9.

suscepit dextera tua.
10 ¶Ipsi verò in vanū q̄sierunt animam
11 meā, introibunt in inferiora terræ, ¶tra-
dent' ī man⁹ gladij, partes vulpiū erūt.
12 ¶Rex verò lętabitur in Deo, ᵇlauda-
buntur omnes qui iurantᵇ in eo, quia
obstructum est os loquentium iniqua.

ᵇ laudabitur omnis qui iurat ī.

HEB. 64 *1 In finem, Psalmus David.* LXIII.

2 EXaudi De⁹ orationem meam cùm
A deprecor: à timore inimici eripe
animam meam.
3 ¶Protexisti me à cōuētu malignantiū:
à multitudine operātium iniquitatem.
4 ¶Quia exacuerūt vt gladium linguas
5 suas, intenderunt arcū rē amaram: ¶vt
sagittent in occultis immaculatum.
6 ¶Subitò sagittabunt eum, & nō time-
būt, firmauerūt sibi sermonem nequā:
Narrauerūt vt absconderēt laqueos:
dixerunt: Quis videbit eos?
7 ¶Scrutati sunt iniquitates: defecerunt
B scrutantes ᶜscrutinioᶜ.
8 Accedet homoᵈ adᵈ cor altum: ¶&
exaltabitur Deus.
Sagittæ paruulorum factæ sunt pla-
9 gæ eorum: ¶& infirmatę sunt cōtra eos
linguæ eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbāt
10 eos: ¶& timuit omnis homo.
Et annuntiauerunt opera Dei, & fa-
cta eius intellexerunt.
11 ¶Lętabit' iustus in Dn̄o, & sperabit in
eo, & laudabuntur omnes recti corde.

ᶜ scrutinia 4. ᵈ & 6.

HEB. 65 *1 In finem, Psalmus David, Canticū Aggæi, Ieremiæ, & Ezechiel populo trāsmigrationis quando incipiebant proficisci.* LXIIII.

2 TE decet hymnus Deus in Sion: &
A tibi reddetur votum in Ierusalem.
3 ¶Exaudi orationem meam: ad te om-
nis caro veniet.
4 ¶Verba iniquorum pręualuerunt sup
nos: & impietatib⁹ nostris tu propitia-
5 beris. ¶Beatus quem elegisti & assum-
psisti, inhabitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis dom⁹ tuæ: san-
6 ctum est templum tuum, ¶mirabile in
B æquitate.
Exaudi nos De⁹ salutaris noster, spes
omniū finium terræ, & in mari longè.
7 ¶Præparans mōtes in virtute tua, ac-
8 cinctus potentia: ¶qui conturbas pfun-
dum maris, sonum fluctuum eius.
9 Turbabunt' gentes, ¶& timebunt qui

habi-

habitant terminos à signis tuis: exitus
matutini & vesperè delectabis.
10 ꝟ Visitasti terram, & inebriasti eam:
C multiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletũ est aquis, parasti
cibũ illorũ: qm̃ ita est pręparatio eius.
11 ꝟ Riuos eius inebria, multiplicã genimina eius, In stillicidiis eius lætabitur germinans.
12 ꝟ Benedices coronæ anni benignitatis tuę, & cãpi tui replebunt hubertate.
13 ꝟ Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.
14 ꝟ Induti sunt arietes ouium, & valles abundabũt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

HEB. 66 1 *In finẽ, Cãticũ Psalmi resurrectionis.* LXV.

2 IVbilate Deo oĩs terra, ꝟ Psalmũ dicite
A nomini eius, date gloriam laudi ei⁹.
3 ꝟ Dicite Deo, q̃ terribilia sunt opera tua Domine, ĩ multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui.
4 ꝟ Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.
5 ꝟ Venite & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum.
6 ꝟ Qui cõuertit mare in aridã, in flumine ptrãsibũt pede: ibi lætabimur ĩ ipso.
7 ꝟ Qui dñatur in virtute sua in ęternũ, oculi eius super Gentes respiciunt: qui
B exasperant non exaltentur in semetipsis.
8 ꝟ Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius.
9 ꝟ Qui posuit animã meã ad vitam: & nõ dedit in cõmotionem pedes meos.
10 ꝟ Qm̃ probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argẽtum.
11 ꝟ Induxisti nos in laqueum, posuisti
12 tribulationes in dorso nostro: ꝟ impo-
C suisti homines super capita nostra.
Trãsiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
13 ꝟ Introibo in domum tuam in holo-
14 caustis: reddam tibi vota mea, ꝟ quæ distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum in tribulatione mea.
15 ꝟ Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.
16 ꝟ Venite, & audite, & narrabo oẽs q
D timetis Deũ, quanta fecit animæ meæ.
17 ꝟ Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.
18 ꝟ Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.
19 ꝟ Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.
20 ꝟ Benedictus Deus q nõ amouit orationẽ meã, & misericordiam suã à me.

1 *In finem, in hymnis Psalmus cãtici David.* HEB. 67
LXVI.

2 DEus misereatur nostri, & benedi-
A cat nobis: illuminet vultum suũ super nos, & misereatur nostri.
3 ꝟ Vt cognoscamus in terra viam tuã: in omnibus gentibus salutare tuum.
4 ꝟ Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.
5 ꝟ Lętentur & exultent gentes, quoniã
B iudicas populos in ęquitate, & gentes in terra dirigis.
6 ꝟ Confiteantur tibi populi Deus, con-
7 fiteantur tibi populi omnes, ꝟ terra dedit fructum suum.
8 Benedicat nos Deus Deus noster, ꝟ benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.

1 *In fine, Psalmus cantici ipsi David.* LXVII. HEB. 68

2 EXurgat Deus, & dissipentur inimi-
A ci eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius.
3 ꝟ Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.
4 ꝟ Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.
5 ꝟ Cãtate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit sup occasum: Dominus nomen illi.
Exultate in cõspectu eius, turbabun-
6 tur à facie eius, ꝟ patris orphanorum, & iudicis viduarum.
7 Deus in loco sancto suo: ꝟ De⁹ qui inhabitare facit vnius moris in domo.
Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitãt in sepulchris.
8 ꝟ Deus cùm egredereris in conspectu populi tui, cùm pertrãsires in deserto.
9 ꝟ Terra mota est, etenim cęli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Isrl.
10 ꝟ Pluuiam voluntariam segregabis,
B Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam.
11 ꝟ Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus.

12 ¶Dominus dabit verbum euangeli-
zantibus virtute multa.
13 ¶Rex virtutum dilecti dilecti: & spe-
ciei domus diuidere spolia.
14 ¶Si dormiatis inter medios cleros, pẽ
næ columbæ deargentatæ, & posterio-
ra dorsi eius in pallore auri.
15 ¶Dũ discernit cælestis reges super eã,
16 niue dealbabuntur in Selmon: ¶mons
Dei, mons pinguis.
17 Mons coagulatus, mõs pinguis, ¶vt
quid suspicamini montes coagulatos?
Mõs ĩ quo beneplacitũ est Deo habi-
tare ĩ eo: etenim Dñs habitabit in finẽ.
18 ¶Currus Dei decem millibus multi-
plex millia lætantium: Dominus in eis
in Sinai in sancto.
19 ¶‖Ascẽdisti in altum, cepisti captiui-
C tatem, accepisti dona in hominibus.
Etenim non credẽtes, inhabitare Do
minum Deum.
20 ¶Benedictus Dominus die quotidie:
prosperum iter faciet nobis, Deus salu
tarium nostrorum.
21 ¶Deus noster Deus saluos faciendi:
& Domini Domini exitus mortis.
22 ¶Veruntamen Deus cõfringet capita
inimicorum suorum: verticem capilli
perambulantium in delictis suis.
23 ¶Dixit Dominus, Ex Basan conuertã,
conuertam in profundum maris.
24 ¶Vt intinguatur pes tuꝰ in sanguine:
lingua canũ tuorũ ex inimicis, ab ipso.
25 ¶Viderũt ingressus tuos Deus, ingres
sus Dei mei regis mei, qui est in sancto.
26 ¶Præuenerunt principes coniuncti
psallentibus, in medio iuuencularum
tympanistriarum.
27 ¶In ecclesijs benedicite Deo Domi-
no, de fontibus Israël.
28 ¶Ibi Ben-iamin adolescentulus in
mentis excessu.
Principes Iuda, duces eorum: princi-
pes Zabulon, principes Nephthali.
29 ¶Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma
hoc Deus quod operatus es in nobis.
30 ¶A templo tuo in Ierusalem, tibi of-
ferent reges munera.
31 ¶Increpa feras arundinis, cõgregatio
taurorum in vaccis populorum: vt ex-
cludant eos qui probati sunt argento.
32 Dissipa gentes quę bella volunt: ¶ve-
nient legati ex Ægypto: Æthiopia præ-
ueniet manus eius Deo.
33 ¶Regna terrę cãtate Deo: psallite Dño.
34 Psallite Deo¶qui ascendit super cæ-
lum cœli, ad Orientem.
35 Ecce dabit voci suę vocẽ virtutis, ¶da
te gloriam Deo, super Israël magnificen
tia eius, & virtus eius in nubibus.
36 ¶Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus
Israël ipse dabit virtutem & fortitudi-
nem plebi suæ: benedictus Deus.

1 In finem pro ys qui commutabuntur David.
LXVIII. HEB. 69

2 SAluum me fac Deus, quoniam intra
A uerunt aquæ vsq; ad animã meam.
3 ¶Infixus sum in limo profundi, &
non est substantia.
Veni in altitudinem maris, & tem-
pestas demersit me.
4 ¶Laboraui clamans: raucæ factę sunt
fauces meę: defecerunt oculi mei, dum
spero in Deum meum.
5 ¶Multiplicati sunt super capillos ca-
pitis mei qui oderunt me gratis.
Cõfortati sunt qui persecuti sunt me
inimici mei iniustè: quę non rapui tũc
exoluebam.
6 ¶Deus tu scis insipientiam meam: &
delicta mea à te non sunt abscondita.
7 ¶Non erubescant in me qui expectãt
te Domine: Domine virtutum.
Non cõfundantur super me qui quæ
runt te Deus Israël:
8 ¶Quoniã propter te sustinui oppro-
brium: operuit confusio faciem meam.
9 ¶Extraneus factus sum fratribus meis,
B & peregrinus filijs matris meæ.
10 ¶‖Quoniam zelus domus tuæ comẽ- ‖Ioh. 2.
dit me: &‖opprobria exprobrantium ti d.17.
bi ceciderunt super me. ‖Ro. 15.
11 ¶Et operui in ieiunio animã meam: a. 3.
& factum est in opprobrium mihi.
12 ¶Et posui vestimentum meum cili-
cium: & factus sum illis in parabolam.
13 ¶Aduersum me loquebantur qui se-
debãt in porta: & in me psallebant qui
bibebant vinum.
14 ¶Ego verò orationem meã ad te Do-
mine: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordię tuæ ex-
audi me, in veritate salutis tuæ.
15 ¶Eripe me de luto, vt non infigar: li-
bera me ab iis qui oderunt me, & de
profundis aquarum.
16 ¶Non me demergat tempestas aquæ,
neque absorbeat me profundum: neq;
vrgeat super me puteus os suum.

17 ¶Exaudi

17 ℣Exaudi me Dñe,qm̃ benigna est misericordia tua: secundũ multitudinem miserationum tuarum respice in me.
18 ℣Et ne auertas faciem tuam à puero tuo:qm̃ tribulor,velociter exaudi me.
19 ℣Intende animæ meæ,& libera eam,
C propter inimicos meos eripe me.
20 ℣Tu scis improperium meum,& confusionem meam,& reuerẽtiam meã.
21 ℣In cõspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum,& miseriam.
Et sustinui q. simul cõtristaretur,& nõ fuit:& qui consolaretur,& non inueni.
22 ℣Et dederunt in escam meam fel:‖& in in siti mea potauerunt me aceto.
23 ℣Fiat mẽsa eorũ corã ipsis in laqueũ, & in retributiones & in scandalum.
24 ℣Obscurentur oculi eorũ ne videant. & dorsum eorum semper incurua.
25 ℣Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
26 ℣‖Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorũ nõ sit qui inhabitet.
27 ℣Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
28 ℣Appone iniquitatem super iniquita
D tem eorũ:& non intrent in iustitiã tuã.
29 ℣Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
30 ℣Ego sum pauper & dolens:salus tua Deus suscepit me.
31 ℣Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.
32 ℣Et placebit Deo super vitulũ nouellum cornua producentem & vngulas.
33 ℣Videant pauperes & lætentur: quærite Deum,& viuet anima vestra.
34 ℣Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
35 ℣Laudent illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
36 ℣Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi,& hęreditate acquirent eam.
37 ℣Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

‖Mat.27 e.42. Mar.15. d.36. retributioné 2. ‖Act.1. d. 20.

1 In finem, Psalmus Dauid, in rememoratione quòd saluum fecerit eum Dominus. LXIX.

2
A DEus in adiutorium meum intẽde: Domine ad adiuuãdũ me festina.

me 4. HEB.70 Sup.34 d.23.39 e.44.

3 ℣Confundantur & reuereantur qui quærunt animam meam.
4 ℣Auertãtur retrorsum & erubescant, qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi,Euge,euge.
5 ℣Exultent & lætẽtur in te omnes qui
B quęrunt te, & dicant semper, magnificetur Dominus, qui diligũt salutare tuũ.
6 ℣Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moréris.

Sup.34 d.26. Inf.70. b.13.

Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum. LXX.

1 IN te Domine speraui,non confundar
2 in æternum: ℣in iustitia tua libera
A me & eripe me.
Inclina ad me aurẽ tuã, & salua me.
3 ℣Esto mihi in Deum protectorem,& in locum munitũ, vt saluũ me facias.
Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu.
4 ℣Deus me eripe me de manu peccatoris:& de manu cõtra legẽ agẽtis & iniq.
5 ℣Quoniam tu es patientia mea Dñe, Domine spes mea à iuuentute mea.
6 ℣In te cõfirmatus sum ex vtero,de vẽ
B tre matris meę tu es protector meus.
7 In te cantatio mea semper: ℣tãquam prodigium factus sum multis,& tu adiutor fortis.
8 ℣Repleatur os meũ laude: vt cantẽ gloriam tuam, tota die magnitudinẽ tuã.
9 ℣Ne proiicias me in tempore senectutis,cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
10 ℣Quia dixerunt inimici mei mihi:& qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum.
11 ℣Dicentes:Deus dereliquit eum: persequimini,& comprehendite eũ: quia non est qui eripiat.
12 ℣Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.
13 ℣Confundantur & deficiant detrahẽ
C tes animæ meæ:operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi.
14 ℣Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam.
15 ℣Os meum annuntiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam,
16 ℣introibo in potentiam Dñi, Domine

HEB.71 Sup.30. a.1. potentias 1.

memorabor

memorabor iustitiæ tuæ solius.
17 ¶Deus docuisti me a iuuentute mea, & vsq; núc ꝓnunciabo mirabilia tua.
18 ¶Et vsq; in senectam & senium, Deus ne derelinquas me.
Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est.
19 ¶Potentiam tuam & iustitiam tuam
D Deus, vsq; in altissima quę fecisti magnalia. Deus quis similis* tibi?
20 ¶Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me.
21 ¶Multiplicasti magnificentiã tuã: & conuersus consolatus es me.
22 ¶Nam & ego confitebor tibi in vasis Psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cithara, sanctus Israël.
23 ¶Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.
24 ¶Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiã tuã: cùm confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

*sit.

HEB.72

1 *Psalmus in Salomonem.* LXXI.

2 Deus iudicium tuum Regi da: & iu
A stitiam tuam filio Regis.
Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
3 ¶Suscipiant montes pacé populo, & colles iustitiam:
4 ¶Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ: & humiliabit calumniatorem.
5 ¶Et permanebit cũ Sole & ante Lunã in generatione *& generationem*.
6 ¶Descendet sicut pluuia in vellus: &
B sicut stillicidia stillantia super terram.
7 ¶Orietur in diebus eius iustitia & abũdantia pacis: donec auferatur Luna.
8 Et dominabitur à mari vsq; ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.
9 ¶‖Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.
10 ¶Reges Tharsis & insulæ munera offerẽt, reges Arabũ & Saba dona adducẽt.
11 ¶Et adorabunt eũ omnes reges: *omnes
C nes gentes seruient ei:
12 ¶Quia liberabit pauperé à potente, & pauperem cui non erat adiutor.
13 ¶Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.
14 ¶Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.
15 ¶Et viuet, & dabitur ei de auro Arabię, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.
16 ¶Et erit firmamentũ in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.
17 ¶Sit nomen eius benedictũ in secula ante solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso oés tribus terrę: oés gentes magnificabunt eum.
18 ¶Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus.
19 ¶Et benedictum nomen maiestatis eius in ęternũ, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.
20 ¶Defecerunt laudes Dauid filij Iessę.

*generationum 2.

‖Esa. 60. a.6. Mat. 2. b.11.

*tuiæ.

HEB.73

1 *Psalmus Asaph.* LXXII.

A Quam bonus Israël Deus his qui recto sunt corde?
2 ¶Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.
3 ¶Quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorum videns.
4 ¶Quia non est respectus morti eorũ: & firmamentum in plaga eorum.
5 ¶In labore hominũ non sunt, & cũ hominibus non flagellabuntur.
6 ¶Ideo tenuit eos superbia, operti sũt iniquitate & impietate sua.
7 ¶Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.
8 ¶Cogitauerunt, & locuti sunt nequi-
B tiã: iniquitatem in excelso locuti sunt.
9 ¶Posuerunt in cælũ os suum: & lingua eorum transiuit in terra.
10 ¶Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
11 ¶Et dixerunt: Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?
12 ¶Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias.
13 ¶Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocẽtes manꝰ meas.
14 ¶Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.
15 ¶Si dicebam, Narrabo sic, ecce natio-
C nem filiorum tuorum reprobaui.
16 ¶Existimabam vt cognoscerem hoc: labor est ante me.
17 ¶Donec intrem in sanctuarium Dei:

& intelligam in nouissimis eorum.
18 Veruntamen propter dolos posuisti
eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
19 ¶Quomodo facti sunt in desolatio-
nem? subitò defecerunt: perierunt pro-
pter iniquitatem suam.
20 ¶Velut somnium surgentium Domi
ne, in ciuitate tua imaginem ipsorum
ad nihilum rediges.
21 ¶Quia inflammatum est cor meum,
22 & renes mei commutati sunt: ¶& ego
D ad nihilum redactus sum, & nesciui.
23 ¶Vt iumentum factus sum apud te:
& ego semper tecum.
24 ¶Tenuisti manum dexteram meam:
& in voluntate tua deduxisti me, ¶& cū
gloria suscepisti me.
25 ¶Quid enim mihi est in cęlo? & à te
quid volui super terram?
26 ¶Defecit caro mea & cor meū: Deus
cordis mei, & pars mea Deꝰ in æternū.
27 ¶Quia ecce, qui elongant se à te, peri-
bunt: perdidisti oēs q̄ fornicātur abs te.
28 ¶Mihi aūt adhærere Deo bonum est,
ponere in Domino Deo spem meam.
Vt annuntiem omnes prędicationes
tuas in portis filiæ Sion.

HEB. 74

1 *Intellectus Asaph.* LXXIII.

A VT q̄d Deus repulisti in finé: iratus
est furor tuus sup oues pascuę tuę.
2 ¶Memor esto congregationis tuæ, quā
possedisti ab initio.
Redemisti virgam hæreditatis tuæ:
*mons Sion in quo habitasti in eo. *mōtē 1.
3 ¶Leua manus tuas in superbias eorū
in finem: quanta malignatus est inimi-
cus in sancto?
4 ¶Et gloriati sunt qui oderūt te, in me
dio solennitatis tuæ.
5 ¶Posuerunt signa sua, signa: & nō co
gnouerunt sicut in exitu sup summū.
6 Quasi in sylua lignorū securibus ¶ex-
B ciderūt ianuas eius in idipsum: in secu-
ri & ascia deiecerunt eam.
7 ¶‖Incenderunt igni sanctuariū tuū: ‖4.Re.25 b.9.
in terra polluerūt tabernaculū noīs tui
8 ¶Dixerunt in corde suo cognatio eo-
rum simul, Quiescere faciamus omnes
dies festos Dei à terra.
9 ¶Signa nostra nō vidimus, iam nō est
Propheta: & nos nō cognoscet amplius.
10 ¶Vsquequo Deꝰ improperabit inimi
cus, irritat aduersarius nomē tuū ī finē?
11 ¶Vt q̄d auertis manū tuam, & dexte-
C ram tuam de medio sinu tuo in finē?
12 ¶‖Deus autem rex noster ante secula ‖Luca 1. g.70.
operatus est salutem in medio terræ.
13 ¶Tu cōfirmasti in virtute tua mare:
contribulāsti capita draconū in aquis.
14 ¶Tu cōfregisti capita draconis: dedi
sti eum escam populis Æthiopum.
15 ¶Tu dirupisti fontes & torrentes: tu
siccasti fluuios Ethan.
16 ¶Tuꝰ est dies, & tua est nox: tu fabri-
catus es auroram & solem.
17 ¶Tu fecisti oēs terminos terræ: æsta-
tem & ver tu plasmasti ea.
18 ¶Memor esto huius, inimicus impro
perauit Domino: & populus insipiēs in
D citauit nomen tuum.
19 ¶Ne tradas bestiis *animas *confiten- *aīam cōfitentē. g. *confitētium g.
tes* tibi: & animas pauperum tuorū ne
obliuiscaris in finem.
20 ¶Respice in testamētum tuum: quia
repleti sunt, qui obscurati sunt terrę do
mibus iniquitatum.
21 ¶Ne auertatur humilis factus cōfusus:
pauper & inops laudabūt nomen tuū.
22 ¶Exurge Deꝰ, iudica causam tuā: me
mor esto improperiorū tuorum, eorum
quæ ab insipiente sunt tota die.
23 ¶Ne obliuiscaris voces inimicorum
tuorum: superbia eorum qui te oderūt
ascendit semper.

1 *In finem ne *corrumpas, Psalmus Cantici A-
saph.* LXXIIII. HEB. 75 *disperdas g.

2 Confitebimur tibi Deus: confitebi-
A mur, & inuocabimus nomen tuū.
3 Narrabimus mirabilia tua: ¶cū acce
pero tempus, ego iustitias iudicabo.
4 ¶Liquefacta est terra, & oēs qui habi-
tant in ea: ego confirmaui colūnas eiꝰ.
5 ¶Dixi iniquis: Nolite iniquè agere: &
delinquētibus, Nolite exaltare cornu.
6 ¶Nolite extollere ī altū cornu vestrū,
B nolite loqui aduersus Deū iniquitatē.
7 ¶Quia neq; ab Oriente, neq; ab Occi
8 dente, neq; à desertis mōtibus: ¶quoniā
Deus iudex est.
9 Hunc humiliat, & hunc exaltat: ¶q̄a
calix ī manu Dñi vini meri plenꝰ misto
C Et inclinauit ex hoc in hoc, verunta-
men fæx eius non est exinanita: bibent
omnes peccatores terrę.
10 ¶Ego autem annuntiabo in seculū:
cantabo Deo Iacob.
11 ¶Et omnia cornua peccatorum con-
fringam: & exaltabuntur cornua iusti.

HEB.76

1 *In finem in laudibus Psalmus Asaph, Canticum ad Assyrios.* LXXV.

2 NOtus in Iudęa Deus: in Israël magnum nomen eius.
3 ¶Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
4 ¶Ibi confregit potentias ˈarcuūˈ: scutum gladium, & bellum. ˈarcuū 5.
5 ¶Illuminās tu mirabiliter à montib⁹
6 ęternis: ¶turbati sunt oēs isipiētes corde
B Dormierūt somnū suū, & nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manib⁹ suis.
7 ¶Ab increpatione tua De⁹ Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.
8 ¶Tu terribilis es, & quis resistet tibi?
9 ex tūc ira tua. ¶De cęlo auditum fecisti
C iudicium: terra tremuit & quieuit.
10 ¶Cùm exurgeret in iudiciū Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
11 ¶Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diē festum agent tibi.
12 ¶Vouete & reddite Dn̄o Deo vestro: oēs qui ī circuitu eius affertis munera.
13 Terribili, ¶& ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.

HEB.77

1 *In fine p Idithun, Psalmus Asaph.* LXXVI

2 V||Oce mea ad Dn̄m clamaui: voce
A mea ad Deum & intendit mihi. ||Aug.141.
3 ¶In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte cōtra eū: & non sum deceptus.
4 Renuit consolari aīa mea, ¶memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitat⁹ sum: & defecit spiritus meus.
5 ¶Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus.
6 ¶Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.
7 ¶Et meditatus sum nocte cum corde
B meo: & exercitabar, & scopebā spm̄ meū ˈ& 8.
8 ¶Nunq̄d in ęternū ꝓiciet De⁹ ˈautˈ non apponat vt cōplacitior sit adhuc?
9 ¶Aut in finē misericordiam suam abscindet à generatione in generationē?
10 ¶Aut obliuiscetur misereri Deus? aut cōtinebit in ira sua misericordias suas?
11 ¶Et dixi nunc cœpi: hęc mutatio dexteræ Excelsi.
12 ¶Memor fui operum Dn̄i: quia me-
C mor ero ab initio mirabilium tuorum.
13 ¶Et meditabor in oībus operib⁹ tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
14 ¶Deus in sancto via tua: quis De⁹ ma-
15 gnus sicut Deus noster? ¶tu es Deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutē tuā:
16 ¶redemisti in brachio tuo populū tuū filios Iacob & Ioseph.
17 ¶Viderunt te aquę Deus, viderunt te aquę: & timuerūt, & turbatę sūt abyssi.
18 ¶Multitudo sonitus aquarum: vocē dederunt nubes.
19 Etenim sagittæ tuæ transeunt: ¶vox tonitrui tui in rota.
Illuxerūt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.
20 ¶In mari via tua, & semitæ tuæ ī aqs multis, & vestigia tua non cognoscent.
21 ¶||Deduxisti sicut oues populū tuum in manu Moysi & Aaron. ||Exo.14. d.19.

HEB.78

1 *Intellectus Asaph.* LXXVII.

A ATtendite ppl̄e meus legē meā inclinate aurē vestrā in verba oris mei.
2 ¶||Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. ||Sup.48. a.5. Mat.13. c.35.
3 ¶Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.
4 ¶Nō sunt occultata à filiis eorum in generatione altera.
Narrātes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quę fecit.
5 ¶Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israël,
Quanta mandauit patribus nostris
6 nota facere ea filiis suis: ¶vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascētur & exurgent, & narrabunt filiis suis.
7 ¶Vt ponant in Deo spem suā, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant.
8 ¶Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans.
Generatio quæ non direxit cor suū, & non est creditus cū Deo spiritus eius.
9 ¶Filij Ephrem intendentes & mitten-
B tes arcum: conuersi sunt in die belli.
10 ¶Non custodierunt testamentū Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
11 ¶Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius quæ ostendit eis. Exod.14. c.22.
12 ¶Coram patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos. Exod.13 d.21. & 14.d.19. f 24.
13 ¶Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.
14 ¶||Et deduxit eos in nube diei: & tota ||Ps.104. d.38.

nocte

nocte in illuminatione ignis.
Exo.17.b.6. 15 ‖Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abysso multa.
16 ℣Et eduxit aquã de petra: & *deduxit tanq̃ flumina aquas. *eduxit 3
17 ℣Et apposuerunt adhuc peccare ei: in irã excitauerũt Excelsum in inaquoso.
18 ℣Et tentauerunt Deũ in cordibus suis vt peterent escas animabus suis.
Nu. 20. b.11. 19 ℣‖Et malè locuti sunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mẽsam in deserto?
Nu. 11. a.1. 20 ℣‖Quoniam percussit petram, & fluC xerunt aquę, & torrentes inundauerũt.
Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
21 ℣Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascẽdit in Israël.
22 ℣Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.
23 ℣Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cæli aperuit.
Exo.16. b.4.c.14 ‖Nu. 11. b.7. ‖Iohã.6. d.31. 1.Co.10. a.3. 24 ℣‖Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cęli dedit eis.
25 ℣‖Panem angelorũ manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
‖Nu. 11. g.31. 26 ℣‖Transtulit Austrũ de cęlo: & induxit in virtute sua Africum.
27 ℣Et pluit super eos sicut puluerẽ carnes: & sicut arenã maris volatilia pennata.
28 Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.
29 ℣Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desideriũ eorum attulit eis:
30 ℣non sunt fraudati à desiderio suo.
Nu. 11. g.33. D ‖Adhuc escæ eorum erant in ore ipso
31 rum: ℣& ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum, & electos Israël impediuit.
32 ℣In oĩbus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
33 ℣Et defecerunt in vanitate dies eorũ: & anni eorum cum festinatione.
34 Cũ occideret eos: quęrebãt eũ: & reuertebantur, & diluculo veniebãt ad *eũ. *Deum
35 ℣Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redẽptor eorum est.
36 ℣Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei.
37 Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.
38 ℣Ipse aũt est misericors, & propitius fiet peccatis eorũ: & non disperdet eos.
Et *abundauit vt auerteret iram suã: & non accendit omnem iram suam. *multiplicauit
39 ℣Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens:
40 ℣Quoties exacerbauerunt eum in deE serto, in iram concitauerunt eũ in inaquoso?
41 Et cõuersi sunt, & tentauerunt Deũ: & sanctum Israël exacerbauerunt.
42 ℣Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.
43 ℣Sicut posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.
44 ℣‖Et cõuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent. ‖Exod.7. d.20.
45 ℣‖Misit in eos cynomiã, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos. ‖Exod 8. a.6.f.24.
46 ℣‖Et dedit ęrugini fructus eorum: & labores eorum locustæ. ‖Exo 10. d 13.
47 ‖Et occidit in grandine vineas eorũ: & moros eorum in pruina. ‖Exod 9. c.23.
48 ℣Et tradidit grandini iumẽta eorũ: & possessionem eorum igni. Exod. 9. a.3.
49 ℣Misit in eos irã indignationis suæ, indignationẽ, & iram & tribulationẽ.
*immissiones per angelos malos. *immissionẽ 42. *& 6.
50 ℣Viam fecit semitæ iræ suæ, *non pepercit à morte animabus eorum, & iuF menta eorum in morte conclusit.
51 ℣‖Et percussit omne primogenitũ in terra Ægypti: primitias *omnis laboris eorum in tabernaculis Cham. ‖Exo. 12 d 29. *laborũ
52 ℣‖Et abstulit sicut oues pplm suum: & perduxit eos tanq̃ gregẽ in deserto. ‖Exo.13. c.18.
53 Et eduxit eos in spe, & nõ timuerũt: & inimicos eorum operuit mare. ‖Exo.14. f.27.
54 ℣Et induxit eos in mõtẽ sanctificationis suæ, mõtẽ quẽ acq̃siuit dextera ei⁹.
‖Et eiecit à facie eorũ Gẽtes: & sorte diuisit eis terrã in funiculo distributiõis. ‖Iof. 13. b 7.
55 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.
56 ℣Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius nõ custodierunt.
57 ℣Et aduerterunt se, & nõ seruauerũt pactum: quemadmodum patres eorũ, conuersi sunt in arcum prauum.
58 ℣In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad ęmulationem eum prouocauerunt.
59 ℣Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israël.

60 ¶Et repulit tabernaculum Silo, taber
G naculũ ſuũ vbi habitauit in hoĩbus.
61 ¶Et tradidit in captiuitatẽ virtutem
eorum, & pulchritudinẽ eorum in ma
nus inimici.
62 ¶Et cõcluſit in gladio populum ſuũ:
& hæreditatem ſuam ſpreuit.
63 ¶Iuuenes eorũ comẽdit ignis: & vir-
gines eorum non ſunt lamentatę.
64 ¶Sacerdotes eorum in gladio cecide-
runt, & viduæ eorum non plorabantᷓ.
65 ¶Et excitatꝰ eſt tanq̃ dormiens Dñs,
tanq̃ potens crapulatus à vino.
66 ¶Et pcuſſit inimicos ſuos in poſterio-
ra opprobrium ſempiternũ dedit illis.
67 ¶Et repulit tabernaculũ Ioſeph: & tri
bum Ephráim non elegit.
68 ¶Sed elegit tribum Iuda, montẽ Siõ
quem dilexit.
69 ¶Et ædificauit ſicut vnicorniũ ſancti
ficiũ ſuũ in terra, quã fundauit ĩ ſecula
70 ¶‖Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſu
71 ſtulit eum de gregibus ouiũ, ¶de poſt fę
tantes accepit eum.
Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſraël
72 hæreditatem ſuã, ¶Et pauit eos in inno
centia cordis ſui: & in intellectibus ma
nuum ſuarum deduxit eos.

Pſalmus Aſaph. LXXVIII.

DEus venerunt Gentes in hęreditatẽ
tuã, polluerũt templũ ſcm̃ tuũ: po-
ſuerunt Ierl̃m in pomorum cuſtodiã.
¶Poſuerunt morticina ſeruorum tuo
rum eſcas volatilibꝰ cęli: carnes ſancto
rum tuorum beſtiis terræ.
¶Effuderunt ſanguinem eorum tanq̃
aquam in circuitu Ieruſalẽ: & non erat
qui ſepeliret.
¶Facti ſumus opprobrium vicinis no
ſtris: ſubſannatio & illuſio his q̃ in cir-
cuitu noſtro ſunt.
Vſquequo Domine iraſcêris in finẽ,
accendetur velut ignis zelus tuus?
¶‖Effunde iram tuam in Gentes quæ
te non nouerunt: & in regna quę nomẽ
tuum non inuocauerunt.
¶Quia comederunt Iacob: & locum
eius deſolauerunt.
¶‖Ne memineris iniquitatũ noſtrarũ
antiquarũ, citò anticipẽt nos miſericor-
diæ tuæ: q̃a pauperes facti ſumꝰ nimis.
¶Adiuua nos Deꝰ ſalutaris noſter, &
propter gloriam nominis tui Dñe libe-
ra nos, & propitius eſto peccatis noſtris
propter nomen tuum.
10 ¶Ne fortè dicant in gentibus, Vbi eſt
Deus eorũ? & innoteſcat in nationibus
coram oculis noſtris,
Vltio ſanguinis ſeruorum tuorũ qui
11 effuſus eſt: ¶Introeat in cõſpectu tuo ge
mitus compeditorum.
D Secundum magnitudinẽ brachij tui
poſſide filios mortificatorum.
12 ¶Et redde vicinis noſtris ſeptuplũ in
ſinu eorum: improperium ipſorũ quod
exprobrauerunt tibi Domine,
13 ¶Nos autem populus tuus & oues pa
ſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſeculũ.
In generationẽ & generationem an-
nuntiabimus laudem tuam.

1 *In finem pro ijs qui commutabuntur, teſtimo nium Aſaph, Pſalmus.* LXXIX. HEB. 80

2 QVi regis Iſraël intende: qui dedu-
A cis velut ouem Ioſeph.
Qui ſedes ſup cherubim, ma
3 nifeſtare ¶ coram Ephráim, Ben-iamin
& Manaſſe. Excita potentiam tuam, &
venit vt ſaluos facias nos.
4 ¶Deus conuerte nos: & oſtende faciẽ
tuam, & ſalui erimus.
5 ¶Domine Deus virtutũ, quouſq; ira-
ſcêris ſuper orationem ſerui tui?
6 ¶Cibabis nos pane lachrymarũ, & po
B tũ dabis nobis in lachrymis in mẽſuraꝰ
7 ¶Poſuiſti nos in contradictionẽ vici-
nis noſtris: & inimici noſtri ſubſanna-
8 uerũt nos. ¶Deus virtutũ conuerte nos:
& oſtende faciem tuã, & ſalui erimus.
9 ¶Vineam de Ægypto tranſtuliſti: eie-
ciſti Gentes & plantaſti eam.
10 ¶Dux itineris fuiſti in cõſpectu eiꝰ, &
plantaſti radices eius, & impleuit terrã.
11 ¶Operuit mõtes vmbra eius: & arbu-
C ſta eius cedros Dei.
12 ¶Extẽdit palmites ſuos vſq; ad mare:
& vſq; ad flumen propagines eius.
13 ¶Vt quid deſtruxiſti maceriam eius:
& vindemiant eam omnes qui præter-
grediuntur viam?
14 ¶Exterminauit eam aper de ſylua: &
ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
15 ¶Deus virtutũ conuertere: reſpice de
cęlo & vide, & viſita vineam iſtam.
16 ¶Et perfice eam quam plantauit dex
tera tua: & ſuper filium hominis quẽ
confirmaſti tibi.
17 ¶Incenſa igni & ſuffoſſa ab increpa-
D tione vultus tui peribunt.

¶Fiat

18 Fiat manus tua super virum dexterę tuæ: & super filium hominis quem cōfirmasti tibi.
19 Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.
20 Dñe Deus virtutum cōuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erim*.

HEB. 81

1 *In finem pro torcularibus Psalmus ipsi Asaph, quinta sabbathi.* LXXX.

2 Exultate Deo adiutori nostro: iubi-
A late Deo Iacob.
3 Sumite Psalmū, & date tympanū: psalterium iucundum cum cithara.
4 Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ.
5 Quia præceptum in Israël est, & iudicium Deo Iacob.
6 ‖Testimonium in Ioseph posuit illud, cū exiret de Terra-Ægypti: linguā quam non nouerat audiuit. ‖Gen 41 c.15.f.45
7 Diuertit ab oneribus dorsum eius:
B manus eius in cophino seruierunt.
8 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te, in abscondito tēpestatis: ‖probaui te apud aquam con- ‖Exo. 17. b.6.
9 tradictionis. ‖Audi populus meus, & Exo. 20. a.7.
10 cōtestabor te: Israël si audieris me, nō erit in te Deus recēs, neq; adorabis Deū
11 alienū. Ego enim sum Dñs Deus tuus,
C qui eduxi te de Terra-Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.
12 Et non audiuit populus meus vocē meam: & Israël non intendit mihi.
13 ‖Et dimisi eos s̄m desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. ‖Act. 14 c.16.
14 ‖Si populus meus audisset me: Israël si in viis meis ambulasset. ‖Baru. 3. b.13.
15 Pro nihilo forsitan inimicos eorū
D humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
16 Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula.
17 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle saturauit eos.

HEB. 82

1 *Psalmus Asaph.* LXXXI.

A Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
2 Vsquequo iudicatis iniquitatē: & facies peccatorum sumitis?
3 Iudicate egeno & pupillo: humilē & pauperem iustificate.
4 ‖Eripite pauperem: & egenū de manu peccatoris liberate. ‖Pro. 24. b.11.
5 Nescierunt, neq; intellexerunt, in te-
B nebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terrę.
6 ‖Ego dixi, dij estis, & filij excelsi oēs. ‖Ioa. 10. f.34.
7 Vos aūt sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.
8 Surge Deus, iudica terram: qm̄ tu hęreditabis in omnibus Gentibus.

HEB. 83

1 *Canticum Psalmi Asaph.* LXXXII.

2 Deus qs similis erit tibi? ne taceas,
A neq; compescaris Deus.
3 Qm̄ ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt caput.
4 Sup ppl̄m tuū malignauerunt consiliū: & cogitauerunt aduersus scōs tuos.
5 Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomē Israël vltrà.
6 Qm̄ cogitauerūt vnanimiter: simul
B aduersum te testamentum disposue-
7 runt, tabernacula Idumæorum & Is-
8 mahelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cū habitantibus Tyrum.
9 Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Lot.
10 Fac illis sicut Madian & ‖Sisarę: sicut Iabin in Torrente Cisson. ‖Iudi. 7. f.22. Iud.4 d.15
11 Disperierunt in Endor: facti sunt vt
C vt stercus terræ.
12 ‖Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & ‖Zebee, & Salmana. ‖Iudi. 7. g.25. ‖Iud. 8. d.21.
13 Omnes principes eorū: qui dixerūt, Hæreditate possideam* sanctuariū Dei.
14 Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.
15 Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes.
16 Ita persequêris illos in tempestate
D tua, & in ira tua turbabis eos.
17 Imple facies eorū ignominia: & quęrent nomen tuum Domine.
18 Erubescant & conturbentur in seculū seculi: & confundantur & pereant.
19 Et cognoscant quia nomē tibi Dñs, tu solus altissimus* in omni terra*. *supplem terrā.

HEB. 84

1 *In finem pro torcularibus filiis Core, Psalmus.* LXXXIII.

2 Quàm dilecta tabernacula tua dñe
3 virtutum: concupiscit & deficit
A anima mea in atria Domini.
Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

4 Etenim passer inuenit sibi domũ: & turtur nidũ sibi, vbi ponat pullos suos.
B Altaria tua Domine virtutũ, rex meus & Deus meus.
5 Beati qui habitãt in domo tua* : in secula seculorum laudabunt te. *Dñe.
6 Beatus vir cuius est auxiliũ abs te,
7 ascẽsiones i corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit.
8 Etenim *benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion. *benedictionem.
C
9 Dñe Deus virtutum exaudi orationẽ meã: auribus percipe Deus Iacob.
10 Protector noster aspice De⁹, & respice in faciem Christi tui.
11 Quia melior est dies vna in atriis
D tuis super millia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum.
12 Quia misericordiã & veritatem diligit *Deus. gratiã & gloriam dabit Dñs. *Dñs 2.
Non priuabit bonis eos qui ambulãt
13 in innocentia: Dominus virtutũ, beatus homo qui sperat in te.

HEB. 85

1 *In finem filijs Core Psalmus.* LXXXIIII.

2 Benedixisti domine terram tuã: auer
A tisti captiuitatem Iacob.
3 Remisisti iniquitatẽ plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.
4 Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.
5 Cõuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.
6 Nunquid in æternum irascêris no-
B bis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
7 Deus tu conuersus viuificabis nos:
8 & plebs tua lętabitur in te, Ostẽde nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.
9 Audiã quid loquat' in me Dñs De⁹: qm̃ loquetur pacem in plebem suam,
C Et super sanctos suos, & in eos qui cõuertuntur ad cor.
10 Veruntñ prope timentes eũ salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nña.
11 Misericordia & veritas obuiauerũt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt
12 Veritas de terra orta est: & iustitia
D de cęlo prospexit.
13 Etenim Dñs dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.
14 Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

HEB. 86

1 *Oratio ipsi David.* LXXXV.

A Inclina Dñe aurem tuam : & exaudi me: qm̃ inops & pauper sum ego.
2 Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.
3 Miserere mei Dñe, qm̃ ad te *clama- *clamabo 3.
4 ui tota die: lętifica aiam serui tui, qm̃ ad te Domine animam meam leuaui.
5 Qm̃ tu Dñe suauis & mitis, & multæ misericordię oĩbus inuocantibus te. Ioel. 2. c. 13.
6 Auribus percipe Dñe orationẽ meã:
B & intende voci deprecationis meæ.
7 In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.
8 Non est similis tui in diis Domine: & non est secundùm opera tua.
9 Omnes gentes quascunq; fecisti, venient & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.
10 Quoniam magnus es tu, & faciens
C mirabilia tu es Deus solus.
11 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lętetur cor meũ vt timeat nomen tuum.
12 Cõfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomẽ tuum in æternum.
13 Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.
14 Deus iniqui insurrexerunt super me,
D & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in
15 conspectu suo. Et tu Domine Deus miserator & misericors. patiens, & multæ misericordiæ, & verax.
16 Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillę tuæ.
17 Fac mecũ signũ in bonũ, vt videant q oderunt me, & confundant', qm̃ tu Dñe adiuuisti me, & consolatus es me.

HEB. 87

1 *Filiis Core Psalmus cantici.* LXXXVI.

A Fundamẽta eius in mõtibus sanctis:
2 diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.
3 Gloriosa dicta sũt de te, ciuitas Dei.
4 Memor ero Raab & Babylonis sciẽtium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
5 Nũquid Sion dicet, Homo, & homo

5 natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?
6 Dñs narrabit in scripturis pp̄lorum, & principum, horum qui fuerūt in ea.
7 Sicut lætātiū oīum habitatio est in te.

1 *Canticum Psalmi filijs Core in finē pro Maheleth ad respondendum intellectus Emā Ezrahitæ.* LXXXVII.

HEB. 88

2 Domine Deus salutis meæ in die clamaui & nocte coram te.
A
3 Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meā.
4 Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.
5 Æstimatus sum cū descendentibus in lacū: factus sum sicut homo sine ad-
6 iutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.
7 Posuerunt me in lacu inferiori: in
B tenebrosis, & in vmbra mortis.
8 Sup me confirmatus est furor tuus: & oēs fluctus tuos induxisti super me.
9 Lōgè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.
10 Traditus sum, & nō egrediebar: ocu li mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.
11 Nūqd mortuis facies mirabilia: aut
C medici suscitabūt, & confitebunt̄ tibi?
12 Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatē tuam in perditione?
13 Nūqd cognoscent̄ ī tenebris mirabilia tua, & iustitia tua ī terra obliuionis?
14 Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.
15 Vtquid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me?
16 Pauper sum ego, & in laboribus à
D iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus.
17 In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
18 Circundederunt me sicut aqua tota die circundederunt me simul.
19 Elongasti à me amicū & proximū: & notos meos à miseria.

1 *Intellectus Ethan Ezrahitæ.* LXXXVIII.

HEB. 89

2 Misericordias Domini in æternum
A cantabo.
In generatione & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.
3 Quoniam dixisti, In æternum misericordia ędificabitur: in cęlis pręparabitur veritas tua in eis.
4 Disposui testamentum electis meis,
5 iuraui Dauid seruo meo, Vsq; in ęternum præparabo semen tuum.
Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam.
1. Re. 7. b. 12.
6 Cōfitebunt̄ cęli mirabilia tua Dñe: etenim veritatē tuā in ecclesia scōrum.
7 Qm̄ quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?
8 Deus qui glorificatur in consilio san
B ctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
9 Dñe Deus virtutū, qs similis tibi? potēs es Dñe, & veritas tua ī circuitu tuo.
10 Tu dominaris potestati maris: motū autem fluctuum eius tu mitigas.
11 Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuę dispersisti inimicos tuos.
12 Tui sunt cęli, & tua est terra, orbēm terrę & plenitudinem eius tu fundasti: Gene. 1. a. 1.
13 aquilonem & mare tu creasti.
Thabor & Hermō in nomine tuo ex
14 ultabunt: tuū brachiū cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dex
15 tera tua, iustitia & iudicium præpara-
C tio sedis tuæ. Misericordia & veritas
16 pręcedēt faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.
Domine, in lumine vultus tui ambu
17 labunt, & in noīe tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.
18 Qm̄ glōria virtutis eorum tu es, & in bñplacito tuo exaltabit̄ cornu nr̄m.
19 Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israël regis nostri.
20 Tūc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, Posui adiutoriū in potente, & exaltaui electum de plebe mea.
* sup potentē. 2. —4.
21 Inueni Dauid seruum meū: oleo Act. 13. d. 22.
D sancto meo vnxi eum.
22 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. 1. Re. 16. a. 2. c. 12.
23 Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei. 2. Reg. 5. a. 2.
24 Et cōcidā à facie ipsius inimicos eius, & odientes eum in fugam conuertam. * cōfirmabit eum.
25 Et veritas mea, & misericordia mea cū ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

26 ¶Et ponam in mari manũ eius: & in
fluminibus dexteram eius.
27 ¶Ipse *inuocauit' me, Pater me⁹es tu: *Inuocabit. 8.
Deus meus & susceptor salutis meę.
28 ¶Et ego primogenitum ponam illũ:
excelsum præ regibus terræ.
29 ¶In ęternũ seruabo illi misericordiã
meã: & testamẽtum meum fidele ipsi.
30 ¶Et ponam in seculum seculi semen
E eius: & thronum eius sicut dies celi.
31 ¶Si aũt dereliquerĩt filij ei⁹ legẽ meã,
& in iudiciis meis non ambulauerint.
32 ¶Si iustitias meas ꝓphanauerint, &
mandata mea non custodierint.
33 ¶Visitabo in virga iniquitates eorũ,
& in verberibus peccata eorum.
34 ¶Misericordiã aũt meã non dispergã
ab eo, neq; *nocebo' in veritate mea. *decipiã 8
35 ¶Neq; ꝓphanabo testamentũ meũ,
& quæ procedunt de labiis meis non fa
ciam irrita.
36 ¶Semel iuraui in scõ meo, si Dauid 2.Re.7. a.16.
37 mẽtiar: ¶semẽ eius in ęternũ manebit.
Et thronus eius sicut sol in cõspectu
38 meo, ¶& sicut luna perfecta in ęternũ:
F & testis in cęlo fidelis.
39 ¶Tu verò repulisti & despexisti: di-
stulisti Christum tuum.
40 ¶*Auertisti' testamentum serui tui: *Euertisti 8.
prophanasti in terra sanctuariũ eius.
41 ¶Destruxisti omnes sepes eius: posui
sti firmamentum eius formidinem.
42 ¶Diripuerunt eum omnes trãseũtes
viam: factus est opprobriũ vicinis suis.
43 ¶Exaltasti dexteram *deprimentium *inimicorũ eius 1
eum': lętificasti omnes inimicos eius.
44 ¶Auertisti adiutorium gladij eius: &
G non es auxiliatus ei in bello.
45 ¶Destruxisti eum ab emundatione:
& sedem eius *in terra' collisisti. *in terrã 2
46 ¶Minorasti dies temporis eius: perfu-
disti eum confusione.
47 ¶Vsquequo Domine auertis in finẽ:
exardescet sicut ignis ira tua?
48 ¶Memorare quę mea substantia: nũ-
quid enim vanè constituisti omnes fi-
lios hominum?
49 ¶Quis est hõ q viuet, & non videbit
mortẽ: eruet aĩam suã de manu inferi
50 ¶Vbi sunt misericordię tuæ antiquæ 2.Reg 7 b.12.
Dñe: sicut iurasti Dauid ĩ veritate tua?
51 ¶Memor esto Domine opprobrij ser-
uorum tuorum (quod continui in sinu
meo) multarum gentium.
52 Quod exprobrauerũt inimici tui Do
mine, quod exprobrauerũt, commuta-
tionem Christi tui.
53 ¶Benedictus Dñs in ęternũ: fiat, fiat.

1 *Oratio Moysi hominis Dei.* LXXXIX. HEB. 90

A Domine refugium factus es nobis à
generatione in generationem.
2 ¶Priusq̃ montes fierent, *aut' formare *& 8.
tur terra & orbis, à seculo & vsq; in se-
culum tu es Deus.
3 ¶Ne auertas hoiem in humilitatẽ: &
dixisti, Conuertimini filij hominum.
4 ¶Q̃m mille anni ante oculos tuos:
tanq̃ dies hesterna quæ præteriit.
5 Et custodia in nocte: ¶ quę pro nihi-
lo habentur, eorum anni erunt.
6 ¶Manè sicut herba trãseat, manè flo-
B reat & transeat: vespere decidat, indu-
ret, & arescat.
7 ¶Quia defecimus in ira tua, & in fu
rore tuo turbati sumus.
8 Posuisti iniquitates nostras in cõspe-
ctu tuo: seculum nostrum in illumina
tione vultus tui.
9 ¶Quoniam omnes dies nostri defece
runt: & in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabun Eccl. 18. a.1.
10 tur: ¶dies annorum nostrorum in ipsis,
C septuaginta anni.
Si autem in potentatibus, octoginta
anni: & amplius eorũ, labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo,
& corripiemur.
11 ¶Quis nouit potestatem irę tuæ, &
præ timore tuo irã tuam dinumerare?
12 ¶Dexteram tuam sic notam fac: &
eruditos corde in sapientia.
13 ¶Conuertere Domine, vsquequo? &
deprecabilis esto super seruos tuos.
14 ¶Reple ti sumus manè misericordia
D tua: & exultauimus, & delectati sumus
in omnibus diebus nostris.
15 ¶Lętati sumus pro diebus quib⁹nos
humiliasti: annis quibus vidim⁹mala.
16 ¶Respice in seruos tuos, & in opera
tua: & dirige filios eorum.
17 ¶Et sit splendor Domini Dei nostri
super nos, & opera manuum nostrarũ
dirige super nos: & opus manuum no-
strarum dirige.

1 *Laus cantici David.* XC. HEB. 91

A Qui habitat in adiutorio altissimi,
in protectione Dei cęli commora-
bitur.

2 ¶Dicet Dño susceptor⁹ meus es tu, &
refugiũ meũ, De⁹ meus sperabo in eũ.
3 ¶Quoniam ipse liberauit me de la-
queo venantium,& à verbo aspero.
*In 4. 4 ¶*Scapulis suis obumbrabit tibi: &
sub pennis eius sperabis.
5 ¶Scuto circundabit te veritas eius:
B non timebis à timore nocturno.
6 ¶A sagitta volãte in die,à negotio per-
ambulãte in tenebris, ab incursu & de-
monio meridiano.
7 ¶Cadent à latere tuo mille,;& decem
millia à dextris tuis: ad te autem non
appropinquabit.
8 ¶Veruntñ oculis tuis considerabis:&
retributionem peccatorum videbis.
9 ¶Quoniam tu es Domine spes mea:
C Altissimum posuisti refugium tuum.
10 ¶Non accedet ad te malum, & flagel
lũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo.
‖Mat.4.a 6. 11 ¶Quoniã ‖ angelis suis mandauit de
Luc.4 b. 10. te, vt custodiant te in omnib⁹ viis tuis.
12 ¶In manibus portabunt te: ne fortè
offendas ad lapidem pedem tuum.
13 ¶Super aspidem & basiliscum ambu-
D labis, & conculcabis leonẽ & draconẽ.
14 ¶Qm̃ in me sperauit, liberabo eũ: p-
tegam eum,qm̃ cognouit nomen meũ.
15 ¶Clamauit ad me,& ego exaudiã eũ:
cum ipso sum in tribulatione: eripiam
eum & glorificabo eum.
16 ¶Longitudine dierum replebo eum:
& ostendam illi salutare meum.

HEB.92 1 *Psalmus cantici in die sabbathi.* XCI.

2 BOnum est confiteri Dño, & psalle-
A re nomini tuo Altissime:
3 ¶Ad annuntiandum manè misericor
diam tuam,& veritatem tuã per noctẽ.
4 ¶In decachordo psalterio, cum canti-
co, in cithara.
5 ¶Quia delectasti me Domine in fa-
ctura tua:& in operibus manuum tua-
rum exultabo.
‖Psal.110 a.2. 6 ¶‖Quàm magnificata sunt opera tua
Domine? nimis profundæ factæ sunt
B cogitationes tuæ.
7 ¶Vir insipiens non cognoscet, & stul-
tus non intelliget hæc.
8 ¶Cùm exorti fuerint peccatores sicut
fœnum,& apparuerint omnes qui ope-
rantur iniquitatem.
9 Vt intereant in seculum seculi, ¶(tu
autem altissimus in æternum Dñe.
10 ¶Qm̃ ecce inimici tui Dñe, qm̃ ecce
inimici tui peribunt: & dispergentur
omnes qui operantur iniquitatem.
11 ¶Et exaltabitur sicut vnicornis cornu
G meũ: & senectus mea in misericordia
12 huberi. ¶Et despexit oculus meus ini-
micos meos:& *insurgentib⁹ in me ma *ab 5
lignantibus, audiet auris mea.
13 ¶Iustus vt palma florebit: *sicut ce- *& 3.
drus Libani multiplicabitur.
14 ¶Plantati in domo Dñi, in atriis do-
mus Dei nostri florebunt.
15 ¶Adhuc multiplicabuntur in senecta
16 huberi.& bene patientes erunt: ¶vt an-
nuntient. Quoniam rectus Dñs Deus
noster, & non est iniquitas in eo.

Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbathum, HEB.93
quando fundata est terra. XCII.

1 DOminus regnauit, decôrem indu
A tus est: indutus est Dominus for-
titudinem,& præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terrę,qui nõ
commouebitur.
2 ¶Parata sedes tua De⁹ ex tũc:à sclo tu es.
3 ¶Eleuauerunt flumina Domine, ele-
uauerunt flumina vocem suam:
4 Eleuauerunt flumina fluctus suos ¶à
B vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis
in altis Dominus.
5 ¶Testimonia tua credibilia facta sunt
nimis: domum tuam decet sanctitudo
Domine in longitudine dierum.

Psalmus ipsi Dauid quarta sabbathi. XCIII. HEB.94

1 DEus vltionum Dominus: Deus vl
A tionum liberè egit.
2 ¶Exalta[re] qui iudicas terram: redde
retributionem superbis.
3 ¶Vsquequo peccatores Dñe, vsque-
quo peccatores gloriabuntur.
4 ¶Effabuntur & loquent⁹ iniquitatem,
loquentur oẽs qui operãtur iniustitiã?
5 ¶Populum tuũ Dñe humiliauerunt:
& hæreditatem tuam vexauerunt.
6 ¶Viduam & aduenam interfecerunt:
& pupillos occiderunt.
7 ¶Et dixerunt, Non videbit Dominus:
B nec intelliget Deus Iacob.
8 ¶Intelligite insipientes in populo: &
stulti aliquando sapite.
9 ¶Qui plantauit aurem, non audiet?
aut qui finxit oculum, non considerat?
10 ¶Qui corripit gentes, non arguet, qui
docet hominem scientiam?

11 ¶Dominus scit cogitationes hominū
quoniam vanæ sunt.
12 ¶Beatus homo quem tu erudieris Do
mine, & de lege tua docueris eum.
13 ¶Vt mitiges ei à diebus malis: donec
C fodiatur peccatori fouea.
14 ¶Quia non repellet Dominus plebē
suā, & hæreditatē suā non derelinquet.
15 ¶Quoadusque iustitia conuertatur in
iudicium: & qui iuxta illā omnes qui
recto sunt corde.
16 ¶Quis consurget mihi aduersus ma-
lignantes? aut quis stabit mecum ad-
uersus operantes iniquitatem?
17 ¶Nisi quia Dn̄s adiuuit me: paulomi
nus habitasset in inferno anima mea.
18 ¶Si dicebam, Motus est pes meus: mi-
D sericordia tua Domine adiuuabat me.
19 ¶Secundum multitudinem dolorū
meorum in corde meo, consolationes
tuæ lætificauerunt animam meam.
20 ¶Nunquid adhęret tibi sedes iniqui-
tatis: qui fingis ˚laborem˚ in præcepto? dolorē 7.
21 ¶Captabunt in aīam iusti: & sangui-
nem innocentem condemnabunt.
22 ¶Et factus est mihi Dominus in refu
giū, & Deus me⁹ in adiutoriū spei meę.
23 ¶Et reddet illis iniquitatē ipsorum:
& in malitia eorum disperdet eos, di-
sperdet illos Dominus Deus noster.

Laus cantici ipsi Dauid. XCIIII. HEB. 95

1 A VEnite, exultemus Domino, iubile-
mus Deo salutari tuo.
2 ¶Præoccupemus faciem eius in cōfes-
sione, & in psalmis iubilemus ei.
3 ¶Quoniam Deus magnus Dominus,
& rex magnus super omnes deos.
4 ¶Quia in manu eius sunt fines terræ:
& altitudines montium ipsius sunt.
5 ¶Quoniā ipsius est mare, & ipse fecit
illud: & siccā manus eius formauerūt.
6 ¶Venite, adoremus, & procidamus,
& ploremus ante Dn̄m qui fecit nos:
7 ¶quia ipse est Dominus Deus noster.
B Et nos populus pascuæ eius, & oues
manus eius.
8 ¶‖Hodie si vocem eius audieritis, no- ‖Heb.3.b. 7.
lite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione secundū diem tē-
tationis in deserto.
9 ¶Vbi tentauerunt me patres vestri: p
bauerunt & viderunt opera mea.
10 ¶Quadragita annis offensus fui gene
rationi illi, & dixi, Sēper hi errāt corde.
11 Et isti nō cognouerūt vias meas: ¶‖vt iu ‖Heb.4.a 3.
raui ī ira mea, si introibūt ī requiē meā

1 *Canticum ipsi Dauid quando domus ædifica
batur post captiuitatem 1. Paral.
16. c. 13.* XCV. HEB. 96 1. Par. 6. c. 13.

A CAntate Domino canticum nouū:
cantate Domino omnis terra.
2 ¶Cātate Dn̄o, & bn̄dicite nomini ei⁹
annuntiate de die in diē salutare eius.
3 ¶Annūtiate inter Gentes gloriā eius,
in omnibus populis mirabilia eius.
4 ¶Quoniā magnus Dn̄s, & laudabilis
nimis: terribilis est super omnes deos.
5 ¶Quoniam omnes dij Gentiū dęmo
nia: Dominus autem cælos fecit.
6 ¶Confessio & pulchritudo in conspe
ctu eius, sanctimonia & magnificentia
in sanctificatione eius.
7 ¶Afferte Domino patriæ Gentium, af
8 ferte Domino gloriam & honorem. ¶af
B ferte Domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias, & introite ī atria ei⁹,
9 ¶adorate Dn̄m in atrio sancto eius.
Commoueatur à facie eius vniuersa
10 terra: ¶dicite in Gētib⁹ q̄a Dn̄s regnauit.
Etenim correxit orbem terræ qui nō
C cōmouebitur: iudicabit populos in ęq-
11 taie. ¶Lætentur cæli, & exultet terra, cō
12 moueat̄ mare, & plenitudo eius: ¶gau-
debūt campi, & omnia quæ in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna sylua
13 rum ¶à facie Domini, quia venit, quo-
niam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in ęquitate, &
populos in veritate tua.

1 *Huic Dauid, quādo terra eius restituta est ei.*
XCVI. HEB. 97

A DOminus regnauit, exultet terra: læ
tentur insulæ multæ.
2 ¶Nubes & caligo in circuitu eius, iu-
stitia & iudicium correctio sedis eius.
3 ¶Ignis ante ipsum præcedet, & inflā-
mabit in circuitu inimicos eius.
4 ¶Alluxerunt fulgura eius orbi terrę,
vidit, & commota est terra.
5 ¶Montes sicut cera fluxerunt à facie
Domini, à facie Domini omnis terra. ‖Exo.20. a. 4.
6 ¶Annuntiauerunt cæli iustitiā eius,
& viderunt omnes populi gloriā eius. Leu.26.a 1.
7 ¶‖Confundantur oēs q̄ adorāt scul- Deu.5.a. 8.
B ptilia, & q̄ gloriant̄ in simulachris suis
8 ¶Adorate eū omnes angeli eius: ¶au- Heb.1.b. 6.
diuit & lætata est Sion.

Et exultauerunt filiæ Iudę ꝓpter iudicia tua Domine.
9 Qm̃ tu Dñs altissimus super oẽm terram, nimis exaltatus es super oẽs deos.
10 Qui diligitis Dñm, odite malum: custodit Dñs animas sanctorũ suorũ, de manu peccatoris liberabit eos.
11 Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.
12 Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Amos 5 d.15. Rom.12. b.9. peccatorum 4.

1 *Psalmus ipsi Dauid.* XCVII.

HEB.98

A Cantate Domino canticum nouũ: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius, & brachiũ
2 sanctum eius. Notum fecit Dominus salutare suũ: in conspectu Gentiũ reuelauit iustitiam suam.
3 Recordatus est misericordię suæ, & veritatis suæ domui Israel.
Viderunt omnes termini terrę salutare Dei nostri.
4 Iubilate Dño omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.
5 Psallite Domino in cithara, in cithara
6 ra & voce psalmi: in tubis ductilibus,
B & voce tubę cornęę.
7 Iubilate in cõspectu regi Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo.
8 Flumina plaudent manu, simul mõ
9 tes exultabunt à conspectu Dñi: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarũ in iustitia, & populos in ęquitate.

Isa.52.c 30.63.b.8.

1 *Psalmus ipsi Dauid.* XCVIII.

HEB.99

A Dominus regnauit, irascantur ppli: qui sedes super cherubim, moueatur terra.
2 Dominus in Sion magnus & excelsus super omnes populos.
3 Confiteantur nomini tuo magno,
4 qm̃ terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.
5 Exaltate Dominum Deũ nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.
6 Moyses & Aaron in Sacerdotibus
B eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant Dñm, & ipse exaudiebat
7 eos: in colũna nubis loquebat ad eos.

sedet r.

Custodiebant testimonia eius, & pręceptum quod dedit illis.
8 Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
9 Exaltate Dominum Deum nostrũ, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Psalmus in confessione. XCIX.

HEB.100.

2 Iubilate Deo omnis terra: seruite Do
A mino in lætitia.
Introite in cõspectu eius in exultatiõe.
3 Scitote qm̃ Dñs ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.
4 Populus eius & oues pascuæ eius. Introite portas eius in confessione atria eius in hymnis: confitemini illi.
5 Laudate nomen eius: qm̃ suauis est
B Dominus, in æternũ misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

1 *Psalmus ipsi Dauid.* C.

HEB.101.

2 Misericordiam & iudicium cãtabo
A tibi Domine.
Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabã in innocentia cordis mei, in medio domus meę.
3 Non proponebã ante oculos meos rẽ iniustã: faciẽtes pręuaricationes odiui.
4 Nõ adhęsit mihi cor prauũ: declinãtẽ à me malignum non cognoscebam.
5 Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.
B Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.
6 Oculi mei ad fideles terrę, vt sedeãt mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.
7 Nõ habitabit in medio domus meę q facit superbiã: q loquitur iniqua, nõ direxit in cõspectu oculorũ meorum.
8 In matutino interficiebam oẽs peccatores terræ: vt disperderẽ de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

1 *Oratio pauperis cùm anxius fuerit, & corã Domino effuderit precem suam.* CI.

HEB.102.

2 Domine exaudi orationem meam:
A & clamor meus ad te veniat.
3 Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In

In quacunque die inuocauero te, ve
lociter exaudi me.
4 ¶Quia defecerunt sicut fumus dies
mei: & ossa mea sicut cremiũ aruerũt.
5 ¶Percussus sum vt fœnũ, & aruit cor
meũ: qa oblit⁹ sũ comedere panẽ meũ.
6 ¶A voce gemitus mei adhęsit os meũ
carni meæ.
7 ¶Similis fact⁹ sũ pellicano solitudinis,
B factus sũ sicut nicticorax i domicilio.
8 ¶Vigilaui & factus sum sicut passer
solitarius in tecto.
9 ¶Tota die exprobrabant mihi inimi
ci mei: & qui laudabant me aduersum
me iurabant.
10 ¶Quia cinerem tanquã panẽ mandu
cabã, & potũ meũ cũ fletu miscebam.
11 ¶A facie irę *indignationis tuæ: quia
eleuans allisisti me.
12 ¶Dies mei sicut vmbra declinauerũt,
& ego sicut fœnum arui.
13 ¶Tu autem Dñe in æternum perma
nes: & memoriale tuũ in generatione
& generationem.
14 ¶Tu exurgẽs *misereberis Sion: qa tẽ
C pus miserendi eius, quia venit tẽpus.
15 ¶Qm̃ placuerunt seruis tuis lapides
eius: & terrę eius miserebuntur.
16 ¶Et timebunt Gentes *nomẽ tuũ Do
mine,' & omnes reges terræ gloriã tuã.
17 ¶Quia ædificauit Dominus Sion: &
videbitur in gloria sua.
18 ¶Respexit in orationem humiliũ: &
non spreuit precem eorum.
19 ¶Scribantur hęc in *generatione altera'
& populus q creabitur laudabit Dñm.
20 ¶Quia prospexit de excelso sancto
suo, Dñs de cælo in terram aspexit.
21 ¶Vt audiret *gemitus' compeditorũ,
vt solueret filios interemptorum.
22 ¶Vt annunciẽt in Sion nomẽ Dñi,
D & laudem eius in Ierusalem.
23 ¶In conueniendo populos in vnum,
& reges vt seruiant Domino.
24 ¶Respondit ei in via virtutis suę: pau
citatem dierum meorum nuncia mihi.
25 ¶Ne reuoces me in dimidio dierũ meo
rum: in generatiõe & generationẽ anni tui.
26 ¶Initio tu Dñe terram fundasti: &
opera manuum tuarum sunt cœli.
27 ¶Ipsi peribunt, tu autẽ permanes: &
omnes sicut vestimentum veterascent.
28 ¶Et sicut opertorium mutabis eos, &
mutabuntur: ¶tu autẽ idẽ ipse es, & an
ni tui non deficient.

* & 1.
*Domine 3.
*nomen Domini 3.
*in generatione alteram 3.
*gemitũ 3.
Hebr. 1. c

29 ¶Filij seruorum tuorũ habitabunt, &
semen eorum in seculum dirigetur.

1 *Ipsi Dauid.* CII.

HEB. 103.

2 BEnedic anima mea Domino, & om
A nia quæ intra me sunt nomini sctõ
eius. Benedic anima mea dño: &
noli obliuisci oẽs retributiones eius.
3 ¶Qui propitiatur omnibus iniquita
tibus tuis, q sanat oẽs infirmitates tuas.
4 ¶Qui redimit de interitu vitam tuã,
qui coronat te in misericordia & mise
rationibus.
5 ¶Qui replet in bonis desideriũ tuũ,
renouabitur vt aquilę iuuentus tua.
6 ¶Faciens misericordias Dñs: & iudi
cium omnibus iniuriam patientibus.
7 ¶Notas fecit vias suas Moysi, filijs Is
B raël voluntates suas.
8 ¶‖Miserator & misericors Dominus: ‖Nu. 14. c 18.
longanimis & multum misericors.
9 ¶Non in perpetuũ irascetur: neq; in
æternum comminabitur.
10 ¶Non secundũ peccata nostra fecit
nobis: neque secundũ iniquitates no
stras retribuit nobis.
11 ¶Quoniã secundũ altitudinem cœli
à terra: corroborauit misericordiã suã
super timentes se.
12 ¶Quantũ distat ortus ab occidente,
C longè fecit à nobis iniquitates nostras.
13 ¶Quomodo miseretur pater filiorũ,
14 misertus est Dñs timentibus se: quoniã ip
se cognouit figmentum nostrum.
15 Recordatus est qm̃ puluis sumus: ¶ho
mo sicut fœnum dies eius: tanquã flos
agri sic efflorebit.
16 ¶Qm̃ spiritus pertransibit in illo, & nõ
subsistet: & non cognoscet amplius lo
cum suum.
17 ¶Misericordia aũt Dñi ab æterno &
vsque in æternum super timentes eũ.
18 ¶Et iustitia illius in filios filiorum,
D his qui seruant testamentum eius.
Et memores sunt mandatorũ ipsius
ad faciendum ea.
19 ¶Dñs in cœlo parauit sedẽ suã: & re
gnum ipsius omnibus dominabitur.
20 ¶Benedicite Dño oẽs angeli eius po
tentes virtute, facientes verbum illius,
ad audiendã vocem sermonum eius.
21 ¶Benedicite Dño oẽs virtutes eius: mi
nistri eius qui facitis voluntatẽ eius.
22 ¶Benedicite dño oĩa opa eius: in oĩ loco
dñationis eius: benedic aĩa mea Dño.

HEB. 104.

Ipsi Dauid. CIII.

1 Benedic anima mea Dño: Dñe De-
A us meus magnificatus es vehemen-
ter. Confessionem & decôrem indui
2 sti: ꝭamictus lumine sicut vestimento.
3 Extendens cælum sicut pellem: ꝭ qui
tegis aquis superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum tuũ: q
ambulas super pennas ventorum.
4 ꝭ‖Qui facis angelos tuos spiritus: & ‖Heb.1.b 7.
ministros tuos ignem vrentem.
5 ꝭQui fundasti terram super stabilita
tẽ suã: nõ inclinabitur in seculũ seculi.
6 ꝭ Abyssus sicut vestimentũ amictus
eius: super montes stabunt aquæ.
7 ꝭAb increpatione tua fugient: à voce
tonitrui tui formidabunt.
8 ꝭAscendunt montes, & descendunt
campi in locum quem fundasti eis.
9 ꝭ Terminũ posuisti quẽ nõ trãsgrediẽ
B tur: neque conuertentur operire terrã.
10 ꝭQui emittis fontes in cõuallibus: in
ter mediũ montiũ pertransibũt aquę.
11 Potabunt oẽs bestiæ agri: expectabũt
onagri in siti sua.
12 ꝭSuper ea volucres cæli habitabunt:
de medio petrarum dabunt *voces*. *vocem *
13 ꝭRigans montes de superioribus suis
de fructu operũ tuorũ satiabitur terra.
14 ꝭProducens fœnũ iumentis, & her-
bam seruituti hominum.
15 Vt *educas* panem de terra: ꝭ& vinũ *educat
lætificet cor hominis. *lætificat
Vt exhilaret faciem in oleo: & panis
cor hominis confirmet.
16 ꝭSaturabunt ligna cãpi, & cedri Liba
17 ni quas plantauit: ꝭillic passeres nidifi-
cabunt.
18 Herodij domus dux est eorũ, ꝭmõtes
excelsi ceruis, petra refugiũ herinacijs.
19 ꝭ Fecit Lunã in tẽpora: sol cognouit
C occasum suum.
20 ꝭPosuisti tenebras, & facta est nox: in
ipsa pertransibunt oẽs bestię syluæ.
21 ꝭ Catuli leonũ rugientes vt rapiant,
& quærant à Deo escam sibi.
22 ꝭOrtus est sol, & congregati sunt, & i
cubilibus suis collocabuntur.
23 ꝭExibit homo ad opus suũ, & ad ope
rationem suam vsque ad vesperum.
24 ꝭ Quàm magnificata sunt opera tua
dñe: oĩa in sapientia fecisti: impleta
est terra possessione tua.
25 ꝭHoc mare magnũ, & spatiosum ma-
nibus: illic reptilia quorũ non est nu-
26 merus. Animalia pusilla cũ magnis: ꝭil
lic naues pertransibunt.
Draco iste quẽ formasti ad illuden-
27 dum ei: ꝭ oĩa à te expectant vt des illis
D escam in tempore.
28 ꝭDante te illis, colligent: aperiente
te manuũ tuã, oĩa implebunt bonitate.
29 ꝭAuertente autẽ te faciẽ, turbabunt:
auferes spiritum eorum, & deficient, &
in puluerem suum reuertentur.
30 ꝭEmittes spiritum tuũ & creabuntur
& renouabis faciem terræ.
31 ꝭSit gloria Dñi in seculũ, lætabitur
Dominus in operibus suis.
32 ꝭQui respicit terrã, & facit eã tremere
qui tangit montes & fumigant.
33 ꝭ‖Cantabo Dño in vita mea, psallam ‖Iac.14. a.2.
Deo meo quàm diu sum.
34 ꝭ Iucundum sit ei eloquiũ meũ, ego
verò delectabor in Domino.
35 *Deficiãt* peccatores à terra, & iniq, *Deficiẽt
ita vt nõ sint: benedic aĩa mea Dño.

Halleluia. CIIII. HEB. 105.

1 Confitemini Dño, & inuocate nomẽ ‖1.Par.16. a.8. Isai.12.a 4.
A eius: annũtiate inter Gẽtes opa ei᷒.
2 ꝭCantate ei, & psallite ei, narrate oĩa
mirabilia eius.
3 ꝭLaudamini in nomine sancto eius:
lætetur cor quærentium Dominum.
4 ꝭ Quærite Dñm, & confirmamini:
quærite faciem eius semper.
5 Mementote mirabilium eius quæ fe
cit, prodigia eius & iudicia oris eius.
6 ꝭSemen Abrahã serui eius, filij Iacob
7 electi eius. ꝭ Ipse Dñs Deus noster, in
vniuersa terra iudicia eius.
8 ꝭ Memor fuit in seculum testamenti
sui, verbi quod mãdauit in mille gene
9 rationes. ꝭ‖ Quod disposuit ad Abra- ‖Gen.12. c.16.
hã, & iuramenti sui ad Isaac.
10 ꝭEt statuit illud Iacob in pręceptũ,
& Israël in testamentum æternum.
11 ꝭDicens: Tibi dabo terram Chanaan
funiculum hęreditatis vestræ.
12 ꝭCùm essent numero breui, paucissi
B mi, & incolæ eius.
13 ꝭEt pertransierunt de gente in gentẽ,
& de regno ad populum alterum.
14 ꝭNon reliquit hominem nocere eis:
& corripuit pro eis reges.
15 ꝭ‖Nolite tãgere Christos meos: & in ‖1.Par.16. c.22.
prophetis meis nolite malignari. 1.Re.2.a 14.
16 ꝭEt vocauit famem super terram: &

omne firmamentum panis contriuit.
‖Gen.37.g.36.
17 ¶Misit ante eos virum: in seruum venundatus est Ioseph.
‖Gen.39.d.20.
18 ¶‖Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransijt aĩam eius,
19 ¶donec veniret verbum eius.
‖Gen.41.b.14.
20 ¶Eloquiũ Domini inflammauit eũ, ‖misit rex & soluit eum, princeps populorum, & dimisit eum.
‖Gen.41.e.40.
21 ¶‖Constituit eum dñm domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.
22 ¶Vt erudiret prĩcipes eius sicut semet ipsum, & senes eius prudentiã doceret.
‖Gen.46.b.6.
23 ¶‖Et intrauit Israël in Ægyptum, &
C Iacob accola fuit in Terra-Cham.
‖Exo.1.a.7.
24 ¶Et auxit populum suũ vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.
‖Act.7.b.17.
25 ¶‖Cõuertit cor eorũ vt odirent pplm eius, & dolum facerent in seruos eius.
‖Exo.3.c.10.4.g.29.
26 ¶‖Misit Moysen seruum suũ: Aaron quem elegit ipsum.
‖Exo.7.b.10.
27 ¶‖Posuit in eis verba signorũ suorũ, & Prodigiorum in Terra-Cham.
‖Exo.10.f.21.
28 ¶‖Misit tenebras & obscurauit, & nõ exacerbauit sermones suos.
‖Exo.7.e.20.
29 ¶‖Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.
‖Exo.8.b.6.
30 ¶‖*Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.
*Et dedit
‖Exo.8.f.24.
31 ¶‖Dixit, & venit cynomya, & cynifes in omnibus finibus eorum.
‖Exo.9.e.23.
32 ¶Posuit pluuias eorũ grandinẽ, ignẽ comburentem in terra ipsorum.
33 ¶Et percussit vineas eorũ & ficulneas eorum: & contriuit lignũ finiũ eorum.
‖Exo.10.c.13.
34 ¶‖Dixit, & venit locusta & bruchus,
D cuius non erat numerus.
35 ¶Et comedit oẽ fœnũ in terra eorũ: & comedit oẽm fructum terræ eorum.
‖Exo.12.d.29.
36 ¶‖Et percussit oẽ primogenitũ in terra eorũ, primitias omnis laboris eorũ.
‖Exo.12.e.35.
37 ¶‖Et eduxit eos cũ argento & auro, & non erat in tribubus eorũ infirmus.
‖Exo.13.d.21.
38 ¶Lætata est Ægyptus in profectione eorũ: quia incubuit timor eorũ sup eos
‖Psal.77.b.14.
39 ¶‖Expandit nubem in ꝓtectionẽ eorum, & ignem vt luceret eis per noctẽ.
‖1.Cor.10.a.1.
‖Exo.16.e.13.d.
40 ¶‖Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos.
‖Nu.20.e.11.
41 ¶‖Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina.
‖Gen.17.a.7.
42 ¶‖Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abrahã puerũ suũ.
Iosu.3.f.17.
43 ¶‖Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

44 ¶‖Et dedit illis regiones Gentiũ, & labores populorum possederunt. ‖Iosu.11.a.6.
45 ¶Vt custodiãt iustificationes eius, & legem eius requirant.

1 *Hallelu-ia.* C V.

HEB. 106.
A ‖CONfitemini Dño qm̃ bonus: qm̃ in seculum misericordia eius.
‖Iudith 13.c.21.
2 ¶‖Quis loquetur potentias Dñi, auditas faciet omnes laudes eius?
‖Eccl.43.d.35.
3 ¶Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.
4 ¶Memento nostri Dñe in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo.
5 ¶Ad videndum in bonitate electorũ tuorũ: ad lętandũ in lætitia gentis tuę: vt lauderis cum hęreditate tua.
6 ¶‖Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus, iniquitatem fecimus. ‖Iudith 7.d.19.
7 ¶Patres nostri in Ægypto non intellexerũt mirabilia tua: non fuerũt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
B Et irritauerunt ascendẽtes in mare, Mare-rubrum.
8 ¶Et saluauit eos propter nomẽ suũ, vt notam faceret potentiam suam.
9 ¶‖Et increpuit Mare rubrum, & exiccatũ est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto. ‖Exo.14.e.21.
10 ¶Et saluauit eos de manu odiẽtium & redemit eos de manu inimici.
11 ¶‖Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. ‖Exo.14.f.27.
12 ¶Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
13 ¶Citò fecerunt, obliti sunt operũ eius, & non sustinuerunt consilium eius.
14 ¶‖Et concupierunt concupiscentiã in
C deserto: & tẽtauerũt Deũ in inaquoso. ‖Nu.11.a.4.
15 ¶‖Dedit eis petitionẽ ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum. ‖Exo.17.a.2.
16 ¶Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. ‖Nu.11.g.31.
17 ¶‖Aperta est terra, & degluttiuit Dathan, & operuit super congregationẽ Abiron. ‖Nu.16.e.31. Deu.11.a.6.
18 ¶Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
19 ¶‖Et fecerunt vitulũ in Horeb: & adorauerunt sculptile. ‖Exo.32.a.4.
20 ¶Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnũ.
21 ¶Obliti sunt Deum qui saluauit eos,
22 q. fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in Terra-Chã: terribilia in Mari rubro.

[Exo.32.b.10.] 23 Et dixit vt disperderet eos, si non
Moyses electus eius stetisset in confra-
D ctione in conspectu eius.
Vt auerteret iram eius ne disperderet
24 eos, & pro nihilo habuerunt terrã de-
siderabilem.
25 Non crediderunt verbo eius, & mur
murauerunt in tabernaculis suis: nõ ex
audierunt vocem Domini.
[Nu.14.f.32.] 26 Et eleuauit manum suã super eos,
vt prosterneret eos in deserto.
27 Et vt deijceret semen eorum in Na-
tionibꝰ, & dispergeret eos in regionibꝰ.
28 Et initiati sunt Beel-phegor: & co-
mederunt sacrificia mortuorum.
29 Et irritauerunt eum in adinuentio-
E nibꝰ suis: & multiplicata est ĩ eis ruina.
[Nu.25.b.7.] 30 Et stetit Phinees, & placauit & ces-
sauit quassatio.
31 Et reputatũ est ei in iustitiã in gene
ratione & generationẽ vsq; ĩ sẽpiternũ.
[Nu.20.b.10.] 32 Et irritauerunt eũ ad aquas cõtra-
dictionis, & vexatus est Moyses ꝓpter
33 eos: quia exacerbauerunt spiritũ eius.
34 Et distinxit in labijs suis, nõ dispdi
derunt gẽtes quas dixit Dominus illis.
35 Et cõmisti sunt inter gentes, & didi
36 cerũt opa eorũ: & seruierũt sculptilibꝰ
eorum: & factum est illis in scandalũ.
37 Et immolauerunt filios suos, & fi-
lias suas dæmonijs.
38 Et effuderunt sanguinẽ innocentẽ,
F sanguinem filiorum suorum & filiarũ
suarum, quas sacrificauerunt sculptili-
bus Chanaan.
[Infecta] Et interfecta est terra in sanguinibꝰ
39 & contaminata est in operibus eorũ:
& fornicati sunt in adinuẽtionibꝰ suis.
40 Et iratus est furore Dñs in pplm su-
um, & abominatus est hẽditatẽ suam.
41 Et tradidit eos in manus gentiũ: &
dominati sunt eorum qui oderũt eos.
42 Et tribulauerunt eos inimici eorum
& humiliati sunt sub manibus eorũ.
43 sæpe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eũ in cõ-
silio suo: & humiliati sunt in iniquita-
tibus suis.
44 Et vidit cùm tribularentur, & audi-
G uit orationem eorum.
45 Et memor fuit testamenti sui: & pe
nituit eum secundum multitudinem
misericordiæ suæ.
46 Et dedit eos in misericordias in con
spectu omnium qui ceperant eos.
47 Saluos nos fac Domine Deus noster
& congrega nos de Nationibus.
Vt confiteamur nomini sancto tuo,
& gloriemur in laude tua.
48 Benedictus Dñs Deus Israël à secu-
lo & vsque in seculum, & dicet omnis
populus, Fiat, fiat.

1 *Hallelu-ia.* CVI. [HEB. 107.]

A C Onfitemini Dño qm̃ bonus, qm̃ in [Iudi. 11. 13 c. 22.]
seculum misericordia eius.
2 Dicant qui redempti sunt à Dño,
quos redemit de manu inimici: de re- [& 2.]
gionibus congregauit eos.
3 A solis ortu & occasu, ab aquilone &
mari.
4 Errauerũt in solitudine in inaquoso,
viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt.
5 Esurientes & sitientes: anima eorũ
in ipsis defecit.
6 Et clamauerũt ad Dñm cum tribu-
larentur, & de necessitatibus eorum eri
puit eos.
7 Et deduxit eos in viam rectam: vt
irent in ciuitatem habitationis.
8 Confiteantur Domino misericordiæ
eius, & mirabilia eius filijs hominum.
9 Quia satiauit animam inanẽ, & ani
mam esurientem satiauit bonis.
10 Sedentes in tenebris & vmbra mor
tis, vinctos in mendicitate & ferro.
11 Quia exacerbauerunt eloquia Dei,
& consilium Altissimi irritauerunt.
12 Et humiliatum est in laboribus cor
eorũ, infirmati sunt, nec fuit qui adiu-
13 uaret. Et clamauerunt ad Dominũ
H cum tribularentur, & de necessitatibus
eorum liberauit eos,
14 Et eduxit eos de tenebris & vmbra
mortis: & vincula eorum disrupit.
15 Confiteãtur Domino misericordiæ
eius, & mirabilia eius filijs hominum.
16 Quia contriuit portas æreas: & ve-
ctes ferreos confregit.
17 Suscepit eos de via iniquitatis eorũ,
propter iniustitias enĩ suas humiliati
18 sunt. Omnẽ escam abominata est ani-
ma eorum, & appropinquauerunt vs-
que ad portas mortis.
19 Et clamauerunt ad Dominum cum
tribularentur, & de necessitatibus eorũ
liberauit eos.
20 Misit verbum suum, & sanauit eos, [Mat. 8.b 13]
& eripuit eos de interitionibus eorum. [Luc. 7.b. 10.]
21 Cõfiteantur Domino misericordiæ

eius,

eius, & mirabilia eius filijs hominum.
22 ❡Et sacrificent sacrificium laudis, &
C annuntient opera eius in exultatione.
23 ❡Qui descẽdunt mare in nauibus fa-
cientes operationem in aquis multis:
24 ❡Ipsi viderunt opera Dñi, & mirabi-
lia eius in profundo.
25 ❡Dixit, & stetit spiritus procellæ: &
exaltati sunt fluctus eius.
26 ❡Ascendunt vsque ad cælos, & descẽ
dunt vsque ad abyssos: anima eorũ in
malis tabescebat.
27 ❡Turbati sũt, & moti sunt sicut ebri⁹
& omnis sapientia eorũ deuorata est.
28 ❡Et clamauerunt ad Dñm cũ tribula
rentˀ, & de necessitatib⁹ eorũ eduxit eos.
29 ❡Et statuit procellam eius in aurã, &
siluerunt fluctus eius.
30 ❡Et læti sunt, quia siluerunt: & de-
duxit eos in portum voluntatis eorũ.
31 ❡Confiteantur Dño misericordiæ ei⁹
& mirabilia eius filijs hominum.
32 ❡Et exaltent eum in ecclesia plebis:
& in cathedra seniorum laudent eum.
33 ❡Posuit flumina in desertum: & exi-
tus aquarum in sitim.
34 ❡Terram fructiferam in salsuginem,
D à malitia inhabitantium in ea.
35 ❡Posuit desertum in stagna aquarũ:
& terram sine aqua in exitus aquarũ.
36 ❡Et collocauit illic esurientes: & con
stituerunt ciuitatem habitationis.
37 ❡Et seminauerũt agros, & plãtauerũt
vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.
38 ❡Et benedixit eis, & multiplicati sũt
nimis: & iumenta eorũ nõ minorauit.
39 ❡Et pauci facti sunt, & vexati sunt à
tribulatione malorum & dolore.
40 ❡Effusa est cõtentio super principes,
& errare fecit eos in inuio, & nõ in via.
41 ❡Et adiuuit pauperẽ de inopia: & po-
suit sicut oues familias.
‖Iob. 22. c. 19. 42 ❡‖Videbunt recti, & lętabuntur: &
omnis iniquitas oppilabit os suum.
43 ❡Quis sapiens, & custodiet hæc? & in
telliget misericordias Domini?

HEB. 108. 1 *Canticum Psalmi ipsi David.* CVII.

¹ p. 56. b 2 A PAratũ cor meũ Dñs, paratũ cor me
um: cãtabo, & psallã in gloria mea.
3 ❡Exurge psalterium & cithara: exur-
gam diluculo.
4 ❡Confitebor tibi in populis Dñe, &
psallam tibi in nationibus.
5 ❡Quia magna est super cælos miseri-
cordia tua: & vsq; ad nubes veritas tua.
6 ❡Exaltare super cælos Deus, & super
7 oẽm terrã gloria tua: ❡vt liberentˀ dile-
cti tui.
Saluũ fac dextera tua, & exaudi me,
8 ❡Deus locutus est in sancto suo,
B Exultabo & diuidã Sichimã: & con-
uallem tabernaculorũ dimetiar.
9 ❡Meus est Galaad, & meus est Manas
ses: & Ephraim susceptio capitis mei.
10 Iuda rex me⁹, ❡Moab lebes spei meę.
In Idumæam extendã calceamentũ
meũ: mihi alienigenæ amici facti sunt.
11 ❡Quis deducet me in ciuitatẽ muni-
tam? quis deducet me vsq; in Idumæã?
12 ❡Nonne tu Deus qui repulisti nos, &
non exibis, Deus in virtutibus nostris?
13 ❡Da nobis auxilium de tribulatione:
quia vana salus hominis.
14 ❡In Deo faciemus virtutẽ: & ipse ad
nihilum deducet inimicos nostros.

1 *In finem, Psalmus David.* CVIII. HEB. 109.

2 A DEus laudẽ meã ne tacueris, ❡quia
os peccatoris & os dolosi super me
apertum est.
Locuti sunt aduersum me lingua do
3 losa, ❡& sermonibus odij circundede-
runt me: & expugnauerunt me gratis.
4 ❡Pro eo vt me diligerent, detrahebant
mihi, ego autem orabam,
5 ❡Et posuerunt aduersum me mala ꝓ
bonis, & odium pro dilectione mea.
6 ❡Constitue super eum peccatorem, &
diabolus stet à dextris eius.
7 ❡Cùm iudicatur exeat condemnatus:
& oratio eius fiat in peccatum.
8 ❡Fiant dies eius pauci: ‖& episcopatũ ‖Iob 17. d. 11. ‖Act. 1. d 20.
eius accipiat alter.
9 ❡Fiant filij eius orphani, & vxor eius
B vidua.
10 ❡Nutãtes trãsferantˀ filij ei⁹, & mẽdi-
cent: & eijciantˀ de habitationib⁹ suis.
11 ❡Scrutetur fęnerator oẽm substãtiam
eius: & diripiant alieni labores eius.
12 ❡Non sit illi adiutor, nec sit qui mi-
sereatur pupillis eius.
13 ❡Fiant nati eius in interitum: in ge-
neratione vna deleatur nomen eius.
14 ❡In memoriam redeat iniquitas pa-
trum eius in conspectu Domini: & pec
catum matris eius non deleatur.
15 ❡Fiãt cõtra Dñm semper, & dispereat
de terra memoria eorum: pro eo ꝙ non
est recordatus facere misericordiam.

❡Et perse-

16 ¶Et pſecutus eſt hominē inopē & mē
dicū, & compunctū corde mortificare.
17 ¶Et dilexit maledictionē, & veniet ei:
C & noluit bñdictionē, & elōgabit ab eo.
18 ¶Et induit maledictionē ſicut veſti-
mentū, & intrauit ſicut aqua ī interio-
ra eius, & ſicut oleū in oſſibus eius.
19 ¶Fiat ei ſicut veſtimentū quo operit,
& ſicut zona qua ſemper præcingitur.
20 ¶Hoc opus eorū qui detrahunt mihi
apud Dñm: & qui loquuntur mala ad-
uerſus animam meam.
21 ¶Et tu Dñe, Dñe, fac mecū ꝓpter no-
men tuū: qa ſuauis eſt miſcordia tua.
22 Libera me, ¶qa egenus & pauper ego
ſum: & cor meū cōturbatū eſt ītra me.
23 ¶Sicut vmbra cùm declinat, ablatus
ſum: & excuſſus ſum ſicut *locuſtę[1]. *Iocuſta 6.
24 ¶Genua mea īfirmata ſunt à ieiunio:
& caro mea immutata eſt ꝓpter oleū.
25 ¶Et ego factus ſum opprobriū illis: vi
D derunt me, & mouerunt capita ſua.
26 ¶Adiuua me dñe Deus meus: ſaluū
me fac ſecundū miſericordiam tuā.
27 ¶Et ſciant quia manus tua hęc: & tu *ea 7.
Domine feciſti *eam[1].
28 ¶Maledicent illi, & tu benedices: qui
inſurgunt in me, confundant: ſeruus
autem tuus lætabitur.
29 ¶Induant, qui detrahunt mihi, pudo
re: & operiant ſicut diploide confuſio-
30 nē ſua. ¶Confitebor Dño nimis in ore
meo: & ī medio multorū laudabo eū.
31 ¶*Quia[1] aſtitit à dextris pauperis, vt ſal *Qui 16.
uam faceret à pſequentib⁹ aīam meā.

1 *Pſalmus Dauid* C I X. HEB. 110.

A Dixit Dominus Domino meo, Se- ‖Mat.22. d.
de à dextris meis. 1.Cor.15 f.25.
Donec ponam inimicos tuos ſcabel- Hebr.1. b.13.10
lum pedum tuorum. b.13.
2 ¶Virgā virtutis tuę emittet Dñs ex Siō: Act. 2. f. 34.
dominare in medio inimicorū tuorū.
3 ¶Tecum principiū in die virtutis tuę
in ſplendoribus ſanctorū: ex vtero ante
luciferum genui te.
4 ¶‖Iurauit Dñs, & non pœnitebit eū: Hebr. 5. b.6.7.c. 7.
Tu es ſacerdos in æternum ſecundum Ioā.12. 34.
ordinem Melchi-ſedec.
5 ¶Dominus à dextris tuis, confregit in
B die iræ ſuę reges.
6 ¶Iudicabit in nationib⁹, implebit rui
nas: cōquaſſabit capita ī terra multorū.
7 ¶De torrente in via bibet: propterea
exaltabit caput.

1 *Hallelu-ia.* C X. HEB. 111.

A Confitebor tibi Domine in toto cor
de meo: in conſilio iuſtorū & con-
gregatione.
2 ¶Magna opera Domini: exquiſita in Sup. 91. b.6.
omnes voluntates eius.
3 ¶Confeſſio & magnificētia opus eius:
& iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi.
4 ¶Memoriam fecit mirabilium ſuo-
5 rum, miſericors & miſerator Dñs, ¶eſcā
dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſeculū teſtamenti ſui,
6 ¶virtutem operum ſuorū annuntiabit
populo ſuo.
7 Vt det illis hęreditatē gentiū: ¶opera Sup. 104. d.44.
B manuum eius, veritas & iudicium.
8 Fidelia omnia mandata eius: ¶con-
firmata in ſeculum ſeculi, facta in ve-
ritate & æquitate.
9 ¶Redemptionē miſit *pplo ſuo: man- *Dñs 15.
dauit in æternum teſtamentū ſuum. ‖Prou.1. a.7. & 9.
10 Sanctū & terribile nomen eius: ¶‖ini b.10.
tium ſapientiæ timor Domini. Eccle. 1.
Intellectus bonus oībus facientibus b.16.
eū: laudatio eius manet in ſeculū ſcli. Iob 28. d.28.

1 *Hallelu-ia, reuerſionis Aggæi & Zacha-* HEB. 112.
riæ. C X I.

A Beatus vir qui timet Dñm: in man-
datis eius volet nimis.
2 ¶Potens in terra erit ſemen eius, gene
ratio rectorum benedicetur.
3 ¶Gloria & diuitię in domo eius, & iu-
ſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.
4 ¶Exortū eſt in tenebris lumen rectis:
miſericors & miſerator & iuſtus.
5 ¶Iucundus homo qui miſeret & com
B modat, diſponet ſermones ſuos ī iudi-
6 cio ¶quia in ęternū non cōmouebitur.
7 In memoria æterna erit iuſtus: ¶ab
auditione mala non timebit.
Paratū cor eius ſperare in Domino,
8 ¶confirmatū eſt cor eius: non cōmoue-
bitur, donec deſpiciat inimicos ſuos.
9 ¶Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia
eius manet in ſeculū ſeculi: cornu eius
exaltabitur in gloria.
10 ¶Peccator videbit & iraſcetur, den-
tibus ſuis fremet & tabeſcet: deſyderiū
peccatorum peribit.

1 *Hallelu-ia.* C X I I. HEB. 113.

A Laudate pueri Dominum: laudate
nomen Domini.

2 ¶Sit nomen Dñi benedictum, ex hoc
nunc & vsque in seculum.
3 ¶A solis ortu vsq; ad occasum, lau-
dabile nomen Domini.
4 ¶Excelsus super omnes gentes Dñs, &
5 super cælos gloria eius. ¶ Quis sicut
dñs Deus noster qui in altis habitat,
6 ¶& humilia respicit in cælo & in terra.
7 ¶Suscitans à terra inopem, & de ster-
B core erigens pauperem.
8 ¶Vt collocet eum cum principibus,
cũ principibus populi sui.
9 ¶Qui habitare facit sterilẽ in domo,
matrem filiorũ lætantem.

Hallelu-ia. CXIII.

1 IN exitu Israël de Ægypto, domus Ia-
A cob de populo barbaro.
2 ¶ Facta est Iudæa sanctificatio eius,
Israël potestas eius.
3 ¶Mare vidit & fugit, Iordanis con-
uersus est retrorsum.
4 ¶Montes exultauerunt vt arietes, &
colles sicut agni ouium.
5 ¶Quid est tibi mare quod fugisti, &
& tu Iordanis qa cõuersus es retrorsũ?
6 ¶ Montes exultastis sicut arietes, &
7 colles sicut agni ouiũ. ¶A facie Domi-
ni mota est terra, à facie Dei Iacob.
8 ¶Qui conuertit petrã in stagna aqua-
B rum, & rupem in fontes aquarũ.
1 ¶NON NOBIS Domine non no-
bis: sed nomini tuo da gloriam.
2 ¶Super misicordia tua & veritate tua:
nequando dicant Gentes, Vbi est Deus
3 eorũ? ¶Deus autem noster in cęlo: om-
nia quęcunque voluit fecit.
4 ¶Simulachra gentiũ, argentũ & au-
rum, opera manuũ hominum.
5 ¶‖Os habent & non loquentur: ocu-
los habent & non videbunt.
6 ¶Aures habent, & nõ audient: nares
habent & non odorabunt.
7 ¶Manus habent & nõ palpabunt, pe-
des habent & non ambulabunt: non
clamabunt in gutture suo.
8 ¶Similes illis fiant qui faciunt ea, &
omnes qui confidunt in eis.
9 ¶Domus Israël sperauit in Dño: ad-
C iutor eorũ & protector eorum est.
10 ¶Domus Aaron sperauit in Dño: ad-
iutor eorum & protector eorũ est.
11 ¶Qui timẽt Dñm sperauerũt in Dño,
12 adiutor eorũ & ptector eorũ est. ¶ Dñs
memor fuit nostri, & benedixit nobis.
Benedixit domui Israël, benedixit
domui Aaron.
13 ¶Benedixit omnibus qui timẽt Dñm
pusillis cum maioribus.
14 ¶Adijciat dominus super vos, super
D vos & super filios vestros.
15 ¶ Benedicti vos à Domino, qui fecit
cælum & terram.
16 ¶Cælum cæli Domino: terrã autem
dedit filijs hominum.
17 ¶ ‖ Non mortui laudabunt te Dñe, ‖Baru. 2. d.17.
neq; omnes qui descendũt in infernũ.
18 ¶ Sed nos qui viuimus, benedicimus
Dño, ex hoc nunc & vsq; in seculũ.

Hallelu-ia. CXIIII. HEB. 116.

1 DIlexi, quoniã exaudiet Dominus
A vocem orationis meæ.
2 ¶Quia inclinauit aurem suam mihi:
& in diebus meis inuocabo.
3 ¶Circundederunt me dolores mortis,
& pericula inferni inuenerunt me.
4 Tribulationẽ & dolorem inueni: ¶&
nomen Domini inuocaui.
5 O Domine libera animã meã: ¶miseri
cors Dñs, & iustus, & Deus nr̃ miseret̃.
6 ¶Custodiens paruulos Dñs: humilia-
tus sum, & liberauit me.
7 ¶Conuertere anima mea in requiem
tuam: quia Dñs benefecit tibi.
8 ¶Quia eripuit animam meã de mor-
te, oculos meos à lachrymis, pedes
meos à lapsu.
9 ¶Placebo Dño in regione viuorũ.

Hallelu-ia. CXV. Psalmũ hũc Hebręi ãnecãut præcedẽti.

10 CRedidi, ‖ppter quod locutus sum, ‖2.Cor.4 c.13.
A ego autẽ humiliatus sum nimis.
11 ¶ Ego dixi in excessu meo, Omnis ho Rom. 3. a 4.
mo mendax.
12 ¶Quid retribuam Dño, pro omnibus
quæ retribuit mihi?
13 ¶Calicem salutaris accipiam: & no-
men Domini inuocabo.
14 ¶Vota mea Dño reddam coram om-
15 ni populo eius: ¶ pretiosa in conspectu
Dñi mors sanctorum eius.
16 ¶O Dñe quia ego seruus tuus, ego ser
uus tuus, & filius ancillæ tuæ.
17 Dirupisti vincula mea, ¶ tibi sacrifi-
cabo hostiam laudis, & nomen Domi-
ni inuocabo.
18 ¶Vota mea Dño reddam in cõspectu
19 omnis populi eius: ¶ in atrijs domus
Domini in medio tui Ierusalem.

Hal-

HEB. 117.

Hallelu-ia. CXVI.

Ro. 15. c. 11.

1 LAudate Dominũ omnes Gentes,
A Laudate eum omnes populi.
2 Quoniam confirmata est super nos
misericordia eius: & veritas Domini
manet in æternum.

Iohã. 11. c. 34.

HEB. 118.

Hallelu ia. CXVII.

1 COnfitemini Dño qm̃ bonus, quo-
A niam in seculũ misericordia eius.
2 Dicat nunc Israël qm̃ bonus, qm̃ in
seculũ misericordia eius.
3 Dicat nunc domus Aaron: quoniã
in seculum misericordia eius.
4 Dicant nunc oẽs qui timent Dñm,
qm̃ in seculum misericordia eius.
5 De tribulatione inuocaui Dñm, &
exaudiuit me in latitudine Dñs.
6 Dominus mihi adiutor, non time-
bo quid faciat mihi homo.
7 Dñs mihi adiutor: & ego despiciam
inimicos meos.
8 Bonum est confidere in Domino,
B quàm confidere in homine.
9 Bonum est sperare in Dño, quàm
sperare in principibus.
10 Omnes gentes circuierũt me, & in
nomine Dñi quia vltus sum in eos.
11 Circundantes circundederunt me:
& in nomine Dñi qa vltus sum in eos.
12 Circũdederũt me sicut apes, & exar
serunt sicut ignis in spinis: & in nomi-
ne Dñi quia vltus sum in eos.
13 Impulsus euersus sum vt caderem:
& Dominus suscepit me.
14 Fortitudo mea, & laus mea Dñs:
& factus est mihi in salutem.
15 Vox exultationis & salutis in taber
C naculis iustorum.
16 Dextera Dñi fecit virtutẽ, dextera dñi
exaltauit me, dextera Dñi fecit virtutẽ.
17 Non moriar, sed viuam: & narrabo
opera Domini.
18 Castigans castigauit me Dominus:
& morti non tradidit me.
19 Aperite mihi portas iustitiç, ingref-
20 sus in eas confitebor Dño: hæc porta
Domini, iusti intrabunt in eam.
21 Confitebor tibi qm̃ exaudisti me,
& factus es mihi in salutem.
22 Lapidem quẽ reprobauerunt ędifi
cantes, hic factus est in caput anguli.
23 A Domino factum est istud, & est
mirabile in oculis nostris.

Heb. 13 a. 6.

Exo. 15. a. 2.

Mat. 21 . 11. ... nca 20. 17. ... 4. b ... nia. y. 3. Pet. 2. ... a 3 8. 6.

24 Hæc est dies quam fecit Dñs, exul-
D temus, & lætemur in ea.
25 O Dñe saluũ me fac, ô dñe bene p-
26 sperare: bñdictus q venit in noĩe Dñi.
Benediximus vobis de domo Domi-
27 ni, Deus Dñs & illuxit nobis.
Constituite diem solennẽ in conden
sis vsque ad cornu altaris.
28 Deus meus es tu, & confitebor tibi:
Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniã exaudisti me:
& factus es mihi in salutem.
29 Confitemini dño, qm̃ bonus quo-
niam in seculum misericordia eius.

Mat. 21. a. 1.

HEB. 119.

Hallelu-ia. *Aleph.* CXVIII.

1 BEati immaculati in via: q ambulãt
A in lege Domini.
2 Beati qui scrutanẽ testimonia eius:
in toto corde exquirunt eum.
3 Nõ enim qui operanẽ iniquitatem,
4 in vijs eius ambulauerunt. Tu man-
dasti mandata tua custodiri nimis.
5 Vtinam dirigantur viæ meæ ad cu-
stodiendas iustificationes tuas.
6 Tunc non confundar, cũ perspexe-
ro in omnibus mandatis tuis.
7 Cõfitebor tibi in directione cordis,
in eo q didici iudicia iustitię tuæ.
8 Iustificationes tuas custodiam: nõ
me derelinquas vsquequaque.

Beth.

9 In quo corrigit adolescentior viam
suam? in custodiendo sermones tuos.
10 In toto corde meo exquisiui te: ne
repellas me à mandatis tuis.
11 In corde meo abscõdi eloquia tua:
vt non peccem tibi.
12 Benedictus es Domine, doce me iu-
stificationes tuas.
13 In labijs meis pronuntiaui, omnia
iudicia oris tui.
14 In via testimoniorum tuorũ dele-
ctatus sum, sicut in omnibus diuitijs.
15 In mandatis tuis exercebor: & con-
siderabo vias tuas.
16 In iustificationibus tuis meditabor,
non obliuiscar sermones tuos.

Gimel.

17 Retribue seruo tuo, viuifica me: &
custodiam sermones tuos.
18 Reuela oculos meos: & considera-
bo mirabilia de lege tua.
19 Incola ego sum in terra: non ab-
scondas à me mandata tua.

20 ¶Concupiuit anima mea desiderare
iustificationes tuas in omni tempore.
21 ¶Increpasti superbos: maledicti qui
declinant à mandatis tuis.
22 ¶Aufer à me opprobrium & cõtem-
ptum: quia testimonia tua exquisiui.
23 ¶Etenim sederunt principes, & aduer
sum me loquebantur: seruus autẽ tuus
exercebatur in iustificationibus tuis.
24 ¶Nã & testimonia tua meditatio mea
est: & consiliũ meũ, iustificationes tuę.

Daleth.

25 ¶Adhæsit pauimẽto anima mea: viui
fica me secundum verbum tuum.
26 ¶Vias meas enuntiaui, & exaudisti
me: doce me iustificationes tuas.
27 ¶Viam iustificationũ tuarũ instrue
me, & exercebor in mirabilibus tuis.
28 ¶Dormitauit anima mea præ tedio:
confirma me in verbis tuis.
29 ¶Viam iniquitatis amoue à me: &
de lege tua miserere mei.
30 ¶Viam veritatis elegi: iudicia tua nõ
sum oblitus.
31 ¶Adhæsi testimonijs tuis Domine:
noli me confundere.
32 ¶Viam mandatorũ tuorum cucurri,
cùm dilatasti cor meum.

He.

33 LEgem pone mihi Dñe viã iustifica-
tionũ tuarũ, & exquirã eã semper.
34 ¶Da mihi intellectũ, & scrutabor le-
gem tuam, & custodiam illam in toto
corde meo.
35 ¶Deduc me in semita mandatorum
tuorum: quia ipsam volui.
36 ¶Inclina cor meũ in testimonia tua,
& non in auaritiam.
37 ¶Auerte oculos meos ne videant va-
nitatem: in via tua viuifica me.
38 ¶Statue seruo tuo eloquium tuũ in
timore tuo.
39 ¶Amputa opprobriũ meũ quod su-
spicatus sum: quia iudicia tua iucũda.
40 ¶Ecce cõcupiui mãdata tua: in æqui-
tate tua viuifica me.

Vau.

41 ¶Et veniat super me misericordia tua
Dñe, salutare tuũ ſm eloquiũ tuum.
42 ¶Et rñdebo exprobrantibus mihi ver
bum, quia speraui in sermonibus tuis.
43 ¶Et ne auferas de ore meo verbũ ve-
ritatis vsquequaq;: quia in iudicijs tuis
supersperaui.
44 ¶Et custodiam legem tuã semper: in
seculum & in seculum seculi.
45 ¶Et ambulabam in latitudine: quia
mandata tua exquisiui.
46 ¶Et loquebar in testimonijs tuis in
conspectu regũ, & non confundebar.
47 Et meditabar in mandatis tuis, quæ
48 dilexi. ¶Et leuaui manus meas ad man
data tua quæ dilexi, & exercebor in iu-
stificationibus tuis.

Zain.

49 ¶Memor esto verbi tui seruo tuo, in
quo mihi spem dedisti.
50 ¶Hæc me cõsolata est in humilitate
mea: quia eloquiũ tuũ viuificauit me.
51 ¶Superbi iniquè agebant vsquequaq;
à lege autem tua non declinaui.
52 ¶Memor fui iudiciorum tuorũ a se-
culo Domine & consolatus sum.
53 ¶Defectio tenuit me pro peccatorib⁹
derelinquentibus legem tuam.
54 ¶Cantabiles mihi erãt iustificationes
tuæ in loco peregrinationis meæ.
55 ¶Memor fui nocte nominis tui Dñe:
& custodiui legem tuam.
56 ¶Hęc facta est mihi, quia iustificatio-
nes tuas exquisiui.

Heth.

57 ¶Portio mea Domine, dixi custodire
legem tuam.
58 ¶Deprecatus sum faciẽ tuã ĩ toto cor
de meo, miserere mei ſm eloquiũ tuũ.
59 ¶Cogitaui vias meas: & conuerti pe-
des meos in testimonia tua.
60 ¶Paratus sum, & non sum turbatus:
vt custodiam mandata tua.
61 ¶Funes peccatorũ circumplexi sunt
me, & legem tuam non sum oblitus.
62 ¶Media nocte surgebã ad confitendũ
tibi super iudicia iustificationis tuæ.
63 ¶Particeps ego sum omnium timen-
tium te: & custodientiũ mandata tua.
64 ¶Misericordia tua Domine plena est
terra: iustificationes tuas doce me.

Teth.

65 ¶Bonitatem fecisti cũ seruo tuo Dñe,
secundum verbum tuum.
66 ¶Bonitatem, & disciplinam, & sciẽ-
tiã doce me: quia mãdatis tuis credidi.
67 ¶Priusquam humiliarer, ego deliqui
propterea eloquiũ tuum custodiui.
68 ¶Bonus es tu: & ĩ bonitate tua doce
me iustificationes tuas.
69 ¶Multiplicata est super me iniquitas
superborum: ego autem in toto corde
meo scrutabor mandata tua.

70 ¶Coagulatum est sicut lac cor eorũ ego verò legem tuã meditatus sum.
71 ¶Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas.
72 ¶Bonum mihi lex oris tui super mil lia auri & argenti.

Iod.

73 ¶Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua.
74 ¶Qui timent te, videbũt me, & lætabuntur: quia ĩ verba tua supersperaui.
75 ¶Cognoui Dñe quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.
76 ¶Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundũ eloquium tuũ seruo tuo.
77 ¶Veniant mihi miserationes tuę, & viuã: quia lex tua meditatio mea est.
78 ¶Confundantˀ superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
79 ¶Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.
80 ¶Fiat cor meum immaculatũ in iustificationibus tuis, vt non confundar.

Caph.

81 DEfecit ĩ salutare tuũ anima mea: & in verbum tuum supersperaui.
82 ¶Defecerunt oculi mei in eloquium tuũ, dicentes, Quãdo cõsolaberis me?
83 ¶Quia factus sum sicut vter ĩ pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
84 ¶Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?
85 ¶Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
86 ¶Omnia mãdata tua veritas: ᵃiniquiˀ persecuti sunt me, adiuua me.

ᵃiniquè s.

87 ¶Paulominus cõsummauerũt me in terra: ego aũt nõ dereliqui mãdata tua.
88 ¶Secundũ misericordiam tuã viuifica me: & custodiã testimonia oris tui.

Lamed.

89 ¶In æternum Domine verbũ tuum permanet in cælo.
90 ¶In generatione & generationẽ veritas tua: fundasti terram & permanet.
91 ¶Ordinatione tua perseuerat dies: quoniã omnia seruiunt tibi.
92 ¶Nisi ꝙ lex tua, meditatio mea est: tũc fortè perijssem ĩ humilitate mea.
93 ¶In æternũ non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.
94 ¶Tuus sum ego, saluum me fac: qm̃ iustificationes tuas exquisiui.
95 ¶Me expectauerũt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.
96 ¶Omnis cõsummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Mem.

97 ¶Quomodo dilexi legem tuam Dñe? tota die meditatio mea est.
98 ¶Sup inimicos meos prudentẽ me fecisti mãdato tuo: qa in ęternũ mihi est.
99 ¶Super omnes docẽtes me intellexi: qa testimonia tua, meditatio mea est.
100 ¶Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui.
101 ¶Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
102 ¶A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi:
103 ¶Quàm dulcia faucibꝰ meis eloquia tua, super mel ori meo.
104 ¶A mandatis tuis intellexi, ꝓpterea odiui omnem viam iniquitatis.

Nun.

105 ¶Lucerna pedibus meis verbũ tuum: & lumen semitis meis.
106 ¶Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.
107 ¶Humiliatus sum vsquequaq; Dñe: viuifica me secundùm verbum tuũ.
108 ¶Voluntaria oris mei beneplacita fac Dñe: & iudicia tua doce me.
109 ¶Anima mea in manibꝰ meis semp: & legem tuam non sum oblitus.
110 ¶Posuerunt peccatores laqueũ mihi, & de mandatis tuis non erraui.
111 ¶Hæreditate acq̃siui testimonia tua in ęternũ: qa exultatio cordis mei sũt.
112 ¶Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.

Samech.

113 ¶Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.
114 ¶Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum sussperaui.
115 ¶Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.
116 ¶Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.
117 ¶Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibꝰ tuis semper.
118 ¶Spreuisti omnes discedẽtes à ᵃiudicijsˀ tuis: quia iniusta cogitatio eorũ.

ᵃiustitiis 7.

119 ¶Præuaricantes reputaui oẽs peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

120 ꝰ Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Ain.

121 ꝰ Feci iudicium, & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
122 ꝰ Suscipe seruum tuū in bonum: nō calumnientur me superbi.
123 ꝰ Oculi mei defecerūt i salutare tuū: & in eloquium iustitiæ tuæ.
124 ꝰ Fac cum seruo tuo secundū misericordiam tuā, & iustificationes tuas doce me.
125 ꝰ Seruus tu⁹ sum ego: da mihi intellectum vt sciam testimonia tua.
126 ꝰ Tempus faciendi Dñe: dissipauerunt legem tuam.
127 ꝰ Ideo dilexi mādata tua super aurū & topazion.
128 ꝰ Propterea ad oīa mandata tua dirigebar: omnē viā iniquā odio habui.

Phe.

129 Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.
130 ꝰ Declaratio sermonū tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.
131 ꝰ Os meum aperui, & attraxi spiritū quia mandata tua desiderabam.
132 ꝰ Aspice in me, & miserere mei secūdum iudicium diligentiū nomen tuū.
133 ꝰ Gressus meos dirige secundum eloquiū tuum: & nō dominetur mei omnis iniustitia.
134 ꝰ Redime me à calūnijs hominum, *vt custodiam mandata tua. *& 7.
135 ꝰ Faciem tuā illumina super seruum tuū: & doce me iustificationes tuas.
136 ꝰ Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia nō custodierunt legem tuā.

Sade.

137 ꝰ Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.
138 ꝰ Mandasti iustitiā testimonia tua: & veritatem tuā nimis.
139 ꝰ Tabescere me fecit zelus meus, qa obliti sunt verba tua inimici mei.
140 ꝰ Ignitum eloquiū tuum vehementer, & seruus tuus dilexit illud.
141 ꝰ Adolescentulus sum ego & contēptus: iustificationes tuas nō sum oblit⁹.
142 ꝰ Iustitia tua, iustitia in æternū: & lex tua veritas.
143 ꝰ Tribulatio & angustia inuenerunt me: mādata tua meditatio mea est.
144 ꝰ Æquitas testimonia tua in æternū: intellectum da mihi, & viuam.

Coph.

145 ꝰ Clamaui i toto corde ‒meo', exaudi me Dñe, & iustificationes tuas requirā. ‒15.
146 ꝰ Clamaui ad te, saluū me fac: *vt custodiam mandata tua. *& 5.
147 ꝰ Præuēni in maturitate, & clamaui ‒*quia', in verba tua supersperaui. ‒12. *& 5.
148 ꝰ Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
149 ꝰ Vocem meā audi secundum misericordiam tuā Dñe: & secundum iudicium tuum viuifica me.
150 ꝰ Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autē tua longè
151 facti sunt. ꝰ Prope es tu Dñe: & oēs viæ tuæ veritas.
152 ꝰ Initio cognoui de testimonijs tuis quia in æternum fundasti ea.

Res.

153 ꝰ Vide humilitatem meā, & eripe me quia legem tuā non sum oblitus.
154 ꝰ Iudica iudicium meū, & redime me: propter eloquiū tuū viuifica me.
155 ꝰ Longè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.
156 ꝰ Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundū iudicium tuū viuifica me.
157 ꝰ Multi qui persequunt me & tribulāt me, à testimonijs tuis nō declinaui.
158 ꝰ Vidi præuaricantes, & tabescebā, quia eloquia tua non custodierunt.
159 ꝰ Vidi qm̄ mandata tua dilexi dñe: in misericordia tua viuifica me.
160 ꝰ Principiū verborum tuorū veritas: *in æternū omnia iudicia iustitiæ tuæ. *& 5.

Sin.

161 ꝰ Principes ꝑsecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meū.
162 ꝰ Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.
163 ꝰ Iniquitatē odio habui, & abominatus sum: legem autē tuam dilexi.
164 ꝰ Septies in die laudē dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.
165 ꝰ Pax multa diligentibus legem tuā: & non est illis scandalum.
166 ꝰ Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.
167 ꝰ Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
168 ꝰ Seruaui mādata tua & testimonia tua, quia oēs viæ meæ in cōspectu tuo.

Tau.

169 ꝰ Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Dñe, iuxta eloquium

tuum da mihi intellectum.
170 ¶Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundũ eloquium tuũ eripe me.
171 ¶Eructabunt labia mea hymnũ, cũ docueris me iustificationes tuas.
172 ¶Pronunciabit lingua mea eloquiũ tuũ: quia omnia mandata tua æquitas.
173 ¶Fiat manus tua vt saluet me: qm̃ mandata tua elegi.
174 ¶Concupiui salutare tuum Domine, & lex tua meditatio mea est.
175 ¶Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.
176 ¶Erraui sicut ouis q̃ periit: q̃re seruũ tuũ, quia mãdata tua nõ sum oblitus.

HEB. 120.

1 *Canticum graduum.* CXIX.

A AD Dominum cũ tribularer clamaui, & exaudiuit me.
2 ¶Domine libera animã meã à labijs iniquis & à lingua dolosa.
3 ¶Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam?
4 ¶Sagittę potentis acutæ, cũ carboni-
B bus desolatorijs.
5 ¶Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cũ habitantibus
6 Cedar: ¶multũ incola fuit anima mea.
7 ¶Cũ his qui oderũt pacẽ, erã pacificus: cũ loquebar illis, ĩpugnabãt me gratis.

HEB. 121.
1.Pa.16 c.17.

1 *Canticum graduum.* CXX.

A LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.
2 ¶Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram.
3 ¶Non det in cõmotionem pedẽ tuũ, neque dormitet qui custodit te.
4 ¶Ecce non dormitabit neq; dormiet
B qui custodit Israël.
5 ¶Dominus custodit te, Dñs protectio tua super manum dexteram tuam.
6 ¶Per diem sol non vret te: neq; luna per noctem.
7 ¶Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuã Dominus.
8 ¶Dñs custodiat introitũ tuũ & exitũ tuũ, ex hoc nunc & vsque in seculũ.

HEB. 122.

1 *Canticum graduum.* CXXI.

A LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.
2 ¶Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem.
3 ¶Ierusalem quę ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
4 ¶Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dñi: testimoniũ Israël, ad confitendum nomini domini.
5 ¶Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.
6 ¶Rogate quę ad pacem sunt Ierusa-
B lẽ: & abundantia diligentibus te.
7 ¶Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
8 ¶Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te:
9 ¶Propter domũ Domini Dei nostri, quæsiui bona tibi.

HEB. 123.

1 *Canticum graduum.* CXXII.

A AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis.
2 ¶Ecce sicut, oculi seruorũ in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancillæ in manibus dñe suę: ita oculi nostri ad dñm Deum nostrum, donec misereatur nostri.
3 ¶Miserere nostri Dñe, miserere nr̃i: quia multũ repleti sumus despectione.
4 ¶Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

HEB. 124.

1 *Canticum graduum ipsi Dauid.* CXXIII.

A NIsi quia Dominus erat in nobis,
2 dicat nunc Israël, ¶nisi quia Dominus erat in nobis.
3 Cũ exurgerent homines in nos, ¶fortè viuos deglutissent nos.
Cũ irasceretur furor eorum in nos:
4 ¶forsitan aqua absorbuisset nos.
B Torrentẽ pertransiuit anima nostra:
5 ¶forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
6 ¶Benedictus Dñs, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
7 ¶Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
8 ¶Adiutorium nostrũ in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

HEB. 125.

1 *Canticum graduum.* CXXIIII.

A QVi confidunt in Dño, sicut mons Sion: nõ cõmouebitur in æternũ, qui habitat in Ierusalem.
2 ¶Mõtes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc &

vsque in seculum.
3 ꝰQuia nõ relinquet Dñs virgam peccatorũ super sortem iustorũ: vt non extendât iusti ad iniquitaté manus suas.
4 ꝰBenefac Dñe bonis & rectis corde.
5 Declinantes autem in obligationes adducet Dñs cum operantibus iniquitatem: pax super Israël.

HEB. 126. 1 *Canticum graduum* CXXV.

A IN cõuertendo Dñs captiuitaté Sion, facti sumus sicut consolati:
2 ꝰTunc repletũ est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis.
3 Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.
4 ꝰConuerte Domine captiuitaté nostram, sicut torrens in Austro.
5 ꝰQui seminant in lachrymis, in exultatione metent.
6 ꝰEuntes ibant & flebant, ꝰmittentes semina sua. ꝰportantes.
Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

HEB. 127. 1 *Canticum graduum Salomonis.* CXXVI.

A NIsi Dñs ędificauerit domũ, ĩ vanũ laborauerunt qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitaté, frustra vigilat qui custodit eam.
2 ꝰVanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquã sederitis qui manducatis panem doloris.
3 Cũ dederit dilectis suis somnũ: ꝰecce hęreditas Dñi, filij: merces, fructꝰ vẽtris.
4 ꝰSicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.
5 ꝰBeatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cũ loquetur inimicis suis in porta.

HEB. 128. 1 *Canticum graduum.* CXXVII.

A BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius:
2 ꝰLabores manuum tuarũ quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
3 ꝰVxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.
Filij tui sicut nouellę oliuarũ in circuitu mensæ tuæ.
4 ꝰEcce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.
5 ꝰBenedicat tibi Dñs ex Siõ: & videas bona Ierusalẽ omnibus diebꝰ vitæ tuę.
6 ꝰEt videas filios filiorum tuorum, pacem super Israël.

1 *Canticum graduum.* CXXVIII. HEB. 129.

A SÆpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea, dicat nunc Israël,
2 ꝰSæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea: etenim non potuerunt mihi.
3 ꝰSupra dorsũ meũ fabricauerũt peccatores: prolongauerũt iniquitaté suã.
4 ꝰDñs iustus concîdet ceruices pecca-
5 torũ: ꝰconfundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.
6 ꝰFiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit:
7 ꝰDe quo nõ ꝰimplebitꝰ manũ suã qui metit, & sinũ suũ q manipulos colligit. ꝰImpleuit 10.
8 ꝰEt non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

1 *Canticum graduum.* CXXIX. HEB. 130.

A DE profundis clamaui ad te Dñe.
2 ꝰDomine exaudi vocem meã.
Fiant aures tuæ intendentes in vocẽ deprecationis meæ.
3 ꝰSi iniquitates obseruaueris Domine Domine quis sustinebit?
4 ꝰQuia apud te ꝑpitiatio est: & pro-
5 pter legem tuam ꝰ sustinui te Dñe.
Sustinuit anima mea in verbo eius:
6 ꝰsperauit Israël in Domino.
A custodia matutina vsq; ad noctẽ:
7 ꝰsperet anima mea in Domino.
Quia apud Dominũ misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
8 ꝰEt ipse redimet Israël ex omnibꝰ iniquitatibus eius.

1 *Canticum graduum Dauid.* CXXX. HEB. 131.

A DOmine non est exaltatũ cor meũ, neque elati sunt oculi mei:
Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me.
2 ꝰSi non humiliter sentiebã, sed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.
3 ꝰSperet Israël in Dñoꝰ, ex hoc nunc & vsque in seculum.

1 *Canticum graduum.* CXXXI. HEB. 132.

A MꝰEmento Dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. ꝰ2. Reg. 7 b. 12.

2 ¶Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob:
3 ¶ Si introiero in tabernaculū domus meæ, si ascendero in lectum strati mei.
4 ¶ Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.
5 Et requiem temporibus meis: ¶donec
B inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.
6 ¶Ecce audiuimus eam in Ephráta: inuenimus eam in campis syluæ.
7 ¶Introibim⁹ in *tabernaculū* eius: adorabim⁹ in loco vbi steterunt pedes ei⁹.
8 ¶‖Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.
9 ¶Sacerdotes tui induantur iustitia: & sancti tui exultent.
10 ¶ Propter Dauid seruum tuum, non
C auertas faciem Christi tui.
11 ¶Iurauit Dñs Dauid veritatem, & nō frustrabitur eum, ‖De fructu vētris tui ponam super sedem tuam.
12 ¶ Si custodierint filij tui testm̄ meū, & testimonia mea hęc quę docebo eos.
Et filij eorum vsq; in seculum sedebunt super sedem tuam.
13 ¶Quoniam elegit Dominus Sion: ele
D git eam in habitationem sibi.
14 ¶Hęc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.
15 ¶Viduam eius benedicens benedicā: pauperes eius saturabo panibus.
16 ¶Sacerdotes eius induam salutari: & sancti tui exultatione exultabunt.
17 ¶‖*Illuc* producā cornu Dauid, ‖paraui lucernam Christo meo.
18 ¶Inimicos eius induā cōfusione: sup ipsum aūt efflorebit sanctificatio mea.

*tabernacula. ‖2.Par. 6 g.41. ‖2.Re. 7. c. 12. Luc. 1. c. 15. Act. 2. e. 30. *Illic 4. ‖Luc. 1. g. 69. ‖Mala. 3 a. 1.

1 *Canticum graduum Dauid.* CXXXII. HEB. 133.

A Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.
2 ¶Sicut vnguētum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.
Quod descendit in oram vestimenti
3 eius: ¶sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.
Quoniam illic mandauit Dñs benedictionem, & vitam vsq; in seculum.

1 *Canticum graduum* CXXXIII. HEB. 134.

A Ecce nunc benedicite Domino, omnes serui Domini,
Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
2 In noctibus ¶extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino.
3 ¶ Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cęlum & terram.

1 *Hallelu-ia.* CXXXIIII. HEB. 135.

A Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum.
2 ¶Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.
3 ¶Laudate Dominū, quia bonus Dñs: psallite nomini eius, quoniā suaue est.
4 ¶Quoniam Iacob elegit sibi Dñs, Israël in possessionem sibi.
5 ¶Quia ego cognoui ꝙ magn⁹ est Dñs, & Deus noster præ omnibus diis.
6 ¶ Oīa q̄cunq; voluit Dñs fecit in cęlo & in terra, in mari, & ī omnib⁹ abyssis.
7 ¶ ‖ Educens nubes ab extremo terræ:
B fulgura in pluuiam fecit.
8 ¶Qui ꝑducit ventos de thesauris suis: ‖ qui percussit primogenita Ægypti ab homine vsq; ad pecus.
9 ¶*Emisit* signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem, & in omnes seruos eius.
10 ¶‖Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
11 ¶ ‖Sehon regem Amorrhęorū, & Og regē Basan, & omnia regna Chanáan.
12 ¶ ‖Et dedit terram eorum hæreditatem,
C tem, hæreditatem Israël populo suo.
13 ¶Domine nomen tuum in ęternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem.
14 ¶Quia iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.
15 ¶ ‖Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.
16 ¶ ‖Os habent & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
17 ¶Aures habent & non audient: neq;
D enim est spiritus in ore ipsorum.
18 ¶ Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.
19 ¶Domus Israël benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.
20 ¶Domus Leui benedicite Dño: qui timetis Dominum, benedicite Dño.
21 ¶Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

‖Iere. 10 b. 13. 51 b. 16. ‖Iohā. b. 8. Exod. 12 d. 29. *Et misit 15. ‖Iosu. 12. a. 1. b. 7. ‖Nu. 21. e. 24. d. 33. ‖Iosu. 13 a. 7. ‖Supra. 113. a 4. ‖Sap. 15. c. 15.

1 *Hallelu-ia.* CXXXV. HEB. 136.

A Confitemini Dño quoniam bonus: qm̄ in æternum misericordia eius.

2 Confitemini Deo Deorum: quoniam
in æternum misericordia eius.
3 Cõfitemini Domino dominorum:
qm̃ in æternum misericordia eius.
4 Qui facit mirabilia magna solus:
qm̃ in æternum misericordia eius.
5 Qui fecit cœlos in intellectu: quo- Ge. 1. a. 1 & 6. b.
niam in ęternum misericordia eius.
6 ‖Qui firmauit terram super aquas: ‖1. a.
quoniã in æternum misericordia eius.
7 ‖Qui fecit luminaria magna: qm̃ in ‖1. b.
ęternum misericordia eius.
8 Solem in potestatem diei: quoniam
B in æternum misericordia eius.
9 Lunã & stellas in potestatem noctis:
quoniã in æternum misericordia eius.
10 ‖Qui percussit Ægyptum cum pri- ‖Exo. 12. c. 29.
mogenitis eorum: quoniam in æternũ
misericordia eius.
11 ‖Qui eduxit Isrl̃ de medio eorum: ‖Exo. 13. c. 17.
quoniã, in æternum misericordia eius.
12 In manu potẽti & brachio excelso:
quoniã in ęternum misericordia eius.
13 Qui diuisit Mare-rubrũ in diuisio-
nes: qm̃ in ęternum misericordia eius.
14 Et eduxit Israël per medium eius:
quoniã in ęternum misericordia eius.
15 ‖Et excussit Pharaonem & virtutem ‖Exo. 14. g. 28.
C eius in Mari-rubro: quoniam in æter-
num misericordia eius.
16 Qui traduxit ppl̃m suum p desert-
tum: qm̃ in æternum misericordia ei⁹.
17 Qui percussit reges magnos: quoniã
in æternum misericordia eius.
18 ‖Et occidit reges fortes: quoniam in ‖Nu. 21. c. 24.
æternum misericordia eius.
19 Sehon regem Amorrhęorum: quo-
niam in æternum misericordia eius.
20 ‖Et Og regem Basan: quoniam in æ- ‖Nu. 21. g. 33.
ternum misericordia eius.
21 ‖Et dedit terram eorum hæredita- ‖Iof. 13. a. 7.
tem: qm̃ in ęternum misericordia eius.
22 Hęreditatem Isr̃ł seruo suo: quoniã
in æternum misericordia eius.
23 Quia in humilitate nostra memor
fuit nostri: quoniam in ęternum mise-
ricordia eius.
24 Et redemit nos ab inimicis nostris:
quoniã in æternum misericordia eius.
25 Qui dat escam omni carni: quoniã
in æternum misericordia eius.
26 Confitemini Deo cęli: quoniam in
ęternum misericordia eius.
Confitemini Domino dominorum:
qm̃ in æternum misericordia eius.

Psalmus David propter Ieremiam. CXXXVI. HEB. 137.

1 SVp flumina Babylonis, illic sedim⁹
A & fleuimus, dũ recordaremur *Sion: *cui.
2 In salicibus in medio eius suspen-
dimus organa nostra.
3 Quia illic interrogauerunt nos qui
captiuos duxerunt nos, verba cãtionũ,
Et qui abduxerunt nos, Hymnũ can-
tate nobis de canticis Sion.
4 Quomodò cantabimus canticum
Domini in terra aliena?
5 Si oblitus fuero tui Ierusalem, obli-
B uioni detur dextera mea.
6 Adhæreat lingua mea faucib⁹ meis,
si non meminero tui. Si non proposue-
ro Ierusalem in principio lętitiæ meæ.
7 Memor esto Dñe filiorum Edom, in
die Ierusalem.
Qui dicunt, Exinanite, exinanite vs-
que ad fundamentum in ea.
8 Filia Babylonis misera: beatus qui
retribuet tibi retributionem tuã, quã
retribuisti nobis. ‖Isa. 13. c. 16.
9 ‖Beatus qui tenebit & allidet par-
uulos *suos* ad petram. *tuos 4.

Ipsi David. CXXXVII. HEB. 138.

1 COnfitebor tibi Dñe in toto corde
A meo: qm̃ audisti verba oris mei.
In conspectu angelorum psallã tibi,
2 adorabo ad templum sanctum tuum,
& confitebor nomini tuo.
Sup misericordia tua & veritate tua:
quoniam magnificasti super omne, no
men sanctum tuum.
3 In quacũq; die inuocauero te, exau-
di me: multiplicabis in aia mea virtutẽ.
4 Confiteantur tibi Dñe oẽs reges ter-
ræ, quia audierunt *oĩa* verba oris tui.
5 Et cantent in viis Domini: quoniam
B magna est gloria Domini.
6 Quoniam excelsus Dñs: & humilia
respicit, & alta à longè cognoscit.
7 Si ambulauero in medio tribula-
tionis, viuificabis me. & super iram ini-
micorum meorum extendisti manum
tuam, & saluum me fecit dextera tua.
8 Dñs retribuet pro me, Dñe miseri-
cordia tua in seculum, opera manuum
tuarum ne despicias.

1 *In finem Psalmus David.* CXXXVIII. HEB. 139.

A DOmine probasti me, & cognouisti
2 me: tu cognouisti sessionem meã

& resurrectionem meam.
3 ❡Intellexisti cogitationes meas dèlon
ge, semitam meam & funiculum meũ
inuestigasti.
4 ❡Et omnes vias meas prȩuidisti: quia
non est sermo in lingua mea.
5 ❡Ecce Dñe tu cognouisti omnia no-
uissima & antiqua: tu formasti me, &
posuisti super me manum tuam.
6 ❡Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me:
confortata est, & non potero ad eam.
7 ❡Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie
tua fugiam?
Amos 9 a.2. 8 ❡‖Si ascendero in cȩlum, tu illic es: si
B descendero in infernum, ades.
9 ❡Si sumpsero pennas meas diluculo,
& habitauero in extremis maris.
10 ❡Etenim illuc man⁹ tua deducet me,
& tenebit me dextera tua.
11 ❡Et dixi, Forsitan tenebræ conculca-
bunt me: & nox illuminatio mea in
delicijs meis.
12 ❡Quia tenebræ non obscurabuntur
à te, & nox sicut dies illuminabitur: si-
cut tenebræ eius, ita & lumen eius.
13 ❡Quia tu possedisti renes meos: susce-
C pisti me de vtero matris meæ.
14 ❡Cõfitebor tibi, quia terribiliter ma-
gnificatus es: mirabilia opera tua, &
anima mea ˚cognoscet nimis˒.
cognoscit 2. 15 ❡Non est occultatum os meum à te
quod fecisti in occulto: & substantia
mea in inferioribus terræ.
16 ❡Imperfectum meum viderunt ocu-
li tui, & in libro tuo omnes scribentur:
dies formabuntur, & nemo in eis.
cõfortati sunt 3 17 ❡Mihi autem nimis honorificati sunt
amici tui Deus: nimis ˚confortatus est˒
principatus eorum.
18 ❡Dinumerabo eos, & super arenã mul
tiplicabunt͂: exurrexi, & adhuc sũ tecũ.
19 ❡Si occideris Deus peccatores: viri
D sanguinum declinate à me.
20 ❡Quia dicitis in cogitatione, accipiẽt
in vanitate ciuitates suas.
21 ❡Nónne qui oderũt te Dñe, oderam:
& super inimicos tuos tabescebam?
* & 4. 22 ❡Perfecto odio oderam illos: *inimi-
ci facti sunt mihi.
23 ❡Proba me De⁹, & scito cor meũ: in-
terroga me, & cognosce semitas meas.
24 ❡Et vide si via iniquitatis in me est:
& deduc me in via ȩterna.

HEB. 140.

1 *In finem, Psalmus David.* CXXXIX.

2 Eripe me Domine ab homine ma-
A lo, à viro iniquo eripe me.
3 ❡Qui cogitauerunt iniquitates in cor
de, tota die constituebant prȩlia.
4 ❡‖Acuerunt linguam suã sicut serpen-
tes: venenũ aspidum sub labijs eorum. Sup. 5. [illegible] Roma. 3. b.13.
5 ❡Custodi me Dñe de manu peccato-
ris: & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gres-
6 sus meos: ❡absconderunt superbi la-
queum mihi:
Et funes extenderunt in laqueum,
iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
7 ❡Dixi Dño, Deus meus es tu, exaudi
Domine vocem deprecationis meæ.
8 ❡Dñe Dñe virtus salutis meæ: obum-
B brasti super caput meum in die belli.
9 ❡Ne tradas me Dñe à desiderio meo
peccatori: cogitauerunt contra me, ne
derelinquas me, ne fortè exaltentur.
10 ❡Caput circuitus eorum, labor labio-
rum ipsorum operiet eos.
11 ❡Cadent super eos carbones: in ignẽ
deijcies eos, in miserijs non subsistent.
12 ❡Vir linguosus non diriget͂ in terra:
virum iniustũ mala capiẽt in interitu.
13 ❡Cognoui quia faciet Dñs iudicium
inopis, & vindictam pauperum.
14 ❡Veruntñ iusti confitebunt͂ nomini
tuo: & habitabunt recti cũ vultu tuo.

HEB. 141.

1 *Psalmus David.* CXL.

A Domine, clamaui ad te, exaudi me:
intẽde voci meȩ, cũ clamauero ad te. Sup. [illegible] a.1.
2 ❡Dirigatur oratio mea sicut incẽsum
in cõspectu tuo: eleuatio manuũ mea-
rum sacrificium vespertinum.
3 ❡Pone Domine custodiam ori meo,
& ostium circunstantiæ labiis meis.
4 ❡Non declines cor meum in verba
malitiæ, ad excusandas excusationes
in peccatis.
Cum hoĩbus operantib⁹ iniquitatẽ:
& nõ communicabo cum electis eorũ.
5 ❡Corripiet me iustus in misericordia,
& increpabit me: oleum autem pecca-
toris non impinguet caput meum.
B Quoniam adhuc & oratio mea in be-
6 neplacitis eorum: ❡absorpti sunt iuncti
petræ iudices eorum.
Audiẽt verba mea quoniam potue-
7 runt: ❡sicut crassitudo terræ erupta est
super terram.
Dissipata sunt ossa nostra secus infer
8 nũ: ❡quia ad te Dñe Dñe oculi mei, in

te ſperaui, nō auferas animam meam.
9 Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem.
10 Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

1 Intellectus Dauid, cùm eſſet in ſpelunca, oratio. 1. Reg. 24. CXLI.

HEB. 142. ſup. 76. a. 1.

2 VOce mea ad Dñm clamaui, voce
A mea ad Dñm deprecatus ſum:
3 Effundo in cōſpectu eius orationem meam, & tribulationē meam ante ipſum pronuntio.
4 In deficiendo ex me ſpiritum meū, & tu cognouiſti ſemitas meas.
In via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.
5 Conſiderabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognoſceret me.
B Periit fuga à me: & non eſt qui requirat animam meam.
6 Clamaui ad te Dñe, dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.
7 Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.
Libera me à perſequētibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
8 Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

1 Pſalmus Dauid, quando perſequebatur eum Abſalon filius eius. 2. Reg. 17. CXLII.

HEB. 143.

A DOmine exaudi orationem meam: aurib⁹ percipe obſecrationē meā ī veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia.
2 Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.
3 Quia pſecutus eſt inimicus animā meam: humiliauit in terra vitam meā:
Collocauit me in obſcuris ſicut mor-
4 tuos ſeculi, & anxiatus eſt ſup me ſpiritus meus, in me turbatū eſt cor meū.
5 Memor fui dierum antiquorū, me-
B ditatus ſum in omnib⁹ operib⁹ tuis: in factis manuum tuarum meditabar.
6 Expandi manus meas ad te, anima mea ſicut terra ſine aqua tibi:
7 Velociter exaudi me Domine, defecit ſpiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me, & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.
8 Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meā.
9 Eripe me de inimicis meis Dñe, ad
10 te confugi: doce me facere voluntatē tuam, quia Deus meus es tu.
C Spiritus tuus bonus deducet me in
11 terram rectam: propter nomen tuum Dñe viuificabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione animā meā:
12 & in miſericordia tua diſperdes * inimicos meos. *omnes
Et perdes oēs qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

1 Pſalmus Dauid aduerſus Goliath. CXLIII. HEB. 144.

A BEnedictus Dñs Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.
2 Miſericordia mea & refugium meū: ſuſceptor meus, & liberator meus:
Protector me⁹ & in ipſo ſperaui: qui * ſubdit⁹ populum meum ſub me. *ſubdis.
3 Dñe qd eſt homo, quia innotuiſti ei?
B aut filius hominis, quia reputas eum?
4 Homo vanitati ſimilis fact⁹ eſt: ‖dies eius ſicut vmbra prætereunt. ‖Iob. 8. b. 9. & 14. a. 2.
5 Domine inclina cœlos tuos, & deſcende: tange montes, & fumigabunt.
6 Fulgura coruſcationē, & diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, & cōturbabis eos.
7 Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aqs multis, de manu filiorum alienorum:
8 Quorum os locutū eſt vanitatem: &
C dextera eorum dextera iniquitatis.
9 Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallā tibi.
10 Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruum tuum de gladio
11 maligno: eripe me.
Et erue me de manu filiorū alienorum, quorum os locutum eſt vanitatē: & dextera eorum dextera iniquitatis:
12 Quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua.
Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ vt ſimilitudo templi.
13 Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtoſæ, abundantes in
14 egreſſibus ſuis: boues eorum craſſæ.
Non eſt ruina maceriæ, neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorum.
15 Beatum dixerūt ppl̄m cui hæc ſunt

beatus populus cuius Dñs Deus eius.

1 *Laudatio ipsi Dauid.* CXLIIII.

HEB. 145.

A EXaltabo te Deus meus rex: & bene-
dicam nomini tuo in seculũ, & in
seculum seculi.
2 ¶Per singulos dies benedicam tibi, &
laudabo nomen tuum in seculum, &
in seculum seculi.
3 ¶Magnus Dñs & laudabilis nimis: &
magnitudinis eius non est finis.
4 ¶Generatio & generatio laudabit ope
ra tua, & potentiã tuã pronuntiabunt.
5 ¶Magnificentiã gloriæ sanctitatis tuę
loquentur, & mirabilia tua narrabunt:
6 ¶Et virtutem terribilium tuorum di-
B cent, & magnitudinem tuã narrabunt.
7 ¶Memoriã abundantiæ suauitatis tuę
eructabunt: &*iustitia tua' exultabũt:

*iustitiã tuã. 2.

8 ¶Miserator & misericors Dñs: patiens
& multum misericors.
9 ¶Suauis Dñs vniuersis: & miseratio-
nes eius super omnia opera eius.
10 ¶Confiteantur tibi Dñe omnia ope-
ra tua, & sancti tui benedicant tibi.
11 ¶Gloriam regni tui dicent, & poten-
tiam tuam loquentur.
12 ¶Vt notã faciãt filiis hoĩum potentiã
C tuã, & gloriam magnificẽtiæ regni tui.
13 ¶Regnum tuum regnum omniũ se-
culorum: & dominatio tua in omni ge
neratione & generatione.
Fidelis Dñs in omnibus verbis suis:
& sanctus in omnibus operibus suis.
14 ¶Alleuat Dñs omnes qui corruunt, &
erigit omnes elisos.
15 ¶Oculi omnium in te sperant*: & tu
das escam illorum in tpe opportuno.

*Dñe.

16 ¶Aperis tu manum tuam: & imples
omne animal benedictione.
17 ¶Iustus Dñs in omnibus viis suis: &
D sanctus in omnibus operibus suis.
18 ¶Propè est Dñs oĩbus inuocantibus
eũ: oĩbus inuocantib⁹ eum in veritate.
19 ¶Volũtatẽ timẽtiũ se faciet, & depreca
tionẽ eorũ exaudiet, & saluos faciet eos.
20 ¶Custodit Dñs omnes diligentes se:
& omnes peccatores disperdet.
21 ¶Laudationẽ Dñi loquetur os meũ:
& benedicat omnis caro nomini san-
cto eius in seculum, & in seculum secli.

1 *Hallelu-ia, Aggai & Zachariæ.* CXLV.

HEB. 146.
|Sup. 103 d. 33.

2 LAuda anima mea Dñm, ¶||laudabo
A Dominum in vita mea, psallã Deo
meo quamdiu fuero.
3 ¶Nolite confidere in principibus: *in
filiis hominum, in quibus nõ est salus.

*nec.

4 ¶Exibit spiritus eius, & reuertetur in
terram suam: in illa die peribunt om-
nes cogitationes eorum.
5 ¶Beatus cuius De⁹ Iacob adiutor eius,
6 spes ei⁹ in Dño Deo ipsius, ¶||q fecit cœ-
lũ & terrã, mare, & omnia q̃ in eis sunt.

|Act. 14. c. 15. Apo. 14. b 7.

7 ¶Qui custodit veritatem in seculum,
B facit iudicium iniuriam patientib⁹: dat
escam esurientibus.
8 Dominus soluit compeditos: ¶Domi-
nus illuminat cæcos.
Dñs erigit elisos, Dñs diligit iustos.
9 ¶Dñs custodit aduenas, pupillũ & vi-
duã suscipiet: &*vias' pctõrũ disperdet.

*viam 6.

10 ¶Regnabit Dñs in secula Deus tuus
Sion, in generatione & generationem.

1 *Hallelu-ia.* CXLVI.

HEB. 147. Hic Psal. iungitur præcedenti apud Hebr.

A LAudate Dñm, quoniam bonus est
psalmus Deo nostro: sit iucũda de-
coraq; laudatio.
2 ¶Ædificans Ierusalem Dñs: dispersio-
nes Israëlis congregabit.
3 ¶Qui sanat contritos corde, & alligat
contritiones eorum.
4 ¶Qui numerat multitudinem stella-
rum: & omnibus eis nomina*vocans'.

4. Esd. 16 g. 57.
*vocat 8

5 ¶Magnus Dñs noster, & magna virtus
eius: & sapiẽtiæ eius non est numerus.
6 ¶Suscipiens mansuetos Dñs: humilians
autem peccatores vsque ad terram.
7 ¶Præcinite Dño in confessione: psalli-
te Deo nostro in cithara.
8 ¶Qui operit cęlum nubibus, & parat
terræ pluuiam.
Qui producit in montibus fœnum,
& herbam seruituti hominum.
9 ¶Qui dat iumentis escam ipsorum:
|| & pullis coruorum inuocantibus eũ.

||Iob. 39. a. 3.

10 ¶Nõ in fortitudine equi volũtatẽ ha
bebit: nec in tibiis viri bñplacitũ erit ei:
11 ¶Beneplacitum est Domino super ti-
mentes eum, & in eis qui sperant super
misericordia eius.

B *Hallelu-ia.* CXLVII.

Psal. hic iungitur præcedenti apud Hebræos.

12 LAuda Ierusalem Dominum, lauda
Deum tuum Sion.
13 ¶Qm confortauit seras portarũ tua-
rum: benedixit filiis tuis in te.
14 ¶Qui posuit fines tuos pacem: & adi-
pe frumenti satiat te.

15 ¶Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.
16 ¶Qui dat niuem sicut lanam: nebulã sicut cinerem spargit.
17 ¶Mittit crystallũ suã sicut buccellas, ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit?
18 ¶Emittet verbũ suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.
19 ¶Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israël.
20 ¶Non fecit taliter oĩ nationi: & iudicia sua nõ manifestauit eis. Hallelu-ia.

1 *Hallelu-ia.* CXLVIII.

A LAudate Dominum de cęlis: laudate eum in excelsis.
2 ¶ ‖Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
3 ¶Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.
4 ¶‖Laudate eũ cęli cęlorũ: & aquæ quæ
5 super cęlos sunt, ¶laudent nomen Dñi.
Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt.
6 ¶ Statuit ea in æternũ, & in seculum
B seculi: pceptũ posuit, & non pręteribit.
7 ¶Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi.
8 ¶Ignis, grando, nix, glacies, spiritus pcellarum, quæ faciunt verbum eius.
9 ¶Mõtes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri.
10 ¶Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes & volucres pennatæ.
11 ¶Reges terræ, & omnes populi, principes & omnes iudices terrę.
12 ¶Iuuenes & virgines, senes cũ iunio-
13 ribus, ¶ laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super cęlum & terrã:
14 ¶& exaltauit cornu populi sui.
Hymnus oĩbus sanctis eius: filiis Isrł pplõ appropinquanti sibi. Hallelu-ia.

1 *Hallelu-ia.* CXLIX.

A CAntate Dño canticum nouũ: laus eius in ecclesia sanctorum.
2 ¶Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & ˟filię˟ Sion exultent in rege suo˟. *filij 4.
3 ¶ Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei.
4 ¶ Quia beneplacitũ est Dño in populo suo, & exaltauit mãsuetos in salutẽ.
5 ¶Exultabunt sancti in gloria, lętabuntur in cubilibus suis.
6 ¶*Exultationes˟ Dei in gutture eorũ, *Exultationes 2.
B & gladij ancipites in manibus eorum.
7 ¶ Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.
8 ¶ Ad alligandos reges eorũ in cõpedibus, & nobiles eorũ in manicis ferreis:
9 ¶Vt faciãt in eis iudiciũ cõscriptũ: gloria hęc est oĩb⁹ sanctis eius. Hallelu-ia.

1 *Hallelu-ia.* CL.

A LAudate Dñm in sanctis ei⁹: laudate eum in firmamẽto virtutis eius.
2 ¶Laudate eũ ĩ virtutib⁹ eius: laudate eũ ſm multitudinẽ magnitudinis ei⁹.
3 ¶Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cithara.
4 ¶Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.
5 ¶Laudate eũ in cymbalis bene sonãtibus, laudate eũ ĩ cymbalis iubilationis:
6 ¶ oĩs spiritus laudet Dñm. Hallelu-ia.

LIBER PROVERBIORVM, quem Hebræi Misle appellant.

CAPVT PRIMVM.



1 PArabolæ Salomonis
A filij Dauid, regis Is-
2 raël: ¶ad sciendam
sapientiam & disci-
plinam, ad intelli-
genda verba prudẽ-
3 tiæ, ¶& suscipiendã
eruditionẽ doctri-
næ, iustitiam & iudiciũ, & æquitatem,
4 ¶vt detur paruulis astutia, adolescenti
5 scientia & intellectus. ¶Audiẽs sapiens
sapiẽtior erit: & intelligẽs, gubernacula
6 possidebit. ¶Animaduertet parabolã &
interpretationẽ, verba sapientũ, & ęnig
7 mata eorũ. ¶ ‖Timor Dñi, principiũ sa- ‖Psa.110 b 10.
pientię. ¶Sapientiã atq; doctrinã stulti Eccles.1, b.16.
8 despiciũt. ¶ Audi fili mi disciplinã pris Iob 28. d.28.
9 tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ: ¶ vt
addatur gratia capiti tuo, & torques collo
10 tuo. ¶Fili mi, si te lactauerint peccato-
11 res, ne acquiescas eis. ¶Si dixerint, Veni

nobi-

Sup. 2. b.10.

nobiscũ, insidiemur sanguini, abscon-
B dam⁹ tẽdiculas contra insontẽ frustra.
12 deglutiamus eũ, sicut infernus, viuen-
tẽ, & integrũ quasi descẽdentẽ in lacũ.
13 Omnẽ pretiosam substãtiã reperiem⁹,
14 implebimus domos nr̃as spoliis. Sortẽ
mitte nobiscũ, marsupiũ vnũ sit oĩum
15 nr̃m. Fili mi ne ambules cũ eis, ꝓhibe
16 pedẽ tuũ à semitis eorũ. ‖Pedes enim
illorũ ad malũ currunt, & festinant vt
17 effundãt sanguinẽ. Frustra aũt iacitur
18 rete antẽ oculos pẽnatorũ. Ipsi quoq;
cõtra sanguinẽ suũ insidiant᷑, & moliũ-
19 tur fraudes contra aĩas suas. Sic semi-
tę oĩs auari, animas possidentiũ rapiũt.
20 Sapientia foris prædicat, in plateis dat
21 vocẽ suã. in capite turbarũ clamitat,
C in forib⁹ portarũ vrbis ꝓfert verba sua,
22 dicens: Vsquequo paruuli diligitis in-
fantiã: & stulti ea q̃ sibi sunt noxia cu-
pient, & imprudentes odibunt sciẽtiã?
23 ‖Cõuertimini ad correptionẽ meã: en
ꝓferã vobis spiritum meũ, & ostendam
24 vobis verba mea. Quia vocaui & re-
nuistis, extendi manum meam, & non
25 fuit qui aspiceret. Despexistis oẽ cõsi-
liũ meũ & increpationes meas neglexi-
26 stis. Ego quoq; in interitu vestro ride-
bo, & subsannabo, cùm vobis id quod
27 timebatis aduenerit. Cùm irruerit re-
pẽtina calamitas, & interit⁹ quasi tẽpe-
stas ingruerit: qñ venerit sup̃ vos tribu-
28 latio & angustia. Tũc inuocabũt me,
D & nõ exaudiã, mane cõsurgẽt, & nõ in-
29 ueniẽt me: eò ꝙ exosam habuerint di-
sciplinã, & timorẽ Dñi nõ susceperint,
30 nec acquieuerint consilio meo, & de-
traxerint vniuersæ correptioni meæ.
31 Comedẽt igit᷑ fructus viæ suæ, suisq;
32 cõsiliis saturabunt᷑. auersio paruulorũ
interficiet eos, & prosperitas stultorum
33 ꝑdet illos. Qui autẽ me audierit, abs-
que terrore requiescet, & abundantia
perfruetur, timore malorum sublato.

Psal. 55. b.7.

Esa. 65. b.11. 66. b.4. Iere. 7. b. 25. 35. c. 25.

CAP. II.

1 Fili mi, si susceperis sermones meos,
A & mãdata mea abscõderis penes te,
2 vt audiat sapiẽtiam auris tua: inclina
3 cor tuũ ad cognoscendã prudẽtiam. Si
enim sapientiã inuocaueris, & inclina-
4 ueris cor tuũ prudentię, si q̃sieris eam
quasi pecuniã, & sicut thesauros effo-
5 deris illã: tunc intelliges timorẽ Dñi,
6 & scientiã Dei inuenies: quia Dñs dat
sapientiã, & ex ore eius prudẽtia & sciẽ-
7 tia. Custodiet rectorũ salutẽ, & ꝓteget
8 gradiẽtes simpliciter, seruãs semitas iu-
B stitiæ, & vias sanctorum custodiens.
9 Tunc intelliges iustitiã & iudiciũ, &
10 æquitatẽ & oẽm semitã bonã. Si intra-
uerit sapientia cor tuũ, & sciẽtia animę
11 tuæ placuerit: consiliũ custodiet te, &
12 prudentia seruabit te, vt eruaris à via
mala, ÷ &·ab hoĩe qui peruersa loquit᷑: ÷7.
13 q̃ relinquunt iter rectũ, & ambulãt p̃
14 vias tenebrosas: qui lætãtur cùm ma-
C lefecerint, & exultant in reb⁹ pessimis:
15 quorum viæ ꝑuersæ sunt, & infames
16 gressus eorũ. Vt eruaris à muliere alie-
na, & ab extranea quæ mollit sermones
17 suos, & relinquit ducẽ pubertatis suæ,
18 & pacti Dei sui oblita est, inclinata est
D enim ad mortẽ dom⁹ eius, & ad inferos
19 semitæ ipsius: oẽs q̃ ingrediunt᷑ ad eã,
nõ reuertent᷑, nec apprehẽdent semitas
20 vitę. Vt ambules in via bona, & calles
21 iustorũ custodias. Qui enim recti sũt,
habitabũt in terra, & simplices ꝑmane-
22 bũt in ea. ‖Impij verò de terra ꝑdent᷑:
& qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

Iob. 18. d. 17.

CAP. III.

1 Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ, &
A pręcepta mea cor tuum custodiat:
2 ‖longitudinem enim dierũ, & annos
3 vitę, & pacem apponent tibi. Miseri-
cordia & veritas te non deserant, circun-
da eas gutturi tuo, & describe in tabu-
4 lis cordis tui: & inuenies gratiã & di-
sciplinã bonã coram Deo & hominib⁹.
5 Habe fiduciam in Dño ex toto corde
6 tuo, & ne innitaris prudentię tuæ. In
oĩbus viis tuis cogita illum, & ipse di-
7 riget gressus tuos. ‖Ne sis sapiẽs apud
temetipsum, time Deũ, & recede à ma-
8 lo. sanitas quippe erit vmbilico tuo, &
9 irrigatio ossium tuorũ. ‖Honora Dñm
de tua substantia, & de primitiis om-
10 onium frugum tuarum. *& imple bun-
C tur horrea tua saturitate, & vino torcu-
11 laria tua redundabunt. ‖Disciplinam
Dñi, fili mi, ne abiicias: nec deficias cũ
12 ab eo corriperis. quem enim diligit
Dñs, corripit & quasi pater in filio com-
13 placet sibi. Beatus homo qui inuenit
14 sapientiã, & qui*affluit prudẽtia. me-
lior est acquisitio eius negotiatione*au-
ri & argenti, primi & purissimi fructus
15 eius. pretiosior est cunctis opibus: &
omnia quę desiderantur, huic non va-
16 lent comparari. Longitudo dierum

Deut. 8. a. 1. 30. c. 16.

Ro. 12. d. 16.

Tob. 4. b. 7. Luc. 14. c. 13.

*da pauperibus.

Heb. 12. b. 5 Apoc. 3. d. 19.

*effundit prudentiam v.

*argento & auro primo &

in dex-

in dextera ei⁹, & in sinistra illi⁹ dīuitię
17 & gloria. ¶ Vię eius viæ pulchræ, & om-
18 nes semitæ illius pacificæ: ¶ Lignū vitæ
C est his q apprehenderint eā: & q tenue-
19 rit eam beatus. ¶ Dn̄s sapiētia fundauit
20 terrā, stabiliuit cęlos prudētia, ¶ Sapiētia
illius eruperūt abyssi, & nubes rore cō-
21 crescūt. ¶ Fili mi, ne effluāt hæc ab ocu-
22 lis tuis. Custodi legē atq; consilium: ¶ &
erit vita animæ tuæ & gratia faucibus
23 tuis, ¶ tūc ambulabis fiducialiter in via
24 tua, & pes tuus non impinget. ¶ Si dor-
mieris non timebis: quiesces, & suauis
25 erit somnus tuus, ¶ ne paueas repentino
terrore, & irruentes tibi *potentias* im-
26 piorū. ¶ Dn̄s enim erit in latere tuo, &
27 custodiet pedem tuū, ne capiaris. ¶ Noli
D prohibere benefacere eū q potest, si va-
28 les & ipse benefac. ¶ Nec dicas amico
tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo ti-
29 bi: cùm statim possis dare. ¶ Ne molia-
ris amico tuo malū, cū ille in te habeat
30 fiduciā. ¶ Ne cōtendas aduersus hoīem
frustra, cùm ipse tibi nihil mali fecerit.
31 ¶ ‖Ne ęmuleris hoīem iniustū, nec imi-
32 teris vias eius: ¶ qa abominatio Dn̄i est
oīs illusor, & cū simplicib⁹ sermocina-
33 tio ei⁹. ¶ Egestas à Dn̄o in domo impij:
habitacula aūt iustorum benedicētur.
34 ¶ Ipse deludet illusores, & māsuetis da-
35 bit gratiā. ¶ Gloriam sapientes posside-
bunt: stultorum *exultatio* ignominia.

*ruinas 1.

‖Psal. 36 a.1.a.8.

*exaltatio 1.

CAP. IIII.

1 AVdite filij disciplinā patris, & attē-
A dite: vt sciatis prudentiam. ¶ Donū
2 bonum tribuam vobis, legem meā ne
3 derelinquatis. ¶ Nam & ego fili⁹ fui pa-
tris mei, tenellus & vnigenitus corā ma
4 tre mea: ¶ & docebat me, atq; dicebat,
Suscipiat verba mea cor tuum, custodi
5 pcepta mea, & viues. ¶ Posside sapiētiā,
posside prudētiā, ne obliuiscaris, neq;
6 declines à verbis oris mei. ¶ Ne dimit-
tàs eā, & custodiet te, dilige eā & cōser-
7 uabit te. ¶ Principiū sapientiæ, posside
sapientiā, & in omni possessione tua ac-
8 quire prudentiā: ¶ arripe illam, & exal-
B tabit te: glorificaberis ab ea cùm eā fue-
9 ris amplexatus. ¶ dabit capiti tuo aug-
mēta gratiarū, & corona inclyta ptreget
10 te. ¶ Audi fili mi, & suscipe verba mea,
11 vt multiplicent̄ tibi anni vitæ. ¶ Viam
sapientiæ monstrabo tibi, ducam te p
12 semitas ęquitatis: ¶ quas cùm ingressus
fueris, non errabuntur gressus tui, &
13 currens nō habebis offendiculū. ¶ Tene
disciplinam, ne dimittas eā, custodi il-
14 lam, quia ipsa est via tua. ¶ Ne delecte-
ris in semitis impiorū, nec tibi placeat
15 malorum via. ¶ Fuge ab ea, nec trāseas
16 per illā, declina & desere eā. ¶ non enim
C dormiūt nisi malefecerint: & nō rapit̄
17 somnus ab eis nisi supplātauerint. ¶ Co-
medunt panem impietatis, & vinū ini-
18 quitatis bibunt. ¶ Iustorū autem semi-
ta, quasi lux splendens, procedit & cre-
19 scit vsq; ad perfectam diem. ¶ Via im-
piorū tenebrosa: nesciunt vbi corruāt.
20 ¶ Fili mi, ausculta sermones meos, & ad
21 eloquia mea inclina aurem tuam. ¶ ne
recedāt ab oculis tuis, custodi ea ī me-
22 dio cordis tui. ¶ vita enim sunt inuenię-
D tibus ea, & vniuersæ carnis sanitas.
23 ¶ Omni custodia serua cor tuum, quia
24 ex ipso vita procedit. ¶ Remoue à te os
prauum, & detrahentia labia sint pro-
25 cul à te. ¶ Oculi tui recta videant, & pal-
26 pebræ tuæ pcedant gressus tuos. ¶ Diri-
ge semitam pedibus tuis, & oēs vię tuæ
27 stabilientur. ¶ Ne declines ad dexteram
neq; ad sinistrā: auerte pedē tuū à ma-
lo. vias enim quę à dextris sunt, nouit
Dn̄s: peruersæ verò sunt quæ à sinistris
sunt. Ipse autem rectos faciet cursus
tuos, itinera autē tua in pace producet.

CAP. V.

1 FIli mi, attende ad sapientiam meā,
A & prudentiæ meę inclina aurē tuā:
2 ¶ vt custodias cogitationes, & disciplinā
3 labia tua conseruent. ¶ *Fauus enim stil
lās labia meretricis, & nitidi⁹ oleo gut-
4 tur eius, ¶ nouissima autē illius amara,
quasi absynthiū, & acuta, quasi gladius
5 biceps. ¶ Pedes eius descendunt in mor-
tem, & ad inferos gressus ei⁹ penetrāt.
6 ¶ Per semitam vitæ non ambulant, vagi
7 sunt gressus ei⁹ & inuestigabiles. ¶ Nūc
B ergo fili mi audi me, & ne recedas a ver
8 bis oris mei. ¶ Longè fac ab ea viā tuā, &
ne appropinques foribus domus eius.
9 ¶ Ne des alienis honorē tuum, & annos
10 tuos crudeli. ¶ ne fortè impleant̄ extra-
nei virib⁹ tuis, & labores tui sint in do-
11 mo aliena. ¶ & gemas ī nouissimis quā-
do consumpseris carnes tuas & corpus
12 tuū, ¶ & dicas, Cur detestat⁹ sum disci-
C plinā, & increpationibus nō acquieuit
13 cor meum, ¶ nec audiui vocem docen-
tium me, & magistris nō inclinaui au-
14 rem meā? ¶ Penè fui in omni malo, in

* Ne intēderis fallaciç mulieris.

medio

15 medio ecclesię & synagogę. Bibe aquã
16 de cisterna tua & fluẽta putei tui. De-
riuentur fontes tui foras, & in plateis
17 aquas tuas diuide. Habeto eas solus,
18 nec sint alieni participes tui. Sit vena
D tua bñdicta, & lætare cũ muliere adole
19 scẽtiæ tuę. cerua charissima, & gratissi-
mus hinnulus, hubera eius inebriẽt te
in oĩ tpe, in amore eius delectare iugi-
20 ter. Quare seduceris fili mi ab aliena,
21 & fouẽris ĩ sinu alterius? ‖Respicit Dñs ‖Iob. 31. a. 4. & 34 c. 21.
vias hoĩs, & oẽs gressus eius cõsiderat.
22 Iniquitates suæ capiunt impiũ, & funi
bus peccatorum suorum cõstringitur.
23 Ipse morietur, quia nõ habuit disciplinã,
& in multitudine stultitię suę decipietur.

CAP. VI.

1 Fili mi, si spoponderis pro amico tuo:
A defixisti apud extraneũ manũ tuã.
2 illaqueatus es verbis oris tui, & captus
3 propriis sermonibus. Fac ergo qđ dico
fili mi, & temetipsum libera, quia inci-
disti in manũ proximi tui. Discurre, fe-
4 stina, suscita amicũ tuum: ne dederis
somnũ oculis tuis, nec dormitent pal-
5 pebrę tuę. Eruere quasi damula de ma
nu, & quasi auis de *manu aucupis. * insidiis 18
6 Vade ad formicam ô piger, & cõside-
7 ra vias eius, & disce sapientiã: quę cũ
non habeat ducẽ, nec pręceptorem, nec
8 principẽ, parat in æstate cibum sibi, & ‖Infr. 24. d. 33.
9 cõgregat in messe qđ comedat. ‖Vsque
quo piger dormies? qñ consurges è som
10 no tuo? Paululum dormies, paululum
B dormitabis, paululũ conseres manus vt
11 dormias, & veniet tibi quasi viator ege
stas, & pauperies quasi vir armatus. Si -1.
verò impiger fueris, veniet vt fons mes-
12 sis tua, & egestas longè fugiet à te. Ho
mo apostata, vir inutilis, graditur ore p
13 uerso, annuit oculis, terit pede, digito
14 loquitur, prauo corde machinatur ma-
15 lum & oĩ tpe iurgia seminat, huic ex
templò veniet pditio sua, & subitò con
16 teretur, nec habebit vltrà medicinã. Sex
sunt quę odit Dñs & septimũ detestatur
17 aĩa eius. Oculos sublimes, Linguã mẽ-
dacem. Manus effundentes innoxium
18 sanguinẽ. Cor machinãs cogitationes
C pessimas, Pedes veloces ad currendũ in
19 malũ, Proferentẽ mendacia testẽ falla
cem. Et eum qui seminat inter fratres di-
20 scordias. Conserua fili mi pręcepta pa
tris tui, & ne dimittas legẽ matris tuę.
21 Liga ea ĩ corde tuo iugiter & circũda* *ei 4
22 gutturi tuo. Cũ ambulaueris, gradian
tur tecũ: cũ dormieris custodiant te, &
23 euigilans loquere cũ eis. Quia manda
tũ lucerna est, & lex lux, & via vitę incre
24 patio disciplinę. Vt custodiãt te à mu
liere mala, & à blãda lingua extraneę.
25 Non concupiscat pulchritudinẽ eius
26 cor tuũ, ne capiaris nutibus illius, pretiũ
enim scorti vix est vnius panis: mulier
27 aũt viri pretiosam aĩam capit. Nunquid
D potest homo abscondere ignem in sinu
suo, vt vestimenta illius non ardeant?
28 aut ambulare sup prunas, vt non com
29 burantur plantę eius? sic qui ingreditur
ad mulierẽ proximi sui, non erit mun-
30 dus cũ tetigerit eam. Non grandis est
culpa, cũ quis furatus fuerit, furatur enim
31 vt esurientem impleat aĩam: deprehẽ
sus quoq; reddet septuplum, & omnẽ
32 substantiam domus suæ tradet. *Qui * & liberabit se.
aũt adulter est, pp cordis inopiam per-
33 det aĩam suam: turpitudinem & igno
miniam congregat sibi, & opprobrium
34 illius non delebitur. Quia zelus & furor
35 viri nõ parcet in die vindictæ, nec ac-
quiescet cuiusquã precibus, nec suscipiet
pro redemptione dona plurima.

CAP. VII.

1 Fili mi, custodi sermones meos, &
A præcepta mea recõde tibi. Fili, ho- -11.
nora Dñm & valebis: pręter eũ verò ne
2 timueris alienũ. Serua mandata mea,
& viues: & legem meam quasi pupillã
3 oculi tui, liga *eã in digitis tuis, scribe *et 1.
4 illã in tabulis cordis tui. Dic sapiẽtiæ,
soror mea es: & prudentiã voca amicã
5 tuam, Vt custodiat te à muliere extra-
nea, & ab aliena quæ verba sua dulcia fa-
6 cit. De fenestra enim domus meę p cã
7 cellos prospexi, & video paruulos, con
8 sidero vecordem iuuenem, qui transit
B p plateas iuxta angulũ, & prope viam
9 domus illius graditur in obscuro. adue
sperascẽte die, in noctis tenebris, & cali
10 gine. Et ecce occurrit illi mulier orna-
tu meretricio, pparata ad *decipiendas * capiendas 14.
11 aĩas, garrula & vaga, quietis impatiẽs,
nec valens in domo consistere pedibus
12 suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc
13 iuxta angulos insidians. Apprehẽsum
que deosculatur iuuenẽ & procaci vul
14 tu blanditur, dicẽs: Victimas pro salu
15 te deuoui, hodie reddidi vota mea, id
C circo egressa sum in occursum tuũ, desi
16 derãs te videre, & repperi. Intexui funi

bus lectulũ meum, straui tapetibus pi-
17 ctis ex Ægypto: ¶aspersi cubile meũ myr
18 rha, & aloe, & cinnamomo. ¶Veni ine-
briemur uberibus, & fruamur cupitis
19 amplexibus donec illucescat dies. ¶ nõ
est enim vir in domo sua, abiit via lon
20 gissima. ¶sacculum pecuniæ secũ tulit:
in die plenæ lunæ reuersurus est in do-
21 mum suã. ¶Irretiuit eũ multis sermoni
nus, & blãditiis labiorũ protraxit illũ.
22 ¶Statim eã sequitur quasi bos ductus
D ad victimã, & quasi agnus lasciuiens, &
ignorans q ad vincula stultus traha-
23 tur, ¶donec transfigat sagitta iecur ei⁹:
velut si auis festinet ad laqueum, & ne
scit quod de periculo aīæ illius agitur.
24 ¶Nunc ergo fili mi, audi me, & attende
25 verbis oris mei. ¶Ne abstrahatur in viis
illius mens tua, neq; decipiaris semitis
26 eius. ¶multos enim vulneratos deiecit,
& fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea.
27 ¶Viæ inferi domus eius, penetrantes in
teriora mortis.

CAP. VIII.

1 NVnqd nõ sapiētia clamitat, & pru
A dētia dat vocē suam? ¶In summis
2 excelsisq; verticibus supra viam, in me-
3 diis semitis stans. ¶Iuxta portas ciuitatis
4 in ipsis foribus loquit̃, dicēs: ¶O viri ad
5 vos clamito, & vox mea ad filios homi-
num: intelligite paruuli astutiã, & insi
6 pientes aĩaduertite. ¶Audite, qm de re-
bus magnis locutura sum: & aperient̃
7 labia mea vt recta prædicent. ¶Veritatē
meditabitur guttur meũ, & labia mea
8 detestabuntur impium. ¶Iusti sunt oẽs
sermones mei, non est in eis prauũ qd,
9 neq; peruersum. ¶recti sunt intelligenti
bus, & æqui inuenientibus scientiam.
‖Iob 28. c. 18 Sa. 7. a. 6. 10 ¶Accipite disciplinam meã, & nõ pecu-
B niam: doctrinã magis, q̃ aurum eligite.
11 ¶Melior est enim sapientia cunctis opi-
bus pretiosissimis: & oẽ desiderabile ei
12 non potest cõparari. ¶Ego sapientia ha-
bito in consilio, & eruditis intersum co
13 gitationibus. ¶Timor dñi odit malum:
arrogãtiam & superbiã & viam prauã,
14 & os bilingue detestor. ¶Meum est con
siliũ & æquitas, mea est prudentia, mea
15 est fortitudo. ¶Per me reges regnant, &
16 legũ cõditores iusta decernũt. ¶Per me
principes imperant, & potentes decer-
17 nunt iustitiam. ¶Ego diligentes me, dili
go: & qui mane vigilãt ad me, inueniēt
18 me. ¶Mecũ sunt diuitiæ & gloria, opes
C superbæ & iustitia. ¶Melior est enim fru
19 ctus meus auro & lapide pretioso, & ge
20 nimina mea argento electo. ¶In viis iu-
stitiæ ambulo, in medio semitarũ iudi
21 cij, ¶vt ditē diligentes me, & thesauros
22 eorũ repleã. ¶ ‖ Dñs possedit me in ini- ‖Sapiē. 9. b 9.
tio viarũ suarũ, antequã quicquã faceret
23 à principio. ¶Ab æterno ordinata sum,
& ex antiquis antequam terra fieret.
24 ¶Nondũ erant abyssi, & ego iam conce
pta erã, necdũ fontes aquarũ eruperãt:
25 ¶Necdũ mõtes graui mole cõstiterant,
26 ante* colles ego parturiebar: ¶adhuc ter * omnes
rã nõ fecerat, & flumina, & cardines or
27 bis terræ. ¶Qñ pparabat cælos, aderam:
qñ certa lege & gyro vallabat abyssos:
28 ¶qñ æthera firmabat sursum, & libra-
29 bat fontes aquarum: ¶Quando circun-
D dabat mari terminum suum, & legem
ponebat aquis, ne trãsirent fines suos:
quãdo appendebat fundamenta terræ.
30 ¶Cum eo eram cuncta componens: &
delectabar per singulos dies, ludens co-
31 ram eo omni tpe: ¶ludens in orbe ter-
rarum, & deliciæ meæ esse cũ filiis ho-
32 minũ. ¶Nunc ergo filij audite me, Bea-
33 ti qui custodiũt vias meas. ¶Audite di-
sciplinam, & estote sapientes, & nolite
34 abijcere eam. ¶Beatus homo qui audit
me, & q vigilat ad fores meas quotidie,
35 & obseruat ad postes ostij mei. ¶Qui
me inuenerit, inueniet vitã, & hauriet
salutem à Dño, qui autem in me pec-
cauerit, lædet animam suam. Omnes
qui me oderunt, diligunt mortem.

CAP. IX.

1 SApientia ædificauit sibi domũ, excī-
A dit columnas septem. ¶Immolauit
2 victimas suas, miscuit vinũ, & pposuit
3 mensam suã. ¶misit ancillas suas vt vo-
carent ad arcē, & ad mœnia ciuitatis.
4 ¶Si quis est paruulus: veniat ad me. ¶Et
5 insipiētibus locuta est. ¶Venite, come-
B dite panem meũ, & bibite vinũ quod
6 miscui vobis. ¶Relinquite infantiam,
& viuite, & ambulate p vias prudētiæ.
7 ¶Qui erudit derisorē, ipse iniuriam sibi
facit: & qui arguit impiũ, sibi maculam
8 generat. ¶Noli arguere derisorē, ne ode- ‖Supr. 1. a. 7.
9 rit te. Argue sapientē, & diliget te. ¶Da Psal. 110 b. 10.
C sapiēti occasionē, & addet̃ ei sapientia. Eccle. 1. b 16.
10 Doce iustũ, & festinabit accipere. ¶‖Prin Iob 28. d, 28.
cipiũ sapientiæ, timor Dñi: & sciētia san
11 ctorum prudentia. ¶Per me enim mul-
tiplicabunt̃ dies tui, & addētur tibi an-

ni vitæ.

12 ni vitę. ¶Si Sapiens fueris, tibimetipsi
eris, si aũt illusor, solus portabis malũ.
13 ¶Mulier stulta & clamosa, plenaq; ille
14 cebris, & nihil omnino sciẽs: ¶sedet in fori
bus domus suę sup sellam, in excelso
15 vrbis loco, vt vocaret transeuntes p viã
16 & pergentes itinere suo. ¶Quis est par-
D uulus, declinet ad me. Et vecordi locu-
17 ta est, ¶Aquę furtiuæ dulciores sunt, &
18 panis absconditus suauior. ¶Et ignora-
uit quod ibi sint gigantes, & in profun-
dis inferni conuiuę eius. -Qui enim ap -12.
plicabitur illi, descendet ad inferos: nã
qui abscesserit ab ea, saluabitur'.

PARABOLAE SALOMONIS.

CAP. X.

1 Filius sapiens lętificat patrẽ:
A filius verò stultus męstitia
est matris suę.
2 ¶Nil proderunt thesauri
impietatis: iustitia verò li-
berabit à morte.
3 ¶Non affliget Dominus fame animã
iusti, & insidias impiorum subuertet.
4 ¶Egestatẽ operata est manus remissa:
manus autem fortium diuitias parat.
-12 -Qui nititur mẽdaciis, hic pascit vẽtos.
idem autẽ ipse sequitur aues volantes'.
5 ¶Qui congregat in messe filius sapiẽs
est: qui aũt stertit ęstate, filius cõfusionis.
-5. 6 ¶Benedictio -dñi' super caput iusti:
os autem impiorum operit iniquitas.
7 ¶Memoria iusti cũ laudibus: & no-
B men impiorum putrescet.
8 ¶Sapiens corde pcepta suscipiet: stul-
tus cæditur labiis.
9 ¶Qui ambulat simplr, ambulat cõfidẽ
ter, q aũt dpravat vias suas, mãifestus erit
Eccl. 27 c. 25. 10 ¶Qui annuit oculo, dabit dolorem:
& stultus labiis verberabitur.
11 ¶Vena vitæ, os iusti: & os impiorum
operit iniquitatem.
1. Pet. 4 b. 8. 1. Co. 13 b. 4. 12 ¶Odium suscitat rixas: & vniuersa
delicta operit charitas.
13 ¶In labiis sapientis inuenitur sapiẽtia,
& virga in dorso eius q indiget corde.
14 ¶Sapientes abscondunt scientiam: os
autem stulti confusioni proximum est.
15 ¶Substantia diuitis, vrbs fortitudinis
C eius: pauor pauperum, egestas eorum.
16 ¶Opus iusti, ad vitam: fructus autem
impij, ad peccatum.
17 ¶Via vitę, custodiẽti disciplinã, qui
autem increpationes relinquit, errat.
18 ¶Abscondunt odiũ labia mendacia:
qui profert contumeliam, insipiẽs est.
19 ¶In multiloquio nõ deerit pctũ: q aũt
moderatur labia sua, prudentissimus est.
20 ¶Argẽtum electum, lingua iusti: cor
autem impiorum pro nihilo.
21 ¶Labia iusti erudiũt plurimos: q aũt
indocti sunt, in cordis egestate morientur.
22 ¶Benedictio Domini diuites, facit, *el 14
nec sociabitur*eis' afflictio.
23 ¶Quasi p risum stultus operatur sce-
D lus, sapientia autem est viro prudentia.
24 ¶Quod timet impius veniet super
eum, desiderium suum iustis dabitur.
25 ¶Quasi tẽpestas trãsiẽs nõ erit impius, iu
stus aũt quasi fundamẽtũ sempiternũ.
26 ¶Sicut acetũ dentibus, & fumus ocu *in via
lis, sic piger his qui miserunt eum*.
27 Timor Domini apponet dies, & anni
impiorum breuiabuntur.
28 ¶Expectatio iustorũ lętitia: spes au-
tem impiorum peribit.
29 ¶Fortitudo simplicis, via Domini: &
pauor his qui operantur malum.
30 ¶Iustus i ęternũ nõ commouebitur:
impij aũt non habitabũt super terram.
31 ¶Os iusti parturiet sapientiam, *lin- *& 4.
gua prauorum peribit.
32 ¶Labia iusti considerãt placita, & os
impiorum peruersa.

CAP. XI.

1 Statêra dolosa abominatio est apud Inf. 20. b
A Deũ, & pondus æquũ voluntas eius. 14. d. 2
2 Vbi fuerit supbia, ibi erit & cõtume
lia: vbi aũt est humilitas, ibi & sapiẽtia
3 ¶Simplicitas iustorum diriget eos, &
supplantatio pversorũ vastabit illos.
4 ¶Non proderũt diuitiæ in die vltio Eccle. 5 c. 20.
nis: iustitia autem liberabit à morte.
5 ¶Iustitia simplicis diriget viam eius:
in impietate sua corruet impius.
6 ¶Iustitia rectorũ liberabit eos: & in
insidiis suis capientur iniqui.
7 ¶Mortuo homine impio nulla erit Sap. 1 c. 16.
vltrà spes, & expectatio solicitorũ pibit
8 ¶Iustus de angustia liberatus est, &
tradetur impius pro eo.

9 ¶Simulator ore decipit amicũ suum,
B iusti autem liberabuntur scientia.
10 ¶In bonis iustorũ *exaltabitur* ciuitas
& in perditione impiorũ erit laudatio.
11 ¶Benedictione iustorum exaltabitur
ciuitas, & in ore impiorum subuertet.
12 ¶Qui despicit amicum suũ, indigens
corde est: vir autem prudens tacebit.
13 ¶Qui ambulat fraudulenter, reuelat
arcana: qui auté fidelis est, celat ami-
ci commissum.
14 ¶Vbi nõ est gubernator populus cor-
ruet: salus autem, vbi multa consilia.
15 ¶Affligetur malo, qui fidem facit pro
extraneo qui auté cauet laqueos secu-
16 rus erit. ¶Mulier gratiosa inueniet glo-
C riam, & robusti habebunt diuitias.
17 ¶Bñfacit aĩæ suæ vir misericors: qui
aũt crudelis est, etiã ꝑpinquos abiicit.
18 ¶Impius facit opus instabile: seminá
ti autem iustitias merces fidelis.
19 ¶Clementia præparat vitá & sectatio
20 malorum mortem. ¶Abominabile Do
mino cor prauum, & voluntas eius in
iis qui impliciter ambulant.
21 ¶Manus in manu non erit innocens
malus, semen aũt iustorum saluabitur.
22 Circulus aureus in naribus suis, mu-
lier pulchra & fatua.
23 ¶Desiderium iustorum omne bonũ
est: præstolatio impiorum furor.
24 ¶Alij diuidunt propria: & ditiores
fiũt: alij rapiunt non sua, & semper in
25 egestate sunt. ¶Anima quę benedicit
impinguabit: & qui inebriat, ipse quo-
que inebriabitur.
26 ¶Qui abscondit frumenta maledice
D tur in populis, benedictio autem super
caput vendentium.
27 Bene consurgit dilucu lo qui quęrit
bona: qui autem inuestigator malorũ
est, opprimetur ab eis.
28 ¶Qui cõfidit in diuitiis suis corruet,
iusti autem quasi virens foliũ germina
bunt.
29 Qui conturbat domũ suá, possidebit
ventos, & qui stultus est seruiet sapiẽti.
30 ¶Fructus iusti lignum vitæ: & qui su-
scipit animas, sapiens est.
31 ¶‖Si iustus in terra recipit, quáto ma
gis impius & peccator?

CAP. XII.

Qui diligit disciplinam, diligit sciẽ-
tiam: qui auté odit increpationes,
insipiens est.
2 ¶Qui bonus est, ‖hauriet *gratiá à Do- *• fili*
mino: qui autem confidit in cogitatio-
nibus suis, impiè agit.
3 ¶Non roborabitur homo ex impieta
te, & radix iustorũ nõ commouebitur.
4 ¶Mulier diligẽs, corona est viro suo:
& putredo in ossibus eius quę confusio
ne res dignas gerit.
5 ¶Cogitationes iustorũ, iudicia: & con
silia impiorum fraudulenta.
6 ¶Verba impiorũ insidiantur sangui-
ni: os iustorum liberabit eos.
7 ¶Verte impios, & non erunt: domus
B autem iustorum permanebit.
8 |Doctrina sua noscitur vir, qui autem
vanus & excors est, patebit cõtemptui.
9 ¶‖Melior est pauper & sufficiẽs sibi, *‖Eccl. 10*
q̃ gloriosus & indigens pane. *d 30.*
10 ¶Nouit iustus iumentorum suorum
aĩas: viscera auté impiorum crudelia.
11 ¶‖Qui operatur terram suam, satiabi *‖Eccl. 20.*
tur panibus, qui autem sectatur otium, *d. 30.*
stultissimus est. *Infr. 28.*
-Qui suauis est *in vini* moderationi *c. 19.*
bus, in suis munitionibus relinquit cõ- *- 12.*
tumeliam. **viuit in*
12 ¶Desyderiũ impij monimẽtũ est pes
simorum, radix aũt iustorũ proficiet.
13 Propter peccata labiorum ruina ꝓxi
C mat malo: effugit aũt iust⁹ de angustia.
14 ¶De fructu oris sui vnusquisq; reple
bitur bonis, & iuxta opera manuũ sua
rum retribuetur ei.
15 ¶Via stulti recta in oculis eius: qui
autem sapiens est audit consilia.
16 Fatuus statim indicat iram suam: q
autem dissimulat iniuriá, callidus est.
17 ¶Qui quod nouit loquitur, *iudex* iu *• index*
stitiæ est: qui autem mentitur, testis est *14.*
fraudulentus.
18 ¶Est q promittit, & quasi gladio pun
gitur conscientiæ: lingua autem sapiẽ-
tium sanitas est.
19 ¶Labiũ veritatis firmum erit in per-
petuum: qui autem testis est repenti-
nus, concinat linguam mendacij.
20 ¶Dolus in corde cogitantium mala,
qui autem pacis ineunt consilia, sequi-
tur eos gaudium.
21 ¶Non contristabit iustũ, quicquid ei
D acciderit: impij aũt replebuntur malo.
22 Abominatio est Dño labia menda-
cia: qui auté fideliter agunt, placent ei.
23 ¶Homo versutus celat scientiam, &
cor insipientium prouocat stultitiam.

24 ¶Manus fortium dominabitur: quæ
autem remissa est tributis seruiet.
25 Mȩror in corde viri humiliabit illũ,
& sermone bono lȩtificabitur.
26 ¶Qui negligit damnum pp amicũ,
iustus est: iter aũt impiorũ decipiet eos.
27 ¶Non inueniet fraudulẽtus lucrũ: &
substantia hominis erit auri pretium.
28 ¶In semita iustitiæ vita: iter autem
deuium ducit ad mortem.

CAP. XIII.

1 Filius sapiẽs, doctrina patris: qui aũt
A illusor est, non audit cùm arguitur.
•9. 2 ¶De fructu oris-sui homo satiabitur
bonis, aĩa aũt præuaricatorum iniqua.
3 ¶Qui custodit os suum, custodit ani-
mam suam: qui autem inconsideratus
est ad loquendum sentiet mala.
4 ¶Vult & non vult piger: anima autẽ
operantium impinguabitur.
5 ¶Verbũ mendax iustus detestabitur,
impius aũt confundit, & confundetur.
6 ¶Iustitia custodit innocentis viã: im
pietas autem peccatorem supplantat.
7 ¶Est quasi diues cũ nihil habeat, & est
B quasi pauper, cùm ĩ multis diuitiis sit.
8 ¶Redemptio aĩæ viri, diuitię suę, qui
aũt paup est, increpationẽ nõ sustinet.
9 ¶Lux iustorum lętificat, lucerna au-
tem impiorum extinguetur.
10 ¶Inter superbos semper iurgia sunt:
qui autem agunt omnia cum consilio,
reguntur sapientia.
11 ¶Substãtia festinata minuet, quę aũt
paulatim colligitur manu, multiplica
12 bitur. ¶Spes quæ defertur, affligit ani-
mam: lignum vitæ desiderium veniẽs.
13 ¶Qui detrahit alicui rei, ipse se in fu
turum obligat: qui autem timet præce-
ptum, in pace versabitur.
-13. C -Aĩæ dolosę errant in peccatis ust i
aũt misericordes sunt & miserantur.
14 ¶Lex sapientis fons vitæ, vt declinet
à ruina mortis.
15 ¶Doctrina bona dabit gratiã: in iti-
nere contemptorum vorago.
16 ¶Astutus omnia agit cum consilio:
qui autem fatuus est aperit stultitiam.
17 ¶Nuntius impij cadet in malum: le-
gatus autem fidelis, sanitas.
18 ¶Egestas & ignominia ei qui deserit
disciplinam: qui aũt acquiescit arguen
19 ti, glorificabitur. ¶Desiderium si com
pleatur, delectat animam: detestantur
D stulti eos qui fugiunt mala.
20 ¶Qui cũ sapientibus graditur, sapiẽs
erit: amicus stultorum similis efficiet.
21 ¶Peccatores persequitur malum: &
iustis retribuentur bona.
22 ¶Bon⁹ relinquit hæredes filios & ne
potes: & custoditur iusto substãtia pec-
23 catoris. ¶Multi cibi in noualib⁹ patrũ:
& *aliis congregantur absq; iudicio. *alij 13.
24 ¶Qui parcit virgæ*, odit filium suũ, *suæ 4.
qui autem diligit illũ, instanter erudit. Infrà 23 d.13.
25 ¶Iustus comedit, & replet aĩam suã: Eccl. 30.
venter autem impiorum insaturabilis. a.1.

CAP. XIIII.

1 Sapiens mulier ędificat domum suã:
A insipiens extructam quoq; manibus ‖Iob. 12.
2 destruet. ¶‖Ambulans recto itinere, & a.4.
timens Deum, despicitur ab eo qui in-
fami graditur via.
3 ¶In ore stulti virga superbiæ: labia
autem sapientum custodiunt eos.
4 ¶Vbi nõ sunt boues, præsepe vacuum
est: vbi autem plurimæ segetes, ibi ma
nifesta est fortitudo bouis.
5 ¶Testis fidelis non mentietur: pro-
fert autem mendacium dolosus testis.
6 Quærit derisor sapientiam, & non in
uenit: doctrina prudentium facilis.
7 Vade contra virũ stultum, & *nescit *nesciet
labia prudentiæ. 4
8 ¶Sapientia callidi est intelligere viã
suã: & imprudentia stultorum errans.
9 ¶Stultus illudet peccatũ, & inter iu-
stos morabitur gratia.
10 ¶Cor quod nouit amaritudinem aĩæ
B suæ, in gaudio eius nõ miscebitur extra
11 neus. ¶Domus impiorum delebitur, ta
bernacula* iustorum germinabunt. *verò 6.
12 ¶Est via quæ videt homini iusta, no- Infr. 16.
uissima aũt eius deducunt ad mortẽ. d.25.
13 ¶Risus dolore miscebitur, & extrema
gaudij luctus occupat.
14 ¶Viis suis replebitur stultus, & sup
eum erit vir bonus.
15 ¶Innoces credit omni verbo, astutus
considerat gressus suos.
-Filio doloso nihil erit boni, seruo au -14.
tem sapienti prosperi erunt actus, & di
rigetur via eius.
16 ¶Sapiens timet, & declinat à malo,
stultus transilit & confidit.
17 ¶Impatiens operabitur stultitiam: &
vir *versutus odiosus est. * versutus 12.
18 ¶Possidebunt paruuli stultitiam, &
C expectabunt astuti scientiam.
19 ¶Iacebunt mali ante bonos: & impij

ante portas iustorum.
20 ¶Etiam proximo suo pauper odiosus
erit: amici verò diuitum multi.
21 ¶Qui despicit proximũ suũ, peccat:
qui aũt miseret pauperis, beatus erit.
-Qui credit in Dño, misericordiam
22 diligit. ¶Errant qui operantur malum:
misericordia & veritas præparãt bona.
23 ¶In omni opere-bono erit abundan
tia: vbi autem verba sunt plurima, ibi
frequenter egestas.
24 ¶Corona sapientum, diuitiæ eorum:
fatuitas stultorum imprudentia.
25 ¶Liberat animas testis fidelis: & pro-
fert mendacia versipellis.
26 ¶In timore Domini fiducia fortitudi
nis, & filiis eius erit spes.
27 ¶Timor Domini fons vitę, vt decli-
net à ruina mortis.
28 ¶In multitudine ppli dignitas regis:
& ĩ paucitate plebis ignominia pricipis
29 ¶Qui patiens est, multa gubernatur
prudentia: qui autẽ impatiens est, exal
tat stultitiam suam.
30 ¶Vita carnium, sanitas cordis, putre-
do ossium inuidia.
31 ¶‖Qui calumniatur egentẽ, exprobrat
factori eius: honorat autem eũ, qui mi-
seretur pauperis.
32 ¶In malitia sua expelletur impius:
sperat autem iustus in morte sua.
33 ¶In corde prudentis requiescit sapien
tia, & indoctos quosq; erudiet.
34 ¶Iustitia eleuat gentem: miseros au-
tem facit populos peccatum.
35 ¶Acceptus est regi minister intelli-
gens: iracundia eius inutilis sustinebit.

CAP. XV.

1 A RESponsio mollis frangit irã: sermo
durus suscitat furorem.
2 ¶Lingua sapientum ornat sciẽtiam:
os fatuorum ebullit stultitiam.
3 ¶In omni loco oculi Domini contẽ-
plantur bonos & malos.
4 ¶Lingua placabilis, lignũ vitæ: quæ
aũt immoderata est, conteret spiritum.
5 Stultus irridet disciplinã patris sui:
qui aũt custodit increpationes, astutior
fiet.-In abundanti iustitia virtus maxi
ma est: cogitationes autem impiorum
eradicabuntur.
6 ¶Domus iusti plurima fortitudo: &
in fructibus impij conturbatio.
7 ¶Labia sapientũ disseminabunt sciẽ-
tiam, cor stultorum dissimile erit.
8 ¶‖Victimæ impiorum abominabiles ‖ Eccl. 34 c.21.
B Domino, vota iustorum placabilia,
9 ¶Abominatio est Dño via impij: qui
sequitur iustitiam diligitur ab eo.
10 ¶Doctrina mala deserentium viã- vi -6.
tæ, qui increpationes odit, morietur.
11 ¶Infernus & perditio corã Domino:
quanto magis corda filiorum hoĩum?
12 ¶Non amat pestilens eũ qui se corri-
pit, nec ad sapientes graditur.
13 ¶‖Cor gaudens exhilarat faciem: in ‖ Infr. 17 d.20.
mœrore animi deiicitur spiritus.
14 ¶Cor sapientis quærit doctrinã, & os
stultorum pascitur imperitia.
15 ¶Omnes dies pauperis mali, secura
mens quasi iuge conuiuium.
16 ¶Melius est parum cum timore Dñi,
q̃ thesauri magni & insatiabiles.
17 ¶Melius est vocari ad olera cũ chari
tate: q̃ ad vitulum saginatũ cum odio.
18 Vir iracundus prouocat rixas: qui pa
C tiens est, mitigat suscitatas.
19 ¶Iter pigrorum quasi sepes spinarũ: *impiorũ
via iustorum absq; offendiculo.
20 ¶Filius sapiens lætificat patrẽ: & stul
tus homo despicit matrem suam.
21 ¶Stultitia gaudium stulto: & vir pru-
dens dirigit gressus suos.
22 ¶Dissipantur cogitationes, vbi nõ est
consilium: vbi verò sunt plures cõsilia-
rij, confirmantur.
23 ¶Lætatur homo in sententia oris sui,
& sermo opportunus est optimus.
24 ¶Semita vitæ super eruditum, vt de-
clinet de inferno nouissimo.
25 ¶Domum superborum demolietur
Dñs, & firmos faciet terminos viduæ.
26 ¶Abominatio Domini cogitationes
malæ, & purus sermo pulcherrim⁹- fir- -2.
mabitur ab eo.
27 Conturbat domum suã qui sectatur
D auaritiam, qui aũt odit munera, viuet, ‖ Infr. 16
-‖Per misericordiam & fidẽ purgan a.6.
tur peccata: per timorem autem Domi- -13.
ni declinat omnis à malo.
28 Mens iusti meditabitur obedientiã: *sapiẽtiã
os impiorum redundat malis. 8
29 ¶Lõgè est Dominus ab impiis: & ora,
tiones iustorum exaudiet.
30 ¶Lux oculorum lætificat animã: fa-
ma bona impinguat ossa.
31 Auris quæ audit increpationes vitæ,
in medio sapientum commorabitur.
32 ¶Qui abiicit disciplinã, despicit ani-
mam suam, qui autem acquiescit incre

pationibus

pationibus, possessor est cordis.
33 ¶Timor Domini, disciplina sapiẽtiæ:
& gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

1 HOminis est animam pręparare, &
A Domini gubernare linguam.
2 ¶Omnes viæ *hominis' patent oculis
eius, spirituum ponderator est Dñs.
3 ¶Reuela Domino opera tua, & dirigẽ
tur cogitationes tuæ.
4 Vniuersa propter semetipsum opera
tus est Dominus: impium quoq; ad diẽ
5 malum. ¶Abominatio Domini est omnis arrogans, etiam si manus ad manũ fuerit non est innocens.
–Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deũ magis, q̃ immolare hostias'.
6 ¶‖Misericordia & veritate redimitur iniqtas: & in timore Dñi declinat' à malo.
7 ¶Cum placuerint Dño viæ hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacẽ.
8 ¶Melius est parum cũ iustitia, q̃ mul
B ti fructus cum iniquitate.
9 Cor hominis disponit viam suã, sed Domini est dirigere gressus eius.
10 ¶Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.
11 ¶Pondus & statéra iudicia Dñi sunt: & opera eius omnes lapides *sacculi'.
12 ¶Abominabiles regi q agunt impiè: quoniam iustitia firmatur solium.
13 ¶Voluntas regũ labia iusta: qui recta
14 loquitur, *dirigetur'. ¶Indignatio regis, nũtij mortis: & vir sapiens placabit eã.
15 ¶In hilaritate vultus regis, vita & cle
16 mẽtia eius quasi imber serotin⁹. ¶Possi-
C de sapiẽtiã, quia auro melior est: & acq re prudentiã, quia pretiosior est argẽto.
17 ¶Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat viam suam.
18 ¶Contritionem pręcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus.
19 ¶Melius est humiliari cum mitibus, quam diuidere spolia cum superbis.
20 ¶Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino beatus est.
21 ¶Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora reperiet.
22 ¶Fons vitę eruditio possidẽtis: doctrina stultorum, fatuitas.
23 ¶Cor sapientis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiam.
24 ¶Fauus mellis composita verba, dul-
D cedo animę *sanitas ossium.
25 ¶‖Est via quę videtur homini recta, & *nouissima eius ducunt' ad mortem.
26 ¶Aĩa laborantis laborat sibi, quia cõ-
27 pulit eum os suum: ¶vir impius fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit.
28 ¶Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes.
29 ¶Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.
30 ¶Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum.
31 ¶Corona dignitatis senectus, quæ in viis iustitię reperietur.
32 ¶Melior est patiens viro forti: & qui dñatur animo suo, expugnatore vrbiũ.
33 ¶Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

CAP. XVII.

1 MElior est buccella sicca cũ gaudio
A q̃ dom⁹ plena victimis cũ iurgio.
2 ¶‖Seruus sapiens dñabitur filiis stultis, & inter fratres hęreditatẽ diuidet.
3 ¶Sicut igne probatur argẽtum, & aurum camino: ita corda probat Dñs.
4 Malus obedit linguæ iniquę: & fallax obtemperat labiis mendacibus.
5 ¶‖Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.
6 ¶Corona senum, filij filiorũ: & gloria filiorum patres eorum.
7 Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.
8 ¶Gẽma gratissima expectatiõ pstolan
B tis: quòcũq; se vertit, prudẽter intelligit
9 Qui celat delictũ, quęrit amicitias: q altero fmone repetit, separat fęderatos.
10 ¶Plus proficit correptio apud prudentem, q̃ centum plagæ apud stultum.
11 ¶Semper iurgia quærit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eũ.
12 ¶Expedit magis vrsæ occurrere raptis fętibus, q̃ fatuo confidenti sibi in stultitia sua.
13 ¶‖Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.
14 ‖Qui dimittit aquã, caput est iurgio-
C rum: & anteq̃ patiatur contumeliam, iudicium deserit.
15 ¶‖Qui iustificat impium, & qui condemnat iustũ, abominabilis est vterq; apud Deum.
16 Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit.

* hoĩum 25.
–14.
‖Sup. 15. d. 27.
* sacculi 4
* diligẽs 1
* & 5.
‖Sup 14. b. 12.
* nouissimum mei* ducit 13.
‖Eccl. 10. d. 28.
Infr. 17. d. 21.
‖Sup. 14. d. 31.
‖Ro. 12 d. 17.
1. Pet. 3 b. 9.
‖1. The c. 15.
Infr. 20 c. 22.
‖Isa. 5 c 23.

-16. -Qui altá facit domũ suá, quærit ruinã:& q euitat discere, icidet in mala*.
17 Omni tépore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.
18 Stultus homo plaudet manibus, cũ spoponderit pro amico suo.
19 Qui meditat discordias, diligit rixas: & qui exaltat* os suum, quærit ruinam'
20 Qui peruersi cordis est, nõ inueniet
D bonum:& qui vertit linguam, incidet in malum.
21 Natus est stultus in ignominiã suã: sed nec pater in fatuo lætabitur.
22 ||Animus gaudens ętatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa.
23 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.
24 ||In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ.
25 Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum.
26 Non est bonũ damnũ inferre iusto, nec pcutere principé qui recta iudicat.
27 ||Qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.
28 Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

CAP. XVIII.

1
A Occasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tépore erit exprobrabilis.
2 Non recipit stultus verba prudétię, nisi ea dixeris quę versant in corde ei'.
3 Impius cùm in profundum venerit peccatorum contemnit:sed sequitur eũ ignominia & oprobrium.
4 Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientię.
5 Accipere psonã impij-in iudicio' nõ est bonũ, vt declines à veritate iudicij. -3.
6 Labia stulti miscent se rixis, & os ei
7 iurgia prouocat. Os stulti contritio
B eius, & labia ipsius ruina animæ eius.
8 Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa pueniunt vsq; ad interiora vétris.
-17. -Pigrum deiicit timor: animæ auté effœminatorum esurient'.
9 Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.
10 Turris fortissima nomé Domini:ad *ipsam 'currit iustus, & exaltabitur.
11 Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eũ.

* ostium suum 1.
||Supr.15.b.13
||Eccl.2.c.14 8.a.1.
||Iacob 1 c.19.
ipsum 2

12 Anteq̃ conteratur, exaltat cor hoïs, & anteq̃ glorificetur, humiliatur.
13 Qui prius respondet q̃ audiat, stul-
C tum se esse demonstrat, & confusione dignum.
14 Spiritus viri sustentat imbecillitaté suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere?
15 Cor prudés possidebit scientiam, & & auris sapientium quęrit doctrinam.
16 Donum hominis dilatat viã eius, & ante principes spatium ei facit.
17 Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum.
18 Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoq; diiudicat.
19 Frater q adiuuat à fratre quasi ciuitas firma:& iudicia quasi vectes vrbiũ.
20 De fructu oris viri replebitur venter
D eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.
21 Mors & vita, in* manu' linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius,
22 Qui inuenit mulieré bonã, inuenit bonum, & hauriet iucunditaté à Dño.
-Qui expellit mulierem bonã, expellit bonum, qui autem tenet adulterã, stultus est & insipiens'. -13.
23 Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigidè.
24 Vir amicabilis ad societaté, magis amicus erit, q̃ frater.

CAP. XIX.

1
A Melior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, q̃-diues' torqués labia-sua &' insipiens.
2 Vbi non est scientia aïæ, non est bonũ:& q festinus est pedibus, offendet.
3 Stultitia hominis supplãtat gressus eius:& contra Deum feruet animo suo.
4 Diuitię addunt amicos plurimos: à paupere aũt &;hi quos habuit separant
5 ||Testis falsus nõ erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet.
6 Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.
7 Fratres hoïs pauperis oderunt eum insup & amici procul recesserũt ab eo.
8 Qui tantùm verba sectatur, nihil ha-
B bebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudétiæ inueniet bona.
9 Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit.
10 Non decent stultũ delicię, nec ser-

Eccl. 11. a.8.
* manib*
Infr. 28. a 6.
-2.
-11.
||Dan.13 g.61.

uum

uum dominari principibus.
11 ¶Doctrina viri per patientiã noscitur
& gloria eius est iniqua prætergredi.
12 ¶Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: &
sicut ros sup herbã, ita & hilaritas eius.
13 ¶ Dolor patris filius stultus: & tecta
iugiter perstillantia, litigiosa mulier.
14 ¶Domus & diuitiæ dãtur à parentibus
à Domino autem propriè vxor prudẽs.
15 ¶ Pigredo immittit soporem, & ani-
C ma dissoluta esuriet.
16 ¶ Qui custodit mandatum, custodit
animam suam. qui autem negligit *viã
suam' mortificabitur.
* vias suas 18.
17 ¶ Fœneratur Domino, qui miseretur
pauperis, & vicissitudinẽ suã reddet ei.
18 ¶Erudi filium tuum, ne desperes: ad
interfectionem autem eius ne ponas a-
nimam tuam.
19 ¶Qui *impatiens est, sustinebit dam-
num: & cum rapuerit, aliud apponet.
* enim
20 ¶Audi consilium, & suscipe discipli-
nam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.
21 ¶ Multæ cogitationes in corde viri:
voluntas autem Domini *permanebit.
* in æternum.
22 ¶ Homo indigens misericors est: &
melior est pauper*, quam vir mendax.
* iustus
23 ¶Timor Dñi ad vitã: & in plenitudi-
D ne cõmorabit', absq; visitatione pessimi.
24 ¶‖Abscondit piger manum suam sub
ascella, nec ad os suum applicat eam.
‖Inf. 26. b 15.
25 ¶‖Pestilente flagellato stultus sapien
tior erit: si autem corripueris sapien-
tem, intelliget disciplinam.
‖Inf. 28. b.11.
26 ¶Qui affligit patrem, & fugit matrẽ,
ignominiosus est & infœlix.
27 ¶Non cesses fili audire doctrinam,
nec ignores sermones scientiæ.
28 ¶ Testis iniquus deridet iudicium: &
os impiorum deuorat iniquitatem.
29 ¶ Parata sunt derisoribus iudicia: &
mallei pcutientes stultorũ corporibus.

CAP. XX.

1 Luxuriosa res vinum, & tumultuosa
A ebrietas: quicunque his delectatur,
non erit sapiens.
2 ¶Sicut rugitus leonis, ita & terror regis:
q prouocat eũ, peccat in animã suam.
3 Honor est homini qui separat se à cõ
tentionibus: omnes autem stulti miscẽ
tur contumelijs.
4 ¶Propter frigus piger arare noluit: mẽ
dicabit ergo æstate, & non dabitur illi.
5 ¶Sicut aqua pfunda, sic cõsiliũ in cor
de viri: sed homo sapiẽs exhauriet illud.
6 ¶Multi homines misericordes vocan
tur: virum autẽ fidelem quis inueniet?
7 ¶ Iustus qui ambulat in simplicitate
sua, beatos post se filios derelinquet.
8 ¶Rex qui sedet in solio iudicij, dissi-
B pat omne malum intuitu suo.
9 ¶‖Quis potest dicere, mundum est
cor meum, purus sum à peccato?
‖1.Ioh.1 d.8. 3.Re.8.c. 46. 2 Pa.6.g 36. Eccl.7.c. 21.
10 ¶Pondus & pondus, mẽsura & mẽsu
ra, vtrunq; abominabile est apud Deũ.
*Sup 11.a 1. Inf.20.d 23.
11 ¶ Ex studijs suis intelligitur puer, si
munda & recta sint opera eius.
12 ¶Aurem audientem & oculũ viden-
13 tẽ, Dominus fecit vtrunque. ¶Noli dili
gere somnum, ne te egestas opprimat:
aperi oculos tuos, & saturare panibus.
14 ¶Malũ est, malũ est, dicit omnis em-
ptor: & cum recesserit, tũc gloriabitur.
15 ¶Est aurum, & multitudo gemmarũ:
C vas autem pretiosum labia scientiæ.
16 ¶‖Tolle vestimentum eius qui fideius
sor extitit alieni, & pro extraneis aufer
pignus ab eo.
‖Inf. 22. b.13.
17 ¶ Suauis est homini panis mendacij,
& postea implebitur os eius calculo.
18 ¶ Cogitationes consilijs roborantur,
& gubernaculis tractanda sunt bella.
19 ¶Ei qui reuelat mysteria, & ambulat
fraudulenter, & dilatat labia sua, ne cõ
misceãris.
20 ¶‖Qui maledicit patri suo, & matri, ex
tinguet' lucerna eius in medijs tenebris.
‖Exo 21. c.16. Leui. 20. b.9. Mat. 15. a.4.
21 ¶Hæreditas ad quã festinatur in prin
cipio, in nouissimo bñdictione carebit.
22 ¶Ne dicas, Reddam malum*: expecta
Dominum, & liberabit te.
Sup 17.e 13. Ro. 12.d. 17. 1. Pet. 3. b.9. 1.Th.5.c 15. * pro malo
23 ¶Abominatio est apud Dñm põdus.
D & põdus: statera dolosa non est bona.
Sup.11. a. 1.20.b.10.
24 ¶A Domino dirigunt' gressus viri: qs
aũt hominũ intelligere potest viã suã?
25 ¶Ruina est homini deuorare sanctos
& post, vota retractare.
26 ¶Dissipat impios rex sapiens, & incur
uat super eos fornicem.
27 ¶ Lucerna Domini spiraculum homi
nis, quæ inuestigat omnia secreta vẽtris
28 ¶Misericordia & veritas custodiũt re
gẽ, & roboratur clemẽtia thronus eius.
29 ¶Exultatio iuuenum fortitudo eorũ,
& dignitas senum canities.
30 ¶ Liuor vulneris absterget mala, &
plagæ in secretioribus ventris.

CAP. XXI.

1 Sicut diuisiones aquarum, ita cor re-
A gis in manu Domini: quocunque

voluerit

voluerit, inclinabit illud.
2 ¶Omnis via viri recta sibi videtur: ap pendit autem corda Dominus.
3 ¶Facere *misericordiam\ & iudicium magis placet Domino, quàm victimæ.
4 ¶Exaltatio oculorum *est\ dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum.
5 ¶Cogitationes robusti semper in abũ dantia: omnis autem piger semper in egestate est.
6 ¶Qui congregat thesauros lingua mendacij, vanus & excors est, & impin getur ad laqueos mortis.
7 ¶Rapinæ impiorum detrahent eos, qa noluerunt facere iudicium.
8 ¶Peruersa via viri, aliena est: qui auté
B mundus est, rectum opus eius.
9 ¶‖Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.
10 ¶Anima impij desiderat malum, nõ miserebitur proximo suo.
11 ¶‖Mulctato pestilente sapientior erit paruulus: & si sectetur sapientem, sumet scientiam.
12 ¶Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios *à malo\.
13 ¶Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & nõ exaudietur.
14 ¶Munus absconditum extinguit iras & donũ in sinu indignationé maximã.
15 ¶Gaudium iusto est facere iudicium
C & pauor operantibus iniquitatem.
16 ¶Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.
17 ¶Qui diligit epulas, in egestate erit: q amat vinum & pinguia, non ditabitur.
18 ¶Pro iusto dabitur impius: & pro rectis iniquus.
19 ¶‖Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa & iracunda.
20 ¶Thesaurus desiderabilis, & oleum habitaculo iusti: & imprudens homo dissipabit illud.
21 ¶Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vitã, iustitiã & gloriam.
22 ¶Ciuitatem fortium ascendit sapiẽs, *destruxitque\ robur fiduciæ eius.
23 ¶Qui custodit os suum, & linguã su-
D am, custodit ab angustijs animã suam.
24 ¶Superbus, & arrogans vocatur indo ctus, qui in ira operatur superbiam.
25 ¶Desyderia occidũt pigrum: noluerũt
26 enim quicquã manus eius operari: ¶to-
ta die concupiscit & desiderat: qui aũt iustus est tribuet, & non cessabit.
27 ¶‖Hostiæ impiorum abominabiles, *quæ\ offeruntur ex scelere. ‖Isa. 1. d. 13.
28 ¶Testis mendax peribit: vir obediẽs loquetur victoriam. * quia 4.
29 ¶Vir impius procaciter obfirmat vultũ suũ: qui auté rectus est, corrigit viã suã.
30 ¶Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dñm.
31 ¶Equus paratur ad diem belli: Dominus autem salutem tribuit.

CAP. XXII.

1 Melius est nomen bonum, quã di-
A uitiæ multæ: super argentum *& ‖Eccl. 7. a 2.
aurum, gratia bona. * enim
2 Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque operator est Dominus.
3 ¶Callidus videt malũ, & abscõdit se: innocens pertrãsijt, & afflict⁹ est dãno.
4 ¶Finis modestiæ timor Domini, diui tiæ & gloria & vita.
5 ¶Arma & gladij in via *puersi\: custos autem animæ suę longe recedit ab eis. * superbi
6 ¶Prouerbiũ est, Adolescens iuxta viã suã, etiã cum senuerit, nõ recedet ab ea.
7 ¶Diues pauperibus imperat: & qui ac
B cipit mutuum, seruus est fœnerantis.
8 ¶Qui seminat iniquitaté, metet *ma- * malum
la\, & virga iræ suæ consummabitur.
9 ¶‖Qui pronus est ad misericordiam, ‖Eccl. 31 c. 28.
benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi.
–Victoriã & honoré acquiret qui dat munera: aiam aũté aufert accipientiũ\. –14.
10 ¶Eijce derisorem, & exibit cũ eo iurgiũ, cessabuntq; causæ, & contumeliæ.
11 ¶Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.
12 ¶Oculi Domini custodiunt scientiã, & supplantantur verba iniqui.
13 ¶Dicit piger, Leo est foris, in medio platearum occidendus sum.
14 ¶Fouea profunda os alienæ: cui irat⁹ est Dominus, incidet in eam.
15 ¶Stultitia colligata est in corde pueri,
C & virga disciplinę fugabit eam.
16 ¶Qui calumniatur pauperé, vt augeat diuitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit
17 –Fili mi\, ¶inclina auré tuam, & audi verba sapientiũ: appone aũt cor ad do- –18.
18 ctrinã meam: ¶ quæ pulchra erit tibi cũ seruaueris eam in ventre tuo, & redũda
19 bit in labijs tuis. ¶Vt sit in Domino fidu

cia tua, vnde & ostédi eam tibi hodie.
20 ¶ Ecce descripsi eam tibi tripliciter, in
21 cogitationibus & scientia, ¶vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, respődere ex his illis qui miserũt te.
22 ¶ Non facias violentiam pauperi, qa
D pauper est: neque cőteras egenũ in por
23 ta, ¶qa iudicabit Dominus causam ei⁹. & cőfiget eos, qui confixerũt aĩam eius.
24 ¶ Noli esse amicus homini iracũdo,
25 neque ambules cum viro furioso: ¶ ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.
26 ¶ Noli esse cũ his qui defigunt man⁹ suas, & qui vades se offerũt pro debitis:
27 si enim nő habes vnde restituas, qd causę est vt tollat opimentũ* de cubili tuo? *tuum 4
28 ¶ Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.
29 ¶ Vidisti virũ velocé in opere suo? corã regib⁹ stabit, nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

1 QVando sederis vt comedas cũ prĩci
A pe, diligenter attéde q̃ apposita
2 sunt ante faciẽ tuã: ¶& statue cultrum in gutture tuo, si tñ habes in
3 potestate animam tuam, ¶ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.
4 ¶ Noli laborare vt diteris: sed pruden
5 tiæ tuę pone modum. ¶ne erigas oculos tuos ad opes quas non potest habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælum. Sup. 13. b 11. 20. c. 21. Inf. 28. c. 20.
6 ¶ Ne comedas cum homine inuido,
7 & ne desideres cibos eius: ¶qm̃ in similitudinem arioli & coniectoris ęstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet ti-
8 bi: & mens eius non est tecum. ¶ cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos.
9 ¶ In auribus insipientium ne loquaris
B quia despicient doctrinam eloquij tui.
10 ¶ Ne attingas paruulorum terminos,
11 & agrum pupillorũ ne introeas: ¶ propinquus enim illorũ fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.
12 ¶ Ingrediatur ad doctrinam cor tuũ, & aures tuæ ad verba scientiæ.
13 ¶ ‖ Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, nő ‖Sup. 13. d 24. Eccl. 30. a. 1.
14 morietur. ¶tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis.
15 ¶ Fili mi, si sapiens fuerit animus tu⁹,
16 gaudebit tecum cor meum: ¶& exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua.
17 ¶ ‖Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die ‖Inf. 24. a. 1.
18 quia habebis spem in nouissimo, & p̃stolatio tua non auferetur.
19 ¶ Audi fili mi, & esto sapiés, & dirige in via animum tuum.
20 ¶ Noli esse in conuiuijs potatorũ, nec
C in comessationibus eorum q carnes ad
21 vescendum conferunt: ¶ quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.
22 ¶ Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua.
23 ¶ Veritatem eme, & noli védere sapiétiam, & doctrinam, & intelligentiam.
24 ¶ Exultat gaudio pater iusti qui sapié-
25 tem genuit, lætabitur in eo. ¶gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quę genuit te.
26 ¶ Præbe fili mi cor tuum mihi, & ocu
27 li tui vias meas custodiãt. ¶fouea enĩ p̃funda est meretrix, & puteus angustus
28 aliena. ¶insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit, interficiet.
29 ¶ Cui væ? cuius patri væ? cui rixę? cui fo
D ueę? Cui sine causa vulnera? cui *suffu- * suffosio.
30 sio oculorũ? ¶nõnne his q commorant in vino, & student calicibus epotãdis?
31 ¶ Ne intuearis vinũ quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: in-
32 greditur blãdè, ¶ sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regul⁹ venena
33 diffundet. ¶Oculi tui videbũt extrane-
34 as, & cor tuũ loquetur puersa. ¶ Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi
35 sopitus gubernator amisso clauo, ¶& dices, Verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, et ego non sensi. Quãdo euigilabo, & rursus vina reperiam?

CAP. XXIIII.

1 NE ęmuleris viros malos, nec deside Sup. 23 b 17.
2 res esse cum eis: ¶quia rapinas me-
A ditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.
3 ¶ Sapientia ædificabitur domus, &
4 prudentia roborabitur. ¶in doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.
5 ¶ Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus.
6 ¶ Quia cum dispositione initur bellũ & erit salus vbi multa consilia sunt.
7 ¶ Excelsa stulto sapientia, in porta nő aperiet os suum.

8 ¶Qui cogitat mala facere, stultus voca
bitur.
9 ¶Cogitatio stulti peccatum est: & a-
bominatio hominum detractor.
10 ¶Si desperaueris *lapsus in die angu- (*lapsus 7.)
stię, imminuetur fortitudo tua.
11 ¶‖Erue eos q ducuntur ad morté: & q (‖Psal. 81. a. 4.)
trahūtur ad interitū liberare ne cesses.
12 ¶Si dixeris, Vires nō suppetunt: q in-
spector est cordis, ipse intelligit, & ser-
B uatorem animę tuę nihil fallit, reddet
que homini iuxta opera sua.
13 ¶Comede fili mi mel, quia bonū est,
14 & fauum dulcissimum gutturi tuo: ¶sic
& doctrina sapientiæ animæ tuæ: quá
cum inueneris, habebis in nouissimis
spem, & spes tua non peribit.
15 ¶Ne insidieris, & quæras impietaté
in domo iusti, neque vastes requié eius.
16 ¶Septies enim *cadet iustus, & resur- (*in die.)
get: impij autem corruent in malum.
17 ¶Cū ceciderit inimicus tuus, ne gau-
deas, & in ruina eius ne exultet cor tuū:
18 ¶ne fortè videat Dominus, & displiceat
ei, & auferat ab eo iram suam.
19 ¶Ne contendas cum pessimis, nec
20 æmuleris impios: ¶quoniam non habét
C futurorum spem mali, & lucerna im-
piorum extinguetur.
21 ¶Time Dominum, fili mi, & regé: &
cum detractoribus non commiscearis:
22 ¶quoniam repente consurget perditio
eorum: & ruinam vtriusq; quis nouit?
23 ¶Hæc quoque sapientibus
‖Cognoscere personā in iudicio, non (‖Leui. 19 c. 15. Deu. 1. c. 17. 16. d. 19. Eccl. 42. a 1.)
est bonum.
24 ¶Qui dicunt impio, iustus es: maledi
cent eis populi, & detestabuntur eos tri
25 bus: ¶qui arguunt eum, laudabuntur, &
super ipsos veniet benedictio. (-10.)
26 ¶Labia deosculabitur, qui recta ver-
ba respondet.
27 ¶Præpara foris opus tuum, & diligé-
ter exerce agrum tuum, & postea ædifi-
ces domum tuam.
28 ¶Ne sis testis frustra contra proximū
D tuum, nec lactes quenquam labijs tuis.
29 ¶‖Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic (‖Sup. 20. c. 22.)
faciam ei: reddam vnicuique secundū
opus suum.
30 ¶Per agrum hominis pigri transiui,
31 & per vineam viri stulti: ¶& ecce totum
repleuerant vrticę, & operuerát superfi-
ciem eius spinę, & maceria lapidū de-
32 structa erat. ¶Quod cū vidissem, posui
in corde meo, & exéplo didici discipli-
nam. ‖Vsquequo piger dormis? vsq;- (‖Sup. 6. b 9.)
33 quo de somno consurges? ¶Parū inquā (-14.)
dormies, modicum dormitabis, pauxil
34 lum manus conseres vt quiescas: ¶& ve
niet tibi, quasi cursor, egestas tua, & mé
dicitas quasi vir armatus.

CAP. XXV.

1 HÆ quoq; parabolę Salomōis, quas
A transtulerūt viri Ezechię regis Iuda.
2 ¶Gloria Dei est celare verbum, & glo-
ria regum inuestigare sermonem.
3 ¶Cælum sursum, & terra deorsum, &
cor regum inscrutabile.
4 ¶Aufer rubiginé de argento, & egredie
5 tur vas purissimū: ¶aufer impietaté de
vultu regis, & firmabitur iustitia thro-
6 nus eius. ¶Ne gloriosus appareas corá re
7 ge, & in loco magnorū ne steteris. ¶me-
lius est enim vt dicatur tibi, Ascéde huc
quam vt humilieris coram principe.
8 Quę viderunt oculi tui ¶ne proferas
B in iurgio cito: ne postea emendare non
possis, cū dehonestaueris amicū tuum.
9 ¶Causam tuam tracta cū amico tuo,
& secretum extraneo ne reueles: ¶ne
10 fortè insultet tibi cum audierit, & ex-
probrare non cesset.
-Gratia & amicitia liberant, quas ti- (-15.)
bi serua, ne exprobrabilis fias.
11 ¶Mala aurea in lectis argenteis, qui
loquitur verbum in tempore suo.
12 ¶Inauris aurea, & margaritū fulgés,
qui arguit sapienté & auré obedienté.
13 ¶Sicut frigus niuis in die messis, ita
legatus fidelis ei qui misit eum, animā
ipsius requiescere facit.
14 ¶Nubes & vétus, & pluuię nō sequé-
tes, vir gloriosus & promissa nō cōplens.
15 ¶Patientia lenietur princeps, & ‖lin (‖Sup. 15. a 1.)
C gua mollis confringet duritiam.
16 ¶Mel inuenisti, comede quod sufficit
tibi, ne fortè satiatus euomas illud.
17 ¶Subtrahe pedem tuum de domo p
ximi tui, nequando satiatus oderit te.
18 ¶Iaculū, & gladius, & sagitta acuta,
homo qui loquitur contra proximum
suum falsum testimonium.
19 ¶Dens putridus, & pes lassus, qui spe-
20 rat super infideli in die angustiæ, ¶& a-
mittit pallium in die frigoris.
Acetum in nithro *qui cantat carmi- (* & 12.)
na cordi pessimo.
-Sicut tinea vestimento, & vermis li (-10.)
gno: ita tristitia viri nocet cordi.

Rom.12 d.10.
21 ‖Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ:
22 si sitierit, da ei aquã bibere: prunas enĩ
congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi.
23 Ventus aquilo dissipat pluuias, & fa
D cies tristis linguam detrahentem.
Sup.21. b.9.c.19.
24 ‖Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi.
25 Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua.
26 Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.
Eccl. 3. c.21.
27 Sicut qui mel multum comedit, nõ est ei bonum: ‖ sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.
28 Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

CAP. XXVI.

1 Quomodò nix in æstate, & pluuiæ
A in messe: sic indecẽs est stulto gl'ia
Num 19
2 *Sicut auis ad alta transuolans
& passer quò libet vadẽs: sic maledictũ
frustrà ꝓlatũ in quẽpiam superueniet.
3 Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.
4 Ne responde stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.
5 Responde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiens esse videatur.
6 Claudus pedibus, & iniquitatẽ bibẽs, qui mittit verba per nuntium stultum.
7 Quomodò pulchras frustra habet
B claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.
8 Sicut qui mittit lapidem in aceruũ Mercurij: ita q̃ tribuit insipiẽti honorẽ.
9 Quomodò si spina nascat' in manu temulẽti: sic parabola in ore stultorũ.
10 Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.
2. Pet.2 a.22.
11 ‖ Sicut canis qui reuertit' ad vomitũ suũ, sic imprudens q̃ iterat stultitiã suã.
12 Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiẽs.
13 Dicit piger, Leo est in via, & lęna ĩ
14 itineribus: sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.
Sup. 19. d.24.
15 ‖ Abscõdit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suũ eas cõuerterit.
16 Sapientior sibi piger videtur septem
C viris loquentibus sententias.
17 Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius.
18 Sicut noxius est qui mittit sagittas,
19 & lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicit, Ludens feci.
20 Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia cõquiescunt.
21 ‖Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignẽ, sic homo iracundus suscitat rixas. Eccl. 8. b.13.
22 Verba susurronis quasi simplicia,
D & ipsa perueniunt ad intima ventris.
23 Quomodò si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cũ pessimo corde sociata.
24 Labijs suis intelligitur inimicus, cũ
25 in corde tractauerit dolos: q̃n submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniã septẽ nequitiæ sunt in corde illius.
26 Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in consilio.
27 ‖Qui fodit foueam, incidet in eã: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Eccl.10. b.8.
28 Lingua fallax non amat veritatem: Eccl. 27. d.29.
& os lubricum operatur ruinas.

CAP. XXVII.

1 Ne glorieris in crastinum, ignorans
A quid superuentura pariat dies.
2 Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua.
3 ‖Graue est saxum, & onerosa arena: Eccl.22. b.18.
sed ira stulti vtroque grauior.
4 Ira non habet misericordiã, nec erũpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? -17.
5 Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.
6 Meliora sunt vulnera diligentis, quã fraudulenta oscula odientis.
7 Anima saturata calcabit fauum: ‖& Iob.6.a.7.
B aĩa esuriens ẽt amarũ ꝓ dulci sumet.
8 Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.
9 Vnguẽto & varijs odoribus delectat' cor: & bonis amici cõsilijs aĩa dulcorat'.
10 Amicum tuum, & amicũ patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.
Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul.
11 Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possim exprobranti respõdere sermonem.
12 Astutus vidẽs malũ, abscõditus est: paruuli trãseuntes sustinuerũt dispẽdia

13 ¶‖Tolle vestimentũ eius qui spopon-
C dit pro extraneo, & pro alienis aufer ei
14 pignus. ¶Qui benedicit proximo suo
voce grandi, de nocte consurgens male
dicenti similis erit.
15 ¶Tecta perstillãtia in die frigoris, & li
16 tigiosa mulier comparantur. ¶ qui reti-
net eam, quasi qui ventum teneat, & o-
leum dexteræ suæ vocabit.
17 ¶Ferrum ferro exacuitur, & homo e-
xacuit faciem amici sui.
18 ¶Qui seruat ficũ, comedet fructus ei⁹:
& qui custos est dñi sui glorificabitur.
19 ¶ Quomodo in aquis resplendent
vultus prospicientium, sic corda homi-
num manifesta sunt prudentibus.
20 ¶‖Infernus & perditio nunquã implẽ
tur, simil'r & oculi hoĩum insatiabiles.
21 ¶‖Quo modo probatur in cõflatorio
D argentum, & in fornace aurum: sic pro
batur homo ore laudantis.
-Cor iniqui inquirit mala, cor autẽ
rectum inquirit scientiam.
22 ¶Si cõtuderis stultum in pila quasi
ptisanas feriente désuper pilo, non au-
feretur ab eo stultitia eius.
23 ¶Diligẽter agnosce vultũ pecoris tui
24 tuosq; greges considera: ¶nõ enim ha-
bebis iugiter potestatem, sed corona tri
buetur* in generatione & generationẽ.
25 ¶Aperta sunt prata, & apparuerũt her
bę virẽtes, & collecta sunt fœna de mõ-
26 tibus. ¶‖Agni * ad vestimentum tuũ:
& hœdi, *agri pretium.
27 ¶Sufficiat tibi lac caprarum in cibos
tuos, & in necessãria domus tuæ, & ad
victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

1 FVgit impius nemine persequẽte: iu-
A stus autem quasi leo confidens, abs-
que terrore erit.
2 ¶Propter peccata terræ multi princi-
pes eius, & ꝓpter hominis sapientiam
& horum scientiam quæ dicuntur, vita
ducis longior erit.
3 ¶Vir pauper calumnians paupères, si
milis est imbri vehementi in quo para
tur fames.
4 ¶Qui derelinquunt legem, laudant
impium, qui custodiũt, succenduntur
contra eum.
5 ¶Viri mali non cogitãt iudiciũ: q aũt
inquirunt Dñm, animaduertunt oĩa.
6 ¶‖Melior est paup ambulãs in simpli-
citate sua, quã diues in prauis itinerib⁹.
7 ¶Qui custodit legem, filius sapiens est
B qui autem comessatores pascit, confun
dit patrem suum.
8 ¶Qui coaceruat diuitias vsuris & fœ-
nore liberali, in pauperes cõgregat eas.
9 ¶Qui declinat aures suas ne audiat le
gem, oratio eius erit execrabilis.
10 Qui decipit iustos in via mala, in in-
teritu suo corruet, & simplices posside
bunt bona eius.
11 ¶Sapiens sibi videtur vir diues, paup
autem prudens scrutabitur eum.
12 ¶In exultatione iustorũ multa gloria
est: regnantibus impijs ruinæ hominũ.
13 ¶Qui abscondit scelera sua, non diri-
getur: qui autem confessus fuerit, & re-
liquerit ea, misericordiam cõsequetur.
14 ¶Beatus homo qui semper est pauid⁹
C q verò mẽtis est duræ, corruet in malũ
15 ¶Leo rugiens, & vrsus esuriens, prin-
ceps impius super populum pauperem.
16 ¶Dux indigens prudentia, multos op
primet per calumniam: q autem odit
auaritiam, longi fient dies eius.
17 ¶Hominem qui calumniatur animę
sanguinem, si vsque ad lacum fugerit
nemo sustinet.
18 ¶Qui ambulat simpliciter, saluus erit
q peruersis graditur vijs, cõcidet semel.
19 ¶‖Qui operatur terram suam satiabit
panibus: qui autem sectatur otium, re-
plebitur egestate.
20 ¶Vir fidelis multum laudabitur: ‖ q
autem festinat ditari, non erit innocẽs.
21 ¶Qui cognoscit in iudicio faciem,
D non benefacit, iste & pro buccella pa-
nis deserit veritatem.
22 ¶Vir qui festinat ditari, & alijs inui-
det, ignorat quod egestas superueniet ei.
23 ¶Qui corripit hominem, gratiam po-
steà inueniet apud eum magis, quàm
ille q per linguæ blandimenta decipit.
24 ¶Qui subtrahit aliquid à patre suo, &
à matre, & dicit hoc non esse peccatum
particeps homicidæ est.
25 ¶Qui se iactat & dilatat, iurgia conci
tat, qui verò sperat in Domino, sanabit.
26 ¶Qui cõfidit in corde suo, stultus est,
qui autem graditur sapienter, ipse *lau
dabitur.
27 ¶Qui dat pauperi, non indigebit: q de
spicit deprecãtem, sustinebit penuriã.
28 ¶Cum surrexerint impij, absconden-
tur homines: cum illi perierint, multi-
plicabuntur iusti.

Sup. 12. b 11. Eccl. 20. d 30. Sup. 13. b 11. o. c. 21. 23. a. 4.

*saluabitur 6.

CAP. XXIX.

1 VIro qui corripientem dura ceruice
A contemnit, repẽtinus ei superueniet
interitus, & eum sanitas non sequetur.
2 ¶In multiplicatione iustorum lætabi
tur vulgus: cum impij sumpserint prin-
cipatum gemet populus.
3 ¶Vir qui amat sapientiam, lætificat
patrem suum, ‖qui autem nutrit scorta,
perdet substantiam.
4 ¶Rex iustus erigit terram, vir auarus
destruet eam.
5 ¶Homo qui blandis fictisque sermo-
nibus loquitur amico suo, rete expan-
dit gressibus eius.
6 ¶Peccantẽ virum iniquũ inuoluet la
queus, & iustus laudabit atq; gaudebit.
7 ¶Nouit iustus causam pauperũ, im-
B pius ignorat scientiam.
8 ¶Homines pestilentes dissipant ciui-
tatem, sapientes verò auertunt furorẽ.
9 ¶Vir sapiens si cum stulto contẽderit
siue irascatur, siue rideat, nõ inueniet re-
10 quiem. ¶Viri sanguinum oderũt simpli
cem: iusti autem quærũt animam eius.
11 ¶Totũ spiritum suum ꝓfert stultus:
sapiens differt & reseruat in posterum.
12 ¶Princeps qui libẽter audit verba mẽ
dacij, omnes ministros habet impios.
13 ¶Pauper & creditor obuiauerũt sibi:
vtriusque illuminator est Dominus.
14 ¶Rex q iudicat in veritate pauperes,
thronus ejus in æternum firmabitur.
15 ¶Virga atque correptio tribuit sapien
C tiam: puer autem qui dimittitur volun
tati suę, confundit matrem suam.
16 ¶In multiplicatione impiorũ multi-
plicabuntur scelera, & iusti ruinas eorũ
17 videbunt. ¶Erudi filium tuum, & refri-
gerabit te, & dabit delicias animę tuæ.
18 ¶Cum prophetia defecerit, dissipa-
bitur populus: qui verò custodit legẽ,
beatus est.
19 ¶Seruus verbis non potest erudiri: qa
quod dicis intelligit, & respondere con
20 temnit. ¶Vidisti hominem velocem ad
loquendum? stultitia magis speranda
est, quàm illius correptio.
21 ¶Qui delicate à pueritia nutrit seruũ
suum, postea sentiet eum cõtumacem.
22 ¶Vir iracundus prouocat rixas: & q
D ad indgnandum facilis est, erit ad pec-
candum procliuior.
23 ¶‖Superbũ sequitur humilitas, & hu-
milem spiritu suscipiet gloria.

‖Luc. 15. c. 13.

‖Iob. 22. d. 29.

24 ¶Qui cũ fure participat, odit animam
suam: adiurantem audit, & nõ indicat.
25 Qui timet hominem, citò corruet: q
sperat in Domino, subleuabitur.
26 ¶Multi requirunt faciem principis,
& iudiciũ à Dño egreditur singulorũ.
27 ¶Abominantur iusti virum impium;
& abominantur impij eos qui in recta –7.
sunt via. Verbum custodiens filius, ex –12.
tra perditionem erit.

CAP. XXX.

1 VErba Congregãtis filij Vomẽtis. Vi-
A sio quam locutus est vir cũ quo est
Deus, & qui Deo secum morãte confor-
2 tatus, ait. ¶Stultissimus sum virorum &
3 sapientia hominum non est mecũ. ¶Nõ
didici sapientiam, & *noui scientiã san * non 7.
4 ctorum. ¶Quis ascendit in cælum, atq;
descendit? quis continuit spiritũ in ma
nibus suis? quis colligauit aquas quasi
in vestimẽto? quis suscitauit omnes ter-
minos terrę? quod nomen est eius, &
quod nomen filij eius, si nosti?
5 ¶‖Omnis sermo Dei ignitꝰ, clypeus est ‖Psal. 17. b. 7.
6 sperãtibꝰ in se: ¶ne addas q cquã verbis Deu. 4. a. 2. & 12. d. 32.
illius, & arguaris, inueniarisq; mẽdax.
7 ¶Duo rogaui te, ne deneges mihi ante
8 quam moriar, ¶Vanitatem, & verba mẽ
B dacia longè fac a me. Mendicitatem, &
diuitias ne dederis mihi: tribue tantũ
9 victui meo necessaria. ¶ne fortè satiatꝰ
illiciar ad negãdum, & dicam, Quis est
Dominus? aut egestate compulsus furer
& periurem nomen Dei mei.
10 ¶Ne accuses seruũ ad dominum suũ,
ne fortè maledicat tibi & corruas.
11 ¶Generatio quę patri suo maledicit,
& quæ matri suæ non benedicit.
12 ¶Generatio quæ sibi munda videtur,
& tamen non est lota à sordibus suis.
13 ¶Generatio cuiꝰ excelsi sunt oculi, &
palpebræ eius in alta surrectæ.
14 ¶Generatio quę ꝓ dentibus gladios
habet, & cõmãdit molaribus suis, vt co
medat inopes de terra, & pauperes ex
15 hominibus. ¶Sanguisugæ duæ sunt filię
dicentes, Affer, Affer.
C Triá sunt insaturabilia, & quartũ qđ
16 nunquam dicit sufficit, ¶Infernus & os
vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua:
ignis verò nunquam dicit sufficit.
17 ¶Oculum qui subsannat patrem & q
despicit partum matris suæ, effodiãt eũ
corui de torrẽtibus, & comedant eum
filij aquilæ.

18 Tria sunt difficilia mihi, & quartũ,
19 penitus ignoro. Viam aquilæ in cęlo
viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.
20 Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit, Non sum operata malum.
21 Per tria mouetur terra, & quartum
22 non potest sustinere. Per seruum cum
regnauerit: per stultũ cũ saturatus fue-
23 rit cibo: per odiosam mulierem cũ in
matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.
24 Quatuor sunt minima terrę, & ipsa
25 sunt sapientiora sapientib9: formicæ
D populus infirmus, qui præparat in mes-
26 se cibum sibi: lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum:
27 regem locusta non habet, & egreditur
28 vniuersa per turmas suas, stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.
29 Tria sunt quæ bene gradiuntur, &
30 quartum quod incedit fœliciter. leo
fortissimus bestiarum, ad nullius paue-
31 bit occursum: gallus succinctus lũbos
& aries: nec est rex qui resistat ei.
32 Et qui stultus apparuit postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexis-
33 set, ori suo imposuisset manũ. Qui aũt
fortiter premit hubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem, & qui prouocat iras, producit discordias.

que præparat or. — suum 4.

1 VERBA LAMVELIS REGIS.
Visio qua erudiuit eum mater sua.

CAP. XXXI.



2 Vid dilecte mi, qd dilecte
3 vteri mei, qd dilecte votorũ
A meorũ? Ne dederis mulieribus substantiã tuã, & diuitias tuas ad delẽdos reges.
4 Noli regibus ô Lamuel, noli regibus da te vinum: quia nullum secretũ est vbi
5 regnat ebrietas: ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis.
6 Date siceram mœrentibus, & vinũ
7 his qui amaro sunt animo: bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.
8 Aperi os tuum muto, & causis om-
9 nium filiorum qui pertranseunt: aperi os tuum, decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem.
10 Mulierem fortem quis inueniet? p-
B cul, & de vltimis finibus pretium eius.
11 Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit.
12 Reddet ei bonum, & nõ malũ, omnibus diebus vitę suæ.
13 Quæsiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.
14 Facta est quasi nauis institoris de lõge portans panem suum.
15 Et de nocte surrexit, deditq; prędam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.
16 Considerauit agrum, & emit eũ, de fructu manuũ suarum plãtauit vineã.
17 Accinxit fortitudine lumbos suos
18 & roborauit brachium suum. Gustauit & vidit quia bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
19 Manum suam misit ad fortia, & di-
C giti eius apprehenderunt fusum.
20 Manum suam aperuit inopi, & pal-
21 mas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
22 Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.
23 Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.
24 Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
25 Fortitudo & decor indumentũ eius
D & ridebit in die nouissimo.
26 Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.
27 Considerauit semitas domus suę, & panem otiosa non comedit.
28 Surrexerunt filij eius, & beatissimã prædicauerunt: vir eius, & laudauit eã.
29 Multæ filiæ cõgregauerunt diuitias tu supergressa es vniuersas.
30 Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.
31 Date ei de fructu manuum suarum & laudent eam in portis opera eius.

vias 1. — iudic. 1. — 1.

ECCLESIASTES
qui ab Hebræis Coheleth appellatur.

CAPVT PRIMVM.

1 VERBA Ecclesiastæ
A filij Dauid regis Ie-
2 rusalē. ¶ Vanitas va
nitatū, dixit Eccle-
siastes: vanitas va-
nitatū, & [a] omnia
3 vanitas. ¶ Quid ha-
bet amplius homo
de vniuerso labor: suo quo laborat sub
4 sole? ¶ Generatio præterit, & generatio
5 aduenit, terra aūt in æternū stat. ¶ Orit̄
sol, & occidit, & ad locū suum reuertit̄:
6 ibiq; renascens, ¶ gyrat per Meridiē, &
B flectitur ad aquilonē: lustrās vniuersa
in circuitu pergit spiritus, & in circulos
7 suos reuertit̄. ¶ Omnia flumina intrant
in mare, & mare nō redundat ad locū
vnde exeunt flumina, reuertunt̄, vt ite-
8 rum fluant. ¶ Cunctæ res difficiles non
potest eas homo explicare s̄mone. Nō
saturatur oculus visu, nec auris auditu
9 implet̄. ¶ Quid est quod fuit? ipsum qđ
futurū est. Quid est quod factū est? ipsū
10 quod faciendū est. ¶ Nihil sub sole no-
C uum nec, valet quisquā dicere. Ecce hoc
recens est: iam enim præcessit in seculis
11 quę fuerunt ante nos. ¶ Non est priorū
memoria: sed nec eorū quidem quę po
stea futura sunt, erit recordatio apud
12 eos qui futuri sunt in nouissimo. ¶ Ego
13 Ecclesiastes fui rex Israël in Ierl̄m, ¶ &
proposui in animo meo quęrere & in-
uestigare sapienter de oībus quæ fiunt
sub sole. Hanc occupationē pessimam
dedit De⁹ filijs hominū, vt occuparent̄
14 in ea. ¶ Vidi cuncta quæ fiunt sub sole,
& ecce vniuersa vanitas & afflictio spi-
15 ritus. ¶ Peruersi difficile corriguntur, &
16 stultorū infinitus est numer⁹. ¶ Locutus
D sum in corde meo, dicēs, Ecce magnus
effectus sum, & præcessi oēs sapiētia, q
fuerūt ante me in Ierl̄m, & mens mea
cōtemplata est multa sapiēter, & didi-
17 ci. ¶ Dediq; cor meū vt scirem pruden-
tiam atq; doctrinam, erroresq; & stul-
titiam: & agnoui ꝙ in his quoq; esset
18 labor, & afflictio spiritus, ¶ eo ꝙ in mul
ta sapiētia, multa sit indignatio: & qui
addit scientiam, addit & [b] laborem. [b] dolorē 8.

CAP. II.

1 DIxi [a] ergo in corde meo, Vadā, & af [a] ego 10.
A fluā delicijs, & fruar bonis. Et vidi
2 ꝙ hoc quoq; esset vanitas. ¶ Risum repu
taui errorem, & gaudio dixi, Quid fru-
3 strà deciperis? ¶ Cogitaui in corde meo
abstrahere à vino carnem meā, vt ani-
mum meū trāsferrē ad sapientiā, deui-
taremq; stultitiā, donec viderē qđ esset
vtile filijs hominū, [b] quo facto opus est [b] quod, id.
4 sub sole numero dierū vitæ suę. ¶ Ma-
gnificaui opera mea, ędificaui mihi do
5 mos, & plantaui vineas, ¶ feci hortos &
pomaria, & cōseui ea cūcti generis arbo
6 rib⁹. ¶ Et extruxi mihi piscinas aquarū,
vt irrigarē syluā lignorū germinantiū.
7 ¶ Possedi seruos & ancillas, multāq; fa-
B miliā habui: armēta quoq; & magnos
ouiū greges vltra oēs qui fuerunt ante
8 me in Ierl̄m. ¶ Coaceruaui mihi argen-
tū & aurum, & substantias regū & pro-
uinciarū. Feci mihi cātores, & cātatrices,
& delicias filiorū hominū, scyphos, &
vrceos ī ministerio ad vina fundēda.
9 ¶ Et supergressus sum opibus oēs qui an
te me fuerunt in Ierusalem. sapientia
10 quoque perseuerauit mecū. ¶ Et omnia
quæ desiderauerūt oculi mei, non nega
ui eis, nec prohibui cor meū, quin om-
ni voluptate frueret̄, & oblectaret se in
his quæ præparaueram: & hanc ratus
sum partem meā, si vterer labore meo
11 ¶ Cūmq; me conuertissem ad vniuersa
opera quę fecerāt manus meę, & ad la-
bores in quibus frustra sudauerā, vidi
in omnibus vanitatem & afflictionē a-
12 nimi, & nihil ꝑmanere sub sole. ¶ Tran
C siui ad contemplandam sapientiā, erro
resque & stultitiam (quid est inquā ho
mo vt sequi possit regē factorem suū?)
13 ¶ & vidi ꝙ tantùm præcederet sapien-
tia stultitiā, quantum differt lux à tene-
14 bris. ¶ ‖ Sapiētis oculi in capite eius: stul- ‖ Inf. 8. a. 1. Pro. 17. d. 24.
tus in tenebris ambulat. Et didici ꝙ v-
15 nus vtriusq; esset interitus. ¶ Et dixi in
corde meo. Si vnus & stulti & me⁹ oc-
casus erit, quid mihi prodest ꝙ maiorē
sapientiæ dedi operam? Locutusq; cum
mente mea, animaduerti ꝙ hoc quo-
16 que esset vanitas. ¶ Non enim erit me-

moria sapiétis similiter vt stulti in per-
petuũ, & futura tépora obliuione cun-
cta pariter operient: moritᷣ doctus simi
17liter vt indoctus. ⁋ Et idcirco tæduit me
D vitæ meę, videntem mala vniuersa esse
sub sole, & cũcta vanitaté & afflictioné
18spiritus. ⁋ Rursus detestatus sum omné
industriam meá, qua sub sole studiosis
simè laboraui, habiturus hæredé post
19me, ⁋ qué ignoro, vtrum sapiens an stul-
tus futurus sit, & dominabitᷣ in labori-
bus meis qb⁹ desudaui & solicit⁹ fui, &
20est quicquá tam vanũ? ⁋ Vnde cessaui,
renuntiauitq; cor meum vltra labora-
21re sub sole. ⁋ Ná cũ alius laboret in sa-
pientia & doctrina & solicitudine, ho-
quoq; mini otioso q̃sita dimittit, & hoc ergo
22vanitas, & magnũ malũ. ⁋ Quid enim
ꝓderit homini de vniuerso labore suo
& afflictione spiritus, qua sub sole cru-
23ciatus est? ⁋ Cũcti dies eius dolorib⁹ &
erũnis pleni sunt, nec per noctẽ mente
24requiescit, & hoc nõne vanitas est? ⁋ Nõ
ne melius est comedere, & bibere, & o-
stendere animę suę bona de laboribus
25suis? & hoc de manu Dei est. ⁋ Quis ita
deuorabit, & delicijs affluet vt ego?
26⁋ Homini bono in conspectu suo dedit
Deus sapientiá, & scientiam, & lætitiá:
peccatori auté dedit afflictioné & cu-
ram superfluá, vt addat & congreget &
tradat ei qui placuit Deo, sed & hoc va
nitas est & cassa solicitudo mentis.

CAP. III.

1 OMnia tempus habét, & suis spatijs
A transeunt vniuersa sub cælo.
2 ⁋ Tépus nascendi, & tépus moriendi.
Tempus plantandi, & tempus euel-
lendi quod plantatum est.
3 ⁋ Tépus occidendi, & tépus sanandi.
Tépus destruendi, & tépus ędificádi.
4 ⁋ Tempus flendi, & tempus ridendi.
Tempus plangendi, & tépus saltádi.
5 ⁋ Tempus spargendi lapides, & tem-
pus colligendi.
Tempus amplexandi, & tépus lon-
gè fieri ab amplexibus.
6 ⁋ Tépus acquirendi, & tépus perdédi.
B Tépus custodiédi, & tépus abijciédi.
7 ⁋ Tépus scindendi, & tépus cõsuendi.
Tempus tacendi, & tépus loquendi.
8 ⁋ Tempus dilectionis & tépus odij.
Tempus belli, & tempus pacis.
9 ⁋ Quid habet amplius homo de labo
10re suo? ⁋ Vidi afflictionem quam dedit
Deus filijs hominũ, vt distendantur in
11ea: ⁋ Cuncta fecit bona in tépore suo, &
mundũ tradidit disputationi eorũ, vt
nõ inueniat homo opus quod operatus
12est Deus ab initio vsq; ad finé. ⁋ Et co-
C gnoui q̄ non esset melius nisi lætari,
13& facere benè in vita sua. ⁋ Omnis enĩ
homo qui comedit & bibit, & videt bo
num de labore suo, hoc donũ Dei est.
14⁋ Didici q̄ omnia opera quę fecit Deus,
perseuerent in perpetuum, non possu-
mus eis quicquá addere, nec auferre quæ
15fecit Deus vt timeatur: ⁋ Quod factum
est, ipsum ꝑmanet: q̃ futura sunt iam
fuerunt, & Deus instaurat quod abijt.
16⁋ Vidi sub sole I loco iudicij impietaté,
17& in loco iustitiæ iniquitaté. ⁋ Et dixi
D in corde meo, Iustum & impium iudi-
cabit Deus, & tépus omnis rei tũc erit.
18⁋ Dixi in corde meo de filijs hominum
vt ꝓbaret eos Deus, & ostenderet simi-
19les esse bestijs. ⁋ Idcirco vnus interitus
est hoĩs & iumentorũ, & ęqua vtriusq;
conditio, sicut moritur homo, sic & illa
moriuntᷣ, similiter spirant oĩa, & nihil
habet homo iumento amplius. cuncta
20subiacent vanitati. ⁋ Et omnia pergunt
ad vnum locũ: de terra facta sunt, & in
21terrá pariter reuertuntᷣ. ⁋ Quis nouit si
spiritus filiorũ Adam ascédat sursum,
& si spiritus iumentorum descendat
22deorsum? ⁋ Et deprehédi nihil esse me-
lius q̃ lætari hominem in opere suo, &
hanc esse partem illius. Quis enim eum
adducet, vt post se futura cognoscat?

CAP. IIII.

1 VErti me ad alia, & vidi calumnias
A quę sub sole geruntᷣ, & lachrymas
innocentiũ, & neminem cõsolatorem:
nec posse resistere eorũ violentiæ, cun-
2 ctorũ auxilio destitutos. ⁋ Et laudaui
3 magis mortuos, q̃ viuentes. ⁋ & fœlicio-
rem vtroq; iudicaui qui necdum natus
est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt.
4 ⁋ Rursum cõtemplatus sum omnes la-
bores hominũ, & industrias animad-
uerti patére inuidiæ proximi, & in hoc
5 ergo vanitas, & cura sup̄flua est. ⁋ Stul-
tus complicat manus suas, & comedit
6 carnes suas dicés: ⁋ Melior est pugillus
cũ requie, q̃ plena vtraq; manus cũ la-
7 bore, & afflictione animi. ⁋ Considerás
8 repperi & aliá vanitaté sub sole, ⁋ vnus
est & secundũ non habet, non filium,
B non fratré, & tamen laborare non ces-

sat, nec satiant oculi eiꝰ diuitijs: nec re-
cogitat, dicés, Cui laboro, & fraudo ani
mã meã bonis? in hoc quoque vanitas
9 est, & afflictio pessima. ¶ Melius est ergo
duos esse simul, q̃ vnũ: habét enĩ emo-
10 lumentũ societatis suę: ¶ si vnus cecide
rit ab altero fulcietur. væ soli, quia cũ
11 ceciderit, non habet subleuanté se. ¶ Et
si dormierint duo, fouebũtur mutuò:
12 vnus quomodo calefiet? ¶ Et si quispiam
C p̃ualuerit cõtra vnũ, duo resistũt ei: fu-
13 niculus triplex difficile rũpit̃. ¶ Melior
est puer pauper & sapiens rege sene &
stulto, qui nescit præuidere in posterũ.
14 ¶ Qđ de carcere, catenisq; interdũ quis
egrediat̃ ad regnũ: & alius natus ĩ re-
15 gno, inopia consumatur. ¶ Vidi cũctos
D viuétes q ambulãt sub sole cum adole-
16 scéte sc̃do q cõsurget p̃ eo. ¶ Infinitꝰ nu
merus est pp̃li oium q fuerũt ante eũ:
& q postea futuri sunt, nõ lętabũtur in
eo, sed & hoc vanitas & afflictio spiritꝰ.
17 ¶ Custodi pedé tuũ ingrediés domũ Dei
& appropinqua vt audias. ‖ Multo enĩ
melior est obedientia, quàm stultorũ
victimæ, qui nesciũt quid faciũt mali.

‖ 1. Re 15 c.22. Osee 6. c.6.

CAP. V.

1 NE temerè quid loquaris, neque cor
A tuum sit velox ad proferendũ ser-
monem coram Deo, Deus enim in cęlo
& tu super terrã, idcirco sint pauci ser-
2 mones tui. ¶ Multas curas sequũtur som
nia, & in multis sermonibus inuenieť
3 stultitia. ¶ ‖ Si quid vouisti Deo, ne mo-
reris reddere, displicet enĩ ei infidelis
& stulta promissio, sed quodcunque vo
4 ueris redde. ¶ multoque melius est non
vouere, quàm post votũ p̃missa nõ red
5 dere. ¶ Ne dederis os tuum vt peccare fa
cias carné tuam, neq; dicas corã angelo.
B Non est p̃uidentia: ne fortè iratus Deꝰ
contra sermones tuos dissipet cũcta ope
6 ra manuum tuarum. ¶ Vbi multa sunt
somnia, plurimæ sunt vanitates, & ser-
mones innumeri: tu verò Deum time.
7 ¶ Si videris calumnias egenorum & vio
léta iudicia, & subuerti iustitiam in p̃-
uincia, non mireris super hoc negotio:
quia excelso excellior est alius, & super
8 hos quoq; eminétiores sunt alij, ¶ & in-
super vniuersæ terræ rex imperat seruié
9 ti. ¶ Auarus non implebitur pecunia: &
C qui amat diuitias, fructum non capiet
10 ex eis: & hoc ergo vanitas. ¶ Vbi multæ
sunt opes, multi & q comedunt eas. Et

‖ Deu. 23 d.21.

qd prodest possessori, nisi quod cernit
11 diuitias oculis suis? ¶ Dulcis est somnus
operanti, siue parũ, siue multum come
dat: saturitas autem diuitis nõ sinit eũ
12 dormire. ¶ ‖ Est & alia ĩfirmitas pessima
quam vidi sub sole: diuitiæ cõseruatæ
13 in malum domini sui. ¶ Pereunt enim
in afflictione pessima: generauit filiũ, q
14 in summa egestate erit. ¶ ‖ Sicut egressus
est nudus de vtero matris suę, sic re-
uertetur, & nihil auferet secum de labo
15 re suo. ¶ Miserabilis prorsus infirmitas:
quõ venit, sic reuertetur. Quid ergo pro
16 dest ei q̧ laborauit in ventum? ¶ Cũctis
D diebus vitę suę comedit in tenebris &
ĩ curis multis, & in ęrũna atq; tristitia.
17 ¶ Hoc itaq; visum est mihi bonum vt co
medat quis & bibat, & fruatur lętitia
ex* labore suo quo laborauit ipse sub so
le numero dierum vitę suę, quos dedit
18 ei Deus, & hæc est pars illius. ¶ Et omni
homini cui dedit Deꝰ diuitias, atq; sub
stantiã, potestatemq; ei tribuit vt come
dat ex eis, & fruatur parte sua, & lætet̃
19 de labore suo: hoc est donũ Dei. ¶ Non
enim satis recordabitur dierum vitæ
suæ, eò q̧ Deus occupet delicijs cor eius.

Iob 20. c.20.

‖ Iob 1. d.21. 1. Tim. 6. b.7.

*omni a.

CAP. VI.

1 EST & aliud malum quod vidi sub
A sole, & quidé frequés apud homi-
2 nes, ¶ Vir cui dedit Deus diuitias, & sub
stantiam, & honoré, & nihil deest aiæ
suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tri-
buit ei potestatem Deus vt comedat ex
eo, sed homo extraneus vorabit illud.
3 hoc vanitas, & miseria magna est. ¶ Si ge
B nuerit quispiã centũ liberos, & vixerit
multos annos, & plures dies ętatis ha-
buerit, & aĩa illius nõ vtatur bonis sub
stãtię suę, sepulturaq; careat: de hoc ego
4 p̃nũtio q̧ melior illo sit abortiuus. ¶ Fru
C stra enĩ venit & pergit ad tenebras, &
5 obliuione delebit̃ nomé eiꝰ. ¶ Nõ vidit
solé, neq; cognouit distãtiã boni & ma
6 li: ¶ et si duobꝰ millibꝰ annis vixerit, &
nõ fuerit p̃fruitus bonis: nõne ad vnũ
7 locũ p̃perãt oĩa? ¶ Oĩs labor hominis
in ore eius: sed anima eius non imple-
8 bitur. ¶ Quid habet amplius sapiens à
stulto? & qđ paup, nisi vt p̃gat illuc vbi
9 est vita? ¶ Melius est videre quod cupias
quàm desiderare qđ nescias, sed & hoc
10 vanitas est, & pręsumptio spiritꝰ. ¶ Qui
D futurus est, iam vocatum est nomé eiꝰ:
et scitur quòd homo sit, et nõ possit cõ

tra fortiorem se in iudicio cõtendere.
11 ¶ Verba sunt plurima, multamq; in disputando habentia vanitatem.

CAP. VII.

1 A QVid necesse est homini maiora se quærere, cũ ignoret quid cõducat sibi in vita sua numero dierũ peregrinationis suæ, & tẽpore quod velut vmbra præterit? Aut qs ei poterit indicare qd post eum futurũ sub sole sit?
2 ¶ ‖ Melius est nomen bonũ, q̃ vnguenta pretiosa, & dies mortis die natiuitatis.
3 ¶ Melius est ire ad domũ luctus q̃ ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorũ admonet' hominũ, & viuens cogi
4 tat quid 'futurũ' sit. ¶ Melior est ira risu: quia per tristitiã vultus corrigit' ani-
5 mus delinquẽtis. ¶ Cor sapientiũ vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lętitia.
6 ¶ Melius est à sapiẽte corripi, q̃ stultorũ
7 adulatione decipi. ¶ qa sicut sonitus spinarũ ardentiũ sub olla, sic risus stulti.
8 sed & hoc vanitas. ¶ Calũnia conturbat sapientẽ, & perdet robur cordis illius.
9 ¶ Melior est finis orationis, q̃ principiũ.
B Melior est patiens arrogãte. ¶ Ne sis ve-
10 lox ad irascendũ: quia ira in sinu stulti
11 requiescit. ¶ Ne dicas, Quid putas causę est ꝙ priora tẽpora meliora fuere q̃ nũc sunt? stulta enim est huiuscemodi in-
12 terrogatio. ¶ Vtilior est sapiẽtia cũ diuitijs, & magis prodest vidẽtibus solem.
13 ¶ Sicut enim ꝓtegit sapientia, sic protegit pecunia, hoc autẽ plus habet eruditio & sapientia, ꝙ vitam tribuunt pos-
14 sessori suo. ¶ Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quẽ ille despexe-
15 rit. ¶ In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo
16 contra eum iustas querimonias. ¶ Hæc
C quoq; vidi in diebus vanitatis meę. Iustus perit in iustitia sua, & impius mul-
17 to viuit tp̃e in malitia sua. ¶ Noli esse iustus multum, neq; plus sapias, q̃ ne-
18 cesse est, ne obstupescas. ¶ Ne impiè agas multũ: & noli esse stultus, ne mo-
19 riaris in tẽpore non tuo. ¶ Bonum est te sustentare iustũ, sed & ab illo ne subtrahas manũ tuam: quia q̨ timet Deũ,
20 nihil negligit. ¶ Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciui-
21 tatis. ¶ ‖ Non est enim homo iustus in terra: qui faciat bonum, & non peccet.
22 ¶ Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accõmodes cor tuum: ne fortè
23 audias seruũ maledicentem tibi, ¶ scit enim cõscientia tua quia & tu crebrò
24 maledixisti alijs. ¶ Cũcta tentaui in sapientia. Dixi, Sapiẽs efficiar: & ipsa lon
25 gius recessit ĩ me, ¶ multò magis quàm erat: & alta ꝓfunditas, qs inueniet eã?
26 ¶ Lustraui vniuersa animo meo, vt sci-
D rem & considerarem, & quærerem sapientiã & rationẽ, & vt cognoscerẽ impietatem stulti, & errorẽ imprudentiũ:
27 ¶ & inueni amariorẽ morte mulierem, quæ laqueus venatorũ est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius, q̨ placet Deo, effugiet illã: qui autẽ peccator
28 est, capiet' ab illa. ¶ Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnũ & alterũ, vt inueni-
29 rem rationẽ, ¶ quã adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnũ repperi: mulierẽ ex oĩbus nõ inue-
30 ni. ¶ Solummodo hoc inueni, ꝙ fecerit Deus hoĩem rectum: & ipse se infinitis miscuerit q̃stionib⁹. Quis talis vt sapiẽs est? & quis cognouit solutionẽ verbi.

CAP. VIII.

1 A SApientia hominis lucet ĩ vultu eius, & potẽtissimus faciem illius cõmu- Suprà 2. c 14.
2 tabit. ¶ Ego os regis obseruo, & p̄cepta Prou. 17 d. 24.
3 iuramẽti Dei. ¶ Ne festines recedere à facie ei⁹, neq; permaneas in opere malo:
4 quia oẽ quod voluerit faciet, ¶ & sermo illius potestate plenus est, nec dicere ei
5 quisquã potest. Quare ita facis? ¶ Qui custodit pręceptũ, nõ experiet' quicquam mali. Tempus & r̃ñsionem cor sapiẽtis
6 intelligit. ¶ Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hoĩs afflictio,
7 ¶ quia ignorat præterita, & futura nul-
8 lo scire potest nuntio. ¶ Non est in hoĩs potestate ꝓhibere spiritũ, nec habet potestatẽ in die mortis, nec sinit' quiescere ingruẽte bello, neq; saluabit impie-
9 tas impiũ. ¶ Oĩa hæc cõsideraui, & dedi
B cor meũ in cunctis operibus quæ fiunt sub sole. Interdũ dñatur homo homi-
10 ni in malum suũ. ¶ Vidi impios sepultos: qui etiã cũ adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabant' in ciuitate quasi iustorum operũ, sed & hoc vani-
11 tas est. ¶ Etenim quia nõ profertur citò contra malos sententia, absq; timore
12 vllo filij hominũ perpetrãt mala. ¶ At-
C tamen peccator ex eo ꝙ cẽties facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus

Deum

13 Deum qui verentur faciem eius. ¶Non
sit bonum impio, nec prolongent dies
eius, sed quasi vmbra transeát qui non
14 timent faciem Domini. ¶Est & alia va-
nitas, quæ fit super terrá, sunt iusti qui-
bus mala ꝓueniũt, quasi opera egerint
impiorũ: & sunt impij q ita securi sunt
quasi iustorũ facta habeant, sed & hoc
15 vanissimum iudico. ¶Laudaui igitur læ
D titiam, quod non esset homini bonum
sub sole, nisi q comederet, & biberet,
atq; gauderet: & hoc solũ secum aufer-
ret de labore suo in dieb9 vitæ suæ quos
16 dedit ei Deus sub sole. ¶ Et apposui cor
meum vt scirem sapientiá, & intellige-
ré *distentioné quæ versat in terra. Est
homo qui diebus ac noctib9 somnum
17 nõ capit oculis. ¶Et intellexi quod om-
nium operũ Dei nullá possit homo in-
uenire rationé eorũ quæ fiunt sub sole:
& quanto plus laborauerit ad quæren-
dum, tantò minus inueniat: etiá si dixe
rit sapiens se nosse, nõ poterit reperire.

*dissésionem.

CAP. IX.

1 OMnia hæc tractaui in corde meo,
A vt curiosè intelligerem: Sunt iusti
atq; sapiétes, & opera eorum in manu
Dei: & tñ nescit homo vtrũ amore an
2 odio dignus sit: ¶ sed omnia in futurũ
seruantur incerta, eò q vniuersa æquè
eueniát iusto & impio, bono & malo,
mundo & immundo, immolanti victi-
mas, & sacrificia contémenti. sicut bo-
nus, sic & peccator, vt periurus, ita & il
3 le q verũ deierat. ¶ Hoc est pessimũ in-
ter oía quæ sub sole fiunt, qa eadé cun
ctis eueniunt, vnde & corda filiorũ ho-
minũ implent malitia, & contéptu in
vita sua, & post hæc ad inferos deducé-
4 tur. ¶Nemo est q semp viuat, & q hui9
B rei habeat fiduciá: melior est canis viu9
5 leone mortuo. ¶ Viuentes enim sciunt
se esse morituros, mortui verò nihil no
uerunt amplius, nec habent vltrà mer-
cedé: qa obliuioni tradita est memoria
6 eorũ. ¶Amor quoq; & odiũ, & inuidiæ
simul perierũt, nec habét parté in hoc
seculo, & in opere quod sub sole gerit.
7 ¶Vade ergo & comede in lætitia pané
tuũ, & bibe cũ gaudio vinum tuũ: qa
8 Deo placent opera tua. ¶ Omni tépore
sint vestimenta tua candida, & oleũ de
9 capite tuo nõ deficiat. ¶ Perfruere vita
C cũ vxore quá diligis, cunctis dieb9 vitæ
instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub
sole omni tépore vanitatis tuæ. hæc est
enim pars in vita, & in labore tuo quo
10 laboras sub sole. ¶Quodcũq; facere po-
test manus tua, instáter operare: qa nec
opus, nec ratio, nec sapiétia, nec sciétia
11 erũt apud inferos, quò tu ꝓperas. ¶Ver-
ti me ad aliud, & vidi sub sole, nec ve-
lociũ esse cursum, nec fortiũ bellũ, nec
sapientium pané, nec doctorũ diuitias,
nec artificũ gratiá: sed tépus casumque
12 in oíbus. ¶Nescit homo finé suũ, sed si-
cut pisces capiunt hamo, & sicut aues
laqueo cõprehundunt: sic capiunt ho-
mines in tépore malo, cũ eis extéplò su-
13 peruenerit. ¶ Hanc quoq; sub sole vidi
14 sapientiá, & probaui maximam. ¶Ciui-
D tas parua, & pauci in ea viri, venit cõ-
tra eá rex magnus, & vallauit eá, extru-
xitq; munitiones ꝑ gyrũ, & perfecta est
15 obsidio. ¶ Inuentusq; est in ea vir pau-
per & sapiens, & liberauit vrbé ꝑ sapié-
tiam suá, & null9 deinceps recordatus
16 est hominis illius pauperis. ¶Et dicebá
ego melioré esse sapientiá fortitudine:
quomodo ergo sapiétia pauperis conté
pta est, & verba eius non sunt audita?
17 ¶Verba sapientiũ audiuntur in silétio,
plusquá clamor principis inter stultos.
18 ¶‖Melior est sapiétia, q̃ arma bellica: & ‖Sup. 6. a. 1.
q in vno peccauerit, multa bona ꝑdet.

CAP. X.

1 MVscæ morientes perdunt suauita-
A tem vnguéti. Pretiosior est sapien
tia & gloria, parua ad tempus stultitia.
2 ¶Cor sapientis in dextera ei9, & cor stul
3 ti in sinistra illius. ¶ Sed & í via stultus
ambulans, cũ ipse insipiens sit oés stul-
4 tos æstimat. ¶Si spiritus potestaté habé-
tis ascenderit sup te, locũ tuũ ne dimi-
seris: quia curatio faciet cessare peccata
5 maxima. ¶Est malũ quod vidi sub sole,
quasi ꝑ erroré egrediés à facie princi-
6 pis: ¶positũ stultũ in dignitate sublimi
B & diuites sedere deorsum: ¶Vidi seruos
7 in equis: & principes ambuláter sup ter
8 rá quasi seruos. ¶‖Qui fodit foueá, inci- ‖Pro. 26. d. 27. Eccl. 10. b 8. Eccl. 27. d. 29.
det in eá: & qui dissipat sepem morde-
9 bit eũ coluber. ¶Qui transfert lapides,
affligetur in eis: & qui scindit ligna, vul-
10 nerabitur ab eis. ¶Si retusum fuerit ferrũ,
& hoc nõ vt prius, sed hebetatũ fuerit,
multo labore exacuetur, & post industriá
11 sequetur sapientia. ¶Si mordeat serpens
in silétio, nihil eo minus habet qui oc-
12 cultè detrahit. ¶ Verba oris sapientis,

gratia: & labia insipientis præcipitabũt
13eũ. ¶Initium verborũ eius stultitia, &
C nouissimũ oris illius error pessimus.
14¶Stultus verba multiplicat: Ignorat ho
mo q̃d ante se fuerit: & quid post se fu-
15turũ sit, quis ei poterit indicare? ¶Labor
stultorũ affliget eos, q nesciunt in vrbẽ
16pgere. ¶Væ tibi terra, cuius rex puer est,
17& cuius principes manè comedũt. ¶Bea
ta terra, cuius rex nobilis est, & cuius
principes vescunť in tpe suo ad reficiẽ-
18dum, & nõ ad luxuriã. ¶In pigritijs hu-
D miliabiť contignatio, & in infirmitate
19manuũ perstillabit domus. ¶ In risum
faciunt panẽ, & vinũ vt epulentur bi-
20bentes: & pecuniæ obediunt oĩa. ¶In co
gitatione tua regi ne detrahas, & in se-
creto cubiculi tui ne maledixeris diui-
ti: q̃a & aues cæli portabũt vocẽ tuã, &
q habet pẽnas annuntiabit sententiã.

CAP. XI.

1 MItte panem tuũ super transeuntes
A aquas: quia post tẽpora multa in-
2 uenies illũ. ¶ Da partẽ septẽ, necnon &
octo: q̃a ignoras q̃d futurũ sit mali su-
3 per terrã. ¶Si repletæ fuerint nubes, im-
brem sup terrã effundẽt. Si ceciderit li-
gnũ ad Austrũ, aut ad Aquilonẽ I quo-
4 cunq; loco ceciderit, ibi erit. ¶ Qui ob-
seruat ventũ, nõ seminat, & q cõsiderat
5 nubes, nunquã metet. ¶ Q̃uo ignoras q̃
B sit via spiritus, & qua ratione compin-
ganť ossa in ventre prægnãtis: sic nescis
6 opera Dei q fabricator est omniũ. ¶Ma
nè semina semen tuũ, & vespere ne ces-
set manus tua: quia nescis quid magis
oriať, hoc aut illud: & si vtrũq; simul,
7 melius erit. ¶Dulce lumen, & delecta-
8 bile est oculis videre solẽ. ¶Si ãnis mul
tis vixerit homo, & in his oĩbus lætatus
C fuerit, meminisse debet tenebrosi tẽpo-
ris, & dierum multorũ: q cũ venerint,
9 vanitatis arguentur præterita. ¶Lætare
ergo iuuenis in adolescentia tua, & in
bono sit cor tuũ in diebus iuuentutis
tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in
D intuitu oculorum tuorum: & scito q̃
pro omnib⁹ his adducet te Deus in iu-
10dicium. ¶Aufer iram à corde tuo, & amo-
ue malitiam à carne tua. Adolescentia
enim & voluptas vana sunt.

CAP. XII.

1 MEmento creatoris tui in dieb⁹ iu-
A uentutis tuæ, anteq̃ veniat tẽpus
afflictionis, & appropinquent anni, de
2 quibus dicas, non mihi placent, ¶an-
tequã tenebrescãt sol, & lumen, & lu-
na, & stellæ, & reuertanť nubes post plu
3 uiam: ¶quando cõmouebunť custodes
domus, & nutabunt viri fortissimi, &
otiosæ erunt molẽtes in minuto nume
B ro, & tenebrescent vidẽtes p foramina,
4 ¶Et claudẽt ostia in platea, in humilita
te vocis molẽtis, & consurgent ad vocẽ
volucris, & obsurdescent oẽs filiæ car-
5 minis. ¶Excelsa quoq; timebunt, & for
midabunt in via, florebit amygdalus,
impinguabiť locusta, & dissipabiť cap-
paris: q̃m ibit homo in domũ æternita
tis suæ, & circuibũt in platea plangẽtes.
6 ¶Antequã rumpať funiculus argẽteus,
& recurrat vitta aurea, & conterať hy-
dria super fontẽ, & confringať rota sup
7 cisternã, ¶& reuertať puluis in terrã suã
vnde erat, & spiritus redeat ad Deũ qui
8 dedit illũ. ¶Vanitas vanitatũ, dixit Ec-
9 clesiastes, & 'oĩa vanitas. ¶Cũmq; esset -1.
C sapientissimus Ecclesiastes, docuit po-
pulũ, & enarrauit q̃ fecerat: & inuesti-
gans composuit parabolas multas.
10¶Quæsiuit verba vtilia, & cõscripsit ser-
mones rectissimos, ac veritate plenos.
11¶Verba sapientiũ sicut stimuli, & quasi
claui in altũ defixi, quæ per magistrorũ
'consilium' data sunt à pastore vno. 'consiliũ 2.
12¶His amplius fili mi ne requiras. Fa-
D ciendi plures libros nullus est finis: fre
quensq; meditatio, carnis afflictio est.
13¶Finẽ loquendi pariter oẽs audiamus.
Deũ time, & mãdata eius obserua: hoc
14est enim oĩs homo. ¶ Et cũcta quæ fiũt,
adducet Deus in iudiciũ pro omni 'er- 'ab scondito 2.
rato', siue bonum, siue malum sit.

CANTICVM CANTICORVM
1 SALOMONIS,

quod Hebraicè dicitur Sirhasirim.

CAPVT PRIMVM.

2 ¶ OSCVLETVR me
A 'osculo' oris sui: 'osculis 1.
quia meliora sunt
vbera tua vino,
3 ¶ fragrantia vnguẽ-
tis optimis. Oleum
effusum nomen tu-
um: ideo adole-
4 scentulæ dilexerunt te. ¶ Trahe me:
post te curremus - in odorem vnguen- -1.

torum

corum tuorum. Introduxit me rex in
cellaria sua: exultabimus & lętabimur
in te, memores uberum tuorum su-
5 per vinum: recti diligunt te. Nigra
B sum sed formosa filiæ Ierl'm, sicut ta-
bernacula Cedar, sicut pelles Salomo-
6 nis. Nolite me cõsiderare, q̃ fusca sim,
qa decolorauit me sol: filij mris meę
pugnauerũt cõtra me, posuerũt me cu-
stodé vineis: vineá meá non custodiui.
7 Indica mihi quem diligit aĩa mea, vbi
pascas, vbi cubes ĩ meridie, ne vagari in-
8 cipiá post greges sodaliũ tuorum: Si
C ignoras te ô pulcherrima inter mulie-
res, egredere, & abi post vestigia gregũ*, (*sodaliũ.)
& pasce hœdos tuos iuxta tabernacula
9 pastorũ. Equitatui meo in curribꝰ Pha-
10 raonis assimilaui te amica mea. Pul-
chrę sunt genę tuæ sicut turturis: collũ
11 tuũ sicut monilia. Murenulas aureas
12 faciemꝰ tibi, vermiculatas argéto. Dũ
D esset rex ĩ accubitu suo, nardus mea de
13 dit odoré suũ. Fasciculꝰ myrrhę dile-
ctus meꝰ mihi inter ubera mea cõmo-
14 rabit. Botrus cypri dilectꝰ meꝰ mihi, ĩ
15 vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es ami
ca mea, ecce tu pulchra es, oculi tui co
16 lũbarũ. Ecce tu pulcher es dilecte mi,
& decôrus. Lectulus noster floridus:
17 tigna domorum nostrarum cedrina,
laquearia nostra cypressina.

CAP. II.

1 EGo flos cãpi, & liliũ conualliũ. Si-
A cut liliũ inter spinas, sic amica mea
2 inter filias. Sicut malꝰ inter ligna syl-
3 uarũ, sic dilectus meus inter filios. Sub
vmbra illius qué desiderauerá, sedi: &
4 fructꝰ eiꝰ dulcis gutturi meo. Introdu
xit me* ĩ cellá vinariá, ordinauit in me (*, et.)
5 charitaté. Fulcite me floribus, stipate
6 me malis: quia amore lágueo. Lęua eiꝰ
B sub capite meo, & dextera illiꝰ amplexa
7 bit me. Adiuro vos filię Ierl'm per ca- (Infrà 8. a. 3. Infr. 3. b. 5. & c. 8. 8. a. 4.)
preas, ceruosq; cãporum, ne suscitetis,
neq; euigilare faciatis dilectá, quoad-
8 usque ipsa velit. Vox dilecti mei, ecce
iste venit saliés ĩ mõtibꝰ, trãsiliés colles:
9 Siilis est dilectꝰ meꝰ capreę, hinnuloq;
ceruorũ. en ipse stat post parieté nrm re
spiciés p fenestras, ꝓspiciés p cãcellos.
10 *En dilectꝰ meꝰ loquit mihi, Surge, ꝓ- (*En.)
C pera amica mea, colũba mea formosa (*1.)
11 mea, & veni. Iã eni hyems trãsijt, im-
12 ber abijt & recessit. Flores apparuerũt
in terra nra tépus putationis aduénit: (*7.)
13 vox turturis audita est ĩ terra nra. ficus
ꝓtulit grossos suos, vineę floréces dede-
rũt odoré*. Surge.* amica mea, speciosa (*suum. *propera)
14 mea, & veni. Colũba mea ĩ foramini-
D bus petræ, in cauerna maceriç, ostende
mihi faciẽ tuá, sonet vox tua ĩ auribus
meis: vox enim tua dulcis, & facies tua
15 decôra. Capite nobis vulpes paruulas q̃
demoliunt vineas. ná vinea nra floruit.
16 Dilectꝰ meꝰ mihi, & ego illi, q pascit
17 inter lilia, donec aspiret Dies, & incli-
nent vmbrę. Reuertere: siilis esto dilecte
mi capreę, hinnuloq; ceruorũ sup mõ-
tes Bethel.

CAP. III.

1 IN lectulo meo p noctes q̃siui qué di-
A ligit aĩa mea: q̃siui illũ, & nõ inueni.
2 Surgá, & circuibo ciuitaté: per vicos &
plateas quęrá qué diligit aĩa mea, q̃si- (Infrà 5. b. 6.)
3 ui illũ, & nõ inueni. Inuenerũt me vi-
giles, q custodiũt ciuitaté, Nũ qué dili-
4 git aĩa mea vidistis? Paululũ cũ ptran-
B sissem eos, inueni qué diligit aĩa mea:
tenui eũ: nec dimittá, donec introducá
illũ in domũ matris meæ, & in cubicu
5 lũ genitricis meę. Adiuro vos filię Ie- (Supr. 2. b. 7. Infrà 8. a. 4.)
rusalé p capreas, ceruosq; camporũ, ne
suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectá
6 donec ipsa velit. Quæ est ista q̃ ascédit
C p desertũ, sicut virgula fumi ex aroma-
tibus myrrhæ & turis, & vniuersi pul-
7 ueris pigmentarij? En lectulũ Salomo
nis sexaginta fortes ambiũt ex fortissi-
8 mis Isrl. oẽs tenétes gladios, & ad bel
la doctissimi: vniuscuiusq; ensis sup fe
9 mur suũ pp timores nocturnos. Fercu
lũ fecit sibi rex Salomõ de lignis Liba-
10 ni. Colũnas eiꝰ fecit argéteas, reclina-
toriũ aureũ, ascensum purpureũ: me-
dia, charitate cõstrauit pp filias Ierl'm.
11 Egredimini & videte filiæ Sion regem
Salomonem in diademate, quo coro-
nauit illum mater sua in die despõsa-
tionis illiꝰ, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII.

1 QVàm pulchra es amica mea, q̃ pul
A chra es? Oculi tui columbarum
absq; eo qđ intrinsecus latet.
Capilli tui sicut greges caprarũ quæ a- (Infrà 6. a. 4.)
2 scenderunt de mõte Galaad. Dẽtes tui
sicut greges tonsarũ, quę ascenderũt de
lauacro, omnes gemellis fętibꝰ, & steri
3 lis nõ est inter eas. Sicut vitta coccinea la
bia tua, & eloquiũ tuũ, dulce. Sicut fra-
gmé mali punici, ita & genæ tuę, absq;
4 eo quod intrinsecus latet. Sicut turris

B Dauid collũ tuum, quę ędificata est cũ
propugnaculis. mille clypei pẽdent ex
5 ea oĩs armatura fortium. ❡ Duo hubera
tua sicut duo hinnuli capreę gemelli, q
6 pascunt in lilijs, ❡ donec aspiret dies, &
inclinent vmbræ. Vadã ad montẽ myr
7 rhę, & ad collẽ thuris. ❡ Tota pulchra es
8 amica mea, & macula nõ est in te. ❡ Ve
C ni de Libano sponsa mea, veni de Liba
no, veni: coronaberis de capite Amana,
de vertice Sanir & Hermon, de cubilib⁹
9 leonũ, de montib⁹ pardorũ. ❡ Vulnera-
sti cor meũ soror mea sponsa, vulnera-
sti cor meũ in vno oculorũ tuorũ, & in
10 vno crine colli tui. ❡ Quã pulchræ sunt
mãmę tuæ soror mea spõsa? pulchriora
sunt hubera tua vino, & odor vnguen-
11 torum tuorũ super oĩa aromata. ❡ Fa-
D uus distillans labia tua sponsa, mel &
lac sub lingua tua: & odor vestimen-
12 torum tuorum sicut odor thuris. ❡ Hor-
tus cõclusus soror mea spõsa, hortus cõ
13 clusus, fons signat⁹. ❡ Emissiones tuę pa-
radisus malorũ punicorũ cũ pomorum
14 fructib⁹. Cypri cũ nardo, ❡ nard⁹ & cro-
cus, fistula & cinnamomũ cũ vniuersis
lignis Libani, myrrha & aloe cũ oĩbus
15 primis vnguẽtis. ❡ Fons hortorũ: puteus
aquarũ viuentiũ, q̃ fluũt impetu de Li-
16 bano. ❡ Surge Aqlo, & veni Auster, pfla
hortum meũ, & fluent aromata illius.

CAP. V.

1 Veniat dilectus meus in hortũ suũ
A & comedat fructũ pomorum suo-
rum. Veni in hortum meũ soror mea
sponsa, messui myrrham meã cum aro
matibus meis: comedi fauum cũ melle
meo, bibi vinũ meum cum lacte meo:
comedite amici, & bibite, & inebriami
2 ni charissimi. ❡ Ego dormio, & cor meũ
vigilat: vox dilecti mei pulsantis, Aperi
mihi soror mea, amica mea, columba
mea, immaculata mea: qa caput meũ
plenũ est rore, & cincinni mei guttis no
3 ctium. ❡ Expoliaui me tunica mea, qũo
induar illa? laui pedes meos, quomodò
4 inquinabo illos? ❡ Dilectus meus misit
manũ suã per foramen, & venter meus
5 intremuit ad tactum eius. ❡ Surrexi, vt
B aperirẽ dilecto meo: manus meę stilla-
uerunt myrrhã, & digiti mei pleni myr
6 rha pbatissima. ❡ Pessulũ ostij mei ape-
*dilectus rui dilecto meo: at ille decliuauerat,
‖Supra 3 atq; transierat. Anima mea liquefacta
a. 1. est, vt *locutus est: ‖ q̃siui, & nõ inueni
7 illũ: vocaui, & nõ rñdit mihi. ❡ Inuene
runt me custodes q circũeunt ciuitatẽ:
pcusserunt me, & vulnerauerũt me: tu-
lerunt palliũ meũ mihi custodes mu-
8 rorũ. ❡ ‖ Adiuro vos filię Ierlm, si inue- ‖Supra 2.
C neritis dilectũ meũ, vt nuntietis ei qa b. 7. 3 b.
9 amore langueo. ❡ Qualis est dilect⁹ tuus 5. 8. a. 4.
ex dilecto, ô pulcherrima mulierũ? qua
lis est dilectus tuus ex dilecto, q a sic ad
10 iurasti nos? ❡ Dilect⁹ meus candidus &
11 rubicundus, electus ex millib⁹. ❡ Caput
eius aurũ optimũ. Comæ eius sicut ela-
12 tę palmarũ, nigræ quasi coruus. ❡ Oculi
eius sicut colũbę sup riuulos aquarũ, q̃
lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluẽta
13 plenissima. ❡ Genæ illi⁹ sicut areolę aro-
D matũ consitę à pigmentariis. Labia ei⁹
14 lilia distillãtia myrrhã primã. ❡ Manus
illi⁹ tornatiles aureę, plenę hyacinthis.
Vẽter eius eburneus, distinctus sapphi-
15 ris. ❡ Crura illius columnæ marmoreæ,
q̃ fundatę sunt super bases aureas. Spe-
16 cies eius vt Libani, electus vt cedri. ❡ Gut
tur illius suauissimũ, & totus deside ra-
bilis. talis est dilectus meus, & ipse est
17 amicus me⁹, filiæ Ierlm. ❡ Quò abijt di-
lect⁹ tu⁹ ô pulcherrima mulierũ? quò de
clinauit dilect⁹ tu⁹, & qremus eũ tecũ?

CAP. VI.

1 Dilectus meus descendit in hortum
A suũ ad areolam aromatũ, vt pasca
2 tur in hortis, & lilia colligat. ❡ Ego di-
lecto meo, & dilectus meus mihi, q pa-
3 scit inter lilia. ❡ Pulchra es amica mea,
suauis & decôra sicut Ierlm: terribilis
4 vt castrorũ acies ordinata. ❡ Auerte ocu
los tuos à me, qa ipsi me auolare fece-
runt. ‖ Capilli tui sicut grex caprarũ q̃ ‖Supra 4.
5 apparuerũt de Galaad. ❡ Dẽtes tui sicut a. 1.
B grex ouiũ q̃ ascenderũt de lauacro, oẽs
gemellis fœtib⁹, & sterilis nõ est in eis.
6 ❡ Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ
7 absq; occultis tuis. ❡ Sexaginta sunt re-
ginę, & octoginta cõcubinę, & adolescẽ
8 tularũ nõ est numerus. ❡ Vna est colũba
mea, pfecta mea: vna est mřĩ suę, electa
genitrici suę. Viderũt eã filiæ, & beatis-
simã prędicauerũt: reginæ & cõcubinę,
9 & laudauerunt eam. ❡ Quæ est ista quę
C progredit quasi aurora cõsurgens, pul-
chra vt luna, electa vt sol, terribilis vt
10 castrorum acies ordinata? ❡ Descẽdi in
hortũ *nucũ vt viderẽ poma *cõualliũ, *meũ 10
& inspicerẽ si floruisset vinea, & germi- *conuallis, vt 8.
11 nassẽt mala punica. ❡ Nesciui: aĩa mea

contur-

cõturbauit me pp quadrigas Ami-na-
12 dab. Reuertere reuertere *Sunamitis: *Sulamitis 2.
reuertere reuertere, vt intueamur te.

C A P. VII.


1 A Quid videbis in *Sunamite, nisi *Sulamite 2.
choros castrorũ? Quàm pulchri
sunt gressus tui ĩ calceamẽtis: filia prin
cipis? Iuncturæ fęminũ tuorum, sicut
monilia q̃ fabricata sunt manu artifi-
2 cis. Vmbilicus tu⁹ crater tornatilis, nũ
quã indigẽs poculis. Vẽter tuus sicut a-
3 ceruus tritici, vallatus liliis. Duo hu-
bera tua sicut duo hinnuli gemelli ca-
4 preæ. Collũ tuũ sicut turris eburnea.
B Oculi tui sicut piscinę in Hesebon, quæ
sunt in porta filiæ multitudinis. Na-
sus tu⁹ sicut turris Libani, q̃ respicit con
5 tra Damascũ. Caput tuũ vt Carmelus:
& comæ capitis tui, sicut purpura regis
6 *vincta canalibus. Quã pulchra es, & *iuncta
7 quã decôra charissima, in deliciis: Sta-
tura tua assimilata est palmę, & hube-
8 ra tua botris. Dixi, Ascendã in palmã,
& apprehendã fructus eius: & erunt hu
C bera tua sicut botri vineæ: & odor oris
9 tui sicut *malorũ. Guttur tuũ sicut vi- *odor.
nũ optimũ, dignũ dilecto meo ad potã-
dum, labiisq; & dẽtib⁹ illius ad rumi-
10 nandum. Ego dilecto meo, & ad me
11 conuersio eius. Veni dilecte mi, egre-
diamur in agrũ, cõmoremur in villis.
12 Manè surgamus ad vineas, videamus
D si floruit vinea, si flores fruct⁹ parturiũt,
si floruerũt mala punica: ibi dabo tibi
13 hubera mea. Mãdragorę dederũt odo-
rem. In portis nostris omnia poma: no-
ua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

C A P. VIII.

1 A Quis mihi det te fratrem meum, su-
gentem hubera matris meę, vt
inueniam te foris, & deosculer te. *& iã *etiam 2.
2 me nemo despiciat? Apprehendã te, &
ducã in domũ matris meæ*. Ibi me do *& in cubiculum genitricis meæ.
cebis, & dabo tibi poculũ ex vino cõdi-
to, & mustum malorũ granatorũ meo-
3 rũ. ‖Læua eius sub capite meo, & dex- ‖Supra 2. b. 6.
4 tera illi⁹ amplexabit me: ‖Adiuro vos ‖Sup. 2. b. 7. 3. b. 5. & 5. c. 8.
filiæ Ierusalẽ, ne suscitetis, neq; euigi-
lare faciatis dilectam, donec ipsa velit.
5 Quæ est ista q̃ ascendit de deserto, de-
B liciis affluens, innixa super dilectũ suũ?
Sub arbore malo suscitaui te: ibi corru-
pta est mater tua, ibi violata est geni-
6 trix tua. Pone me vt signaculum sup
cor tuum, vt signaculum super brachiũ
tuum: quia fortis est vt mors dilectio:
dura sicut infernus ęmulatio, lampades
eius lampades ignis atq; flammarum.
7 Aquæ multę non *poterunt extingue- *potuerunt.
re charitatem, nec flumina obruent il-
C lam: si dederit homo omnem substan-
tiam domus suæ pro dilectione, quasi
8 nihil *despiciet eam. Soror nostra par- *despiciẽt 6.
ua & hubera non habet. quid faciemus
sorori nostrę in die quando alloquen-
9 da est? Si murus est, ædificemus super
eum propugnacula argentea: si ostium
est, compingamus illud tabulis cedri-
10 nis. Ego murus: & hubera mea sicut
turris, ex quo facta sum corã eo quasi
11 pacem reperiens. Vinea fuit Pacifico,
D in ea quæ habet populos: tradidit eam
sur fundauit eā, in captiuitatē traduxe-
runt robustos eius, suffoderunt domos
14 eius, posuerūt eā in ruinā. ꝰVlulate na-
ues maris, q̃a deuastata est fortitudo ve
15 stra. ꝰEt erit ĩ die illa: in obliuione eris,
ô Tyre septuaginta annis, sicut dies re-
gis vniꝰ, post septuagīta aūt annos erit
16 Tyro quasi cāticū meretricis. ꝰSume ci-
tharā, *circui ciuitatē meretrix obliuio
ni tradita: bn̄ cane, frequēta canticū, vt
17 memoria tui sit. ꝰEt erit post septuagīta
annos, visitabit Dn̄s Tyrū, & reducet eā
ad merces suas: & rursum fornicabit̃ cū

* 8. 7.

18 vniuersis regnis terrę sup faciē terrę. ꝰEt
erūt *negotiationes* eiꝰ, & *mercedes* eiꝰ
sanctificatę dn̄o, nō cōdētur, neq; repo
nent̃: quia his q̃ habitauerint corā Dn̄o
erit negotiatio eius, vt manducēt in sa-
turitatem, & vestiant̃ vsq; ad vetustatē.

CAP. XXIIII.

1 ECce, Dn̄s dissipabit terram, & nu-
A dabit eam, & affliget faciē eius, &
2 disperget habitatores eius. ꝰ‖Et erit sicut
populus, sic sacerdos, & sicut seruus, sic
Dn̄s eius: sicut ancilla, sic dn̄a eius: si-
cut emēs, sic ille q̃ vendit, sicut fœnera-
tor, sic is qui mutuum accipit: sicut qui
3 repetit, sic q̃ debet. ꝰ Dissipatione dissi-
pabitur terra, & direptione prædabit̃.
4 Dn̄s enim locutus est verbū hoc. ꝰ Lu-
xit, & defluxit terra, & infirmata est: de
fluxit orbis, infirmata est altitudo pp̃li
5 terræ. ꝰEt terra infecta est ab habitatori
bus suis: q̃a trāsgressi sunt leges, muta-
uerūt ius, dissipauerūt fœdus sempiter
6 nū. ꝰPropter hoc maledictio vorabit ter
B rā, & peccabūt habitatores eius. ideoq;
insaniēt cultores eius, & relinquent̃ ho-
7 mines pauci. ꝰLuxit vindemia, infirma-
ta est vitis, ingemuerunt oēs qui lętabā
8 tur corde: ꝰ Cessauit gaudiū tympano-
rum, quieuit sonitus lætantiū, cōticuit
9 dulcedo citharę. ꝰ Cū cantico nō bibēt
vinū: amara erit potio bibētibus illam.
10 ꝰ Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est
11 oīs domus nullo introeunte. ꝰ Clamor
erit super vino in plateis: deser a est oīs
lætitia, translatum est gaudium terræ.
12 ꝰRelicta est in vrbe solitudo, & calami
13 tas opprimet portas. ꝰQuia hęc erunt in
C medio terræ, in medio pp̃lorum, q̄uo si
paucę oliuę quę remanserunt, excutian
tur ex olea, & racemi cum fuerit finita
14 vindemia. ꝰHi leuabunt vocem suam,
atq; laudabūt: cū glorificatus fuerit Do
15 minus, hinnient de mari. ꝰPropter hoc
in doctrinis glorificate Dn̄m: in insulis
16 maris nomen Domini Dei Israël. ꝰA fi
nibus terræ laudes audiuimus, gloriam
iusti. Et dixi: Secretum meū mihi: secre
tum meum mihi, væ mihi: pręuarican
tes præuaricati sunt, & præuaricatione
17 transgressorum pręuaricati sunt. ꝰ For-
mido & fouea, & laqueꝰ sup te q̃ habi-
18 tator es terrę. ꝰEt erit, qui fugerit à voce
formidinis, cadet in foueam: & q̃ se ex-
plicauerit de fouea, tenebit̃ laqueo: q̃a
cataractę de excelsis apertę sunt, & cōcu

* negotia tio 7. * merces 1.

‖Osee. 4. b. 9.

‖Iere. 48. g. 44.

tientur

19 tientur fundamenta terræ. ¶Cōfractio
D ne confringetur terra, cōtritione cōtere
tur terra, cōmotione cōmouebitur ter-
20 ra: ¶agitatione agitabitur terra sicut e-
brius, & auferetur q̄si tabernaculū vnius
noctis: & grauabit eā iniquitas sua, &
21 corruet, & non adijciet vt resurgat. ¶Et
erit: in die illa visitabit Dn̄s sup mali-
tiā cœli in excelso: & super reges terræ q
22 sunt sup terrā. ¶Et congregabuntur in cō
gregatione vnius fascis in lacū, & clau-
dentur ibi in carcere: & post multos dies
23 visitabuntur. ¶Et erubescet luna, & cōfun
detur sol, cū regnauerit Dn̄s exercituū in
monte Sion, & in Ierusalē, & in conspe-
ctu senum suorū fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

1 DOmine Deus meus es tu, exaltabo
A te & cōfitebor nomini tuo: qm̄ fe-
cisti mirabilia, cogitationes antiquas fi
2 deles amen. ¶Quia posuisti ciuitatē ī tu
mulū, vrbē fortem in ruinā, domū alie
norū: vt nō sit ciuitas, & in sempiternū
3 nō ædificetur. ¶Super hoc laudabit te po
pulus fortis, ciuitas gentiū robustarū ti
4 mebit te. ¶Quia factus es fortitudo pau-
peri, fortitudo egeno ī tribulatiōe sua,
spes à turbine, vmbraculū ab æstu, spūs
enī robustorū quasi turbo impellēs pa
5 rietē. ¶Sicut æstus ī siti, tumultum alie
B norum humiliabis, & quasi calore sub
nube torrente propaginē fortium mar-
6 cescere facies. ¶Et faciet Dn̄s exercituū
omnibus populis in monte hoc, conui
uium pinguium, conuiuiū vindemiæ,
pinguium medullatorū, vindemiæ de
7 fæcatæ. ¶Et præcipitabit in monte isto
faciem vinculi colligati super oēs po-
pulos, & telam quā orditus est sup oēs
8 nationes. ¶Præcipitabit mortē in sempi
C ternum: ‖ & auferet Dn̄s Deus lachry- ‖Apo. 7. d 17. 21. b. 4.
miā ab oī facie, & opprobriū populi sui
auferet de vniuersa terra: quia Dn̄s locu
9 tus est. ¶Et dicet in die illa: Ecce Deus nr
iste, expectauimus eū, & saluabit nos:
iste Dn̄s, sustinuimus eū, exultabimus,
10 & lætabimur in salutari eius. ¶Quia re-
quiescet manus Dn̄i in mōte isto: & tri
D turabitur Moab sub eo, sicuti teruntur pa
11 leæ in plaustro. ¶Et extendet manus suas
sub eo, sicut extēdit natās ad natādū: &
humiliabit gl̄iam eius cū allisione ma
12 nuū eius. ¶Et munimēta sublimiū mu-
rorū tuorū cōcidēt, & humiliabuntur, &
detrahentur in terrā vsq; ad puluerē.

CAP. XXVI.

1 IN die illa cantabitur canticum istud
A in terra Iuda.
Vrbs fortitudinis nostræ Sion ˈsalua -t.
tor, ponetur ī ea murus & antemurale.
2 ¶Aperite portas, & ingrediatur gens
iusta custodiens veritatem.
3 ¶Vetus error abijt, seruabis pacem:
pacem, quia in te sperauimus.
4 ¶Sperastis in Dn̄o in seculis æternis,
in Domino Deo forti in perpetuum.
5 ¶Quia incuruabit habitantes in ex-
celso, ciuitatem sublimē humiliabit:
humiliabit eā vsque ad terrā, detrahet
eam vsque ad puluerem.
6 ¶Conculcabit eam pes, pedes paupe
B ris, gressus egenorum.
7 ¶Semita iusti recta est, rectus callis
iusti ad ambulandum.
8 ¶Et in semita iudiciorum tuorū Do-
mine sustinuimus te: nomē tuū & me-
moriale tuum in desiderio animæ.
9 ¶Anima mea desiderauit te ī nocte:
sed & spū meo ī p̄cordijs meis de mane
vigilabo ad te: cū feceris iudicia tua in
terra, iustitiā discent habitatores orbis.
10 ¶Misereamur impio, & non discet iu
stitiā facere: ī terra sanctorū iniqua ges
sit, & non videbit gloriam Domini.
11 ¶Domine exaltetur manus tua, ˈ & ˈ non *re.
nō videant: videant & confundātur ze
lātes ppl̄i, & ignis hostes tuos deuoret.
12 ¶Dn̄e dabis pacem nobis: oīa enim
C opera nostra operatus es nobis.
13 ¶Dn̄e Deus nr̄, possederūt nos Dn̄i abs
que te, tm̄ in te recordemur noīs tui.
14 ¶Morientes non viuant: gigantes nō
resurgāt, ppterea visitasti & contriuisti
eos, & pdidisti oēm memoriā eorum.
15 ¶Indulsisti genti Domine, indulsisti
genti: nunquid glorificatus es? elonga-
sti omnes terminos terræ.
16 ¶Dn̄e in angustia requisierūt te, in
tribulatiōe murmuris doctrina tua eis.
17 ¶Sicut quæ cōcipit, cū appropinqua-
uerit ad partū, dolens clamat in dolori
bus suis: sic facti sumus à facie tua Dn̄e.
18 ¶Concepimus, & quasi parturiuimus
D & peperimus ˈspiritum: salutes ˈ non fe- *spiritū salutis.
cimus in terra. ideo non ceciderūt ha-
bitatores terræ.
19 ¶Viuent mortui tui, interfecti mei re
surgēt: expergiscimini, & laudate q ha
bitatis ī puluere: qa ros lucis ros tuus,
& terrā gigantum detrahes in ruinam.

20 ¶Vade populus meus, intra in cubi-
cula tua, claude ostia tua super te, ab-
scondere modicũ ad momentum, do-
nec pertranseat indignatio.
‖Mich.1. a.3.
21 ¶‖Ecce enim Dominus egredietur de
loco suo, vt visitet iniquitatem habita-
toris terræ contra eum: & reuelabit ter
ra sanguinem suum, & non operiet vl-
trà interfectos suos.

CAP. XXVII.

1 IN die illa visitabit Dñs in gladio suo
A duro, & grandi, & forti, super Leuia-
than serpentẽ vectẽ, & super Leuiathan
serpẽtẽ tortuosum, & occidet cetũ q in
2 mari est. ¶In die illa vinea meri cãtabit
3 ei. ¶Ego Dñs qui seruo eã, repentè ꝓpi-
nabo ei: ne fortè visitetur cõtra eã, no-
4 cte & die seruo eã. ¶Indignatio non est
mihi: quis dabit me spinã & veprẽ ĩ præ
lio: gradiar super eã, succendã eã pari-
5 ter? ¶An potius tenebit fortitudinem
meã, faciet pacẽ mihi, pacẽ faciet mihi?
6 ¶Qui *ingrediuntur impetu ad Iacob,
florebit & germinabit Israël, & imple-
7 bũt faciem orbis semine. ¶Nũqd iuxta
plagã percutiẽtis se pcussit eũ? aut sicut
B occîdit interfectos eius, sic occisus est?
8 ¶In mensura cõtra mensurã cũ abiecta
fuerit, *iudicabis eã: meditata est ĩ spiri
9 tu suo duro p diem æstus. ¶Idcirco su-
per hoc dimittetur iniqtas domui Ia-
cob: & iste oĩs fructus vt auferat̃ pecca-
C tũ eius, cũ posuerit oẽs lapides altaris si
cut lapides cineris allisos, nõ stabũt lu
10 ci & delubra. ¶Ciuitas enĩ munita de-
solata erit, speciosa relinquet̃, & dimit-
tet̃ quasi desertum: ibi pascet̃ vitulus,
& ibi accubabit, & cõsumet summita-
11 tes eius. ¶In siccitate messes illius cõte-
rẽtur, mulieres veniẽtes & docẽtes *eas:
D nõ est enĩ populus sapiens, ꝓpterea nõ
miserebitur eius qui fecit eũ, & qui for
12 mauit eũ non parcet ei. ¶Et erit: ĩ die il
la pcutiet Dñs ab alueo fluminis vsque
ad Torrẽtẽ Ægypti, & vos cõgregabimi-
13 ni vnꝰ & vnꝰ filij Israël. ¶Et erit: in die il
la clãget̃ in tuba magna, & venient q
pditi fuerãt de terra Assyriorũ, & q eie-
cti erant de terra Ægypti, & adorabunt
Dñm in monte sancto in Ierusalem.

*ingreditur impetu a. 10.
*iudicabit eos
*eam.

CAP. XXVIII.

1 VÆ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim
A & flori decidenti, gloriæ exultatio-
nis eius, q erãt in vertice vallis pinguis-
2 simæ errãtes à vino. ¶Ecce validus &
fortis Dñs, sicut impetꝰ grãdinis: turbo
cõfringẽs, sicut impetꝰ aquarũ multarũ
inũdãtiũ, & emissarũ sup terrã spatio-
3 sam. ¶Pedibꝰ cõculcabit̃ corona super-
4 biæ ebriorũ Ephraim. ¶Et erit flos deci-
dẽs gl'iæ exultationis eius, q est sup ver-
ticẽ vallis pinguiũ, quasi tẽporaneũ an-
B te maturitatẽ Autumni: quod cũ aspexerit
vidẽs, statim vt manu tenuerit, deuora
5 bit illud. ¶In die illa erit Dñs exerci-
tuũ corona gl'iæ, & sertũ exultationis re
6 siduo ppl'i sui: ¶& spũs iudicij sedentis
sup iudiciũ, & fortitudo reuertentibus
7 de bello ad portã. ¶Verũ hi quoq; præ
vino nesciẽrũt, & præ ebrietate errauc-
rũt. sacerdos & ꝓpheta nescierunt præ
ebrietate, absorpti sunt à vino, errauc-
rũt ĩ ebrietate, nescierũt vidẽtẽ, ignora-
8 uerũt iudiciũ: ¶Oẽs enim mensæ reple-
C tæ sunt vomitu *sordiumq;, ita vt non
9 esset vltra locus. ¶Quẽ docebit sciẽtiã?
& quẽ intelligere faciet auditum? abla
ctatos à lacte, auulsos ab huberibus.
10 ¶Quia mãda remãda, mãda remãda, ex
pecta reexpecta, expectà reexpecta, mo-
11 dicũ ibi, modicũ ibi. ¶‖In loquela enĩ
labij, & lingua altera loquet̃ ad pplm
12 istũ. ¶Cui dixit: Hæc est requies mea, refi
cite lassum, & hoc est meũ refrigeriũ:
13 & noluerũt audire. ¶Et erit eis verbum
Dñi, Mãda remãda, mãda remãda, expe
cta reexpecta, expecta reexpecta, modi-
cũ ibi, modicũ ibi: vt vadãt, & cadãt re-
trorsum, & cõterant̃, & illaqueent̃, &
14 capiantur. ¶Propter hoc audite verbũ
D Dñi viri illusores, q dñamini super po-
15 pulũ meũ qui est in Ierl'em. ¶Dixistis
enĩ: Percussimus fœdus cũ morte, & cũ
inferno fecimus pactũ. Flagellũ inun-
dans cũ trãsierit nõ veniet sup nos: qa
posuimus mẽdaciũ spem nrãm, & mẽ-
16 dacio ꝓtecti sumꝰ. ¶Idcirco hæc dicit
Dñs Deꝰ: ‖Ecce, ego mittã in fundamẽ-
tis Sion lapidẽ, lapidẽ probatũ, angula-
E rẽ, ptiosum, in fundamẽto fundatũ ‖ q
17 crediderit, nõ festinet. ¶Et ponã in pon
dere iudiciũ, & iustitiã in mensura: &
subuertet grãdo spem mendacij: & p-
18 tectionem aquæ inundabunt. ¶Et dele
bitur fœdus vestrum cum morte, & pa
ctum vestrũ cũ inferno non stabit: fla-
gellũ inundans cũ trãsierit, eritis ei in
19 conculcationẽ. ¶Quandocũque ptran-
sierit tollet vos: qm mane diluculo p-
transibit in die & in nocte, & tantum-

*sordibusq;.
‖1.Co.14 d.21.
‖Psa.117 d.22. Mat. 21. d.42. Act.4. b.11. ‖1.Pet. 2 a.6. Rom.9 g.33.

modo sola vexatio intellectũ dabit au-
20 ditui. ¶Coangustatum est enĩ stratum,
ita vt alter decidat, & palliũ breue vtrũ
21 que operire nõ põt. ¶‖Sicut enĩ in Mon
te diuisionũ stabit Dñs. sicut ‖in valle
F quæ est in Gabaon irascetur: vt faciat
opus suũ, alienum opus eius: vt operet
opus suũ, peregrinũ est opus ei⁹ ab eo.
22 ¶Et nũc nolite illudere, ne fortè cõstrin
gantur vincula vestra. Cõsummationẽ
enim & abbreuiationẽ audiui à Dño
Deo exercituũ super vniuersam terrã.
23 ¶Aurib⁹ percipite & audite vocẽ meã,
attendite & audite eloquium meum.
24 ¶Nunquid tota die arabit arans vt se-
rat, proscindet & sarriet humũ suam?
25 ¶Nonne cũ adęquauerit faciẽ eius, se-
G ret gith, & cyminũ sparget, & ponet tri-
ticũ per ordinẽ, & hordeũ, & milium,
26 & viciam in finib⁹ suis? ¶Et erudiet illũ
27 in iudicio, De⁹ suus docebit illũ. ¶Non
enim ĩ serris triturabitur gith, nec rota
plaustri sup cyminũ circuibit, sed ĩ vir
ga excutietur gith, & cyminũ in bacu-
28 lo. ¶Panis aũt cõminuetur: verũ nõ in
perpetuũ triturans triturabit illũ, neq;
vexabit eum rota plaustri, nec vngulis
29 suis cõminuet eum. ¶Et hoc à Domino
Deo exercituũ exiuit, vt mirabile face-
ret consilium, & magnificaret iustitiã.

‖ 2. Re. 5. d. 20 ‖ 1. pa. 14 c. 11. Iosu. 10. c. 10.

CAP. XXIX.

1 VÆ Ariel, Ariel ciuitas quam expu-
A gnauit Dauid: addit⁹ est annus ad
2 annũ, solennitates euolutæ sunt. ¶Et
circũuallabo Ariel, & erit tristis & mę-
3 rens, & erit mihi quasi Ariel. ¶Et circũ-
dabo quasi sphærã in circuitu tuo, & ia
ciam cõtra te aggerẽ, & munimenta po
4 nã in obsidionẽ tuã. ¶Humiliaberis, de
terra loquẽris, & de humo audiet elo-
quiũ tuũ: & erit quasi Pythonis de ter-
ra vox tua, & de humo eloquium tuũ
5 mussitabit. ¶Et erit sicut puluis tenuis
multitudo ventilantiũ te: & sicut fauil
B la pertransiens multitudo eorũ qui cõ-
6 tra te pualuerũt: ¶eritq; repẽtè confe-
stim. A Dño exercituũ visitabitur in to
nitruo & cõmotione terrę, & voce ma-
gna turbinis & tẽpestatis, & flãma ignis
7 deuorãtis. ¶Et erit sicut somniũ visio-
nis nocturnæ multitudo oĩum gẽtium
quæ dimicauerũt contra Ariel, & oẽs q
militauerũt & obsederũt, & præualue-
8 runt aduersus eam. ¶Et sicut somniat
esuriens & comedit, cùm autẽ fuerit
expergefactus, vacua est aĩa eius: & si-
C cut somniat sitiens & bibit, & postquã
fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit,
& aĩa eius vacua est: sic erit multitudo
oĩum gentiũ, quæ dimicauerũt contra
9 montẽ Sion. ¶Obstupescite & admira-
mini: fluctuate, & vacillate: inebriami
ni, & nõ à vino: mouemini, & non ab
10 ebrietate. ¶Qm̃ miscuit vobis Dñs spiri
tum soporis: claudet oculos vestros: ꝓ-
phetas & principes vestros q̃ vident vi-
11 siones operiet. ¶Et erit vobis visio om-
D niũ sicut verba libri signati: quẽ cũ de-
derint scienti literas, dicent: Lege istum
& respondebit: non possum, signat⁹ est
12 enim. ¶Et dabitur liber nescienti lite-
ras, diceturq; ei: Lege, & respõdebit, ne-
13 scio literas. ¶Et dixit Dñs: Eò ꝙ appro-
pinquat ppl's iste ore suo, & labijs suis
glorificat me, cor autẽ eius longè est à
me, & timuerũt me mãdato hominum
14 & doctrinis: ¶Ideò, ecce ego addam vt
E admirationẽ faciam populo huic mirã
culo grãdi & stupẽdo: ‖peribit enim sa
pientia à sapientib⁹ eius, & intellectus
15 prudentium eius abscondet. ¶‖Væ qui
ꝓfundi estis corde, vt à Dño absconda
tis cõsiliũ, quorũ sunt in tenebris opa,
& dicunt: ‖Quis videt nos, & quis no-
16 uit nos? ¶Peruersa est hęc vestra cogita
tio: quasi si lutũ cõtra figulũ cogitet, &
dicat opus factori suo, Non fecisti me:
& figmentũ dicat fictori suo, Nõ intel-
17 ligis. ¶Nonne adhuc ĩ modico & ĩ bre-
F ui conuertetur Libanus in Charmel, &
18 Charmel in saltũ reputabitur? ¶Et au-
dient in die illa surdi verba libri, & de
tenebris & caligine oculi cęcorũ vide-
19 bũt. ¶Et addent mites in Dño lętitiã, &
pauperes hoĩes in sancto Israël exulta-
20 bunt. ¶Qm̃ defecit qui præualebat, cõ-
summat⁹ est illusor, & succisi sunt om
nes qui vigilabant super iniquitatem,
21 ¶qui peccare faciebant hoĩes in verbo,
& arguentẽ in porta supplantabant, et
22 declinauerũt frustrà à iusto. ¶Propter
hoc, hæc dicit Dñs, ad domum Iacob,
G qui redemit Abrahã, Non modò con-
fundetur Iacob, nec modò vultus eius
23 erubescet: ¶sed cũ viderit filios suos, ope
ra manuũ mearum in medio sui san-
ctificantes nomen meum, et sanctifica
bunt sanctũ Iacob, & Deũ Israël prædi
24 cabunt, ¶& scient errantes spiritu intel
lectum, & mussitatores discent legem.

‖ Mat. 15 a. 8. Marco 7. b. 6.

‖ 1. Cor. 1. d. 19. ‖ Abd. 1. a. 8. ‖ Ecc. 23. c. 15.

CAP. XXX.

1 VÆ filij desertores, dicit Dñs, vt face
A retis consilium, & nō ex me: & or-
diremini telam, & non p spiritū meū,
vt adderetis peccatū super peccatum.
2 qui ambulatis vt descendatis in Aegy
ptū, & os meū nō interrogastis, speran-
tes auxiliū in fortitudine Pharaonis, &
habentes fiduciam in vmbra Aegypti.
3 Et erit vobis fortitudo Pharaonis ī cō-
fusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in
4 ignominiā. *Erāt enī Tani principes
tui, & nūtij tui vsq; ad Hanes peruene-
5 rūt. Oēs cōfusi sunt super populo qui
eis pdesse nō potuit: non fuerūt in au-
xilium, & in aliquā vtilitaté sed in con
6 fusioné & in opprobriū. Onus iumen
torū Austri. In terra tribulationis & an
gustiæ, leæna & leo ex eis, vipera & re-
B gulus volās, portātes super humeros iu-
mentorū diuitias suas, & sup gibbum
camelorū thesauros suos ad populum
7 qui eis pdesse non poterit. Aegyptus
enim frustrà & vanè auxiliabitur: ideo
clamaui super hoc, Superbia tm̄ est, qe
8 sce. Nunc ergo ingressus scribe ei sup
buxū, & in libro diligēter exara illud,
& erit in die nouissimo in testimoniū
9 vsq; in ęternū. Populus enī ad iracun
diā prouocās est, & filij mendaces, filij
10 nolentes audire legē Dei. Qui dicunt
videntibus, Nolite videre: & aspicienti
bus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta
sunt: loquimini nobis placētia, videte
11 nobis errores. Auferte à me viā, decli-
nate à me semitā, cesset à facie nr̃a san-
12 ctus Israël. Propterea hęc dicit sanctus
Israël, Pro eo φ reprobastis verbū hoc,
& sperastis in calumnia & in tumultu,
13 & innixi estis sup eo: propterea erit vo
bis iniqtas hęc sicut interruptio cadés,
& requisita ī muro excelso, qm̄ subitò,
14 dum nō sperat, veniet cōtritio eius. Et
cōminuet, sicut cōteritur lagena figuli
cōtritione prævalida: & nō inuenietur
de fragmentis eius testa, in qua portet
igniculus de incēdio, aut hauriat parū
15 aquę de fouea. Quia hæc dicit Domi-
D nus Deus *Israël. Si reuertamini & quie
scatis salui eritis: in silentio & ī spe erit
16 fortitudo vestra. Et noluistis, & dixi-
stis: Nequaquā, sed ad equos fugiemus,
ideo fugietis. Et super veloces ascende-
mus: ideò velociores erunt, q psequen-
17 tur vos. Mille hoīes à facie terroris v-
nius: & à facie terroris quinque, fugie-
tis, donec relinquamini quasi malꝰ na-
uis ī vertice mōtis, & quasi signū super
18 collē. Propterea expectat Dñs vt mise-
reat vestri: & ideò exaltabit parcēs vo-
bis, quia Deus iudicij Dñs: beati oēsq Ps.2.c.13
19 expectāt eū. Populus enī Sion habita-
bit in Ierusalem: plorās nequaquā plo-
rabis, miserans miserebit tui: ad vocem
clamoris tui statim vt audieris respōde
20 bit tibi. Et dabit vobis Dñs panem ar
E ctum, & aquā breué: & nō faciet auola-
re à te vltrà doctoré tuū, & erunt oculi
21 tui videntes præceptoré tuum. Et au-
res tuę audient verbū post tergū moné
tis. Hæc est via, ambulate in ea: & non
declinetis neq; ad dexterā, neque ad si
22 nistrā. Et contaminabis laminas scul-
ptilium argenti tui, & vestimentū con-
flatilis auri tui, & disperges ea sicut im
munditiam menstruatæ: Egredere di-
23 ces ei. Et dabitur pluuia semini tuo,
vbicūque seminaueris in terra, & panis
frugū terræ erit huberrimus & pinguis
pascetur in possessione tua in die illo a-
24 gnus spatiosè: & tauri tui, & pulli asi-
norū q operant terrā, cōmistū migma
25 comedét sicut ī area vétilatum est. Et
erunt super oēm monté excelsum, & su
per oēm collem eleuatum riui curren-
F tium aquarū in die interfectionis mul-
26 torum cū ceciderint turres. Et erit lux
lunæ sicut lux solis, & lux solis erit se-
ptépliciter, sicut lux septé dierū in die
qua alligauerit Dñs vulnus populi sui,
27 & percussurā plagæ eius sanauerit. Ecce
nomen Dñi venit de longinquo, ardés
furor eius, & grauis ad portādū: labia
eius repleta sunt indignatione, & lin-
28 gua eius quasi ignis deuorans. Spūs
eius velut tōrrens inundans vsque ad
medium colli, ad perdendas gentes in
nihilum, & frænum erroris quod erat
29 in maxillis populorum. Canticū erit
vobis sicut *vox sanctificatæ solennita-
tis, & lætitia cordis sicut qui pergit cū
Tibia, vt intret in monté Dñi ad forté
30 Israël. Et auditam faciet Dñs gloriam
D vocis suæ, & terroré brachij sui ostédet
in comminatione furoris, & flamma
ignis deuorātis: allidet in turbine, & in
31 lapide grādinis. A voce enī Dñi paue-
32 bit Assur virga pcussus. Et erit trāsitus
virgæ fundatꝰ, quā requiescere faciet Dñs
sup eū in tympanis & citharis: & ī bel-

*Ierant
*sancto.
*noctis

33 lis pcipuis expugnabit eos. Præparata
est eni ab heri Topheth, à rege præpara
ta, profunda & dilatata. Nutrimenta
eius, ignis & ligna multa: flatus Dñi si
cut torrés sulphuris succendens eam.

C A P. X X X I.

1 VÆ qui descendunt in Aegyptũ ad
A auxilium, in equis sperantes, & ha-
bétes fiduciã sup quadrigis, qa multæ
sunt: & sup equitibus, qa prævalidi ni
mis: & nõ sunt cõfisi sup sanctũ Israël,
2 & Dñm non requisierunt. Ipse aũt sa-
piens adduxit malũ, & verba sua non
abstulit: & cõsurget cõtra domũ pessi-
morũ, & cõtra auxiliũ operantium ini-
3 quitaté. Aegyptus homo, & nõ Deus:
B & equi eorũ, caro, & nõ spũs, & Dñs in-
clinabit manũ suã, & corruet auxilia-
tor, & cadet cui pstat auxiliũ, simulq;
4 oés cõsumentur. Quia hæc dicit Dñs
ad me, qũo si rugiat leo, & catulus leo-
nis super pdã suam, cùm occurrerit ei
multitudo pastorũ, à voce eorũ nõ for
midabit, & à multitudine eorũ nõ pa-
uebit: sic descédet Dñs exercituum, vt
C prælietur super monté Sion, & sup col-
5 lem eius. Sicut aues volantes, sic ,ptē-
get Dñs exercituũ Ierusalem, protegens
6 & liberãs, trãsiens & saluans. Cõuerti-
mini sicut in profundũ recesseratis filij
7 Isrl. In die enim illa abijciet vir idôla
argéti sui, & idôla auri sui, quę fecerũt
8 vobis manus vestræ in peccatũ. Et ca-
det Assur in gladio nõ viri, & gladius
D nõ hoîs vorabit eũ, & fugiet nõ à facie
9 gladij: & iuuenes ei⁹ vectigales erũt: &
fortitudo eius à terrore trãsibit, & paue
bunt fugiétes principes eius: dixit Dñs,
cuius ignis est in Sion, & caminus eius
in Ierlm.

Sup. 2. d. 18.

C A P. X X X I I.

1 ECce, in iustitia regnabit rex, & prin
A cipes in iudicio præerunt. Et erit
2 vir sicut qui abscondit à vento, & celat
se à tépestate, sicut riui aquarũ in siti,
& vmbra petræ pminentis in terra de-
3 serta. Non caligabũt oculi vidétium,
& aures audientium diligéter ausculta
4 bũt. Et cor stultorũ intelliget sciam,
& lingua balborũ velociter loquet &
5 plánè. Non vocabitur vltrà is q insi-
piens est, princeps: neq; fraudulétus ap
6 pellabit maior. Stultus eni fatua lo-
quet, & cor eius faciet iniquitaté, vt pfi
ciat simulationé, & loquatur ad Dñm
fraudulenter, & vacuã faciat aîam esu-
7 rientis, & potũ sitiéti auferat. Fraudu-
lenti vasa pessima sunt: ipse eni cogita-
B tiones cõcinnauit ad perdendos mites
in sermone médacij, cũ loqueret paup
8 iudiciũ. Princeps verò, ea quæ digna
sunt principe cogitabit, & ipse sup du-
9 ces stabit. Mulieres opulentæ surgite,
& audite vocé meã; filiæ cõfidétes perci
10 pite auribus eloquium meũ. Post dies
enim & annũ vos cõturbabimini cõ-
fidétes: cõsummata est enî vindemia,
11 collectio vltrà nõ veniet. Obstupesci-
C te opulétæ, cõturbamini cõfidétes: exui
te vos, & cõfundimini, accingite lũbos
12 vestros. Sup hubera plãgite, sup regio
13 ne desiderabili, super vinea fertili. Su-
per humũ populi mei spinæ & vepres
ascendent: quãtò magis sup oés domos
14 gaudij ciuitatis exultãtis? Domus eni
D dimissa est, multitudo vrbis relicta est
tenebræ & palpatio factę sunt sup spe-
luncas vsq; in æternũ. Gaudiũ onagro-
15 rũ pascua gregũ: donec effundat sup
nos spũs de excelso: & erit desertum in
Charmel, & Charmel in saltũ reputabi
16 tur. Et habitabit in solitudine iudi-
17 ciũ, & iustitia in Charmel sedebit. Et
erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ
silentium, & securitas vsq; in sempiter
18 nũ. Et sedebit ppls meus in pulchritu
dine pacis, & î tabernaculis fiducię, &
19 in requie opulenta. Grando aũt in de
scensione saltus, & humilitate humilia
20 bit ciuitas. Beati q seminatis sup oés
aquas, immittétes pedé bouis & asini.

C A P. X X X I I I.

1 VÆ qui pdaris, nõne & ipse prædabe
A ris? & qui spernis, nõne & ipse sper
nêris? cũ consummaueris deprædatio-
né, deprædaberis: cũ fatigatus desieris
2 cõtemnere, cõtemnéris. Dñe miserere
nři, te enĩ expectauimus. Esto brachiũ
nrm in mane, & salus nostra in tépore
3 tribulationis. A voce angeli fugerũt
populi, & ab exaltatione tua dispersę
4 sunt gétes. Et congregabunt spolia ve-
stra sicut colligit bruchus, velut cũ fos-
5 sæ plenę fuerint de eo. Magnificat⁹ est
Dñs, qm habitauit in excelso: impleuit
6 Sion iudicio & iustitia. Et erit fides in
téporib⁹ tuis: diuitię salutis sapiétia &
sciétia: timor Dñi ipse est thesaur⁹ ei⁹.
7 Ecce, vidétes clamabũt foris, angeli pa
8 cis amarè flebũt. Dissipatæ sunt viç,
B cessauit trãsiens p semitã, irritũ factum

Spinæ &

B est pactū, ꝓiecit ciuitates, nō reputauit
9 hōies. ¶Luxit et elanguit terra: cōfusus
est Liban⁹, et obsurduit: et fact⁹ est Sa-
rō sicut desertū: et cōcussa est Basan, &
10 Carmelus. ¶Nūc cōsurgā dicit Dñs, nūc
11 exaltabor, nūc subleuabor. ¶Concipie-
tis ardorē, parietis stipulā: spūs vester vt
12 ignis vorabit vos. ¶Et erunt ppl̄i quasi
de incēdio cinis, spinæ cōgregatæ igni
13 cōburent̄. ¶Audite qui longè estis, q̄ fe-
cerim, et cognoscite vicini fortitudinē
14 meā. ¶Cōterriti sunt ī Sion pc̄tores, pos
C sedit tremor hypocritas, q̄s poterit habi
tare de vobis cū igne deuorāte? q̄s habi
tabit ex vobis cū ardorib⁹ sempiternis?
15 ¶ ‖Qui ambulat ī iustitijs, et loquitur
ᵃveritatē, qui ꝓijcit auaritiā ex calum-
nia, et excutit man⁹ suas ab oī munere,
qui obturat aures suas ne audiat san-
guinē, et claudit oculos suos ne videat
16 malū. ¶Iste in excelsis habitabit, muni
mēta saxorū sublimitas ei⁹: panis ei da-
17 tus est, aquæ ei⁹ fideles sunt. ¶Regē ī de-
core suo videbūt oculi ei⁹, cernēt terrā
18 dèlongè. ¶Cor tuū meditabit̄ timorē:
‖vbi est literatus? vbi legis verba pōde-
19 rās? vbi doctor paruulorū? ¶Populū im
prudentē non videbis, ppl̄m alti sermo
nis: ita vt nō possis intelligere disertitu
dinē linguæ ei⁹, in quo nulla est sapien
20 tia. ¶Respice Sion ciuitatē solennitatis
D nr̄æ: oculi tui videbunt Ierl̄em habita-
tionē opulentā, tabernaculum quod ne
quaquā trāsferri poterit: nec auferētur
claui eius in sempiternū, et oes funicu
21 li eius nō rumpentur: ¶quia solūmodo
ibi magnificus est Dñs noster: locus flu
uiorū riui latissimi et patentes: nō trāsi
bit per eū nauis remigum, neque trieris
22 magna trāsgredietur eū. ¶Dñs enim iu-
dex noster, Dñs legifer noster, Dñs rex
23 noster: ipse saluabit nos. ¶Laxati sunt
funiculi tui, sed nō prçualebūt: sic erit
malus tuus, vt dilatare signū nō queas.
Tūc diuidentur spolia prędarū multa
24 rū: claudi diripient rapinā. ¶Nec dicet
vicinus, Elangui, populus qui habitat
in ea, auferetur ab eo iniquitas.

‖Psa. 14. a. 1.
ᵃ veritates 4.
‖1. Co. 1. c. 20.

CAP. XXXIIII.

1 A **A**Ccedite Gentes, et audite, et popu-
li attendite: audiat terra et pleni-
tudo eius, orbis, et omne germen eius.
2 ¶Quia indignatio Dñi super oēs Gētes,
et furor sup vniuersam militiā eorū: in
terfecit eos, et dedit eos in occisionem.
3 ¶Interfecti eorū proijcientur, et de ca-
dauer ibus eorū ascēdet fœtor: tabescēt
4 mōtes à sanguine eorum. ¶Et tabescet
oīs militia cęlorū, et complicabuntur
sicut liber cęli: et omnis militia eorum
defluet sicut defluit folium de vinea et
5 de ficu. ¶Qm̄ inebriatus est in cęlo gla
dius meus: ecce super Idumæā descen-
det, et sup ppl̄m interfectionis meæ ad
6 iudicium. ¶Gladius Domini repletus
B est sanguine, incrassatus est adipe, de
sanguine agnorum et hircorum, de
sanguine medullatorum arietum: vi-
ctima enim Domini in Bosra, et in-
7 terfectio magna in terra Edom. ¶Et
descendent vnicornes cum eis, et tau-
ri cū potentibus: inebriabitur terra eo
rū sanguine, et humus eorū adipe pin-
8 guium. ¶‖quia dies vltionis Dñi, ann⁹
9 retributionū iudicij Sion. ¶Et cōuertē
tur torrētes eius in picem, et humus ei⁹
in sulphur: et erit terra eius in picē ar-
10 dentem. ¶Nocte et die nō extinguet̄, in
C sempiternum ascēdet fumus eius: à ge-
neratione in generationē desolabitur, ī
secula seculorū nō erit transiens p eā.
11 ¶Et possidebūt illā onocrotalus, et eri-
cius, et ibis, et coruus habitabūt in ea:
et extendet̄ super eā mēsura, vt redigat̄
ad nihilū, et ppendiculū ī desolationē.
12 ¶Nobiles eius nō erunt ibi, regē potius
inuocabūt, et oēs principes eius erūt in
13 nihilū. ¶Et orient̄ in domibus eius spi-
næ et vrticę, et paliurus in munitioni-
bus eius: et erit cubile draconū, et pa-
14 scua strutionū. ¶Et occurrēt dęmonia,
D onocentauris, et pilosus clamabit alter
ad alterū: ibi cubauit lamia, et inuenit
15 sibi requiē. ¶Ibi habuit foueā ericius, et
enutriuit catulos, et circūfodit, et fouit
in vmbra eius: illuc cōgregati sunt mil
16 ui, alter ad alterū. ¶Requirite diligēter
in libro Dñi, et legite: vnum ex eis non
defuit, alter alterū non q̄siuit, qa quod
ex ore meo procedit, ille mandauit, et
17 spiritus eius ipse congregauit ea. ¶Et
ipse misit eis sortē, et manus ei⁹ diuisit
eam illis in mensurā: vsq; in ęternum
possidebunt eam, in generatione et ge-
nerationem habitabunt in ea.

‖Inf. 63. a. 4.

CAP. XXXV.

1 A **L**Ætabitur deserta et inuia, et exulta
bit solitudo, et florebit quasi liliū,
2 ¶Germinās germinabit, et exultabit læ-
tabūda et laudās: gloria Libani data est

ei, decor Carmeli & Saron ipsi videbũt
3 gloriã Dñi, & decorẽ Dei nostri. ¶Cõfor-
tate manus dissolutas, & genua debilia
4 roborate. ¶Dicite *pusillanimis: Cõfor-
tamini: & nolite timere. Ecce Deus ve-
ster vltionẽ adducet retributionis: Deꝰ
5 ipse veniet, & saluabit *vos. ‖Tunc ape
rientur oculi cæcorũ, & aures surdorũ pa-
6 tebũt. ¶Tũc saliet sicut ceruus claudus,
& aperta erit lingua mutorũ: q̃a scissæ
sunt in deserto aquæ, & torrẽtes in soli-
7 tudine. ¶Et q̃ erat arida, erit in stagnũ,
C & sitiens i fontes aquarũ. In cubilibꝰ,
in quibꝰ prius dracones habitabãt, orietur
8 viror calami & iunci. ¶Et erit ibi semi-
ta & via, & via sancta vocabitur: nõ transi
bit per eã pollutus, & hęc erit vobis di-
recta via, ita vt stulti non errent per eã.
9 ¶Nõ erit ibi leo, & mala bestia nõ ascẽ-
D det p̄ eam, nec inuenietur ibi: & ambu-
10 labunt qui liberati fuerint. ¶Et redẽpti
à Dño, conuertentur, & venient in Sion
cũ laude, & lętitia sempiterna super ca-
put eorũ: gaudiũ & lætitiam obtine-
bunt, & fugiet dolor & gemitus.

*pusillanimes: *nos. ‖Mat. 15 c. 30.

CAP. XXXVI.

1 ET ‖factum est: in quartodecimo an-
A no regis Ezechiæ, ascẽdit Sennache
rib rex Assyriorũ sup̄ oẽs ciuitates Iuda
2 munitas, & cepit eas. ¶Et misit rex Assy-
riorũ Rabsacen de Lachis in Ierl'em, ad
regẽ Ezechiã in manu graui, & stetit in
aquæductu piscinæ superioris in via A-
3 gri fullonis. ¶Et egressus est ad eũ Elia-
cim filius Helciæ, q erat super domũ &
Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cõ
4 mẽtarijs. ¶Et dixit ad eos Rabsaces, Dici
te Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex
Assyriorũ: Quæ est ista fiducia qua con
5 fidis? ¶aut quo consilio vel fortitudine
rebellare disponis? super quem habes fi
6 duciã, q̃a recessisti à me? ¶Ecce, confidis
B super baculum arundineum confra-
ctum istum, sup Ægyptũ: cui si innixus
fuerit homo, intrabit in manũ eius, &
p̄forabit eã: sic Pharao rex Ægypti, om
7 nibus qui confidunt in eo. ¶Quòd si re-
sponderis mihi, In Domino Deo nostro
confidimus: nõne ipse est cuius abstu-
lit Ezechias excelsa & altaria, & dixit
Iudę & Ierl'em, Corã altari isto adorabi
8 tis? ¶Et nũc trade te dño meo regi Assy-
riorum, & dabo tibi duo millia equorũ
nec poteris ex te prębere ascẽsores eorũ.
9 ¶Et quomodo sustinebis faciem iudicis
vnius loci ex seruis dñi mei minoribꝰ?
C Quòd si confidis in Ægypto, in quadri-
10 gis & in equitibus? ¶& nunc nũquid si-
ne Dño ascendi ad terrã istã vt disperde
rẽ eã? Dñs dixit ad me, Ascẽde sup terrã
11 istã, & disperde eã. ¶Et dixit Eliacim, &
Sobna, & Ioahe ad Rabsacen, Loquere
ad seruos tuos Syra ligua: intelligimus
enĩ ne loquaris ad nos Iudaicè i auribꝰ
12 ppli q est super murũ. ¶Et dixit ad eos
Rabsaces, Nunquid ad dñm tuũ & ad
te misit me Dñs meus, vt loquerer oĩa
verba ista: & nõ potius ad viros qui se-
dent in muro, vt comedãt stercora sua,
& bibant vrinã pedum suorũ vobiscũ?
13 ¶Et stetit Rabsaces, & clamauit voce ma
gna Iudaicè, & dixit, Audite ỽba regis
14 magni, regis Assyriorũ. ¶Hæc dicit rex,
Non seducat vos Ezechias, quia non po
15 terit eruere vos. ¶Et non vobis tribuat fi
duciam Ezechias super Dño dicens, E-
ruens liberabit nos Dñs, non dabitur ci
uitas ista in manu regis Assyriorum.
16 ¶Nolite audire Ezechiam: hæc enĩ dicit
D rex Assyriorum, Facite mecũ bñdictio-
nem, & egredimini ad me, & comedite
vnusquisque vineam suã, & vnusquisq;
ficum suam: & bibite vnusquisq. aquã
17 cisternæ suæ, ¶donec veniam & tollam
vos ad terrã quæ est vt terra vestra, terrã
frumenti & vini, terram panũ & vinea-
18 rũ. ¶Ne conturbet vos Ezechias, dicens,
Dñs liberabit nos. Nunquid liberaue-
runt dij gentium vnusquisque terram
19 suam de manu regis Assyriorum? ¶Vbi
est Deus Emath & Arphad? vbi est Deꝰ
Sepharuaim? nunquid liberauerunt Sa-
20 mariam de manu mea? ¶Quis est ex
omnibus dijs terrarum istarum, q erue
rit terrã suã de manu mea, vt eruat Do
21 minus Ierusalem de manu mea? ¶Et sil
uerunt, & non responderunt ei verbũ.
Mandauerat enim *rex, dicens, Ne re-
22 spondeatis ei. ¶Et ingressus est Eliacim
filius Helciæ qui erat super domum, &
Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à cõ
mentarijs, ad Ezechiam scissis vestibus
& nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

‖4. Re. 18 c. 13. 2. Pa. 32. a. 1.

*eis.

CAP. XXXVII.

1 ET ‖factũ est cũ audisset rex Ezechias
A scidit vestimenta sua, & obuolutus
est sacco, & intrauit in domum Dñi.
2 ¶Et misit Eliacim qui erat super domũ,
& Sobnam scribam, & seniores de sace
dotibus opertos saccis ad Isaiam filium

‖4. Re. 19 a. 1. 2. Pa. 32. a. 1.

3 Amos prophetá, ¶ & dixerunt ad eum ,
Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis,
& correptionis,& blasphemię dies hęc:
quia venerūt filij vsq; ad partū , & vir-
4 tus nō est pariendi. ¶ Si quo modo au-
diat dn̄s De⁹ tuus verba Rabsacis , quē
misit rex Assyriorū dn̄s suus ad blasphe
mandum Deū viuentē, & exprobrandū
sermonib⁹ quos audiuit dn̄s Deus tuus:
leua ergo orationē pro reliquijs quę re-
5 pertę sunt. ¶ Et venerunt serui regis Eze-
6 chiæ ad Isaiam, ¶ & dixit ad eos Isaias,
B Hęc dicetis Dn̄o vestro, Hęc dicit Dn̄s ,
Ne timeas à facie verborū q̄ audisti, qb⁹
blasphemauerunt pueri regis Assyrio-
7 rum me, ¶ Ecce , ego dabo ei spiritū, &
audiet nuntium, & reuertet̄ ad terram
suam , & corruere eū faciam gladio in
8 terra sua. ¶ Reuersus est autē Rabsaces ,
& inuenit regē Assyriorū prælianté ad-
uersus Lobnā. Audierat enim qa pro-
9 fect⁹ esset de Lachis, ¶ & audiuit de Tha
raca rege Æthiopię, dicētes, Egressus est
vt pugnet contra te . Quod cū audisset
10 misit nuntios ad Ezechiā, dicens, ¶ Hæc
dicetis Ezechiæ regi Iudę, loquētes, Nō
te decipiat Deus tuus, ī quo tu cōfidis ,
dicens , Non dabitur Ierl'm in manum
11 regis Assyriorū. ¶ Ecce tu audisti omnia
C quæ fecerunt reges Assyriorū omnibus
terris quas subuerterūt, & tu poteris li-
12 berari ? ¶ Nunqd eruerunt eos dij Gen-
tium , quos subuerterūt patres mei Go-
zam,& Harā,& Reseph & filios Eden ,
13 q erāt in Thalassar? ¶ Vbi est rex Emath,
& rex Arphad,& rex vrbis Sepharuáim,
14 Ana, & Aua? ¶ Et tulit Ezechias libros de
manu nuntiorū, & legit eos, & ascēdit
in domū Domini, & expandit eos Eze-
15 chias coram Dn̄o. ¶ Et orauit Ezechias
16 ad Dn̄m, dicens, ¶ Domine exercituum
Deus Israël, q sedes super cherubim: tu
es Deus solus omnium regnorū terræ ,
17 tu fecisti cęlū & terram. ¶ Inclina Dn̄e
aurem tuam, & audi: aperi Dn̄e oculos
tuos, et vide, et audi omnia verba Sen-
nacherib, quæ misit ad blasphemandū
18 Deum viuentem. ¶ Verè enim Domine
D desertas fecerunt reges Assyriorum ter-
19 ras , et regiones earum. ¶ Et dederunt
deos earum igni: nō enim erant dij, sed
opera manuū hominū , lignū et lapis ,
20 et cōminuerunt eos. ¶ Et nunc Domine
Deus noster salua nos de manu ei⁹ : et
cognoscāt omnia regna terrę quia tu es
21 Dn̄s solus. ¶ Et misit Isaias filius Amos
ad Ezechiā, dicens , Hęc dicit dn̄s Deus
Israël , Pro quib⁹ rogasti me de Senna-
22 cherib rege Assyriorū, ¶ hoc est verbum
quod locutus est Dn̄s sup eū , Despexit
te, & subsannauit te , virgo filia Sion :
23 post te caput mouit, filia Ierl'm. ¶ Cui ex
probrasti, et quē blasphemasti, et super
quē exaltasti vocē, et leuasti altitudinē
24 oculorum tuorū? Ad sanctū Israël. ¶ In
E manu seruorū tuorū exprobrasti Dn̄o:
et dixisti in multitudine quadrigarum
mearū ego ascendi altitudinē montiū,
iuga Libani: et succidā excelsa cedrorū
eius, et electas abietes illius, et introibo
altitudinē summitatis eius , saltū Car-
25 meli eius. ¶ Ego fodi et bibi aquā, et exic
caui vestigio pedis mei oēs riuos agge-
26 rū. ¶ Nunqd nō audisti q̄ olim fecerim
ei? ex dieb⁹ antiquis ego plasmaui illud:
et nunc adduxi et factū est in eradica-
tionē collium cōpugnantiū, et ciuitatū
27 munitarū, ¶ Habitatores earū breuiata
manu cōtremuerunt, et cōfusi sunt: fa-
cti sunt sicut fœnū agri, et gramen pa-
scuę, et herba tectorū quę exaruit anteq̄
28 maturesceret. ¶ Habitationē tuā, et egres
F sum tuū, et introitū tuum cognoui, et
29 insaniā tuā contra me. ¶ Cū tu ferres ad-
uersum me, supbia tua ascēdit in aures
meas ponā ergo circulū in narib⁹ tuis ,
et frenū i labijs tuis , et reducā te in viā
30 per quā venisti. ¶ Tibi autem hoc erit si-
gnū, Comede hoc anno quę sponte na-
scunt̄, et in anno secundo pomis vesce-
re: in anno autē tertio seminate et meti-
te, et plantate vineas, et comedite fru-
31 ctum earū. ¶ Et mittet id quod saluatū
fuerit de domo Iuda , et qđ reliquū est,
radicē deorsum , et faciet fructum sur-
32 sum. ¶ quia de Ierusalē exibunt reliqæ ,
et saluatio de monte Sion : zelus Dn̄i
33 exercituū faciet istud. ¶ Propterea hæc
G dicit Dominus de rege Assyriorum, nō
intrabit ciuitatem hanc, et nō iaciet ibi
sagittā : et non occupabit eam clypeus,
34 & nō mittet in circuitu eius aggerē. ¶ In
via qua venit, per eā reuertetur, & ciui-
tatē hanc non ingredietur , dicit Dn̄s.
35 ¶ Et protegam ciuitatem istā , vt saluem
eam propter me, & propter Dauid ser-
36 uum meū. ¶ ‖ Egressus est autem Ange-
lus Dn̄i,& percussit in castris Assyriorū
centū octogintaquinq; millia. Et surre-
xerunt manè , & ecce omnes cadaue-

‖ Sup. 10. c. 12. 4 Re. 19. g. 35. Tob. 1. d. 21. Eccl. 48. d. 24 1. Mac. 7. f. 41. 2. Mac. 8. c. 19.

ra mor-

37 ra mortuorum. ¶Et egressus est, & abiit:
& reuersus est Sénacherib rex Assyrio-
38 rum, & habitauit in Niniue. ¶Et factū
est, cū adoraret in tēplo Nesroch Deū
suum, Adramélech, & Sarásar filij eius
percusserunt eum gladio, fugeruntque
in terram Ararat, & regnauit Asarhad-
don filius eius pro eo.

CAP. XXXVIII.

4.Re.20 a.1. 2.Pa.32. f.24.
1 IN diebus illis ægrotauit Ezechias vs-
A que ad mortē, & introiuit ad eū Isa-
ias filius Amos ꝓpheta, & dixit ei, Hæc
dicit Dñs, Dispone domui tuę, quia mo
2 rieris tu, & nō viues. ¶Et conuertit Eze-
chias faciē suā ad parietem, & orauit ad
3 Dñm, ¶& dixit, Obsecro Dñe, memento
q̄so quomodò ambulauerim corā te in
veritate & in corde perfecto, & quod bo
num est ī oculis tuis fecerim. Et fleuit
4 Ezechias fletu magno. ¶Et fctū est ver-
5 bū Dñi ad Isaiā, dicēs, ¶Vade, & dic Eze
chiæ, Hęc dicit Dñs Deus Dauid patris
tui, Audiui orationē tuā, & vidi *lachry-
mas tuas. ecce ego adijciam super dies
6 tuos quindecim annos, ¶& de manu re
gis Assyriorū eruā te & ciuitatē istam, &
7 ꝓtegam eam. ¶Hoc autē tibi erit signū
B à Dño quia faciet Dñs verbū hoc quod
8 locutus est, ¶Ecce ego reuerti faciā vm-
bram linearum, per quas descenderat
in horologio Achaz in sole, retrorsum
decem lineis. Et reuersus est sol decem
lineis per gradus quos descenderat.
9 ¶Scriptura Ezechię regis Iuda cùm
ægrotasset, & conualuisset de infirmita-
te sua.
10 ¶Ego dixi, In dimidio dierum meorū
vadā ad portas inferi: quęsiui residuum
annorum meorum.
11 ¶Dixi, Non videbo Dñm Deū in ter-
ra viuentium, non aspiciam hominem
vltrà, & habitatorem quietis.
12 ¶Generatio mea ablata est: & conuo-
C luta est à me, quasi tabernaculum pa-
storum: pręcisa est, velut à texente vi-
ta mea: dū adhuc ordirer succidit me:
de manu vsq; ad vesperam finies me.
13 ¶Sperabam vsq; ad mane, quasi leo
sic contriuit omnia ossa mea: de manè
vsque ad vesperam finies me.
14 ¶Sicut pullus hirūdinis sic clamabo,
meditabor vt columba: attenuati sunt
oculi mei suspiciētes in excelsum: Dñe
vim patior, *responde pro me.
15 ¶Quid dicam, aut quid rñdebit mihi

*lachrymā tuam 40.
*Spōde.2.

D cùm ipse *fecerit? recogitabo *oēs annos *fecerim 12
meos in amaritudine animæ meę.
16 ¶Dñe, si sic viuit, & in talib9 vita spi- *tibi.
rit9 mei, corripies me & viuificabis me. -5.
17 ¶Ecce, in pace amaritudo mea ama-
rissima: tu autem eruisti animam meā
vt nō periret, proiecisti post tergū tuum
omnia peccata mea.
18 ¶Quia non infernus confitebit tibi,
neq; mors laudabit te: nō expectabunt
qui descendunt in lacū, veritatē tuam.
19 ¶Viuens viuens ipse cōfitebitur tibi,
sicut & ego hodie: pater filijs notam fa
20 ciet veritatē tuam. ¶Dñe saluū me fac,
& psalmos nostros cantabimus cunctis
diebus vitę nostrę in domo Domini.
21 ¶Et iussit Isaias vt tollerēt massam de
ficis, & cataplasmarent sup vulnus, &
22 sanaret. ¶Et dixit Ezechias, Quod erit
signum quia ascendā in domum Dñi?

CAP. XXXIX.

1 IN tēpore illo misit Merodach Baladan 4.Re.20 c.12.
A filius Baladan rex Babylonis, libros
& munera ad Ezechiā: audierat enim
2 quod ęgrotasset, & cōualuisset. ¶Lætat9
est autem super eis Ezechias, & ostēdit
eis cellā aromatū, & argenti, & auri, &
odoramentorū, & vnguenti optimi, &
oēs apothecas suppellectilis suę, & vni-
B uersa q̄ inuenta sunt in thesauris eius.
Non fuit verbū quod nō ostenderet eis
Ezechias in domo sua & in omni pote-
3 state sua. ¶Introiuit autē Isaias ꝓphe-
ta ad Ezechiam regē, & dixit ei, Quid di
xerunt viri isti, & vnde venerūt ad te?
Et dixit Ezechias, De terra lōginqua ve-
4 nerunt ad me, de Babylone. ¶Et dixit
C Isaias, Quid viderūt ī domo tua? Et di-
xit Ezechias, Oīa q̄ in domo mea sunt,
viderūt: nō fuit res quā nō ostenderim
5 eis in thesauris meis. ¶Et dixit Isaias ad
Ezechiā, Audi verbum Dñi exercituū:
6 ¶Ecce dies veniēt, & auferentur oīa quę
D in domo tua sunt, & quę thesaurizaue
runt patres tui vsq; ad diē hanc, in Ba-
bylonem: non relinquet quicquam, di-
7 cit Dns. ¶Et de filijs tuis, qui exibunt de
te, quos genueris, tollent, & erunt eunu
8 chi in palatio regis Babylonis. ¶Et dixit
Ezechias ad Isaiam, Bonum verbū Do-
mini quod locutus est. Et dixit, Fiat
tantùm pax & veritas in diebus meis.

1 CAP. XL.

A COnsolamini cōsolamini pp̄le me*,
2 dicit Deus vester. ¶Loquimini ad

cor Ierl'm, & aduocate eam: qm cōpleta
est malitia eius, dimissa est iniquitas il-
lius: suscepit de manu Dñi duplicia ꝑ
3 oibus peccatis suis. ¶ ‖ Vox clamantis in
deserto: Parate viam Dñi, rectas facite
4 in solitudine semitas Dei nostri. ¶ Oīs
vallis exaltabitur, & omnis mōs & col-
lis humiliabitur, & erunt praua in di-
5 recta, & aspera in vias planas. ¶ Et reue-
labit gloria Dñi, & videbit oīs caro pa-
6 riter quod os Dñi locutū est. ¶ Vox dicē-
B tis, Clama. Et dixi, Quid clamabo?
‖ Oīs caro fœnū, & oīs gloria eius quasi
7 flos agri. ¶ Exiccatū est fœnū, & cecidit
flos, qa spiritus Dñi sufflauit in eo. Ve-
8 rè fœnum est ppl's: ¶ exiccatū est fœnū,
& cecidit flos: ‖ verbū autē Dñi nr̄i ma-
9 net in æternū: ¶ Super montē excelsum
ascende tu q euāgelizas Sion: exalta in
fortitudine vocē tuā, qui euāgelizas Ie-
rusalē: exalta, noli timere. Dic ciuitati-
10 bus Iudæ, Ecce Deus vester: ¶ ecce Dñs
C De⁹ in fortitudine veniet, & brachium
eius dñabitur: ecce, merces eius cū eo,
11 & opus illius corā illo. ¶ ‖ Sicut pastor,
gregē suū pascet, in brachio suo cōgre-
gabit agnos, & in sinu suo leuabit, fętas
12 ipse portabit. ¶ Quis mensus est pugillo
aquas, & cęlos palmo ponderauit? quis
appendit tribus digitis molē terrę, & li-
berauit in pondere montes, & colles in
13 statēra? ¶ ‖ Quis adiuuit spm̄ Dñi? aut qs
14 consiliarius eius fuit, & ostēdit illi? ¶ Cū
quo iniit consiliū, & instruxit eū, & do-
cuit eum semitam iustitię, & erudiuit
eum scientiā, & viā prudentiæ ostendit
15 illi? ¶ Ecce, Gentes quasi stilla situlæ, &
D quasi momentū statēræ reputatæ sunt:
16 ecce, insulæ quasi puluis exiguus. ¶ Et
Libanus non sufficiet ad succendendū,
& animalia eius nō sufficient ad holo-
17 caustū. ¶ Oēs gētes quasi nō sint, sic sunt
corā eo, & quasi nihilū & inane reputa-
18 tæ sunt ei. ¶ ‖ Cui ergo similem fecistis
Deū? aut quam imaginem ponetis ei?
19 ¶ Nunquid sculptile cōflauit faber? aut
artifex auro figurauit illud, & laminis
20 argenteis argentarius? ¶ Forte lignum &
E imputribile elegit: artifex sapiens qrit
quomodo statuat simulachrū quod nō
21 moueatur. ¶ Nunqd non *scitis? nunqd
non audistis? nunquid nō annuntiatū
est vobis ab initio? nunqd non intelle-
22 xistis fundamēta terrę? ¶ Qui sedet sup
gyrū terræ, & habitatores ei⁹ sunt quasi
locustæ: q extendit velut nihilū cęlos,
& expandit eos sicut tabernaculum ad
23 inhabitādū. ¶ Qui dat secretorū scruta-
tores quasi non sint, iudices terræ velut
24 inane fecit: ¶ Equidē neq; *plātatus, neq;
F satus, neque radicatus in terra truncus
eorū: repente flauit in eos, & aruerunt,
25 & turbo quasi stipulam auferet eos. ¶ Et
cui assimilastis me, & adæquastis, dicit
26 sanctus? ¶ Leuate in excelsum oculos ve
stros, & videte qs creauit hæc: q educit
in numero militiā eorū, & oēs ex noīe
vocat: præ multitudine fortitudinis &
roboris, virtutisq; eius neq; vnum reli-
27 quum fuit. ¶ Quare dicis Iacob, & lo-
queris Israël, Abscondita est via mea à
G Dño, & à Deo meo iudiciū meū transi-
28 uit? ¶ Nunquid nescis, aut non audisti?
Deus sempiternus Dñs, qui creauit ter-
minos terrę: non deficiet, neq; labora-
bit, nec est inuestigatio sapientiæ eius.
29 ¶ Qui dat lasso virtutē: & his q nō sunt,
30 fortitudinē, & robur multiplicat. ¶ De-
ficiēt pueri, & laborabūt, & iuuenes in
31 infirmitate cadent. ¶ Qui aūt sperant in
Dño, mutabūt fortitudinē, assumēt pē-
nas sicut aquilę, current & nō labora-
bunt: ambulabunt & non deficient.

CAP. XLI.

1 TAceant ad me insulę, & Gētes mu-
A tent fortitudinē: accedant, & tunc
loquant̃, simul ad iudiciū ꝓpinquem⁹:
2 ¶ Quis suscitauit ab Oriēte iustū, voca-
uit eū vt sequeret̃ se? dabit in conspectu
eius Gentes: & reges obtinebit. dabit
quasi puluerē gladio eius, *sicut stipulā
3 vento raptā arcui eius. ¶ Persequet̃ eos,
trāsibit in pace, semita in pedibus eius
4 non apparebit. ¶ Quis hęc operatus est,
& fecit vocās generationes ab exordio?
Ego Dñs, ‖ prim⁹ & nouissim⁹ ego sum.
5 ¶ Viderunt insulæ, & timuerunt, extre-
B ma terrę obstupuerūt, appropinquaue-
6 runt & accesserunt. ¶ Vnusquisq; ꝓxi-
mo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet,
7 Confortare. ¶ Cōfortauit faber ærarius
percutiēs malleo, eum qui cudebat tūc
tpis, dicens, Glutino bonum est: & con-
fortauit eum clauis, vt non moueretur.
8 ¶ Et tu Isrl' serue meus, Iacob quē elegi,
9 semen Abrahā amici mei, ¶ in quo ap-
prehendi te ab extremis terrę, & à lōgin
C quis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus
10 meus es tu, elegi te, & nō abieci te. ¶ Ne
timeas, quia ego tecum sum: ne decli-

‖ Mat. 3. a. 3. Marc. 1. a. 3. Luc 3. a. 4. Ioan. 1. c. 23.
‖ Eccl 14 c. 18. Iacob 1. b. 10. 1. Pet. 1. d. 24. ‖ Mat. 5. c. 18. 24. c. 35. Marc. 13 d. 31. Luc. 16. d. 17.
‖ Ioā. 10. b. 11. Ezec. 34. f. 23. 37. f. 24.
‖ Ro. 11. d 34. 1. Cor. 2. d. 16. Sap. 9. c. 13.
‖ Act. 17. f. 29.
* Scietis
* Plantato, neq; sito, neque radicato in terra trūco 1.
* & 3.
‖ Inf. 44. a. 6. 48. b Apoc 1. d 18. 22. c. 13.

nes, quia ego Deus tuus: cōfortaui te, &
auxiliatus sum tibi, & suscepit te dexte
11 ra iusti mei. ¶ Ecce confundent & eru-
bescent oēs q̄ pugnāt aduersum te: erūt
quasi non sint, & peribunt viri q̄ con-
12 tradicunt tibi. ¶ Quæres eos, & nō inue-
nies viros rebelles tuos. erunt quasi nō
sint: & veluti consumptio *hoīs bellan
13 tis aduersum te. ¶ Quia ego Dn̄s Deꝰ tuꝰ
apprehendēs manū tuā, dicensq́; tibi,
14 Ne timeas, ego adiuui te. ¶ Noli timere
vermis Iacob q̄ mortui estis ex Isr̄l: ego
auxiliatus sum tibi, dicit Dn̄s, & redem
15 ptor tuus sanctus Israël. ¶ Ego posui te
D quasi plaustrū triturās nouū, habēs ro-
stra serrantia: triturabis mōtes, & com-
minues: & colles quasi puluerē pones.
16 ¶ Ventilabis eos, & ventus tollet: & tur-
bo disperget eos: & tu exultabis ī Dn̄o:
17 in sctō Isr̄l lętaberis. ¶ Egeni, & paupe-
res q̄rūt aquas, & non sunt: lingua eo-
rū siti aruit. Ego Dn̄s exaudiā eos, Deus
18 Isr̄l nō derelinquā eos. ¶ Aperiā in supi-
nis collibus flumina, & in medio cam-
porū fontes: ponam desertum in stagna
aquarū, & terrā inuiam in riuos aqua-
19 rum. ¶ Dabo in solitudinē cedrū, & spi-
E nam, & myrtum, & lignū oliuę: ponam
in deserto abietem, vlmum, & buxum
20 simul. ¶ Vt videant, & sciant, & recogi-
tent, & intelligant pariter, quia manus
Dn̄i fecit hoc, & sanctus Israël creauit
21 illud. ¶ Prope facite iudiciū vr̄m, dicit
Dn̄s: afferte, siquid fortè habetis, dixit
22 rex Iacob. ¶ Accedāt, & nuntient nobis
q̄cunq; ventura sunt: priora q̄ fuerint
nuntiate: & ponemus cor nr̄m, & scie-
mus nouissima eorū, & q̄ ventura sunt
23 indicate nobis. ¶ Annuntiate q̄ ventura
F sunt in futurū, & sciemus quia dij estis
vos: bene quoq; aut malè, si potestis, fa-
cite: & loquamur, & videamus simul.
24 ¶ Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrū
ex eo qd̄ nō est: abominatio est q̄ elegit
25 vos. ¶ Suscitaui ab Aquilone, & veniet
ab Ortu solis: vocabit nomē meum, &
adducet magistratus quasi lutū, & ve-
26 lut plastes conculcans humum. ¶ Quis
annuntiauit ab exordio, vt sciamus: &
G à principio, vt dicamus, Iustus es? non
est neq; annuntians, neq; p̄dicens, neq;
27 audiens sermones vestros. ¶ Primus ad
Sion dicet, Ecce adsum, & Ier̄lm euan-
28 gelistā dabo. ¶ Et vidi, & non erat, neq;
ex istis quisquā qui iniret cōsiliū, & in-
29 terrogatus responderet verbum. ¶ Ecce
omnes iniusti, & vana opera eorum,
ventus & inane simulachra eorum.

de seniorib⁹ terrę: et dixerũt ad oẽm cę-
18tum ppl̃i loquentes: ¶‖Michæas de Mo- ‖Mich.3 d.13.
rasthi fuit propheta ĩ dieb⁹ Ezechiæ re-
gis Iuda: et ait ad oẽm ppl̃m Iudæ, di-
cẽs: Hæc dicit Dñs exercituũ: Sion quasi
ager arabit̃: et Ierl̃m in aceruũ lapidũ
erit, et mõs domus* in excelsa syluarũ. *Dñi.
19¶Nunquid morte cõdemnauit eũ Eze-
F chias rex Iuda, et oĩs Iuda? nunqd non
timuerunt Dñm, et deprecati sunt faciẽ
Dñi: et pęnituit Dñm mali quod locu-
tus fuerat aduersum eos? Itaque *nos fa *non faciamus.
cimus* malũ grande contra aĩas nr̃as.
20¶Fuit quoque vir prophetãs in noĩe Do-
mini: Vrias filius Semei de Cariath-ia-
rim: & prophetauit aduersus ciuitatem
istã, et aduersus terrã hãc iuxta omnia
21verba Ieremię. ¶Et audiuit rex Ioacim,
et oẽs potentes et principes eius verba
hæc: et q̃siuit rex interficere eũ. Et audi
uit Vrias, et timuit, fugitque, et ingres-
22sus est Ægyptũ. ¶Et misit rex Ioacim vi-
G ros in Ægyptũ, Elnathã filiũ Achobor,
23& viros cũ eo in Ægyptũ. ¶Et eduxerũt
Vriam de Ægypto, et adduxerũt eũ ad
regẽ Ioacim, et pcussit eũ gladio, et pie-
cit cadauer ei⁹ in sepulchris vulgi igno
24bilis. ¶Igit̃ manus Ahicam filij Saphan
fuit cum Ieremia, vt non traderetur in
manus populi, et interficerent eum.

CAP. XXVII.

1 IN principio regni Ioacim filiæ Iosię
A Regis Iuda, factũ est verbũ istud ad
2 Ieremiam à Domino dicẽs: ¶Hæc dicit
Dominus ad me. Fac tibi vincula et ca-
3 tenas: et pones eas in collo tuo. ¶Et mit
tes eas ad regẽ Edom, et ad regẽ Moab,
et ad regem filiorũ Ammon, & ad regẽ
Tyri, et ad regem Sidonis: in manu nũ
tiorũ qui venerunt Ierusalem ad Sede-
4 ciam regẽ Iuda. ¶Et pręcipies eis vt ad

dominos

dominos suos loquātur: Hęc dicit Dñs
exercituū Deꝰ Israël. Hæc dicetis ad do
5 minos vestros. ¶Ego feci terram, & ho-
mines, & iumenta quę sunt sup faciem
terrę, in fortitudine mea magna, & in
brachio meo extento: & dedi eā ei qui
6 placuit in oculis meis. ¶Et nunc itaque
ego dedi oēs terras istas in manu Nabu
chodonosor regis Babylonis serui mei:
insup & bestias agri dedi ei, vt seruiāt
7 illi. ¶Et seruient ei oēs gētes, & filio eiꝰ,
& filio filij eius: donec veniat tēpus ter-
ræ eiꝰ & ipsius: & seruient ei gētes mul
8 tę & reges magni. ¶Gens aūt & regnum
quod nō seruierit Nabuchodonosor re
B gi Babylonis: & quicūq; non curuaue-
rit collū suū sub iugo regis Babylonis:
in gladio, & in fame, & ī peste visitabo
super gentem illā, ait Dñs: donec cōsu-
9 mam eos in manu eius. ¶Vos ergo noli
te audire Prophetas vestros, & diuinos,
& somniatores, & augures, & malefi-
cos q dicunt vobis: Non seruietis regi
10 Babylonis. ¶Quia mēdacium prophe-
tant vobis vt longè vos faciant de terra
11 vestra, & eijciāt vos, & pereatis. ¶Porrò
gēs quæ subiecerit ceruicē suā sub iugo
regis Babylonis, & seruierit ei, dimittā
eā in terra sua, dicit Dñs: & colet eam,
12 & habitabit in ea. ¶Et ad Sedeciam re-
C gē Iuda locutus sum secūdū oīa verba
hęc, dicens: Subijcite colla vestra sub iu
go regis Babylonis, & seruite ei, & pplo
13 eius, & viuetis. ¶Quare moriemini tu,
& populus tuus gladio, & fame, & pe-
ste, sicut loquutus est Dñs ad gentē quę
14 seruire noluerit regi Babylonis? ¶Noli-
te audire verba prophetarū dicentium
vobis: Non seruietis regi Babylonis: q̄a
15 mēdaciū ipsi loquuntur vobis: ¶‖Quia
nō misi eos, ait Dñs: & ipsi prophetant
in noīe meo mēdaciter: vt eijciant vos,
& pereatis tā vos, q̄ Prophetæ q vatici-
16 nantur vobis. ¶Et ad sacerdotes, & ad
pplm istum locutus sum, dicēs, Hæc di-
cit Dñs: Nolite audire verba propheta-
rū vestrorū, qui prophetant vobis dicē-
tes: Ecce vasa Dñi reuertentur de Baby
lone nūc citò, mendacium enim ꝓphe
17 tant vobis. ¶Nolite ergo audire eos, sed
D seruite regi Babylonis, vt viuatis, quare
18 datur hæc ciuitas in solitudinē? ¶Et si
Prophetæ sunt, & est verbū Dñi in eis,
occurrāt Dño exercituū, vt nō veniant
vasa quę derelicta fuerāt in domo Dñi,

Sup. 23. d. 16. Inf. 29. b. 8.

‖Sup. 14. c. 14. 23. c. 21. 29. b. 9.

& in domo regis Iuda, & in Ierlm, ī Ba-
19 bylonē. ¶‖Quia hęc dicit Dñs exercituū ‖4. Re. 25 c. 13.
ad columnas, & ad mare, & ad Base, &
ad reliqua vasorū, quæ remāserūt in ci-
20 uitate hac. ¶quæ nō tulit Nabuchodo-
nosor rex Babylonis, cū transferret Ie- 4. Re. 24. c. 16.
choniam filiū Ioacim regē Iuda de Ie-
rusalē in Babylonem, & oēs optimates
21 Iuda & Ierusalem. ¶Quia hęc dicit Dñs
exercituū Deus Israël ad vasa quæ dere
licta sunt in domo Dñi, & in domo re-
22 gis Iuda & Ierusalem. ¶In Babylonem 4. Re. 25. c. 13.
transferentur, & ibi erūt vsq; ad diem
visitationis suæ, dicit Dominus & affer
ri faciam ea, & restitui in loco isto.

CAP. XXVIII.

1 ET factū est in anno illo ī principio
A regni Sedeciæ regis Iuda, in anno
quarto, in mēse quinto, dixit ad me Ha
nanias filius Azur Propheta de Gabaō,
in domo Dñi corā sacerdotibꝰ & oī po-
2 pulo dicens: ¶Hæc dicit Dñs exercituū
Deus Israël: Contriui iugū regis Babylo
3 nis. ¶Adhuc duo anni dierū, & ego re-
ferri faciam ad locū istum oīa vasa do
mus Dñi quę tulit Nabuchodonosor
rex Babylonis de loco isto, & transtulit
4 ea in Babylonē. ¶Et Iechoniam filium
Ioacim regē Iuda, & oēm transmigra-
tionē Iudæ, qui ingressi sunt in Babylo
nem, ego cōuertā ad locū istū, ait Dñs.
conteram enim iugū regis Babylonis.
5 ¶Et dixit Ieremias Propheta ad Hana-
niam prophetā in oculis sacerdotū, &
B in oculis oīs ppli q stabat in domo Do
6 mini: ¶& ait Ieremias Propheta, Amē,
sic faciat Dñs: suscitet Dñs verba tua q̄
prophetasti, vt referātur vasa in domū
Dñi, & oīs transmigratio de Babylone
7 ad locū istum. ¶Verūtamē audi verbū
hoc quod ego loquor in auribꝰ tuis, &
8 in auribꝰ vniuersi ppli. ¶Prophetę qui
fuerūt ante me & ante te ab initio, &
prophetauerunt super terras multas, &
super regna magna, de prælio & de affli
9 ctione & de fame. ¶Propheta qui vatici
C natus est pacē, cū venerit verbum eius,
scietur Propheta quē misit Dñs in veri-
10 tate. ¶Et tulit Hananias Propheta cate-
nā de collo Ieremiæ Prophetę, & cōfre
11 git eā. ¶Et ait Hananias in cōspectu oīs
ppli, dicens: Hæc dicit Dñs: Sic cōfrin-
gā iugū Nabuchodonosor regis Babylo
nis post duos annos dierū de collo om-
12 niū gētiū. ¶Et abijt Ieremias Propheta

in viá suam. Et fctm̃ est verbum Dñi ad
Ieremiã postquam confregit Hananias
propheta catenã de collo Ieremiæ Pro-
13 phetæ dicens. Vade, & dices Hananiæ,
Hæc dicit Dñs, Catenas ligneas contri
uisti, & facies pro eis catenas ferreas.
14 Quia hæc dicit Dñs exercituũ De⁹ If-
D raël, Iugum ferreum posui super collũ
cunctarũ gentium istarum, vt seruiant
Nabuchodonosor regi Babylonis, & ser
uient ei: insuper & bestias terræ dedi ei.
15 Et dixit Ieremias Propheta ad Hana-
niã ꝓphetam, Audi Hanania: nõ misit
te Dñs, & tu confidere fecisti pplm̃ istũ
16 in mendacio. Idcirco hæc dicit Dñs:
Ecce ego mittã te à facie terræ: hoc an-
ño morieris: aduersum enim Dñm lo-
17 cutus es. Et mortuus est Hananias ꝓ-
pheta in anno illo, mense septimo.

CAP. XXIX.

1 ET hæc sunt verba libri q̃ misit Iere-
A mias Propheta de Iersm̃ ad reliqas
seniorũ transmigrationis, & ad sacerdo
tes, & ad Prophetas, & ad omnẽ pplm̃
quem traduxerat Nabuchodonosor de
2 Ierusalem in Babylonem: postq̃ egres-
sus est Iechonias rex, & dña, & eunu-
chi, & principes Iuda & Ierusalem, &
3 faber, & inclusor de Ierusalem. In ma
nu Elasa filij Saphan, & Gamariæ filij
Helciç, quos misit Sedecias rex Iuda ad
Nabuchodonosor regem Babylonis in
4 Babylonem, dicẽs: Hęc dicit Dñs exer-
B cituum Deus Israël omni trãsmigratio-
ni quam transtuli de Ierusalem in Ba-
5 bylonẽ, Ædificate domos, & habitate:
& plantate hortos, & comedite fructũ
6 eorum. Accipite vxores, & generate fi-
lios & filias: & date filiis vestris vxores,
& filias vestras date viris, & pariant fi-
lios & filias: & multiplicamini ibi, &
7 nolite esse pauci numero. Et quærite
pacem ciuitatis ad quam transmigrare
vos feci: & orate pro ea ad Dñm: quia
8 in pace illius erit pax vobis. Hęc enim
dicit Dñs exercituũ Deus Israël: Nõ vos
seducant prophetę vestri q sunt in me-
dio vestrũ, & diuini vestri: ‖& ne atten-
datis ad somnia vestra q̃ vos somnia-
9 tis, Quia falsò ipsi ꝓphetant vobis in
noĩe meo: & non misi eos, dicit Dñs.
10 ‖Quia hæc dicit Dñs: Cũ cœperint im-
pleri in Babylone septuaginta anni, vi-
sitabo vos: & suscitabo super vos verbũ
C meũ bonũ, vt reducam vos ad locum
11 istũ. Ego enim scio cogitationes quas
ego cogito super vos, ait Dñs, cogitatio-
nes pacis, & non afflictionis, vt dem vo
12 bis finem, & patientiam. Et inuocabi-
tis me, & ibitis: & orabitis me, & ego
13 exaudiam vos. Quæretis me, & inue-
nietis: cùm quęsieritis me in toto corde
14 vestro. Et inueniar à vobis, ait Dñs: &
reducam captiuitatem vestrã: & cõgre-
gabo vos de vniuersis gentibus, & de
cunctis locis ad q̃ expuli vos, dicit Dñs:
& reuerti vos faciã de loco ad quẽ trãs-
15 migrare vos feci. Quia dixistis: Susci-
tabit nobis Dñs ꝓphetas in Babylone.
16 Quia hęc dicit Dñs ad regẽ q sedet su-
D per solium Dauid, & ad oẽm pplm̃ ha-
bitatorem vrbis huius, ad fratres vr̃os q
non sunt egressi vobiscum in transmi-
17 grationẽ. Hęc dicit Dñs exercituum:
‖Ecce, mittã in eos gladiũ, & famem &
pestem: & ponam eos quasi ficus malas
quæ comedi nõ possunt, eò ꝙ pessimæ
18 sint. Et psequar eos in gladio, & in fa-
me, & in pestilentia: & dabo eos in ve-
xationem vniuersis regnis terræ, in ma
ledictionem, & in stuporem, & in sibi-
lum, & in opprobrium cunctis Gentib⁹
19 ad quas ego eieci eos. Eò ꝙ non audie-
rint verba mea, dicit Dñs: q̃ misi ad eos
p seruos meos ꝓphetas de nocte cõsur-
gens & mittẽs: & nõ audistis, dicit Dñs.
20 Vos ergo audite verbũ Dñi oĩs trans-
E migratio, quam emisi de Iersm̃ in Baby
21 lonem. Hæc dicit Dñs exercituũ Deus
Israël ad Achab filium Coliç, & ad Se-
deciam filium Maasiæ, qui prophetant
vobis in noĩe meo mẽdaciter: Ecce ego
tradam eos in manus Nabuchodono-
sor regis Babylonis: & percutiet eos in
22 oculis vestris. Et assumetur ex eis ma-
ledictio omni transmigrationi Iudæ, q̃
est in Babylone, dicentiũ: Ponat te Dñs
sicut Sedeciam, & sicut Achab quos fri-
23 xit rex Babylonis in igne, pro eo ꝙ fe-
cerint stultitiam in Israël, & mœchati
sunt in vxores amicorũ suorũ, & locuti
F sunt verbum in noĩe meo mendaciter
ꝙ non mandaui eis, ego sum iudex &
24 testis, dicit Dñs. Et ad Semeiam Nehe-
25 lamiten dices: Hęc dicit Dñs exerci-
tuum Deus Israël, Pro eo ꝙ misisti in
noĩe tuo libros ad omnẽ pplm̃ q est in
Ierusalẽ, & ad Sophoniã filium Maasię
sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes,
26 dicens: Dñs dedit te sacerdotem ꝓ Io-

2. Par. 36. d 21.
1. Esd. 1. a. 1.
Dan. 9. a. 2.
1. Esd. 1. g. 47.
‖Sup. 24. d. 10.
Sup 24. c. 8.

iade sacerdote: vt sis dux in domo Dñi
super oēm virum arreptitium & ꝓphe-
tantem, vt mittas eum in neruum & in
27 carceré. ¶Et nunc quare non increpasti
Ieremiam Anathothité, q ꝓphetat vo-
28 bis? ¶Quia sup hoc misit in Babyloné
ad nos, dicens: longū est: ædificate do-
mos & habitate: & plantate hortos, &
29 comedite fructus eorū. ¶Legit ergo So-
phonias sacerdos librū istū in auribus
30 Ieremię prophetę. ¶Et fctm̄ est verbum
31 Dñi ad Ieremiá dicens: ¶Mitte ad oēm
G trásmigrationé, dicés: Hæc dicit Dñs ad
Semeiá Nehelamité: Pro eo ꝙ prophe-
tauit vobis Semeias, & ego nō misi eū:
32 & fecit vos confidere in médacio: ¶Id-
circo hęc dicit Dñs: Ecce ego visitabo
sup Semeiá Nehelamiten', & sup semé
eius: non erit ei vir sedés in medio ppli
huius, & nō videbit bonū quod ego fa-
ciá populo meo, ait Dñs: quia pręuari-
cationem locutus est aduersus Dñm.

CAP. XXX.

1 HOc verbū quod factum est ad Ie-
A remiá à Dño dicés: ¶Hęc dicit Dñs
2 Deus Israël, dicens: Scribe tibi oīa ver-
3 ba q̄ locutus sum ad te, in libro. ¶Ecce
enim dies veniūt, dicit Dñs: & conuer-
tam cōuersionem populi mei Israël &
Iuda, ait Dñs: & conuertam eos ad ter-
ram quam dedi patribus eorum, & pos
4 sidebunt eam. ¶Et hęc verba q̄ locutus
5 est Dñs ad Israël & ad Iudá, ¶Qm̄ hæc
dicit Dñs: Vocem terroris audiuimus,
6 formido, & nō est pax. ¶Interrogate, &
videte: si generat masculus? quare ergo
vidi oīs viri manū super lumbum suū,
quasi parturientis, & cōuersæ sunt vni-
7 uersę facies in auruginem. ¶‖Væ, quia
B magna dies illa, nec est similis eius: té-
pusq; tribulationis est Iacob, & ex ipsa
8 saluabitur. ¶Et erit in die illa, ait Dñs
exercituum: conterā iugum eius de col-
lo tuo, & vincula eius dirumpá, & non
9 dominabuntur ei amplius alieni: ¶sed
seruiét Dño Deo suo, & Dauid regi suo
10 qué suscitabo eis. ¶‖Tu ergo nō timeas
serue meus Iacob, ait Dñs, neq; paueas
Israël: quia ecce ego saluabo te de terra
longinqua, & semen tuum de terra ca-
ptiuitatis eorū: & reuertetur Iacob, &
quiescet, & cunctis affluet bonis, & nō
11 erit quem formidet: ¶Qm̄ tecum ego
sum, ait Dñs, vt saluē te: faciam enim
consummationem in cunctis gentibus

‖Ioel 2. a. 8. c. 11. Amos 5 c. 18. Soph. 1. d. 15. Esa. 3. a. 6.

‖Esa 43. a. 1. 44. a. 2. Luc. 1. g. 70.

in quibus dispersi te: te autem non fa-
ciam in cōsummationem: sed castiga-
bo te in iudicio, vt non videaris tibi in-
12 noxius. ¶Quia hæc dicit Dñs: Insanabi-
13 lis fractura tua, pessima plaga tua. ¶Nō
est q iudicet iudicium tuū ad alligan-
dum: curationum vtilitas non est tibi.
14 ¶Oēs amatores tui obliti sunt tui, teq;
C non q̄rent: ‖plaga enim inimici pcussi
te castigatione crudeli: pp multitudi-
né iniquitatis tuæ dura facta sunt pctā
15 tua. ¶‖Quid clamas sup cōtritione tua
insanabilis est dolor tuus: pp multitu-
dinem iniquitatis tuę, & pp dura pec-
16 cata tua feci hęc tibi. ¶Propterea oēs q
comedunt te, deuorabūtur, & vniuersi
hostes tui in captiuitatem ducentur, &
qui te vastant, vastabuntur, cunctosq;
17 pdatores tuos dabo in prędam. ¶Obdu-
cam enim cicatricé tibi, & à vulneribus
tuis sanabo te, dicit Dñs. Quia eiectam
vocauerunt te Sion, Hęc est quę nō ha-
18 bebat requirentem. ¶Hæc dicit Dñs
Ecce ego conuertam conuersionem ta-
D bernaculorum Iacob, & tectis eius mi-
serebor, & ædificabitur ciuitas in excel
so suo, & templū iuxta ordinem suum
19 fundabitur. ¶Et egredietur de eis laus,
voxq; ludentium: & multiplicabo eos;
& non minuent: & glorificabo eos: &
20 non attenuabuntur. ¶Et erunt filij eius
sicut à principio, & cœtus eius corá me
permanebit: & visitabo aduersum oés
21 q tribulát eum. ¶Et erit dux eius ex eo:
& princeps de medio eius producetur:
& applicabo eum, & accedet ad me, qs
enim iste est, qui applicet cor suum, vt
22 appropinquet mihi, ait Dñs? ¶Et eritis
mihi in populum: & ego ero vobis in
23 Deū. ¶Ecce, turbo Dñi furor egrediens,
procella ruens: in capite impiorū con-
24 quiescet. ¶Non auertet irá indignatio-
nis Dominus: donec faciat & compleat
cogitationem cordis sui, in nouissimo
dierum intelligetis ea.

CAP. XXXI.

1 IN tpe illo, dicit Dñs, Ero Deus vni-
A uersis cogitationib⁹ Israël, & ipsi erūt
2 mihi in populum. ¶Hæc dicit Dñs: In-
uenit gratiam in deserto populus q re-
manserat gladio: vadet ad requié suam
3 Israël. ¶Longè Dñs apparuit mihi, Et
in charitate perpetua dilexi te, ideò at-
4 traxi te miserans. ¶Rursumque ædi-
ficabo te, & ædificaberis virgo Is-

Sup. 13. d. 19. Sup. 13. d. 22. Sup. 15. d. 18. Sup. 13. d. 22.

tiri cęli sursum, & inuestigari funda-
menta terræ deorsum: & ego abiiciam
vniuersum semen Israël, pp oía quę fe-
38 cerunt, dicit Dñs. ¶Ecce, dies veniunt, di
cit Dñs: & ędificabitur ciuitas Dño à
turre Hanameel vsq; ad portã anguli.
39 ¶Et exibit vltrà *norma mẽsuræ in cõ- * normā.
spectu eius sup collem Gareb: & circui-
40 bit Goátha. ¶Et oém vallem cadauerũ,
& cineres, & vniuersam regionem mor
tis, vsq; ad torrentem Cedron, & vsq;
ad angulum portæ equorum Oriẽtalis:
sanctum Domini non euelletur, & nõ
destruetur vltrà in perpetuum,

CAP. XXXII.

1 A VErbum qđ factũ est ad Ieremiam à
Dño in anno decimo Sedecię regis
Iuda: ipse est ann⁹ decimusoctauus Na
2 buchodonosor. ¶Tũc exercitus regis Ba
bylonis obsidebat Ierl̃m: & Ieremias ꝓ
pheta erat clausus in atrio carceris, qui
3 erat in domo regis Iuda. ¶Clauserat eñ
eum Sedecias Rex Iuda, dicens: Quare
vaticinaris: dicens: Hęc dicit Dñs, Ecce
ego dabo ciuitatẽ istã in manu regis Ba
4 bylonis, & capiet eam? ¶Et Sedecias rex
B Iuda nõ effugiet de manu Chaldęorũ:
sed tradetur in manus regis Babylonis:
& loquetur os eius cũ ore illius, & ocu-
5 li eius oculos illius videbunt. ¶Et in Ba
bylonem ducet Sedeciam: & ibi erit do
nec visitem eum, ait Dñs, si aũt dimica
ueritis aduersum Chaldæos, nihil pro-
6 sperum habebitis. ¶Et dixit Ieremias, Fa
7 ctum est verbũ Dñi ad me, dicens: ¶Ecce
B Hanameel filius Sellũ patruelis tu⁹ ve-
niet ad te, dicens: Eme tibi agrum meũ
qui est in Anathoth: tibi enim cõpetit
8 ex propinquitate vt emas. ¶Et venit ad
me Hanameel filius patrui mei ſm ver
bum Dñi ad vestibulũ carceris, & ait ad
me, Posside agrũ meum qui est in Ana-
thoh in terra Ben-iamin: quia tibi com
petit hæreditas, & tu propinquus es vt
possideas. Intellexi aũt q̃ verbum Dñi
9 esset. ¶Et emi agrum ab Hanameel filio
patrui mei q est in Anathoth: & appen
di ei argentum septem stateres, & decẽ
10 argẽteos. ¶Et scripsi in libro & signaui,
& adhibui testes: & appendi argentũ in
11 statẽra. ¶Et accepi librũ possessionis si-
gnatũ, & stipulationes, & rata, & signa
12 forinsecus. ¶Et dedi librũ possessionis
Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis
Hanameel patruelis mei, & in oculis te
stiũ q scripti erãt in libro emptionis, in
oculis oĩum Iudęorum qui sedebant in
13 atrio carceris. ¶Et præcepi Baruch corã
14 eis, dicens: ¶Hæc dicit Dñs exercituum
C Deus Israël, Sume libros istos, librũ em-
ptionis hũc signatũ, & librũ hũc q apt⁹
est: & pone illos in vase fictili, vt pma-
15 nere possint diebus multis. ¶Hæc enim
dicit Dñs exercituũ Deus Israël, Adhuc
possidebuntur domus, & agri, & vineæ
16 in terra ista. ¶Et oraui ad Dñm postq̃
tradidi librũ possessionis Baruch filio
17 Neri, dicens: ¶Heu, heu, heu, Dñe Deus:
ecce tu fecisti cælũ & terrã in fortitudi- Exo. 34. a.&.
ne tua magna, & in brachio tuo extẽto:
18 nõ erit tibi difficile oẽ verbũ: ¶Qui facis
misericordiã in millibus, & reddis iniq
tatem patrũ in sinum filiorũ eorũ post
eos, Fortissime, magne, & potens, Dñs
19 exercituũ nomẽ tibi. ¶Magnus cõsilio,
& incõprehẽsibilis cogitatu cuius ocu-
li aperti sunt sup oẽs vias filiorũ Adã:
vt reddas vnicuiq; ſm vias suas, & ſm
20 fructũ adinuentionũ eius. ¶Qui posui-
sti signa & portẽta in terra-Ægypti vsq;
ad diẽ hanc, & in Israël & in hoibus: &
21 fecisti tibi nomẽ sicut est dies hæc. ¶Et
D eduxisti pplm tuũ Israël de Terra-Ægy-
pti, in signis, & in portentis, & in manu
robusta, & in brachio extento, & in ter
22 rore magno. ¶Et dedisti eis terram hãc,
quam iurasti patribus eorum, vt dares
23 eis terram fluentẽ lacte & melle. ¶Et in-
gressi sunt, & possederunt eã: & nõ obe-
dierunt voci tuæ, & in lege tua non am
bulauerunt: oĩa quę mãdasti eis vt face
rẽt, nõ fecerũt: & euenerũt eis oĩa mala
24 hęc. ¶Ecce munitiones extructę sunt ad
uersum ciuitatem, vt capiat: & vrbs da
ta est in manus Chaldęorũ, *q̃ præliant * & Ī manus regis Babylonis.
aduersus eã à facie gladij, & famis, &
pestilẽtiæ: & quęcũq; locutus es accide
25 runt, vt tu ipse cernis. ¶Et tu dicis mihi
Dñe Deus, Eme agrũ argento, & adhibe
testes cũ vrbs data sit in man⁹ Chaldæo
26 rũ? ¶Et factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã
27 dicens: ¶Ecce, ego Dñs Deus vniuersæ
carnis: nunqd mihi difficile erit oẽ ver
28 bũ? ¶Propterea hæc dicit Dñs, Ecce, ego
tradam ciuitatẽ istam in manus Chal-
E dæorũ, & in manus regis Babylonis, &
29 capient eã. ¶Et venient Chaldæi præliã
tes aduersum vrbem hãc, & succendẽt
eam igni, & cõburent eam, & domos in
quarũ domatibus sacrificabant Baal, &

libabant diis alienis libamina ad irri-
30 tandum me. ¶Erant enim filij Israël &
filij Iuda iugiter faciētes malū ī oculis
meis ab adolescētia sua: filij Israël qui
vsq; nunc exacerbant me in opere ma-
31 nuum suarū, dicit Dn̄s. ¶Quia in furo-
re, & indignatione mea facta est mihi
ciuitas hæc à die qua ędificauerunt eā,
vsq; ad diem istā, qua auferetur de con
32 spectu meo. ¶Propter malitiā filiorum
F Israël & filiorū Iuda, quā fecerūt ad ira
cundiam me prouocantes, ipsi, & reges
eorū, principes eorū, & sacerdotes eorū,
& prophetæ eorū, viri Iuda, & habitato
‖Supra 2. f. 26. 33 res Ierl̄m. ¶‖Et verterunt ad me terga &
non facies: cū docerem eos diluculo &
erudirē, & nollēt audire vt acciperent
‖4 Re. 21 a. 4. 34 disciplinā. ¶‖Et posuerunt idôla sua in
domo, in qua inuocatū est nomē meū,
35 vt pollueren eā. ¶Et ædificauerūt excel
sa Baal, quę sunt ī valle filij Ennom: vt
initiarent filios suos & filias suas Mo-
loch: qđ non mandaui eis, nec ascendit
in cor meū vt facerēt abominationem
36 hanc, & in pcm̄ deducerent Iudam. ¶Et
nunc pp ista, hęc dicit Dn̄s Deus Israël
ad ciuitatē hanc, de qua vos dicitis ꝙ
tradat' in manus regis Babylonis in gla
37 dio, & in fame, & in peste. ¶Ecce ego cō
gregabo eos de vniuersis terris ad quas
eieci eos in furore meo, & in ira mea, &
in indignatione grādi, & reducā eos ad
locū istū, & habitare eos faciā cōfidēter.
‖Ezec. 11 d. 19. 36 f. 26. 38 ¶‖Et erūt mihi ī ppl̄m, & ego ero eis in
39 Deū. ¶Et dabo eis cor vnū, & viā vnam,
vt timeāt me vniuersis diebus: & bene
40 sit eis, & filiis eorū post eos. ¶Et feriā eis
pactū sempiternū, & non desinā eis be-
G nefacere: & timorē meū dabo in corde
41 eorū, vt non recedāt à me. ¶Et lætabor
sup eis: cū bene eis fecero, & plantabo
eos in terra ista in veritate in toto cor-
42 de meo, & in tota aīa mea. ¶Quia hæc
dicit Dn̄s, Sicut adduxi sup ppl̄m istū
oē malum hoc grāde: sic adducam sup
eos oē bonum quod ego loquor ad eos.
43 ¶Et possidebunt' agri ī terra ista: de qua
vos dicitis ꝙ deserta sit, eo ꝙ non remā
serit homo & iumentum. & data sit in
44 manus Chaldæorū, ¶Agri ement' pecu-
nia, & scribent' in libro, & imprimet' si-
gnū, & testis adhibebit' in terra Ben-ia-
min, & in circuitu Ierl̄m, in ciuitatibꝰ
Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in
ciuitatibus campestribus, & in ciuitati
bus quæ ad Austrum sunt: quia cōuer-
tam captiuitatem eorū, ait Dominus.

CAP. XXXIII.

1 A ET factum est verbū Dn̄i ad Ieremiā
secundò, cū adhuc clausus esset in
2 atrio carceris, dicens: ¶Hæc dicit Dn̄s q
factus est: *&*formatur¶ illud, & pa- *Dn̄s 5.
3 raturus, dn̄s nomē eius. ¶Clama ad me,
& exaudiā te, & annuntiabo tibi gran-
4 dia, & firma quæ nescis. ¶Quia hæc di-
cit Dn̄s Deus Israël ad domos vrbis hu-
ius, & ad domos regis Iuda quæ destru
ctę sunt, & ad munitiōes, & ad gladiū,
5 ¶venientium vt dimicent cū Chaldęis,
& impleant eos cadaueribus hoīum,
quos pcussi in furore meo & in indigna
tione mea, abscondens faciē meā à ciui
6 tate hac pp oēm malitiam eorū: ¶Ecce,
ego obducam*eis*cicatricē & sanitatē,
& curabo eos: & reuelabo illis depreca *ei 7.
7 tionē pacis & veritatis. ¶Et conuertam
cōuersionē Iuda, & cōuersionē*Ierl̄m*. *Israël 8
8 & ædificabo eos sicut à principio. ¶Et
emundabo illos ab oī iniquitate sua, in
qua peccauerunt mihi: & ppitiꝰ ero cū-
ctis iniqtatibus eorū in quibus delique
9 rūt mihi, & spreuerūt me. ¶Et erit mihi
B in nomē, & in gaudiū, & in laudē, & in
exultationē cunctis gentibus terræ quæ
audierint oīa bona q̄ ego facturus sum
eis: & pauebunt, & turbabuntur in vni
uersis bonis, & in oī pace quā ego faciā
10 eis. ¶Hæc dicit Dn̄s, Adhuc audietur in
loco isto (quem vos dicitis esse desertū,
eò ꝙ non sit homo nec iumentū: in ci-
uitatibus Iuda, & foris Ierl̄m, quæ deso-
latæ sunt absq; hoīe & absq; habitato-
11 re & absq; pecore). ¶Vox gaudij & vox
lætitię, vox sponsi & vox sponsæ, vox di
centium, Cōfitemini Dn̄o exercituum,
qm̄ bonus Dn̄s, qm̄ in ęternū misericor
dia eius: & portantium vota in domū
Dn̄i, reducam enim conuersionē terræ
12 sicut à principio, dicit Dn̄s. ¶Hæc dicit
Dn̄s exercituū, Adhuc erit in loco isto
C deserto absq; hoīe, & absq; iumento,
& in cunctis ciuitatibus eius, habitacu
lum pastorum accubantium gregum.
13 ¶In ciuitatibus montuosis, & in ciuita-
tibus cāpestribus, & in ciuitatibus quę
ad Austrū sunt, & in Terra Ben-iamin,
& in circuitu Ierl̄m, & in ciuitatibus Iu
da adhuc transibunt greges ad manū
14 numerātis, ait Dn̄s. ¶‖Ecce dies veniēt, ‖Sup. 23. a. 5.
dicit Dn̄s: & suscitabo verbum bonum

quod locutus sum ad domum Israël &
15 ad domum Iuda. In diebus illis, & in
tpe illo germinare faciã Dauid germen
iustitię, & faciet iudiciũ & iustitiam in
16 terra. In diebus illis saluabit Iuda, &
Ierl'm habitabit cõfidenter, & hoc est
nomen qđ vocabunt eum, Dñs iustus
17 noster. Quia hęc dicit Dñs, Non interi
bit de Dauid vir, q sedeat sup thronum
18 domus Israël. Et de sacerdotibus & de
Leuitis non interibit vir à facie mea, q
offerat holocaustomata, & incendat sa
crificiũ, & cędat victimas oĩbus dieb⁹.
19 Et factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã, di-
20 cens: Hæc dicit Dñs, Si irritum potest
D fieri pactũ meũ cum die & pactũ meũ
cum nocte, vt non sit dies & nox in tpe
21 suo. Et pactũ meũ irritum esse poterit
cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo
filius qui regnet in throno eius, & Leui-
22 tę & sacerdotes ministri mei. Sicuti e-
numerari non possunt stellę cęli, & me
tiri arena maris, sic multiplicabo semẽ
Dauid serui mei, & Leuitas ministros
23 meos. Et factũ est verbum Dñi ad Iere
24 miam, dicens: Nunqd non vidisti qd
ppl's hic locutus sit dicẽs: Duę cognatio-
nes, quas elegerat Dñs: abiectæ sunt: &
ppl'm meum despexerunt, eò q non sit
25 vltrà gens coram eis. Hęc dicit Dñs,
Si pactum meum inter diem, & noctẽ,
26 & leges cęlo et terrę non posui: equidẽ
et semẽ Iacob, et Dauid serui mei proii-
ciam, vt non assumam de semine eius
principes seminis Abraham, Isaac, et
Iacob, reducam enim conuersionem
eorum, et miserebor eis.

Israël hoc est quod vocabit ei 30

CAP. XXXIIII.

1 VErbum quod factũ est ad Ieremiã
A à dño qñ Nabuchodonosor rex Ba
bylonis, et oĩs exercitus eius vniuersaq;
regna terrę quę erant sub potestate ma-
nus eius, et oẽs populi bellabãt contra
Ierusalem, et contra oẽs vrbes eius, di-
2 cens: Hęc dicit Dñs Deus Israël, Vade,
et loquere ad Sedeciam regem Iuda: et
dices ad eum, Hęc dicit Dñs. Ecce, ego
tradam ciuitatem hanc in manus regis
3 Babylonis, et succendet eã igni. Et tu
non effugies de manu eius: sed compre
hensione capieris, et in manu eius tra-
dẽris: et oculi tui oculos regis Babylo-
nis, et videbunt, et os eius cum ore tuo
4 loquetur, et Babylonẽ introibis. Atta
men audi verbum Dñi Sedecia rex Iu-
da, Hæc dicit Dñs ad te. Non moriẽ
5 ris i gladio, sed in pace morièris, et ſm
combustiones patrũ tuorũ regum prio-
rũ qui fuerunt ante te, sic comburẽt te:
B et Væ Dñe, plangent te: quia verbũ ego
6 locutus sum, dicit Dñs. Et locutus est
Ieremias propheta ad Sedeciam regem
Iuda vniuersa verba hęc in Ierusalem.
7 Et exercitus regis Babylonis pugnabat
contra Ierl'm, et contra oẽs ciuitates Iu-
da quę reliquę erãt contra Lachis, et cõ
tra Azécha: hę enim supererant de ciui-
8 tatibus Iuda vrbes munitę. Verbum
quod factum est ad Ieremiam à Dño,
postq̃ percussit rex Sedecias fędus cum
9 oĩ pplo in Ierl'm prædicans. Vt dimit-
teret vnusquisq; seruum suum et vnus-
quisq; ancillam suam. Hebræũ, et He-
bræam liberos: et nequaq̃ dñarentur
10 eis, id est in Iudęo et fratre suo. Audie
rũt ergo oẽs principes, et vniuersus ppl's,
qui inierant pactũ, vt dimitteret vnus-
quisq; seruũ suum et vnusquisq; ancil-
lam suam liberos, et vltrà nõ dñarent
11 eis, audierunt igit et dimiserunt. Et con
uersi sunt deinceps: et retraxerunt ser-
uos et ancillas suas quos dimiserãt li-
beros, et subiugauerũt in famulos et
12 famulas. Et factũ est verbũ Dñi ad Ie-
13 remiam à Dño, dicens, Hæc dicit Dñs
C Deus Israël, Ego percussi fędus cum pa-
trib⁹ vestris in die qua eduxi eos de Ter
ra Ægypti, de domo seruitutis, dicens:
14 Cũ completi fuerint septem anni, di-
mittat vnusquisq; fratrẽ suum Hebręũ,
qui vẽditus est ei, et seruiet tibi sex an-
nis: & dimittes eum à te liberum, & nõ
audierunt patres vestri me, nec inclina
15 uerũt aurẽ suã. Et cõuersi estis vos ho-
die, & fecistis quod rectum est in ocu-
lis meis vt prædicaretis libertatẽ vnus-
quisq; ad amicũ suũ: & inistis pactũ in
conspectu meo, in domo in qua inuoca
16 tum est nomen meum sup eam. Et re
uersi estis, & cõmaculastis nomẽ meũ:
& reduxistis vnusquisq; seruum suũ,
& vnusquisq; ancillã suam quos dimi-
seratis vt essent liberi & suę potestatis:
& subiugastis eos vt sint vobis serui &
17 ancillæ. Propterea hæc dicit Dñs, Vos
non audistis me, vt p̃dicaretis liberta-
tẽ vnusquisq; fratri suo, & vnusquisq;
D amico suo: ecce ego prædico vobis liber
tatem ait Dñs ad gladium ad pestẽ, &
ad famem, & dabo vos in commotionẽ

Exo. 21. a. 2. Deu. 15. c. 12.

18cunctis regnis terræ. ¶Et dabo viros qui
prævaricant foedus meum, & non obser
uauerūt verba fœderis qb⁹ assensi sunt
in conspectu meo, vitulum quem côci-
derunt in duas partes, & trāsierunt in-
19ter diuisiones eius, ¶Prīcipes Iuda & prī
cipes Ierl'em, eunuchi, & sacerdotes, &
oīs ppl's terræ, q transierunt inter diui-
20siones vituli. ¶Et dabo eos in man⁹ ini-
micorū suorum, & in manus quęrentiū
aiam eorum, & erit morticinum eorū
in escā volatilibus cœli & bestijs terræ.
21¶Et Sedeciam regē Iuda & principes ei⁹
dabo in manus inimicorū suorū, & in
manus quærentium aīas eorum, & in
manus exercituū regis Babylonis, q re-
22cesserūt à uobis. ¶Ecce ego præcipio, di-
cit Dñs, & reducā eos in ciuitatē hanc,
& prçliabunt aduersus eā, & capient eā,
& incēdent igni, & ciuitates Iuda dabo
in solitudinem, eò q non sit habitator.

CAP. XXXV.

1 VErbum qđ factum est ad Ieremiā à
A Dño in diebus Ioacim filij Iosię re
2 gis Iuda, dicens: ¶Vade ad domum Re-
chabitarū, & loquere eis, & introduces
eos in domum Dñi in vnam exedram
thesaurorum & dabis eis bibere vinū.
3 ¶Et assūmpsi Iesoniam filiū Ieremię fi-
lij Habsaniæ, & fratres eius, & oēs filios
eius, & vniuersam domū Rechabitarū:
4 ¶Et introduxi eos in domū Dñi, ad ga-
zophylacium filiorum Hanan filij Iege
deliæ hoīs Dei, qđ erat iuxta gazophyla
cium principū, sup thesaurum Maasiæ
5 filij Sellū, qui erat custos vestibuli. ¶Et
posui corā filijs domus Rhechabitarū
scyphos plenos vino, & calices: & dixi
6 ad eos, Bibite vinum. ¶Qui respôderunt,
Nō bibemus vinum: qa Ionadab filius
B Rechab, pr̄ nr̄, p̄cepit nobis, dicens: Non
bibetis vinū vos & filij vr̄i vsq; in sem-
7 piternū. ¶Et domum nō ædificabitis, &
sementē nō seretis, & vineas non plāta-
bitis, nec habebitis: sed in tabernaculis
habitabitis cunctis diebus vr̄is, vt viua
tis diebus multis sup faciē terræ in qua
8 vos peregrinamini. ¶Obediuimus ergo
voci Ionadab filij Rechab, pr̄is nr̄i, in
oībus quæ præcepit nobis: ita vt nō bi-
beremus vinū cunctis diebus nr̄is: nos
9 & mulieres nr̄æ, filij & filiæ nr̄æ. ¶& nō
ædificaremus domos ad habitādum, &
vineā & agrū & sementē nō habuimus:
10sed habitauimus ī tabernaculis, & obe-
dientes* fuimus' iuxta oīa quæ pręcepit *secūdū'&
11nobis Ionadab pr̄ nr̄. ¶Cùm aūt ascēdis
set Nabuchodonosor rex Babylonis ad
terrā nr̄am, diximus, Venite, & ingrediā
mur Ierl'm à facie exercitus Chaldęorū,
& à facie exercitus Syriæ: & mansimus
12in Ierl'm. ¶Et factum est verbum Dñi ad
C Ieremiam, dicens: ¶Hæc dicit Dñs exer-
13cituum Deus Isr̄l, Vade, & dic viris Iuda
& habitatoribus Ierl'm, Nunquid nō re
cipietis disciplinam, vt obediatis verbis
14meis, dicit Dñs? ¶Præualuerunt sermo-
nes Ionadab filij Rechab, quos pręcepit
filiis suis vt non biberent vinum: & nō
biberunt vsq; ad diē hanc, qa obedie-
runt præcepto pr̄is sui: ego aūt locutus
sum ad vos, de mane consurgens & lo-
15quens & nō obedistis mihi. ¶Misiq; ad
vos oēs seruos meos pphetas, consurgēs
diluculo mittēsq; & dicens. ¶Conuerti- Sup. 18.
mini vnusquisq; à via sua pessima, & bo b. 11. 25.
na facite studia vr̄a: & nolite sequi deos a. 5.
alienos, neq; colatis eos, & habitabitis
in terra quā dedi vobis & pr̄ibus vr̄is: &
non inclinastis aurem vr̄am, neq; audi-
16stis me. ¶Firmauerunt igit filij Ionadab
D filij Rechab præceptū pr̄is sui qđ præce
perat eis: ppl's aūt iste non obediuit mi-
17hi. ¶Idcirco hæc dicit Dñs exercituum
Deus Isr̄l, Ecce ego adducam super Iudā
& sup oēs habitatores Ierl'm vniuersam
afflictionem quam locutus sum aduer-
sum illos, eo q locutus sum ad illos, &
non audierunt, vocaui illos, & non re-
18sponderunt mihi. ¶Domui aūt Recha-
bitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dñs
exercituū Deus Isr̄l. Pro eo q obedistis
p̄cepto Ionadab pr̄is vr̄i, & custodistis
oīa mandata eius, & fecistis vniuersa
19quæ præcepit vobis. ¶Propterea hæc di-
cit Dñs exercituum Deus Isr̄l, Non de-
ficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab,
stans in conspectu meo cunctis diebus.

CAP. XXXVI.

1 ET factū est in anno quarto Ioacim
A filij Iosię regis Iuda, factum est ver
bum hoc ad Ieremiam à Dño, dicens,
2 ¶Tolle volumē libri, & scribes in eo oia
verba quæ locutus sum tibi aduersum
Isr̄l & Iudam, & aduersum oēs gentes: à
die qua locutus sum ad te ex diebus Io-
3 siæ vsq; ad diem hanc. ¶Si fortè audien
te domo Iuda vniuersa mala quæ ego
cogito facere eis, reuertat unusquisq; à
via sua pessima: & ppitius ero iniquita-

4 ti, & peccato eorum. ¶Vocauit ergo Ie-
remias Baruch filium Neriç: & scripsit
Baruch ex ore Ieremiç oẽs sermones Do
mini, quos locutus est ad eum, in volu-
5 mine libri. ¶ & præcepit Ieremias Ba-
ruch, dicens, Ego clausus sum, nec valeo
6 ingredi domum Dñi. ¶ Ingredere ergo
B tu, & lege de volumine in quo scripsisti
ex ore meo verba Dñi, audiente pplo in
domo Dñi in die ieiunij: insuper & au-
diente vniuerso Iuda, qui veniunt de ci
7 uitatibus suis, leges eis: ¶Si fortè cadet
oratio eorum in conspectu Dñi, & re-
uertatur vnusquisq; à via sua pessima:
qm̃ magnus furor & indignatio est, quã
locutus est Dñs aduersum pplm hunc.
8 ¶ Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta oĩa
quæ pręceperat ei Ieremias propheta,
legens ex volumine sermones Dñi in
9 domo Dñi. ¶Factum est autem in anno
quinto Ioacim filij Iosię regis Iuda, in
mense nono: prædicauerunt ieiunium
in cõspectu Dñi oĩ pplo in Ierl'm, & vni
uersę multitudini quę confluxerat de
10 ciuitatibus Iuda in Ierl'm. ¶ Legitq; Ba-
C ruch ex volumine sermones Ieremię in
domo Dñi in gazophylacio Gamarię fi
lij Saphan scribę, in vestibulo superio-
ri, in introitu portę nouæ domus Dñi,
11 audiẽte omni populo. ¶Cunq; audisset
Michęas filius Gamarię filij Saphan oẽs
12 sermones Dñi ex libro: ¶descẽdit in do-
mum regis ad gazophylaciũ scribæ: &
ecce, ibi omnes principes sedebant, Eli-
sama scriba, & Dalaias filius Semeię, &
Elnathan filius Achobor: & Gamaria fi
lius Saphan, & Sedecias filius Hananię,
13 & vniuersi principes. ¶ Et nuntiauit eis
Michęas oĩa verba quę audiuit, legentẽ
14 Baruch ex volumine ĩ auribus ppli. ¶Mi
serunt itaq; oẽs principes ad Baruch, Iu
di filiũ Nathanię filij Selemię filij Chu
si, dicentes: Volumẽ ex quo legisti au-
diẽte pplo, sume in manu tua, & veni.
D Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumẽ
15 in manu sua, & venit ad eos. ¶Et dixerũt
ad eũ, Sede & lege hæc in auribus nr̃is.
16 Et legit Baruch in auribus eorum. ¶Igi-
tur cum audissent oĩa verba, obstupue-
runt vnusquisq; ad proximum suum,
& dixerunt ad Baruch, Nuntiare debe-
17 mus regi oẽs sermones istos. ¶Et interro
gauerunt eũ, dicẽtes, Indica nobis quo-
modo scripsisti oẽs ſmones istos ex ore
18 eius. ¶ Dixit aũt eis Baruch, Ex ore suo
loquebatur quasi legens ad me oẽs ser-
mones istos: & ego scribebam in volu-
19 mine atramẽto. ¶Et dixerunt principes
ad Baruch, Vade, & abscõdere tu & Ie-
20 remias, & nemo sciat vbi sitis. ¶Et ingres
si sunt ad regem in atrium: porrò volu-
mẽ commendauerunt in gazophylacio
Elisamę scribę: & nuntiauerũt audiẽte
21 rege oẽs ſmones. ¶Misitq; rex Iudi, vt su
E meret volumen: q tollens illud de gazo
philacio Elisamę scribę, legit audiẽte re
ge, & vniuersis principibus q stabãt cir-
22 ca regẽ. ¶Rex aũt sedebat in domo hye-
mali in mẽse nono: & posita erat arula
23 corã eo plena prunis. ¶Cũmq; legisset Iu
di tres pagellas vel quatuor, scidit illud
scalpello scribę: & ꝓiecit in ignẽ q erat
sup arulã: donec cõsumaret oẽ volumẽ
24 igni q erat in arula. ¶Et nõ timuerunt,
neq; sciderunt vestimẽta sua rex, & oẽs
serui eius q audierunt vniuersos ſmo-
25 nes istos. ¶Veruntamẽ Elnathan, & Da-
laias, & Gamarias cõtradixerunt regi ne
26 cõbureret librũ: & non audiuit eos: ¶Et
pcepit rex Ieremiel filio Amelech, & Sa
F raię filio Ezriel, & Selemię filio Abdeel,
vt cõprehenderẽt Baruch scribã, & Iere-
27 miã ꝓphetã: abscondit aũt eos Dñs. ¶Et
factũ est verbũ Dñi ad Ieremiã ꝓphetã
postquã cõbusserat rex volumẽ, & ſmo-
nes quos scripserat Baruch ex ore Iere-
28 miæ, dicẽs: Rursũ tolle volumẽ aliud:
& scribe ĩ eo oẽs ſmones priores, q erãt
in primo volumine, qđ combussit Ioa-
29 cim rex Iuda. ¶Et ad Ioacĩ regẽ Iuda di-
cẽs, Hæc dicit Dñs, Tu cõbussisti volu-
men illud, dicens, Quare scripsisti in eo
annuntians, Festinus veniet rex Babylo
nis, & vastabit terrã hanc: & cessare fa-
30 ciet ex illa hoĩem & iumentũ? ¶Propte-
rea hæc dicit Dñs contra Ioacim regẽ Iu
G da, Non erit ex eo q sedeat sup soliũ Da
uid: & cadauer eius proijciet ad æstum
31 per diem, & ad gelu p noctem. ¶Et visi-
tabo contra eum, & contra semen eius,
& contra seruos eius iniquitates suas, &
adducam super eos & super habitatores
Ierl'm, & sup viros Iuda omne malum
quod locutus sum ad eos: & nõ audie-
32 runt. ¶Ieremias aũt tulit volumẽ aliud,
& dedit illud Baruch filio Nerię scribę,
q scripsit in eo ex ore Ieremię oẽs sermo
nes libri, quem combusserat Ioacim
rex Iuda igni: & insuper additi sunt ser-
mones multò plures, q̃ anteà fuerant.

4.Reg.4. d.17. 2.Pa.36. b.10. 3.Esd.1, f.47.

CAP. XXXVII.

1 ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ
A ꝓ Iechonia filio Ioacim: quẽ consti
tuit regẽ Nabuchodonosor rex Babylo-
2 nis ĩ terra Iuda. ¶Et nõ obediuit ipse, &
serui eius, & ppl's terræ verbis Dñi quæ
locutus est in manu Ieremiæ prophetę.
3 ¶Et misit rex Sedecias Iuchal filiũ Sele-
miæ, & Sophoniã filiũ Maasiæ sacerdo
tem ad Ieremiã prophetã dicens, Ora ꝓ
4 nobis Dñm Deũ nr̃m. ¶Ieremias aũt li-
berè ambulabat in medio ppl'i, nõ eñ
miserant eũ in custodiã carceris. Igitur
exercit⁹ Pharaonis egressus est de Ægy-
pto: & audiẽtes Chaldæi q̃ obsidebant
Ierl'm, huiuscemodi nuntiũ, recesserũt
5 ab Ierl'm. ¶Et factũ est verbũ dñi ad Ie-
6 remiã prophetã, dicens: ¶Hęc dicit Dñs
B Deus Israël: Sic dicetis regi Iuda, q̃ mi-
sit vos ad me interrogandũ: Ecce exerci
tus Pharaonis, q̃ egressus est vobis in
auxiliũ, reuertet̃ in terrã suã ĩ Ægyptũ:
7 ¶& redient Chaldæi, & bellabũt cõtra
ciuitatẽ hanc: & capient eã, & succẽdẽt
8 eã igni. ¶Hęc dicit Dñs, Nolite decipere
aĩas vestras, dicẽtes, Euntes abibunt, &
recedent à nobis Chaldæi: q̃a non abi-
9 bunt. ¶Sed & si ꝑcusseritis oẽm exerci-
tum Chaldæorũ, q̃ ꝓliantur aduersum
vos, & derelicti fuerint ex aliqui vulne-
rati: singuli de tentorio suo cõsurgẽt &
10 incendent ciuitatẽ hanc igni. ¶Ergo cũ
recessisset exercit⁹ Chaldæorũ ab Ierl'm
11 ꝓp exercitũ Pharaonis, ¶Egressus est Ie-
remias de Ierl'm vt iret in terram Ben-
iamin, & diuideret ibi possessionẽ in cõ
12 spectu ciuiũ. ¶Cũq; ꝑuenisset ad portã
C Ben-iamin, erat ibi custos portę ꝑ vices,
noĩe Ierias, fili⁹ Selemiæ filij Hananię:
& apprehendit Ieremiã prophetã, dicẽs,
13 Ad Chaldęos profugis? ¶Et rñdit Iere-
mias, Falsum est nõ fugio ad Chaldęos.
Et nõ audiuit eũ: sed cõprehẽdit Ierias
Ieremiã, & adduxit eum ad principes.
14 ¶Quã ob rem irati principes contra Ie-
remiã, cęsum eum miserunt in carcerẽ
qui erat in domo Ionathan scribæ. ipse
15 enim ꝓpositus erat sup carcerẽ. ¶Itaq;
ingressus est Ieremias ĩ domũ laci & in
ergastulũ. & sedit ibi Ieremias diebus
16 multis. ¶Mittens aũt Sedecias rex tulit
eũ: & interrogauit eũ ĩ domo sua abscõ
ditè, & dixit, Putásne est sermo à Dño?
D Et dixit Ieremias, Est. Et ait, In manus
17 regis Babylonis tradẽris. ¶Et dixit Iere-
mias ad regem Sedeciam. Quid pecca-
ui tibi & seruis tuis & ppl'o tuo, quia mi
18 sisti me in domũ carceris? ¶Vbi sunt ꝓ-
phetæ vestriq; prophetabant vobis, &
dicebant, Non veniet rex Babylonis su
19 per vos, & sup terrã hanc? ¶Nunc ergo
audi obsecro Dñe mi rex, Valeat depre-
catio mea in conspectu tuo: & ne me re
mittas in domum Ionathan scribæ, ne
20 moriar ibi. ¶Pręcepit ergo rex Sedecias
vt traderetur Ieremias in vestibulo car
ceris: & daretur ei torta panis quotidie,
excepto pulmento, donec consumeren
tur omnes panes de ciuitate: & mansit
Ieremias in vestibulo carceris.

CAP. XXXVIII.

1 AVdiuit aũt Saphatias filius Mathã,
A & Gedelias fili⁹ Phassur & Iuchal
fili⁹ Selemię, & Phassur filius Melchię,
sermones quos Ieremias loquebatur ad
2 oẽm ppl'm, dicẽs, ¶Hæc dicit Dñs: ‖Qui ‖Supr.21 c.9.
cunq; manserit in ciuitate hac, moriet̃
gladio & famẽ & peste: q̃ aũt profuge-
rit ad Chaldęos, viuet, & erit aĩa eius so
3 spes & viuens. ¶Hæc dicit Dñs, Traden
do tradetur ciuitas hæc in manu exer-
4 citus regis Babylonis, & capiet eã. ¶Et
dixerunt principes regi, Rogamus vt oc
cidat̃ homo iste: de industria enim dis-
soluit manus virorũ bellantium, qui re
manserũt in ciuitate hac, & manus vni
uersi populi, loquens ad eos iuxta ver-
ba hæc, siquidẽ homo iste non q̃rit pa-
5 cem ppl'o huic, sed malũ. ¶Et dixit rex
B Sedecias, Ecce ipse in manib⁹ vestris est:
nec enim fas est regem vobis quicq̃ ne-
6 gare. ¶Tulerunt ergo Ieremiã, & proie-
cerunt eũ in lacum Melchiæ filij Amé-
lech q̃ erat in vestibulo carceris: & sub
miserunt Ieremiam in funibus in lacũ
in quo non erat aqua, sed lutum. deicẽ
7 dit itaq; Ieremias ĩ cęnũ. ¶Audiuit aũt
Abde-mélech Æthiops vir eunuchus q̃
erat in domo regis, ꝙ misissent Ieremiã
in lacũ: porrò rex sedebat ĩ porta Ben-
8 iamin. ¶Et egressus est Abde-mélech de
domo regis, & locutus est ad regẽ, dicẽs,
9 ¶Dñe mi rex, malefecerunt viri isti oĩa
C quæcunq; ꝑpetrarunt contra Ieremiam
prophetã, mittentes eum in lacũ, vt mo
riatur ibi fame, non sunt enim panes
10 vltrà in ciuitate. ¶Præcepit itaq; rex Ab
de-mélech Æthiopi, dicens, Tolle tecũ
hinc triginta viros, & leua Ieremiã pro-
11 phetã de lacu, anteq̃ moriatur. ¶Assum-

ptis

ptis ergo Abde-mélech secum viris, in-
gressus est domū regis, quæ erat sub cel
lario: & tulit inde veteres pānos, & an-
tiqua* quę cōputruerant: & submisit ea *vestimēta.
12 ad Ieremiā in lacum per funiculos. ¶ Di
xitq; Abde-mélech Æthiops ad Iere-
miam, Pone veteres pannos, & hæc scis-
sa & putrida sub cubito manuum tua-
rū, & *sup' funes. fecit ergo Ieremias sic. *subter 4
13 ¶ Et extraxerūt Ieremiā funibus, & edu-
D xerunt eū de lacu. mansit aūt Ieremias
14 in vestibulo carceris. ¶ Et misit rex Sede
cias, & tulit ad se Ieremiā prophetā ad
ostium tertiū quod erat in domo Dñi:
& dixit rex ad Ieremiā, Interrogo ego
te sermonem, ne abscōdas à me aliq̄d.
15 ¶ Dixit aūt Ieremias ad Sedeciam, Si an
nuntiauero tibi, nunquid non interfi-
cies me? & si consilium dedero tibi, nō
16 me audies. ¶ Iurauit ergo rex Sedecias Ie
remię clàm, dicens. Viuit Dñs qui fecit
nobis aīam hanc, si occidero te, & si tra
didero te in manus virorū istorum qui
17 quærūt aīam tuam. ¶ Et dixit Ieremias
ad Sedeciam, Hęc dicit Dñs exercituū
E Deus Israël, Si profectus exieris ad prin-
cipes regis Babylonis, viuet aīa tua, &
ciuitas hæc non succendet' igni: & salu⁹
18 eris tu, & domus tua. ¶ Si aūt non exie-
ris ad principes regis Babylonis, trade-
tur ciuitas hæc in manus Chaldæorū,
& succendent eam igni: & tu non effu-
19 gies de manu eorum. ¶ Et dixit rex Sede
cias ad Ieremiam, Solicitus sum pp Iu-
dęos, qui transfugerunt ad Chaldæos:
ne fortè tradar in man⁹ eorum, & illu-
20 dant mihi. ¶ Rñdit aūt Ieremias, Nō te
tradent, audi quæso vocem Dñi, quam
ego loquor ad te, & bñ tibi erit, & viuet
21 aīa tua. ¶ Quòd si nolueris egredi: iste
22 est sermo quē ostendit mihi Dñs. ¶ Ecce
F oēs mulieres quæ remāserunt in domo
regis Iuda, educētur ad principes regis
Babylonis: & ipsę dicent, Seduxerūt te,
& præualuerūt aduersum te, viri paci
fici tui, demerserūt in cœno, & in lubri
23 co pedes tuos, & recesserunt à te. ¶ Et oēs
vxores tuæ, & filij tui educent' ad Chal
dęos: & non effugies manus eorū, sed
in manu regis Babylonis capieris: & ci
24 uitatē hanc cōburet igni. ¶ Dixit ergo Se
decias ad Ieremiā, Nullus sciat verba
25 hæc, & non morieris. ¶ Si aūt audierint
G pricipes q̄a locut⁹ sum tecū: & venerint
ad te, & dixerint tibi, Indica nobis q̄d
locutus sis cū rege, ne celes nos, & non
te interficiemus: & q̄d locutus est tecū
26 rex: ¶ Dices ad eos, Prostraui ego preces
meas corā rege, ne me reduci iuberet in
27 domū Ionathā, & ibi morerer. ¶ Vene-
rūt ergo oēs principes ad Ieremiā, & in-
terrogauerūt eū: & locutus est eis iuxta
oīa verba quæ præceperat ei rex, & ces-
sauerunt ab eo: nihil enim fuerat audi
28 tum. ¶ Māsit verò Ieremias in vestibulo
carceris: vsq; ad diē quo capta est Ieru-
salem: & factū est vt caperetur Ierl'm.

CAP. XXXIX.

1 ANno nono Sedecię regis Iuda, mē 4.Re.25
A se decimo, venit Nabuchodonosor a.1.
rex Babylonis: & oīs exercitus eius ad infr. 52.
2 Ierl'm, & obsidebāt eā. ¶ Vndecimo aūt a.4.
anno Sedeciæ, mense quarto, *q̄nta' mē *nona 5.
3 sis apta est ciuitas. ¶ Et ingressi sunt oēs
principes regis Babylonis, & sederūt in
porta media: Neregel, Serēser, Semegar-
nabu, Sar-sachim, Rabsares, Neregel, Se
séser, Reb-mag, & oēs reliqui principes
4 regis Babylonis. ¶ Cūq; vidisset eos Se-
decias rex Iuda, & oēs viri bellatores, fu
gerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate
per viā horti regis, & p̄ portam quę erat
inter duos muros, & egressi sunt ad viā
5 deserti. ¶ Persecutus est aūt eos exercit⁹
B Chaldęorum: & cōprehenderunt Sede-
ciam in campo solitudinis Ierichonti-
nę, & captum adduxerūt ad Nabucho-
donosor regem Babylonis i Reblātha,
quę est in terra-Emath: & locutus est
6 ad eū iudicia. ¶ Et occidit rex Babylonis
filios Sedecię in Reblātha, i oculis ei⁹:
& oēs nobiles Iuda occidit rex Babylo
7 nis. ¶ Oculos quoq; Sedecię eruit: & vin
xit eum compedibus, vt duceretur in
8 Babylonem. ¶ Domum quoq; regis, &
domum vulgi succenderunt Chaldęi
igni: et murum Ierusalem subuerterūt.
9 ¶ Et reliquias populi, qui remāserant in
ciuitate, & perfugas qui transfugerant
ad eum, & superfluos vulgi qui remāse
rant transtulit Nabuzardā magister mi
10 litum in Babylonem. ¶ Et de plebe pau-
perum, qui nihil penitus habebant, 'di-
C misit Nabuzardā magister militū in ter
ra-Iuda: & dedit eis vineas & cisternas
11 in die illa. ¶ Pręceperat aūt Nabuchodo
nosor rex Babylonis de Ieremia Nabu-
12 zardan magistro militū, dicens: ¶ Tolle
illum, & pone super eum oculos tuos,
nihilque ei mali facias: sed vt volueris,

*Nabu & Sesbi 16
13 sic facias ei. ¶ Misit ergo Nabuzardã prĩ
ceps militiæ, & *Nabusezbaz' & Rab-sa-
res, & Neregel, & Seréser, & Reb-mag, &
14 oés optimates regis Babylonis, ¶ miserũt
& tulerunt Ieremiã de vestibulo carce-
D ris, & tradiderũt eũ Godoliç filio Ahicã
filij Saphã, vt intra et in domũ, & habi
15 taret in pplõ. ¶ Ad Ieremiã aũt fact⁹ fue-
rat sermo Dñi, cùm clausus esset in ve-
16 stibulo carceris, dicẽs, ¶ Vade, & dic Ab-
demélech Æthiopi, dicẽs, Hæc dicit Do
minus exercituũ Deus Israël, Ecce, ego
inducam sermones meos super ciuitatẽ
hanc in malũ, & non in bonũ: & erunt
17 in cõspectu tuo in die illa. ¶ Et liberabo
te in die illa, ait Dñs: & non traderis in
18 manus virorũ quos tu formidas: ¶ Sed
eruens liberabo te, & gladio nõ cades:
sed erit tibi anima tua in salutem, quia
in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

1 SErmo q factus est ad Ieremiã à Dño,
A postq̃ dimissus est à Nabuzardã ma
gistro militiæ de Rama, qñ tulit eũ vin
ctum catenis in medio oĩum q migra-
bant de Ierlm, & Iuda, & ducebantur
2 in Babyloné. ¶ Tollẽs ergo princeps mi-
litiæ Ieremiam, dixit ad eũ, Dñs Deus
tuus locut⁹ est malũ hoc sup locũ istũ,
3 ¶ & adduxit: & fecit Dñs sicut locutus
est: quia peccastis Dño, & non audistis
vocẽ eius, & factus est vobis sermo hic.
4 ¶ Nunc ergo ecce solui te hodie de cate-
nis q sunt in manibus tuis: si placet tibi
vt venias mecũ in Babyloné, veni: & po
nã oculos meos sup te: si aũt displicet
tibi venire mecũ in Babylonem, reside:
ecce oĩs terra in cõspectu tuo est, quod
elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas,
5 illuc perge. ¶ Et mecum noli venire: sed
B habita apud Godoliã filiũ Ahicam filij
Saphã: quem proposuit rex Babylonis
ciuitatibus Iudæ: habita ergo cũ eo in
medio populi: vel quòcunq; placuerit
tibi vt vadas, vade. Dedit quoq; ei ma-
gister militiæ cibaria, & munuscula, &
6 dimisit eũ. ¶ Venit aũt Ieremias ad Go-
doliam filium Ahicam in Masphath:
& habitauit cũ eo in medio populi qui
7 relictus fuerat in terra. ¶ Cùmq; audis-
sent oés principes exercitus, qui dispersi
fuerãt per regiones, ipsi & socij eorum,
q̃ præfecissẽt rex Babylonis Godoliã fi-
lium Ahicam terræ: & q̃ commẽdasset
ei viros, & mulieres, & paruulos, & de
pauperibus terræ q non fuerant transla
8 ti in Babylonem: ¶ Venerunt ad Godo-
C liã in Masphath, & Ismahel filius Na-
thaniæ, & Iohanã, & Ionathan, filij Ca-
ree, & Sareas fili⁹ Thanehumeth, & filij
Ophi q erant de Nethophathi, & Iezo-
nias filius Maachathi, ipsi & viri eorũ. 4. Re. 25 f. 24.
9 ¶ Et iurauit eis Godolias filius Ahicã fi
lij Saphan, & comitibus eorum, dicens,
Nolite timere seruire Chaldæis: habita
te in terra, & seruite regi Babylonis, &
10 bene erit vobis. ¶ Ecce ego habito in Ma
sphat, vt rñdeam pcepto Chaldæorum,
qui mittuntur ad nos: vos aũt colligite
vindemiam, & messem & oleum, & cõ-
dite in vasis vestris: & manete in vrbib⁹
11 vestris quas tenetis. ¶ Sed & oés Iudæi q
erant in Moab, & in *filiis' Ammon, & *filiis
in Idumæa, & in vniuersis regionibus,
audito q̃ dedisset rex Babylonis reliqas
in Iudæa, & q̃ præposuisset super eos
Godoliam filium Ahicam filiis Saphã:
12 ¶ reuersi sunt inquam omnes Iudæi de
D vniuersis locis ad quę profugerant, &
venerunt in terram Iuda ad Godoliam
in Masphat: & collegerunt vinum, &
13 messem multam nimis. ¶ Iohanan au-
tem filius Caree, & oés principes exerci
tus, qui dispersi fuerant in regionibus,
venerunt ad Godoliam in Masphath.
14 ¶ Et dixerunt ei, Scito, q̃ Baalis rex filio-
rum Ammon misit Ismahel filium Na
thaniç percutere aĩam tuam. Et nõ cre-
15 didit eis Godolias filius Ahicam. ¶ Io-
hanan autem filius Caree dixit ad Go-
doliam seorsum in Masphath loquens,
Ibo, & percutiam Ismahel filium Na-
thaniæ nullo sciente: ne interficiat ani
mam tuam, & dissipentur oés Iudæi
qui congregati sunt ad te, & peribunt
16 reliquiæ Iuda. ¶ Et ait Godolias filius
Ahicam ad Iohanan filium Caree, No-
li facere verbum hoc: falsum enim tu
loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

1 ET factũ est ĩ mense septimo, venit If
A mahel fili⁹ Nathaniç, filij Elisama
de semine regali, & optimates regis, &
decem viri cũ eo, ad Godoliam filium
‖Iere. 13. c. 17.
uit in nocte, & lachrymæ eius in maxil
lis eius: non est qui consoletur eam ex
oĩbus charis eius: oẽs amici eius spreue
rant eam, & facti sunt ei inimici.
Ghimel 3 Migrauit Iudas propter afflictionẽ,
& multitudinem seruitutis: habitauit
inter Gentes, nec inuenit requiem: om-
nes persecutores eius apprehenderunt
eam inter angustias.
Daleth 4 Viæ Sion lugent, eò q̃ non sint qui
B veniant ad solennitatem: Omnes por-
tæ eius destructæ: sacerdotes eius ge-
mentes: virgines eius squalidę, & ipsa
oppressa amaritudine.
He. 5 Facti sunt hostes ei⁹ in capite, inimi
ci eius locupletati sunt: quia Dñs locu-
tus est super eã propter multitudinem
iniquitatũ eius: paruuli eius ducti sunt
in captiuitatem ante faciem tribulãtis.
Vau. 6 Et egressus est à filia Sion omnis de-
C cor eius: facti sunt principes eius velut
arietes non inueniẽtes pascua: & abie-
runt absq; fortitudine ante faciem sub
sequentis.
Zain. 7 Recordata est Ierl'm dierũ afflictio-
nis suæ, & præuaricationis, omniũ desi
derabiliũ suorũ quæ habuerat à diebus
antiquis cũ caderet ppl's eius in manu
hostili, & nõ esset auxiliator: viderunt
eã hostes, & deriserunt sabbatha eius.
Heth. 8 Peccatum peccauit Ierl'm, propterea
instabilis facta est: omnes qui glorifica
bant eã, spreuerunt illam, quia viderũt
ignominiam eius: ipsa autem gemens,
& conuersa est retrorsum.
9 Sordes eius in pedib⁹ eius, nec recor Teth.
D data est finis sui: deposita est vehemen
ter, non habens consolatorẽ: vide Dñe
afflictionẽ meã, qm̃ erect⁹ est inimicus.
10 Manum suã misit hostis ad omnia Iod.
desiderabilia eius: quia vidit gentes in-
gressas sanctuariũ suũ, de quibus pręce
peras ne intrarent in ecclesiam tuam.
11 Omnis ppl's eius gemens, & quęrens Caph.
panem: dederunt pretiosa queq; pro ci-
bo ad refocillandam animã. vide Dñe,
& considera, qm̃ facta sum vilis.
12 O vos omnes qui transitis per viã, Lamed
attendite, & videte si est dolor sicut do
lor meus, qm̃ vindemiauit me, vt locu
tus est Dominus in die irę furoris sui.
13 De excelso misit ignẽ in ossib⁹ meis Mem.
E & erudiuit me: expãdit rete pedib⁹ meis
conuertit me retrorsum: posuit me de-
solatam, tota die mœrore confectam.
14 Vigilauit iugũ iniqtatũ mearũ: in Nun.
manu ei⁹ cõuolutę sunt, & ĩpositę collo
meo: infirmata est virt⁹ mea: dedit me
Dñs ĩ manũ de qua nõ potero surgere.
15 Abstulit oẽs magnificos meos Dñs Samech
de medio mei, vocauit aduersum me
tẽpus, vt cõtereret electos meos: torcu-
lar calcauit Dñs virgini filiæ Iuda.
16 ‖Idcirco ego plorãs, & oculus meus Ain.
F deducens aquas: quia longè factus est ‖Iere. 14. c. 17.
à me consolator conuertens animam Inf. 2. f. 18
meam: facti sunt filij mei perditi, qm̃
inualuit inimicus.
17 Expandit Sion manus suas, non est Phe.
qui consoletur eam: mandauit Domi-
nus aduersum Iacob, in circuitu eius
hostes eius: facta est Ierusalem quasi
polluta menstruis inter eos.
18 Iustus est Dominus, quia os eius ad Sadi.
iracundiam prouocaui. audite obsecro
vniuersi populi, & videte dolorẽ meũ:
virgines meæ & iuuenes mei abierunt
in captiuitatem.
19 Vocaui amicos meos, ipsi deceperũt Coph.
G me: sacerdotes mei & senes mei ĩ vrbe
consumpti sunt: quia quæsierunt cibũ
sibi, vt refocillarent animam suam.
20 Vide Domine qm̃ tribulor, cõtur- Res.
batus est venter meus: subuersum est
cor meum in memetipsa: qm̃ amaritu-
dine plena sum: foris * interficit gla- *Interfe-cit 9.
dius, & domi mors similis est.
21 Audierunt qa ingemisco ego, & nõ Sin.

est qui

est q cõsoletur me omnes inimici mei
audierunt malũ meũ, lætati sunt, quo
niam tu fecisti, adduxisti diem cõsola-
tionis, & fient similes mei.
Thau. 22 ¶Ingrediatur omne malũ eorum co-
rã te: & vindemia eos sicut vindemiasti
me propter oẽs iniquitates meas: mul-
ti enĩ gemit⁹ mei, & cor meũ mœrens.

CAP. II.

Aleph. 1 QVomodo obtexit caligine ĩ furore
A suo Dominus filiam Sion: proiecit
de cælo in terram ĩclytam Is-
raël, & non est recordatus scabelli pe-
dum suorum in die furoris sui?
Beth. 2 ¶Præcipitauit Domin⁹ nec pepercit,
oĩa speciosa Iacob: destruxit in furore
suo munitiões virginis Iuda: & deiecit
in terrã, polluit regnũ, & principes eius.
ghimel 3 ¶Confregit ĩ ira furoris omne cornu
Israël: auertit retrorsum dexterã suam
à facie inimici: & succendit in Iacob
quasi ignẽ flãmæ deuorantis in gyro.
Daleth 4 ¶Tetendit arcũ suum quasi inimicus,
B firmauit dexteram suã quasi hostis: &
occidit omne quod pulchrũ erat visu
in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi
ignem indignationem suam.
He. 5 ¶Factus est Dominus velut inimicus:
præcipitauit Israël, præcipitauit omnia
mœnia ei⁹, dissipauit munitiones eius,
& repleuit in filia Iuda humiliatum &
humiliatam.
Vau. 6 ¶Et dissipauit q̃si ortũ tentoriũ suũ,
demolitus est tabernaculũ suũ: obliuio
ni tradidit Dñs in Sion festiuitatem &
sabbathũ: & in opprobriũ & ĩ indigna-
tionẽ furoris sui regem & sacerdotem.
Zain. 7 ¶Repulit Dñs altare suũ, maledixit
C sanctificationi suæ: tradidit in manus
inimici muros turrium eius: vocẽ dede
runt in domo Dñi, sicut in die solenni.
Heth. 8 ¶Cogitauit Dñs dissipare murũ filiæ
Sion: tetendit funiculũ suũ, & nõ auer
tit manũ suã à pditione: luxitq; ante-
murale, & murus pariter dissipatus est.
Teth. 9 ¶Defixę sunt in terra portæ eius: per-
didit & cõtriuit vectes eius: regem eius
& principes eius in gentibus: non est
lex, & prophetæ eius non inuenerunt
visionem à Domino.
Iod. 10 ¶Sederunt in terra, cõticuerunt senes
filię Sion: consperserunt cinere capita
sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in
terram capita sua virgines Ierusalem.
Caph. 11 ¶Defecerũt prę lachrymis oculi mei,
D conturbata sunt viscera mea: effusum
est in terra iecur meũ super contritio-
nem filiæ populi mei, cũ deficeret par-
uulus & lactens in platéis oppidi.
12 ¶Matribus suis dixerũt, Vbi est triti- Lamed
cũ & vinũ? cũ deficerẽt quasi vulnerati
in platéis ciuitatis: cũ exhalarẽt animas
suas in sinu matrum suarum.
13 ¶Cui comparabo te? vel cui assimila- Mem.
bo te filia Ierusalem? cui exæquabo te,
& cõsolabor te virgo filia Sion? magna
est enim velut mare contritio tua: quis
medebitur tui?
14 ¶Prophetę tui viderũt tibi falsa & stul Nun.
E ta: nec aperiebãt iniquitatẽ tuã, vt te ad
pœnitentiã prouocarent, viderunt aũt
tibi assumptiones falsas & eiectiones.
15 ¶Plauserunt super te manib⁹ omnes samech
transeuntes per viã: sibilauerunt & mo
uerunt caput suũ super filiam Ierusa-
lem, Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti
decôris, gaudium vniuersę terræ?
16 ¶Aperuerũt sup te os suũ oẽs inimici Phe.
tui: sibilauerũt, & fremuerũt dentib⁹,
& dixerũt. Deuorabim⁹: en ista est dies
quã expectabamus, inuenim⁹, vidim⁹.
17 ¶‖Fecit Dñs quæ cogitauit, cõpleuit Ain.
F sermonem suũ quem pręceperat à die- ‖Leu. 26.
bus antiquis: destruxit, & non peper- c.16.d.15
cit, & lętificauit super te inimicum, & Deut.28.
exaltauit cornu hostium tuorum. b.15.
18 ¶Clamauit cor eorũ ad Dñm sup mu Sadi.
ros filię Sion, ‖Deduc quasi torrentẽ la- ‖Iere.14.
chrymas per diem & noctẽ: non des re- c.17.
quiẽ tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Suprà 1.
f.16.
19 ¶Consurge, lauda in nocte in princi- Coph.
pio vigiliarũ: effunde sicut aquam cor
tuum ante conspectum Dñi: leua ad
eum manus tuas pro anima paruulorũ
tuorum qui defecerunt in fame in capi
te omnium compitorum.
20 ¶Vide Domine, & considera quem Res.
G vindemiaueris ita. ergone comedent
mulieres fructũ suũ paruulos ad men-
suram palmæ? si occiditur in sanctua-
rio Domini sacerdos & propheta?
21 ¶Iacuerũt in terra foris puer & senex: Sin.
virgines meæ & iuuenes mei ceciderũt
in gladio, interfecisti in die furoris tui:
percussisti, nec misertus es.
22 ¶Vocasti quasi ad diem solennẽ: qui Thau.
terrerent me de circuitu, & non fuit
in die furoris Dñi qui effugeret & re-
linqueretur: quos educaui & enutriui,
inimicus meus consumpsit eos.

CAP. III.

Aleph. 1 A EGo vir videns paupertatẽ meam in virga indignationis eius.

Aleph. 2 ¶Me minauit, & adduxit ĩ tenebras, & non in lucem.

Aleph. 3 ¶Tantùm in me vertit, & conuertit manum suam tota die.

Beth. 4 ¶Vetustam fecit pellem meã & carnem meam, contriuit ossa mea.

Beth. 5 ¶Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore.

Beth. 6 ¶In tenebrosis collocauit me: quasi mortuos sempiternos.

ghimel 7 ¶Circũędificauit aduersũ me: vt non egrediár: aggrauauit cõpedem meum.

ghimel 8 ¶Sed & cùm clamauero & rogauero, Exclusit orationem meam.

ghimel 9 B ¶Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.

Daleth 10 ¶Vrsus insidians factus est mihi: leo in *absconditis*. (*absc̃ondito.)

Daleth 11 ¶Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatam.

Daleth 12 ¶Tetendit arcum suũ, & posuit me quasi signum ad sagittam.

He. 13 ¶Misit in renibus meis filias pharetrę suæ.

He. 14 ¶Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.

He. 15 ¶Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.

Vau. 16 ¶Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

Vau. 17 ¶Et repulsa est * anima mea, oblitus sum bonorum. (*a pace 6)

Vau. 18 C ¶Et dixi, Perijt finis meus, & spes mea à Domino.

Zain. 19 ¶Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis.

Zain. 20 ¶Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.

Zain. 21 ¶Hoc recolens in corde meo, *ideo* sperabo. (*in Deo.)

Heth. 22 ¶Misericordię Domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius.

Heth. 23 ¶*Noui, diluculo, multa est fides tua. (*Noue 5)

Heth. 24 ¶Pars mea Dñs, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

Teth. 25 ¶Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.

Teth. 26 D ¶Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

Teth. 27 ¶Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.

Iod. 28 ¶Sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit *super se. (*se)

Iod. 29 ¶Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.

Iod. 30 ¶Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.

Caph. 31 ¶Quia non repellet in sempiternum Dominus.

Caph. 32 ¶Quia si abiecit, & miserebit᷑ secundũ multitudinẽ misericordiarũ suarũ.

Caph. 33 ¶Nõ enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.

Lamed 34 ¶Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ.

Lamed 35 ¶Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi.

Lamed 36 E ¶Vt peruerteret hominẽ in iudicio suo, Dominus ignorauit.

Mem. 37 ¶‖Quis est iste qui dixit vt fieret, Domino non iubente? (Amos 3 a.e.)

Mem. 38 ¶‖Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona? (Amos 3 b.f.)

Mem. 39 ¶Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?

Nun. 40 ¶Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.

Nun. 41 ¶Leuemus corda nostra, cum manibus ad Dominum in cælos.

Nun. 42 ¶Nos iniquè egimus, & ad iracundiã ꝓuocauimus: idcirco tu ĩexorabilis es.

samech 43 ¶Operuisti in furore, & ꝑcussisti nos: occidisti, nec pepercisti.

samech 44 ¶Opposuisti nubẽ tibi, ne trãseat orõ.

samech 45 F ¶Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum.

Phe. 46 ¶Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.

Phe. 47 ¶Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio.

Phe. 48 ¶Diuisiones aquarũ deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.

Ain. 49 ¶Oculus meus afflict᷑ est, nec tacuit, eò ꝙ non esset requies.

Ain. 50 ¶Donec respiceret & videret Dominus de cælis.

Ain. 51 ¶Oculus meus deprædatus est animã meam in cunctis filiabus vrbis meę.

Sadi. 52 ¶Venatione ceperũt me quasi auem inimici mei gratis.

Sadi. 53 ¶Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.

Sadi. 54 ¶Inundauerũt aquæ super caput meum: dixi: Perij.

Coph. 55 ¶Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo.

Coph. 56 ¶Vocem meã audiſti: ne auertas au-
tem tuã à ſingultu meo & clamoribus.
Coph. 57 ¶Appropinquaſti in die quando in-
G uocaui te: dixiſti, Ne timeas.
Res. 58 ¶Iudicaſti Domine cauſam animæ
meæ, redemptor vitę meæ.
Res. 59 ¶Vidiſti Domine iniquitatem illorũ
aduerſum me: iudica iudiciũ meum.
Res. 60 ¶Vidiſti omnem furorem, vniuerſas
cogitationes eorum aduerſum me.
Sin. 61 ¶Audiſti opprobrium eorũ Domine,
oẽs cogitationes eorum aduerſum me.
Sin. 62 ¶Labia inſurgentium mihi, & medi-
tationes eorum aduerſum me tota die.
Sin. 63 ¶Seſſionem eorum, & reſurrectionẽ
eorum vide, ego ſum pſalmus eorum.
Thau. 64 ¶Reddes eis vicem Domine, iuxta
opera manuum ſuarum.
Thau. 65 ¶Dabis eis ſcutũ cordis laborẽ tuũ.
Thau. 66 ¶Perſequêris in furore, & cõteres eos
ſub cælis Domine.

CAP. IIII.

Aleph. 1 QVomodo obſcuratũ eſt aurũ, mu-
A tatus eſt color optimus, diſperſi
ſunt lapides ſanctuarij in ca-
pite omnium platearum?
Beth. 2 ¶Filij Sion inclyti, & amicti auro pri-
mo: quomodo reputati ſunt in vaſa te-
ſtea, opus manuum figuli?
Ghimel 3 ¶Sed & lamiæ nudauerunt mãmam
lactauerunt catulos ſuos: filia ppl̃i mei
crudelis quaſi ſtrutio in deſerto.
Daleth 4 ¶Adhæſit lingua lactentis ad palatũ
eius in ſiti: paruuli petierunt panem, &
non erat qui frangeret eis.
He. 5 ¶Qui veſcebantur voluptuosè, inte-
rierunt in vijs: qui nutriebant̃ in cro-
ceis, amplexati ſunt ſtercora.
Vau. 6 ¶Et maior effecta eſt iniquitas filię
populi mei peccato Sodomorum: ‖quę
ſubuerſa eſt in momento, & non cepe-
runt in ea manus.
‖Gen. 19 c. 24. Iere. 49. d. 18.
Zain. 7 ¶Candidiores Nazaręi eius niue, ni-
B tidiores lacte, rubicũdiores ebore anti-
quo, ſapphiro pulchriores.
Heth. 8 ¶Denigrata eſt ſuper carbones facies
eorum, & non ſunt cogniti in plateis:
adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit, &
facta eſt quaſi lignum.
Teth. 9 ¶Melius fuit occiſis gladio, q̃ inter-
fectis fame, quoniam iſti extabuerunt
conſumpti à ſterilitate terræ.
Iod. 10 ¶Manus mulierum miſericordium
coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus
earũ in contritione filiæ ppl̃i mei.

Caph. 11 ¶Compleuit Dñs furorẽ ſuũ, effudit
irã indignationis ſuę: & ſuccẽdit ignẽ
in Sion, & deuorauit fundaměta eius.
Lamed 12 ¶Nõ crediderunt reges terræ, & vni-
uerſi habitatores orbis, qm̃ ingrederet̃
hoſtis & inimicus per portas Ieruſalẽ.
Mem. 13 ¶Propter peccata prophetarũ eius, &
C iniquitates ſacerdotũ eius q effuderũt
in medio eius ſanguinem iuſtorum.
Nun. 14 ¶Errauerunt cæci in plateis, polluti
ſunt ſanguine: cũque non poſſent*, te- *inerrare.
nuerunt lacinias ſuas.
Samech 15 ¶Recedite polluti, clamauerunt eis,
recedite, abite, nolite tãgere: iurgati qp-
pe ſunt & cõmoti: dixerunt inter Gen-
tes, Non addet vltrà vt habitet in eis.
Phe. 16 ¶Facies Dñi diuiſit eos, non addet vt
reſpiciat eos: facies ſacerdotũ non eru-
buerunt, neq; ſenum miſerti ſunt.
Ain. 17 ¶Cùm adhuc ſubſiſteremus, defece-
runt oculi noſtri ad *auxiliũ noſtrum
vanum, cũ reſpiceremus attenti ad gen
tem quę ſaluare* non poterat. *nos
Sadi. 18 ¶Lubricauerũt veſtigia noſtra in iti-
D nere platearũ noſtrarũ, appropinqua-
uit finis noſter, completi ſunt dies no-
ſtri, quia venit finis noſter.
Coph. 19 ¶Velociores fuerunt pſecutores no-
ſtri aquilis cęli: ſuper montes perſecuti
ſunt nos, in deſerto inſidiati ſũt nobis.
Res. 20 ¶Spiritus oris noſtri Chriſtus Dñs ca-
ptus eſt i peccatis noſtris: cui diximus,
In vmbra tua viuemus in Gentibus.
Sin. 21 ¶Gaude & lętare filia Edom quę ha-
bitas in terra Hus: ad te quoque perue-
niet calix, inebriaberis atq; nudaberis.
Thau. 22 ¶Cõpleta eſt iniquitas tua filia Sion,
non addet vltrà vt tranſmigret te: vi-
ſitauit iniquitatem tuam filia Edom,
diſcooperuit peccata tua.

ORATIO IEREMIÆ.

CAP. V.

1 RˌEcordare Dñe quid acciderit no-
A bis: intuere & reſpice opprobrium
2 noſtrum. ¶Hęreditas noſtra verſa eſt ad
3 alienos, domus nrę ad extraneos. ¶Pu-
pilli facti ſumus abſq; patre: matres no
4 ſtræ quaſi viduę. ¶Aquam noſtrã pecu-
nia bibimus: ligna noſtra pretio cõpara
5 uimus. ¶Ceruicib⁹ nr̃is minabamur
6 laſſis non dabat̃ requies. ¶Ægypto de-
dim⁹ manũ, & Aſſyrijs: vt ſaturaremur
7 pane. ¶Patres nr̃i peccauerunt, & non
ſunt: & nos iniqtates eorũ portauimus.

8 ¶Serui dñati sunt nostri : non fuit qui
9 redimeret de manu eorũ. ¶ In animab⁹
B nostris afferebamus panẽ nobis, à facie
10 gladij in deserto. ¶Pellis nr̃a, quasi cli-
banus, exusta est à facie tempestatũ fa-
11 mis. ¶Mulieres in Sion humiliauerũt,
12 & virgines ĩ ciuitatib⁹ Iuda. ¶Principes
manu suspensi sunt: facies senũ nõ eru
13 buerũt. ¶Adolescentib⁹ impudicè abu-
14 si sunt: & pueri in ligno corruerũt. ¶Se-
C nes defecerũt de portis: iuuenes de cho-
15 ro psallentiũ. ¶Defecit gaudium cordis
nostri : versus est ĩ luctũ chorus noster.

16 ¶Cecidit corona capitis nostri: væ nobis
17 quia peccauimus. ¶Propterea mœstũ fa
ctum est cor nostrũ, ideò contenebrati
18 sunt oculi nostri. ¶Propter montẽ Sion
q̃a disperijt: vulpes ambulauerũt ĩ eo.
19 ¶Tu autem Dñe in æternum permane-
D bis, solium tuũ in generatione & gene
20 rationem. ¶Quare in perpetuum obliui
sceris nostri? derelinques nos in lõgitu-
21 ne dierum? ¶‖Conuerte nos Dñe ad te , ‖Ier. 31. b. 10.
& conuertemur: innoua dies nr̃os, si-
22 cut à principio. ¶ Sed ꝓijciens repulisti
nos, iratus es contra nos vehementer.

PROPHETIA BARVCH.

CAPVT PRIMVM.

1 ET hæc verba libri
A quę scripsit Baruch
filius Neriæ , filij
Maasiæ , filij Sede-
ciæ, filij Sedei, filij
Helciæ in Babylo-
2 nia, ¶in anno quin-
to, in septimo die
mensis in tempore quo ceperunt Chal-
dæi Ierl̃m, & succenderunt eam igni.
3 ¶Et legit Baruch verba libri hui⁹ ad au
res Iechonię filij Ioacim regis Iuda , &
ad aures vniuersi ppl̃i veniẽtis ad librũ:
4 ¶& ad aures potentium filiorũ regum ,
& ad aures presbyterorũ, & ad aures po
puli , à minimo vsq; ad maximũ eorũ
oĩum habitantiũ in Babylonia, ad flu-
5 men Sodi. ¶Qui audientes plorabant,
& ieiunabant, & orabant in conspectu
6 Dñi. ¶Et collegerũt pecuniã , scd̃m qđ
B potuit vniuscuiusq; manus: ¶ & mise-
7 runt in Ierl̃m ad Ioacim filiũ Helciæ
filij Salõ Sacerdotẽ, & ad sacerdotes, &
ad oẽm ppl̃m qui inuenti sunt cum eo
*accipe- rent. 8 in Ierl̃m, ¶ cùm *acciperet' vasa templi
Dñi quæ ablata fuerant de templo, re-
uocare in terrã Iuda decima die mẽsis
Siban, vasa argentea quę fecit Sedecias
9 filius Iosiæ rex Iuda , ¶ postea q̃ cepis-
set Nabuchodonosor rex Babylonis Ie-
choniam, & principes, & vinctos, & po
tentes, & ppl̃m terræ ab Ierl̃m, & duxit
vinctos 10 eos in Babylonẽ. ¶ Et dixerunt , Ecce
misimus ad vos pecunias , de quibus
emite holocaustomata . & tus , & faci-
te mãna, & offerte pro peccato ad aram
11 Dñi Dei nostri: ¶ & orate pro vita Nabu
chodonosor regis Babylonis, & pro vi-
ta Balthasar filij eius , vt sint dies eorũ
12 sicut dies cęli super terrã: ¶ & vt det Dñs
C virtutẽ nobis , & illuminet oculos no-
stros: vt viuamus sub vmbra Nabucho-
donosor regis Babylonis, & sub vmbra
Balthasar filij ei⁹, & seruiamus eis mul
tis diebus, & inueniamus gratiã in con
13 spectu eorũ. ¶Et pro nobis ipsis orate ad
Dñm Deum nostrũ : quia peccauimus
Dño Deo nostro, & non est auersus fu-
14 ror eius à nobis vsq; in hunc diem. ¶Et
legite librum istum quem misimus ad
vos recitari in tẽplo Dñi. in die solẽni ,
15 & ĩ die oportuno: ¶ & dicetis: ‖Domino ‖Infr. 2. b. 6.
Deo nostro iustitia: nobis autem cõfu-
sio faciei nostrę, sicut est dies hęc omni
16 Iuda & habitantib⁹ in Ierl̃m, ¶Regibus
nostris, & principibus nostris, et sacer-
dotibus nostris, et prophetis nostris,
17 et patribus nostris ¶ ‖ Peccauimus ante ‖Dan. 9. a. 5.
Dñm Deum nostrum, et nõ credimus ,
18 diffidentes in eum: ¶ et non fuimus su-
D biectibiles illi, et non audiuimus vocẽ
Dñi Dei nostri, vt ambularemus in mã
19 datis eius quæ dedit nobis. ¶ A die qua
eduxit patres nostros de terra Ægypti ,
vsq; ad diem hanc eramus incredibiles
ad Dñm Deum nostrum: et dissipati re-
cessimus, ne audiremus vocem ipsius.
20 ¶ ‖Et adhæserunt nobis multa mala et ‖Deu. 28. b. 15.
maledictiones, quę cõstituit Dñs Moy-
si seruo suo: q̃ eduxit patres nostros de
terra Ægypti , dare nobis terrã fluẽtem
21 lac et mel, sicut hodierna die, ¶ Et non
audiuimus vocem Dñi Dei nostri secũ
dùm omnia verba prophetarum quos
22 misit ad nos , -et ad iudices nr̃os' : ¶ et -4.

abiuimus

abiuimus vnusquisq; in sensum cordis
nostri maligni, operari diis alienis, fa-
ciétes mala ante oculos Dñi Dei nostri.

CAP. II.

1 PRopter quod statuit Dñs Deus no-
A ster verbũ suũ quod locutus est ad
nos, & ad iudices nostros q̃ iudicaue-
*in runt *Israël, & ad reges nr̃os, & ad prin-
cipes nr̃os, & ad omné Israël, & Iuda:
2 ❡ vt adduceret Dñs super nos mala ma-
gna q̃ non sunt facta sub cęlo quemad-
‖Deu. 28. f. 37. modum facta sunt in Ierl̃m, ‖ ſm q̃ scri-
3 pta sunt in lege Moysi, ❡ vt manducaret
homo carnes filij sui, & carnes filię suę.
4 ❡ Et dedit eos sub manu regũ omniũ q̃
sunt in circuitu nostro in improperium
& in desolationem, & in oĩbus ppl̃is in
5 quibus nos dispersit Dñs. ❡ Et facti su-
mus subtus & non suprà: quia peccaui-
mus Dño Deo nostro, non obaudiendo
6 voci ipsius. ❡ ‖ Dño Deo nostro iustitia:
‖Sup. 1. c. 15. B nobis autem & patribus nostris confu-
7 sio faciei, sicut est dies hæc. ❡ Quia locu-
tus est Dñs sup̃ nos oĩa mala hæc q̃ ve-
8 nerunt super nos: ❡ & nõ sumus depre-
cati faciem Dñi Dei nostri, vt reuertere-
mur vnusquisq; nr̃m à viis nostris pes-
9 simis. ❡ Et vigilauit Dñs in malis, & ad-
duxit ea sup̃ nos: quia iustus est Dñs in
oĩbus operibus suis quæ mandauit no-
10 bis. ❡ & nõ audiuim⁹ vocé ipsius, vt ire-
mus in p̃ceptis Dñi q̃ dedit ante faciem
11 nostrá. ❡ ‖ Et nunc Dñe Deus Israël, qui
‖Deu. 9. d. 15. eduxisti ppl̃m tuũ de terra Ægypti in
manu valida, & in signis, & in p̃digiis,
& in virtute tua magna, & in brachio
excelso, & fecisti tibi nomen sicut est
12 dies iste: ❡ peccauimus, impiè egimus,
C iniquè gessimus Dñe De⁹ noster, in om
13 nibus iustitiis tuis. ❡ Auertat̃ ira tua à
nobis: quia derelicti sumus pauci inter
14 gentes, vbi dispersisti nos. ❡ Exaudi Dñe
preces nr̃as, & orationes nostras, & educ
nos pp̃ te: & da nobis inuenire gratiã
ante facié eorum qui nos abduxerunt:
15 ❡ vt sciat omnis terra quia tu es Dñs De⁹
noster, & quia nomé tuum inuocatum
D est super Israël, & super genus ipsius.
16 ❡ ‖ Respice Dñe de domo sancta tua in
‖Deu. 26. d. 15. Isa. 63. d. 15. 64. c. 9. nos, & inclina aurẽ tuã, & exaudi nos.
17 ❡ ‖ Aperi oculos tuos, & vide: quia non
mortui q̃ sunt in inferno, quorũ spirit⁹
acceptus est à viscerib⁹ suis, dabũt ho-
‖Psa. 115 d. 17. 18 noré & iustificationé Dño: ❡ sed anima
q̃ tristis est super magnitudiné mali, &
incedit curua & infirma, & oculi defi-
cientes, & aĩa esuriens dat tibi gloriam
19 & iustitiam Dño. ❡ Quia non ſm iusti-
tias patrũ nostrorũ nos fundimus pre- -10.
ces, & petimus misericordiã ante cõspe
20 ctum tuum Dñe Deus noster: ❡ sed q̃a
misisti iram tuá: & furorem tuum sup̃
nos, sicut locutus es in manu puerorũ
21 tuorũ prophetarũ, ❡ dicés, Sic dicit Dñs,
‖ inclinate humerum vestrũ, & ceruicé ‖Iere. 27 b. 8. b. 11
E vestrã, & opera facite regi Babylonis: &
sedebitis in terra quã dedi patrib⁹ vr̃is.
22 ❡ Quòd si non *audieritis vocẽ Dñi Dei *feceritis nec
vestri operari regi Babylonię: defectio-
né vestram faciã de ciuitatibus Iuda, &
23 à foris Ierl̃m, ❡ & auferã à vobis vocẽ iu-
cunditatis, & vocé gaudij & vocé spõsi,
& vocem sponsæ, & erit omnis terra si-
24 ne vestigio ab inhabitantibus eam. ❡ Et
nõ audierunt vocé tuam, vt ope arent
regi Babylonis: & statuisti verba tua q̃
locutus es in manib⁹ puerorum tuorũ
prophetarũ, vt transferrentur ossa regũ
nostrorũ & ossa patrũ nr̃orum de loco
25 suo, ❡ & ecce proiecta sunt in calore so-
lis, & in gelu noctis: & mortui sunt in
dolorib⁹ pessimis, in fame, & in gladio,
26 & in emissione. ❡ Et posuisti templũ, in
F quo inuocatũ est nomen tuum in ipso,
sicut hęc dies, pp̃ iniquitatem domus
27 Israël, & domus Iuda. ❡ Et fecisti in no-
bis Dñe Deus noster ſm omnem boni-
tatem tuam, & ſm omné miserationé
28 tuam illam magnam: ❡ sicut locutus es
in manu pueri tui Moysi in die qua p̃-
cepisti ei scribere legé tuam coram filiis
29 Israël, ❡ dicés, ‖ Si non audieritis vocem ‖Leu. 26. b. 14.
meam, multitudo hæc magna conuer- Deu. 28.
tet̃ in minimam inter Gentes, quo ego b. 15.
30 eos dispergã: ❡ quia scio q̄ me non au-
diet ppl̃s. populus est enim dura ceruici-
ce: & conuertetur ad cor suum in terra
31 captiuitatis suę: ❡ & scient quia ego sum
Dñs Deus eorũ: & dabo eis cor, & intel-
32 ligent: & aures, & audiét. ❡ Et laudabũt
me in terra captiuitatis suę, & memo-
33 res erunt nominis mei. ❡ Et auertent se
G à dorso suo duro, & à malignitatibus
suis: quia reminiscentur viam patrum
34 suorũ qui peccauerunt in me. ❡ Et reuo-
cabo illos in terram quam iuraui patri-
bus eorum Abraham, Isaac, & Iacob, &
dominabunt̃ eius: & multiplicabo eos,
35 & non minorabũtur. ❡ Et statuã illis te-
stamétum alterũ sempiternum, vt sim

illis in Deũ. & ipsi erunt mihi in popu-
lum: & non mouebo amplius populũ
meũ filios Israël à terra quã dedi illis.

CAP. III.

1 ET nunc Dñe omnipotens, Deus Is-
A raël, aïa in angustiis, & spiritus an-
2 xius clamat ad te: ⁋audi Dñe, & misere-
re, quia Deus es misericors, & miserere
3 nostri: quia peccauimus ante te. ⁋ Quia
tu sedes in sempiternum, & nos peribi-
4 mus in æuum? ⁋Dñe omnipotens Deus
Israël, audi nunc orationẽ mortuorum
Israël, & filiorum ipsorũ qui peccaue-
runt ante te, & non audierũt vocẽ Dñi
Dei sui, & agglutinata sunt nobis ma-
5 la. ⁋ Noli meminisse iniquitatũ patrũ
nostrorum, sed memento manus tuę &
6 nois tui in tpe isto: ⁋quia tu es Dñs Deꝰ
7 noster, & laudabimus te Dñe, ⁋quia pp
hoc dedisti timorẽ tuum in cordibus
nostris, & vt inuocemus nomen tuum,
& laudemus te in captiuitate nostra,
quia conuertimur ab iniquitate patrũ
8 nrorũ q peccauerunt ante te. ⁋Et ecce
nos in captiuitate nostra sumus hodie,
qua nos dispersisti in improperiũ, & in
maledictum, & in peccatum, ſm oẽs
iniquitates patrum nostrorũ q recesse-
9 runt à te Dñe Deus noster. ⁋Audi Isrl
B mandata vitæ: auribus percipe, vt scias
10 prudentiam. ⁋Quid est Israël ꝙ in terra
11 inimicorũ es? ⁋inueterasti in terra alie-
na, coinquinatus es cũ mortuis: depu-
tatus es cum descendentibꝰ in infernũ.
12 ⁋Dereliquisti fontem sapientię. ⁋ Nam
13 si in via Dei ambulasses, habitasses vti-
14 que in pace sup terrã. ⁋Disce vbi sit pru
dentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus,
vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ
& victus, vbi sit lumen oculorũ & pax.
15 ⁋Quis inuenit locũ eius? & quis intra-
16 uit in thesauros eius? ⁋Vbi sunt princi-
pes Gentiũ, & qui dominantur super be-
17 stias q̃ sunt super terrã? ⁋qui in auibus
18 cęli ludunt, ⁋qui argẽtum thesaurizãt,
& aurũ in quo confidunt hoïes: & non
est finis acqsitionis eorũ? qui argentum
fabricant, & solliciti sunt, nec est inuẽ-
19 tio operũ illorum? ⁋exterminati sunt, &
ad inferos descenderũt, & alij loco eo-
20 rum exurrexerunt. ⁋Iuuenes viderunt
C lumen & habitauerunt sup terrã: viã
21 autẽ disciplinæ ignorauerũt, ⁋neq; in-
tellexerũt semitas eius, neq; filij eorum
susceperũt eam, à facie ipsorũ longè fa-
22 cta est: ⁋nõ est audita in terra Chanáã,
23 neq; visa est ĩ Themã. ⁋Filij quoq; Agar
qui exquirunt prudentiã q̃ de terra est,
negotiatores terrę, & Themã, & fabula-
tores, & exquisitores prudentiæ & intel
ligentię: viã aũt sapientię nescierũt: ne-
que commemorati sunt semitas eius.
24 ⁋O Israël, q̃ magna est domus Dei, & in
25 gens locus possessionis eius? ⁋Magnꝰ est,
& nõ habet finẽ: excelsus & immẽsus.
26 ⁋Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui
ab initio fuerunt, statura magna, scien-
27 tes bellũ. ⁋Non hos elegit Dñs, neq; viã
disciplinæ [a]inuenerunt[a]: propterea pe- [a]de lit illis 3.
28 rierunt. ⁋Et qm̃ nõ habuerũt sapientiã,
29 interierũt pp suã insipientiam. ⁋ Quis
ascẽdit in cęlum, & accepit eã, & dedu-
30 xit eã de nubibus? ⁋ Quis transfretauit
D mare, & inuenit illam, & attulit illam
31 super aurũ electũ? ⁋Non est q possit sci-
re vias eius, neq; qui exquirat semitas
32 eius: ⁋sed q̃ scit vniuersa, nouit eam, &
adinuenit eã prudentia sua: q p̃parauit
terrã in ęterno tpe, & repleuit eã pecu-
33 dibus & quadrupedibꝰ: ⁋q emittit lu-
men, & vadit: & vocauit illud, & obe-
34 dit illi in tremore. ⁋Stellæ autẽ dederũt
lumẽ in custodiis suis, & lętatæ sunt:
35 ⁋vocatæ sunt, & dixerunt, Adsumus, &
luxerunt ei cũ iucũditate, q̃ fecit illas.
36 ⁋Hic est Deus nr̃, & nõ æstimabitur alius
37 aduersus eũ. ⁋ Hic adinuenit oẽm viã
disciplinæ, & tradidit illã Iacob puero
38 suo, & Isrl dilecto suo. ⁋Post hęc ĩ terris
visus est, & cum hoïbus cõuersatus est.

CAP. IIII.

1 HIc liber mãdatorũ Dei, & lex q̃ est
A in ęternũ: oẽs q tenent eã, puenięt
ad vitã: q aũt dereliquerunt eã, in mor
2 tẽ. ⁋ Cõuertere Iacob, & apprehẽde eã,
ambula p viã & splendorẽ eius contra
3 lumẽ eius. ⁋Ne tradas alteri gloriã tuã,
4 & dignitatẽ tuã genti alienę. ⁋Beati su-
mus Isrl: quia q̃ Deo placent, manifesta
5 sunt nobis. ⁋Animæquior esto populus
6 Dei, memorabilis Isrl: ⁋venundati estis
Gentibus, non in perditionẽ: sed pp qd
in ira Dei ad iracundiam prouocastis
7 Dñm, traditi estis aduersariis. ⁋Exacer-
B bastis enim eũ q fecit vos, Deũ æternũ,
immolantes dæmoniis, & non Deo.
8 ⁋Obliti enim estis eũ q nutriuit vos, &
cõtristastis nutricem vestrã Ierusalem.
9 ⁋ Vidit enim iracũdiam à Deo venien- [b]ciuitates 9.
tẽ vobis, & dixit: Audite [b]confines[b] Siõ,

adduxit enim mihi Deus luctum ma-
10 gnum: vidi enim captiuitatem populi
mei, filiorũ meorũ & filiarũ, quã super-
11 duxit illis æternus. Nutriui enim illos
cũ iucunditate: dimisi aũt illos cũ fle-
12 tu & luctu. Nemo gaudeat super me
viduã & desolatam: à multis derelicta
sum ꝑꝑ peccata filiorũ meorum, quia
13 declinauerunt à lege Dei. Iustitias au-
tem ipsius nescierunt, nec ambulaue-
C runt per vias mandatorũ Dei, neq; per
semitas veritatis eius cũ iustitia ingressi
14 sunt. Veniant cõfines Sion, & memo-
rentur captiuitatem filiorum & filiarũ
15 mearũ, quã supduxit illis ęternus. Ad-
duxit enim sup illos gentem de lõgin-
quo, gentẽ improbã, & alterius linguæ:
16 q nõ sunt reueriti senem, neq; puero-
rũ miserti sunt, & adduxerunt dilectos
viduę, & à filijs vnicam desolauerunt.
17 Ego autẽ quid possum adiuuare vos?
18 Qui enim adduxit super vos mala, ip-
se vos eripiet de manib⁹ inimicorũ ve-
19 strorũ. Ambulate filij, ambulate: ego
20 enim derelicta sum sola. Exui me sto-
D la pacis, indui autẽ me sacco obsecra-
tionis, & clamabo ad Altissimũ in die-
21 bus meis. Animæquiores estote filij,
clamate ad Dñm, & eripiet vos de ma-
22 nu principũ inimicorũ. Ego enim spe-
raui in ęternũ salutẽ vestrã: & venit mi-
hi gaudiũ à sancto sup misericordia, q̃
veniet vobis ab æterno salutari nostro.
23 Emisi enim vos cum luctu & ploratu:
reducẽt autẽ vos mihi Dñs cum gaudio
24 & iucunditate in sempiternum. Sicut
E enim viderũt vicinæ Sion captiuitatem
vestram à Deo: sic videbunt & in cele-
ritate salutẽ vestrã à Deo, q̃ superueniet
vobis cũ honore magno, & splendore
25 ęterno. Filij patienter sustinete iram, q̃
superuenit vobis: ꝑsecutus est enim te
inimicus tuus, sed citò videbitis perdi-
tionẽ ipsius: & sup ceruices ipsius ascen
26 des. Delicati mei ambulauerunt vias
asperas: ducti sunt enim vt grex direpť⁹
27 ab inimicis. Animæquiores estote fi-
lij, & proclamate ad Dñm: erit enim
28 memoria vra ab eo q duxit vos. Sicut
F enim fuit sensus vester vt erraretis à
Deo: decies tñ iterũ cõuertentes requi-
29 retis eũ. Qui enim induxit vobis ma-
la, ipse rursum adducet vobis sempiter-
nam iucunditatem cum salute vestra.
30 Animæquior esto Ierusalẽ: exhortatur
31 enim te q te nominauit. Nocẽtes pe-
ribunt, q te vexauerũt: & qui gratulati
32 sunt in tua ruina, punientur. Ciuitates
quib⁹ seruierũt filij tui, punientũ: & quę
33 accepit filios tuos. Sicut enim gauisa
est in tua ruina, & læta est i casu tuo:
34 sic cõtristabitur in sua desolatione. Et
amputabitur exultatio multitudinis ei⁹,
& gaudimonium eius erit in luctum.
35 Ignis enim superueniet ei ab æterno
G in longiturnis diebus, & habitabitur à
36 dæmoniis in multitudine tpis. Cir- Inf. 5. b. 5.
cumspice Ierusalẽ ad Orientem, & vide
37 iucunditatem à Deo tibi venientẽ. Ec-
ce enim veniunt filij tui quos dimisisti
dispersos: veniunt collecti ab Oriente
vsque ad Occidentem, in verbo, sancti
gaudentes in honorem Dei.

CAP. V.

1 Exue te Ierusalẽ stola luctus & ve-
A xationis tuæ: & indue te decóre &
honore eius q̃ à Deo tibi est sempiterna
2 gloria. Circundabit te diploide à Deo
iustitiæ, & impone mitram capiti tuo
3 honoris æterni. Deus enim ostendet
splendorẽ suum in te, qui sub cœlo est.
4 Nominabitur enim tibi nomen tuum
à Deo in sempiternum, Pax iustitię &
5 honor pietatis. Exurge Ierusalẽ, & sta
B in excelso: & circunspice ad Orientem, Sup. 4. g. 36.
& vide collectos filios tuos ab Oriente
sole vsq; ad Occidentem, in verbo, san-
6 cti gaudentes Dei memoria. Exierunt
enim abs te pedibus ducti ab inimicis:
adducet autẽ illos Dñs ad te portatos in
7 honorem sicut filios regni. Constituit
C enim Deus humiliare omnem montẽ
excelsum, & rupes perennes, & cõualles
replere in ęqualitatem terræ: vt ambu-
let Israël diligenter in honorem Dei.
8 Obumbrauerunt autem & syluæ, & oẽ
lignum suauitatis Israël mãdato Dei.
9 Adducet enim Deus Israël cum iucũ-
D ditate in lumine maiestatis suæ cum
misericordia & iustitia quę est ex ipso.

CAP. VI.

Exemplar *epistolæ quam misit Iere-
mias ad abducẽdos captiuos in Babyloniã
à Rege Babyloniorum, vt annunciaret illis
secundum quod præceptum est illi à Deo.* abdu- ctos 14.

1 Propter peccata quę peccastis ante Iere. 25. b. 9.
A Deum, abducemini in Babyloniã
captiui à Nabuchodonosor rege Baby-
2 loniorũ. Ingressi itaq; in Babylonem,

eritis ibi annis plurimis & tpibus longis vsq; ad generationes septẽ: post hoc
3 aũt educã vos inde cũ pace. Nunc aũt videbitis in Babylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari, ostentantes metũ Genti-
4 bus. Videte ergóne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, &
5 metus vos capiat in ipsis. Visa itaque turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet ado
6 rari Dñe. Angelus enim meus vobiscũ est: ipse aũt exquiram animas vestras.
7 Nam lingua ipsorũ polita à fabro, ipsa etiã inaurata & inargẽtata falsa sũt:
8 & non possunt loqui. Et sicut virgini amãti ornamẽta: ita accepto auro fabri-
9 cati sunt. Coronas certè aureas habent sup capita sua dij illorũ: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurũ & argentũ,
10 & erogãt illud in semetipsis. Dant aũt
B & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint illud à
11 meretricib⁹, ornant deos suos. Hi aũt
12 nõ liberant̃ ab ęrugine & tinea. Opertis autẽ illis veste purpurea, extergũt faciẽ ipsorum pp puluerẽ domus, qui est
13 plurimus inter eos. Sceptrũ aũt habet vt homo, sicut iudex regionis, qui in se
14 peccantẽ non interficit. Habet etiã in manu gladiũ & securim: se autẽ de bello & à latronibus nõ liberat. Vnde vo-
15 bis notũ sit quia nõ sunt dij. Nõ ergò *vereremini eos. Sicut enim vas hoĩs cõfractũ inutile efficit̃: tales sunt & dij
16 illorũ. Cõstitutis illis in domo, oculi eorũ pleni sunt puluere à pedib⁹ intro-
17 euntiũ. Et sicut alicui q regẽ offendit, circunseptę sunt ianuę, aut sicut ad sepulchrum adductũ mortuum: ita tutãtur sacerdotes ostia clausuris & seris,
18 ne à latronib⁹ expolient̃. Lucernas accendunt illis, & quidẽ multas, ex quib⁹ nullã videre possunt: sunt autem sicut
19 trabes in domo. Corda verò eorũ dicunt elingere serpentes q de terra sunt, dum comedũt eos & vestimentũ ipso-
20 rum, & nõ sentiunt. Nigrę fiũt facies
21 eorũ à fumo, q in domo sit. Supra corpus eorũ, & supra caput eorũ volãt noctuę & hyrundines, & aues etiam siĩr &
22 cattę. Vnde sciatis quia non sunt dij.
23 Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam
C quod habent, ad speciem est. Nisi aliqs extersit ęruginẽ non fulgebunt: neq;
24 enim dum cõflarentur, sentiebãt. Ex omni pretio empta sunt, in quib⁹ spiri-
25 tus non inest ipsis. Sine pedib⁹ in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hoibus. Confundant̃ etiã
26 q colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neq; si quis eũ statuerit rectũ, p semetipsum stabit: sed sicut mortuis *munera
27 eorum illis apponent̃. Hostias illorũ vendunt sacerdotes ipsorũ, & abutunt̃: siĩr & mulieres eorum decerpẽtes, neq; infirmo, neq; mendicanti aliquid im-
28 pertiunt. de sacrificiis eorũ fętę & mẽstruatę cõtingunt. Scientes itaq; ex his
29 quia nõ sunt dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocant̃ dij? Quia mulieres apponũt diis argẽteis & aureis, & ligneis:
30 & in domib⁹ eorũ sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam, quorũ capita nuda sunt.
31 Rugiunt autẽ clamantes contra deos
32 suos, sicut in cœna mortui. vestimẽta
D eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt
33 vxores suas & filios suos. Neq; si quid mali patiunt̃ ab aliquo, neq; si qd boni, poterunt retribuere: neq; regẽ cõsti-
34 tuere possunt, neq; auferre. Similiter neq; dare diuitias possunt, neq; malũ retribuere. Siquis illis votũ vouerit, & non reddiderit: neque hoc requirunt:
35 Hominẽ à morte non liberant, neque
36 infirmũ à potẽtiori eripiunt. Hominẽ cæcum, ad visum non restituũt: de ne-
37 cessitate hoĩem nõ liberabunt. Viduæ non miserebunt̃, neq; orphanis bene-
38 facient. Lapidib⁹ de mõte similes sunt dij illorum lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui aũt colunt ea, cõfunden-
39 tur. Quomodo ergo æstimandum est,
40 aut dicẽdũ illos esse deos? Adhuc enim ipsis Chaldæis nõ honorãtibus ea: qui cùm audierint mutum nõ posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo
41 loqui: quasi possint sentire q nõ habẽt motũ: & ipsi cùm intellexerint, relinquẽt ea: sensum enim nõ habẽt ipsi dij
42 illorũ. Mulieres aũt circũdatæ funib⁹
E in viis sedent, succendẽtes ossa oliuarũ.
43 Cùm autẽ aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat q ea nõ sit digna habita, sicut ipsa, neq; funis eius
44 diruptus sit. Oĩa aũt q illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut di-

Isa. 44. 10. 46. 6. Sup. 6. c. 7.

Isa. 46. a. 6. c. 7. Sup. 6. a. 3.

*humeri

*timueritis.

45 cendum est illos esse deos? ¶ A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Nihil
aliud erunt, nisi id quod volunt esse sa-
46 cerdotes. ¶ Aurifices etiam ipsi q ea faciūt, nō sunt multi tpis. Nunquid ergo
possunt ea q̄ fabricata sunt ab ipsis, esse
47 dij? ¶ Reliquerūt aūt falsa & opprobriū
48 postea futuris. ¶ Nā cùm superuenerit
illis p̄lium, & mala cogitant sacerdotes
post se, vbi se abscondant cum illis.
49 ¶ Quomodo ergo sentiri debeat qm̄ dij
sunt, qui nec de bello se liberant, neq;
50 de malis se eripiūt? ¶ Nam cùm sint lignea & inaurata, & inargentata, scietr̄
postea quia falsa sunt, ab vniuersis gentibus & regibus: q̄ manifesta sunt: quia
non sunt dij, sed opera manuū homi-
51 nū, & nullū Dei opus cum illis. ¶ Vnde
ergo notū est, quia nō sunt dij, sed opera manuū hominū, & nullū Dei opus
52 in ipsis est? ¶ Regē regioni nō suscitant,
53 neq; pluuiā hoīb9 dabunt. ¶ Iudicium
F quoq; nō discernēt, neq; regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil p̄nt, sicut
corniculæ inter medium cœli & terræ.
54 ¶ Etenim cùm inciderit ignis in domū
deorum ligneorum, & argenteorū, &
aureorum, sacerdotes quidem ipsorum
fugient & liberabuntur: ipsi verò sicut
55 trabes in medio comburentr̄. ¶ Regi aūt
& bello non resistent. Quomodo ergo
ęstimandum est, aut recipiēdum quia
56 dij sunt? ¶ Non à furib9, neq; à latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei,
& inaurati, & inargentati, quib9 iniqui
57 fortiores sunt. ¶ Aurum, & argentū, &
vestimentum quo operti sunt, auferēt
illis, & abibūt, nec sibi auxilium ferēt.
58 ¶ Itaq; melius est esse regem ostentantē
virtutē suam: aut vas in domo vtile, in
quo gloriabitr̄ q possidet illud: vel ostiū
in domo, quod custodit q̄ in pace sunt:
59 quā falsi dij. ¶ Sol quidē & luna, ac sydera cū sint splendida & emissa ad vtili-
60 tates, obaudiunt. ¶ Similr̄ & fulgur cùm
apparuerit, perspicuū est: idipsum autē
61 & spiritus in omni regione spirat. ¶ Et
nubes q b9 cùm imperatū fuerit à Deo
perambulare in vniuersum orbem, p-
62 ficiunt quod imperatum est eis. ¶ Ignis
etiam missus desuper vt consumat mōtes & syluas facit quod p̄ceptum est ei9.
Hæc autem, neq; speciebus, neq; virtu-
63 tib9 vni eorū similia sunt. ¶ Vnde neq;
G existimandū est, neq; dicendū illos esse
deos, qn̄ nō possunt neq; iudicium iudicare, neq; quicqnā facere hominib9.
64 ¶ Sciētes itaq; quia nō sunt dij, ne ergo
65 timueritis eos. ¶ Neq; enim regib9 ma-
66 ledicent neq, benedicent. ¶ Signa etiam
in cęlo gentibus nō ostendunt, neq; vt
sol lucebūt, neq, illuminabūt vt luna.
67 ¶ Bestiæ meliores sunt illis, q̄ possunt fu
68 gere sub tectum, ac p̄desse sibi. ¶ Nullo
itaque modo nobis est manifestū quia
69 sunt dij: pp quod ne timeatis eos. ¶ Nā
sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorū lignei, & argē-
70 tei, & inaurati. ¶ Eodē modo & in horto spina alba, supra quā oīs auis sedet.
Similr̄ & mortuo proiecto in tenebris
similes sūt dij illorū lignei, & inaurati,
71 & inargētati. ¶ A purpura quoq; & marmore q̄ supra illos teneant, scietis itaq,
quia nō sunt dij. Ipsi etiā postremo comeduntr̄, & erūt opprobriū in regione.
72 ¶ Melior est homo iustus q nō habet simulachra: nā erit longè ab opprobriis.

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPVT PRIMVM.



1 A ET factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mēsis: cùm essem ī medio captiuorum ‖ iuxta fluuiū Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei. ¶ In q n- (‖ Inf. 3. f. 23. 9. d. 20.)
2 ta mensis, ipse est annus quintus trans-
3 migrationis regis Ioachin, ¶ factum est
verbū Dn̄i ad Ezechielem filium Buzi
sacerdotē in terra Chaldęorum, ‖ secus (‖ Inf. 3. f. 23. 9. d. 20.)
flumen Chobar: & facta est super eum
4 ibi manus Dn̄i. ¶ Et vidi, & ecce ventus
B turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splēdor in circuitu eius: & de medio eius
quasi spēs electri, id est: de medio ignis.
5 ¶ & ex medio eius similitudo quatuor
aīaliū: & hic aspectus eorū, similitudo
6 hoīs ī eis. ¶ Et quatuor facies vni: & qua
7 tuor pēnę vni. ¶ Et pedes eorū pedes recti, & plāta pedis eorū quasi plāta pedis

vituli,

vituli, & ſcintillæ quaſi aſpectus æris
8 candentis. ¶Et manus hoïs ſub pennis
eorũ in quatuor partibꝰ: & facies & pé-
9 nas p quatuor partes habebant. ¶Iun-
C ctęq; erant pennę eorũ alterius ad alte-
rum. non reuertebant cùm incederét:
ſed vnumquodq; ante faciẽ ſuã gradie-
10 batur. ¶Similitudo autẽ vultus eorum,
facies hoïs: & facies leonis à dextris ip-
ſorum quatuor: facies autẽ bouis, à ſi-
niſtris ipſorum quatuor: & facies aqui-
11 lę déſuper ipſorũ quatuor. ¶Et facies
eorũ, & pennę eorum extentę déſuper:
duæ pénę ſingulorũ iungebant, & duę
12 tegebát corpora eorũ: ¶& vnumquodq;
eorum coram facie ſua ambulabat, vbi
erat impetus ſpiritus, illuc gradiebant:
13 nec reuertebant cùm ambularent. ¶Et
D ſimilitudo animaliũ, & aſpectus eorum
quaſi carbonũ ignis ardentiũ, & quaſi
aſpectus lampadarũ. Hęc erat viſio di-
ſcurrens in medio animalium, ſplẽdor
14 ignis, & de igne fulgur egrediens. ¶Et
animalia ibant, & reuertebantur in ſi-
15 militudinẽ fulguris coruſcantis. ¶Cũq;
aſpicerẽ animalia, apparuit rota vna ſu
per terrã iuxta animalia, habẽs quatuor
16 facies. ¶Et aſpectus rotarũ, & opus earũ
quaſi viſio maris: & vna ſimilitudo ip-
ſarum quatuor: & aſpectus earũ & ope-
17 ra, quaſi ſit rota in medio rotæ. ¶Per
E quatuor partes earũ euntes ibant: & nõ
18 reuertebant cùm ambularent. ¶Statura
quoq; erat rotis, & altitudo, & horribi-
lis aſpectus: & totum corpus oculis ple-
19 nũ in circuitu ipſarum quatuor. ¶Cũq;
ambularent animalia, ambulabát pa
riter & rotę iuxta ea: & cùm eleuarent
animalia de terra eleuabãtur ſimul &
20 rotę. ¶Quocunq; ibat ſpiritus, illuc eun
te ſpiritu, & rotæ pariter eleuabant, ſe-
quẽtes eũ. Spiritus enim vitæ erat in ro-
21 tis. ¶Cũ euntibꝰ ibant, & cũ ſtantibus
ſtabát: & cũ eleuatis à terra pariter ele-
uabant & rotę, ſequẽtes ea: quia ſpiritꝰ
22 vitæ erat in rotis. ¶Et ſimilitudo ſuper
F capita animaliũ, firmamẽti, quaſi aſpe-
ctus cryſtalli horribilis, & extenti ſuper
23 capita eorũ déſuper. ¶Sub firmamento
autẽ pénæ eorũ rectę alterius ad alterũ:
vnumquodq; duabꝰ alis velabat corpꝰ
24 ſuũ, & alterũ ſimr velabatur. ¶Et audie-
bã ſonũ alarũ quaſi ſonũ aquarũ mul-
tarũ, quaſi ſonũ ſublimis Dei cùm am-
bularent, quaſi ſonus erat multitudinis
vt ſonꝰ caſtrorũ: cùmq; ſtarent dimit-
25 tebant pennæ eorũ. ¶Nã cùm fieret vox
ſuper firmamentũ quod erat ſup caput
eorũ, ſtabant & ſubmittebãt alas ſuas.
26 ¶Et ſup firmamentũ quod erat immi-
G nens capiti eorũ, quaſi aſpectus lapidis
ſapphiri ſimilitudo throni: & ſup ſimi-
litudinẽ throni, ſimilitudo quaſi aſpe-
27 ctus hoïs déſuper. ¶Et vidi quaſi ſpeciẽ
electri, velut aſpectum ignis intrinſecus
eius p circuitũ, à lumbis eius & déſup:
& à lumbis eiꝰ vſq; deorſum, vidi quaſi
28 ſpeciẽ ignis ſplẽdẽtis in circuitu. ¶Velut
aſpectũ arcus cũ fuerit ĩ nube ĩ die plu-
uiæ, hic erat aſpectus ſplẽdoris p gyrũ.

CAP. II.

1 HÆc viſio ſimilitudinis gloriæ Dñi,
A & vidi, & cecidi in faciem meã, &
audiui vocem loquẽtis. Et dixit ad me,
Fili hominis ſta ſuper pedes tuos, & lo-
2 quar tecũ. ¶Et ingreſſus eſt in me ſpiri-
tus poſtquam locutꝰ eſt mihi, & ſtatuit
me ſupra pedes meos: & audiui loquen
3 tem ad me, ¶& dicentem, Fili hoïs mit-
B to ego te ad filios Iſraël, ad gẽtes apoſta-
trices, q̃ receſſerunt à me: *patres eorũ
preuaricati ſunt pactũ meũ vſq; ad diem
4 hanc. ¶Et filij dura facie & indomabili
corde ſunt, ad quos ego mitto te: & di-
5 ces ad eos, Hęc dicit Dñs Deus, ¶Si fortè
vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant,
q̃m domus exaſperans eſt: & ſciẽt quia
6 propheta fuerit in medio eorum. ¶Tu
ergo fili hoïs ne timeas eos, neq; ſermo
C nes eorũ metuas. q̃m increduli & ſub-
uerſores ſunt tecũ, & cum ſcorpionibꝰ
habitas, verba eorũ ne timeas, & vultus
eorũ ne formides: quia domus exaſpe-
7 rans eſt. ¶Loquẽris ergo verba mea ad
eos, ſi fortè audiãt, & quieſcant: q̃m ir-
8 ritatores ſunt. ¶Tu autem fili hoïs audi
D quęcunq; loquor ad te: & noli eſſe exaſpe
rans ſicut domus exaſperatrix eſt: ape-
ri os tuum. & comede quęcunq; ego do
9 tibi. ¶Et vidi, & ecce manus miſſa ad
10 me, in qua erat inuolutus liber: ¶& ex-
pandit illum coram me, ‖qui erat ſcri-
ptus intus & foris: & ſcriptæ erant in eo
lamentationes, & carmen, & væ.

CAP. III.

1 ET dixit ad me, Fili hoïs quodcunq;
A inueneris, comede: comede volumẽ
2 iſtud, & vadẽs loquere ad filios Iſrl. ¶Et
aperui os meũ, & cibauit me volumine
3 illo, ¶& dixit ad me, Fili hoïs vẽter tu*

*Ipſi & a

‖Apoc. 5. a. 1.

comedet,

comedet, & viscera tua complebuntur
volumine isto, quod ego do tibi. ‖Et co-
medi illud, & factum est in ore meo sicut
4 mel dulce. ¶Et dixit ad me, Fili hoīs va-
de ad domū Isrl', & loquêris verba mea
5 ad eos. ¶ Non enim ad pplm profundi
sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris,
6 ad domū Israël. ¶Neq; ad pplos multos
pfundi sermonis & ignotę linguę quo-
B rum nō possis audire sermones, & si ad
7 illos mittereris, ipsi audirent te. ¶Dom⁹
autem Israël nolunt audire te: quia no-
lunt audire me, oīs quippe domus Isrl'
8 attrita fronte est, & duro corde. ¶Ecce
dedi faciem tuā valētiorē faciēb⁹ eorū,
& frontem tuā duriorē frontibus eorū.
9 ¶ Vt adamantē & vt silicē dedi faciem
tuā: ne timeas eos, neq; metuas à facie
10 eorū, qa domus exasperās est. ¶Et dixit
ad me. Fili hominis oēs sermones meos
quos loquor ad te, assume in corde tuo,
11 & auribus tuis audi. ¶& vade ingrede-
re ad trāsmigrationem ad filios populi
C tui, & loquêris ad eos, & dices eis, Hæc
dicit Dñs Deus: si fortè audiant & quie-
12 scant. ¶Et assumpsit me spiritus, & au-
diui post me vocē cōmotionis magnæ,
13 Benedicta gloria Dñi de loco suo. ¶ &
vocē alarū animalium percutientium
alterā ad alterā, & vocem rotarū sequen
tiū animalia, & vocē commotionis ma-
14 gnæ. ¶Spiritus quoq; leuauit me, & as-
sumpsit me: & abij amarus in indigna-
tione spūs mei, manus enim Dñi erat
15 mecū, cōfortans me. ¶Et veni ad trans-
D migrationē ad aceruū nouarū frugū, ad
eos q habitabāt iuxta flumen Chobar:
& sedi vbi illi sedebāt: & māsi ibi septē
16 dieb⁹ mœrēs in medio eorū. ¶Cùm au-
tē ptransissent septē dies, factū est verbū
17 Dñi ad me dicēs: ¶‖Fili hoīs speculatorē
dedi te domui Isrl': & audies de ore meo
18 verbū & annuntiabis eis ex me. ¶Si di-
E cente me ad impiū, Morte morièris: nō
*annuntiaueris ei, neq; locutus fueris vt
auertat à via sua impia, & viuat: ipse
impius in iniqtate sua moriet', sangui-
19 nē aūt eius de manu tua requirā. ¶Si au
tē tu annūtiaueris impio, & ille nō fue-
rit conuersus ab impietate sua: & à via
sua impia: ipse qdem in iniquitate sua
20 moriet', tu aūt animā tuā liberasti. ¶Sed
& si cōuersus iust⁹ à iustitia sua fuerit,
& fecerit iniquitatē: ponā offendiculū
corā eo, ipse moriet': qa nō annunciasti
ei, in pctō suo moriet', & nō erūt in me-
moria iustitiæ eius quas fecit: sanguinē
21 verò eius de manu tua requirā. ¶Si aūt
F tu aununtiaueris iusto vt nō peccet iu-
stus, & ille nō peccauerit, viuens viuet,
quia annuntiasti ei, & tu animā tuam
22 liberasti. ¶Et factā est sup me man⁹ Dñi,
& dixit ad me: Surgens egredere in cam
23 pū, & ibi loquar tecū. ¶Et surgens egres-
sus sum in cāpū: & ecce ibi gloria Dñi
stabat, quasi gloria ‖ quā vidi iuxta flu-
24 uiū Chobar: & cecidi in faciē meā. ¶ Et
ingressus est i me spiritus, & statuit me
super pedes meos: & locutus est mihi,
& dixit ad me, ingredere, & includere i
25 medio domus tuæ. ¶Et tu fili hoīs ecce
data sunt sup te vincula, & ligabūt te i
26 eis, & nō egredieris in medio eorū. ¶Et
linguā tuā adhęrere faciā palato tuo, &
eris mut⁹, nec quasi vir obiurgās: quia
27 dom⁹ exasperās est. ¶Cū autē locut⁹ fue
ro tibi, aperiā os tuum, & dices ad eos,
Hęc dicit Dñs De⁹, Qui audit, audiat, &
q qescit, qescat: qa dom⁹ exasperās est.

CAP. IIII.

1 ET tu fili hoīs sume tibi laterem, &
A pones eum coram te, & describes in
eo ciuitatē Ierlm. ¶Et ordinabis aduer-
2 sus eā obsidionem, & ædificabis muni-
tiones, & cōportabis aggerem, & dabis
cōtra eā castra, & pones arietes in gyro.
3 ¶Et tu sume tibi sartaginē ferreā, & po-
nes eā *murū ferreū inter te & inter ci-
uitatē: & obfirmabis faciē tuam ad eā,
& erit in obsidionē, & circūdabis eam:
4 signū est domui Israël. ¶Et tu dormies
sup latus tuū sinistrū, & pones iniqui-
tates domus Isrl' sup eo numero dierū
quibus dormies super illud, & assumes
5 *iniquitatē eorū. ¶Ego aūt dedi tibi an-
nos iniquitatis eorū, numero dierū tre-
cētos & nonaginta dies: & portabis ini-
6 quitatē domus Israël. ¶Et cùm cōpleue-
B ris hæc, dormies super latus tuū dextrū
secundò: & assumes ‖iniquitatē domus
Iuda quadraginta diebus, diē pro an-
no, diem, inquam, *pro anno dedi tibi.
7 ¶ Et ad obsidionem Ierusalē conuertes
faciem tuam, & brachium tuum erit
*extētum: & prophetabis aduersus eā.
8 ¶ Ecce, circundedi te vinculis: & nō te
conuertes à latere tuo in latus aliud,
9 donec cōpleas dies obsidionis tuæ. ¶Et
tu sume tibi frumentum, & hordeum,
& fabā, & lētem, & millium, & viciam,

Marginal notes: ‖Apo. 10. d. 9. d. 10 — ‖Inf. 33. b. 7. — ‖Sup. 1. a. 1. 3 — *in. — *iniquitates. — ‖Nu. 14. f. 34. — *exertū &

& mittes ea in vas vnũ, & facies tibi pa-
nes numero dierum q̃bus dormies sup̃
latus tuum: trecẽtis & nonaginta dieb⁹
10 comedes illud. ❡ Cibus aũt tu⁹ quo ve-
C scẽris, erit in põdere viginti stateres in
11 die: à tp̃e vsq; ad tp̃s comedes illud. ❡ Et
aquã in mẽsura bibes sextã partẽ hin: à
12 tp̃e vsq; ad tp̃s bibes illud. ❡ Et quasi sub
cineritiũ hordeaceũ comedes illud: &
stercore qđ egredit̃ de hoĩe, operies il-
13 lud in oculis eorũ. ❡ Et dicit Dñs, Sic co
medent filij Isrl̃ panem suum pollutũ
14 inter gentes ad quas eijciã eos. ❡ ‖ Et dixi
Ah, ah, ah, Dñe Deus, ecce anima mea
non est polluta, & morticinum & lace-
ratũ à bestijs non comedi, ab infantia
D mea vsq; nunc, & non est ingressa in os
15 meũ oĩs caro immũda. ❡ Et dixit ad me,
Ecce dedi tibi fimũ boum p̃ stercorib⁹
16 humanis: & facies panẽ tuũ in eo. ❡ Et
dixit ad me, Fili hominis, ‖ ecce ego con
teram baculum panis in Ierl̃m: & co-
medent panẽ in pondere, & in solicitu-
dine: & aquã in mensura, & in angustia
17 bibent. ❡ Vt deficientibus pane & aqua
corruat vnusquisq; ad fratrem suũ, &
contabescant in iniquitatibus suis.

CAP. V.

1 ET tu fili hominis sume tibi gladiũ
A acutum, radentẽ pilos: & assumes
eũ, & duces per caput tuum, & p̃ barbã
tuam: & assũmes tibi statẽram põderis,
2 & diuides eos. ❡ Tertiam partẽ igni cõ-
bures in medio ciuitatis, iuxta comple-
tionẽ dierũ obsidionis: & assũmes ter-
tiã partẽ & concides gladio in circuitu
ei⁹: tertiã verò aliã disperges in ventũ, &
3 gladium nudabo post eos. ❡ Et sumes in
de paruũ numerũ: & ligabis eos in sũ-
4 mitate pallij tui. ❡ Et ex eis rursum tol-
les, & p̃ijcies eos in medio ignis, & cõ-
bures eos igni: & ex eo egredietur ignis in
5 oẽm domũ Isrl̃. ❡ Hæc dicit Dñs Deus,
Ista est Ierl̃m, in medio gentiũ posui eã,
6 & in circuitu eius terras. ❡ Et cõtempsit
iudicia mea, vt plus esset impia q̃ gen-
B tes: & præcepta mea vltrà q̃ terræ quæ
in circuitu eius sunt. Iudicia enim mea
proiecerũt, & in præceptis meis nõ am
7 bulauerũt. ❡ Idcirco hęc dicit Dñs De⁹,
Quia superastis gentes quæ in circuitu
vestro sunt, & in præceptis meis nõ am
bulastis, & iudicia mea non fecistis, &
iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu
8 vestro sunt, non estis operati. ❡ Ideo
hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego ad te & ip
se ego faciam in medio tui iudicia in o-
9 culis gentiũ: ❡ & faciã in te quod non fe-
ci, & quibus similia vltrà non faciam
10 p̃p̃ oẽs abominationes tuas. ❡ Ideo p̃res
comedẽt filios in medio tui, & filij co-
C medent patres suos, & faciã in te iudi-
cia, & ventilabo vniuersas reliq̃as tuas
11 in oẽm ventum. ❡ Idcirco viuo ego dicit
Dñs Deus, Nisi p̃ eo q̃ sanctum meum
violasti in oĩbus offensionibus tuis, &
in cunctis abominationibus tuis: ego
quoq; confringam, & nõ parcet oculus
12 meus, & non miserebor. ❡ Tertia pars
tui peste morietur, & fame cõsumetur in me
dio tui: & tertia pars tui in gladio ca-
det in circuitu tuo: tertiã verò partem
tuã in oẽm ventũ dispergã, & gladium
13 euaginabo post eos. ❡ Et cõplebo furorẽ
meum, & requiescere faciam indigna-
tionẽ meam in eis, & cõsolabor: & sciẽt
q̃a ego Dñs loquutus sum in zelo meo,
cum impleuero indignationem meam
14 in eis. ❡ Et dabo te in desertum & in op-
probriũ gentib⁹ q̃ in circuitu tuo sunt,
15 in conspectu oĩs prætereuntis. ❡ Et eris
opprobriũ & blasphemia, exemplũ &
D stupor in Gentib⁹ quæ in circuitu tuo
sunt, cum fecero in te iudicia in furore
& in indignatione, & in increpationib⁹
16 iræ: Ego Dñs locutus sum. ❡ Qñ misero
sagittas famis pessimas in eos q̃ erunt
mortiferæ, & quas mittam vt disperdã
vos: & famem congregabo super vos, &
17 conteram in vobis baculum panis. ❡ ‖ Et ‖ Sup. 4. d. 16.
immittam in vos famẽ & bestias pessi- Inf. 14. d. 13.
mas vsq; ad internecionem: & pestilen
tia & sanguis transibunt p̃ te, & gladiũ
inducam super te, ego Dñs locut⁹ sum.

CAP. VI.

1 ET factus est sermo Dñi ad me, di-
A cens, ❡ Fili hominis, pone faciẽ tuã
2 ad montes Isrl̃, & p̃phetabis ad eos. ❡ &
3 dices, ‖ Montes Israël audite verbũ dñi ‖ Inf. 36. a. 1.
Dei. Hæc dicit Dñs Deus montibus &
collibus, rupibus & vallibus. ❡ Ecce, ego
inducã sup̃ vos gladiũ, & disperdam ex
4 celsa vestra. ❡ & demoliar aras vestras, &
cõfringentur simulachra vestra, & deij
ciã interfectos vros ante idôla vestra.
5 ❡ Et dabo cadauera filiorũ Isrl̃ ante fa-
ciẽ simulachrorũ vestrorũ: & dispergã
6 ossa vestra circum aras vestras, ❡ in omni
bus habitationib⁹ vestris. ❡ Vrbes deser
tę erũt, & excelsa demolientur & dissipa-

B bunt: & interibunt aræ vestræ, & cófrin
gent: & cessabunt idôla vestra, et conte
rent delubra vestra, & delebunt opera
7 vestra. ¶Et cadet interfectus in medio
8 vestri: & scietis qa ego sum Dñs. ¶Et re-
linquá in vobis eos q fugerint gladium
in Gentibus, cú dispersero vos in terris.
9 ¶Et recordabunt mei liberati vestri in
Gentibus ad quas captiui ducti sunt.
qa contriui cor eorú fornicans & rece-
dens à me, & oculos eorú fornicantes
C post idôla sua: et displicebunt sibimet
sup malis quę fecerát in vniuersis abo-
10 minationibus suis. ¶Et scient quia ego
Dñs non frustrà locutus sum vt facerē
11 eis malú hoc. ¶Hęc dicit Dñs Deus, Per-
cute*manú tuá, et allide pedem tuum,
et dic Heu, ad oés abominationes malo
rú domus Israël: *quia gladio et fame,
12 et peste ruituri sunt. ¶Qui longè est, pe-
ste morief: q aút propè, gladio corruet:
et qui relictus fuerit et obsessus, fame
morief: et complebo indignationé meá
13 in eis. ¶Et scietis quia ego Dñs, cum fue
D rint interfecti vestri in medio idolorú
vestrorum in circuitu ararú vestrarum
in oí colle excelso, et in cunctis summi
tatibus montium, et subtus oé lignum
nemorosum, et subtus vniuersam quer
cum frondosam, locú vbi accenderunt
14 tura redolétia vniuersis idôlis suis. ¶Et
extendam manú meá super eos: et faciá
terram desolatam et destitutam à deser
to Deblátha in omnibus habitationi-
bus eorum, et scient quia ego Dñs.

* manu tua 6. *qui 15

CAP. VII.

1 ET factus est sermo dñi ad me dicés:
A ¶Et tu fili hoís, hęc dicit Dñs Deus
2 terrę Israël, Finis, venit, venit finis super
3 quatuor plagas terrę. ¶Nunc finis sup
te, et immittá furorem meum in te: et
iudicabo te iuxta vias tuas, poná contra
4 te oés abominationes tuas. ¶Et non par
cet oculus meus sup te, et non miserebor:
sed vias tuas ponam sup te, et abo-
minationes tuę in medio tui erunt: et
5 scietis qa ego Dñs. ¶Hęc dicit dñs Deus,
6 Afflictio vna, afflictio ecce venit, ¶finis
venit, venit finis, euigilauit aduersum
7 te: ecce venit. ¶Venit*contritio sup te,
B q habitas in terra: venit tépus, prope est
dies occisionis, et non glorię montiú.
8 Nunc de ppinquo effundam irá meá
super te: et complebo furorem meú in
te: et iudicabo te iuxta vias tuas, et im-

*confractio 5.

9 ponam tibi oía scelera tua, ¶Et non par
cet oculus me⁹, nec miserebor: sed vias
tuas imponá tibi, et abominationes tuę
in medio tui erunt: et scietis quia ego
10 sum Dñs percutiens. ¶Ecce dies, ecce ve
nit: egressa est*contritio, floruit virga,
11 germinauit superbia. ¶Iniqtas surrexit
in virga impietatis: non ex eis, et nó ex
pplo, neq; ex sonitu eorum: et non erit
12 reqes in eis. ¶Venit tépus, appropinqua-
uit dies: q emit, non lętetur: et qui ven-
dit, non lugeat: quia ira sup oém pplm
13 eius. ¶Quia qui vendit, ad id quod ven-
didit non reuertet: et adhuc in viuenti
D bus vita eorú: visio enim ad oém multi
tudinem eius non regredietur, et vir in
iniquitate vitę suę non confortabitur.
14 ¶Canite tuba, pręparentur oés, et non
est qui vadat ad pliú: ira enim mea su-
15 per*vniuersum pplm eius. ¶Gladius fo-
ris: et pestis et fames intrinsecus: qui in
agro est gladio morief: et qui in ciuita-
16 te, pestilentia, et fame deuorabunt. ¶Et
saluabunt qui fugerint ex eis: et erunt
in montibus quasi columbę conualliú
E oés trepidi, vnusquisq; in iniqtate sua.
17 ¶Oés manus dissoluentur, et oía genua
18 fluét aquis. ¶‖Et accingent se cilicijs, et
operiet eos formido: et in oí facie con-
fusio, et in vniuersis capitibus eorú cal
19 uitium. ¶‖Argentú eorú foras proiicie-
tur, et aurum eorum in sterquilinium
erit. Argétum eorum et aurum eorum
non valebit liberare eos in die furoris
Dñi. Aíam suam non saturabunt, et vé
tres eorum non implebuntur: quia scá-
20 dalum iniqtatis eorum factum est. ¶Et
ornamentú monilium suorum in super-
biá posuerunt, et imagines abominatio
num suarú et simulachrorum fecerunt
ex eo: pp hoc dedi eis illud in immun-
21 ditiá: ¶et dabo illud in manus alienorú
ad diripiendú. et impiis terrę in prędá,
22 et contaminabunt illud. ¶Et auertá fa-
F ciem meam ab eis, et violabunt arcanú
meú: et introibunt in illud emissarij, et
23 cótaminabunt illud. ¶Fac cóclusioné:
qm terra plena est iudicio sanguinum,
24 et ciuitates plene iniquitate. ¶Et addu-
cá pessimos de Gentibus, et possidebunt
domos eorú: et quiescere faciá superbiá
potentium, et possidebunt sanctuaria
25 eorum. ¶Angustia superueniente requi
26 runt pacé, et non erit. Conturbatio su-
G per conturbationé veniet, et auditus su-

* confractio 4.

*omnem multitudinem 5.

‖Isa. 15. a 2. Iere. 48. f 37. Prou. 11. a 4. Soph 1. d 18. Eccl 5. b. 10. & c. 13.

per auditum: & quærent visionẽ de pro
pheta, & lex peribit à sacerdote, & cõsi-
27 lium à senioribꝰ. ¶Rex lugebit, & prin-
ceps induetur mœrore, & manus populi
terræ conturbabuntur. Secũdùm viam
eorũ faciam eis, & sfm iudicia eorum iu
dicabo eos, & scient quia ego Dñs.

CAP. VIII.

1 ET factũ est in anno sexto, in sexto
A mense, in q̃nta mẽsis: ego sedebam
in domo mea, & senes Iuda sedebãt co-
rã me, & cecidit ibi sup me manꝰ Dñi
2 Dei. ¶Et vidi, & ecce similitudo quasi
aspectus ignis: ab aspectu lumborũ eiꝰ
& deorsum ignis: & à lũbis eius & sur-
sum, quasi aspectꝰ splẽdoris, vt visio ele
‖Dan. 14. f. 35. 3 ctri. ¶‖Et emissa similitudo manꝰ appre
B hẽdit me in cincinno capitis mei: & ele
uauit me Spũs inter terrã & cęlũ: & ad-
duxit me in Ierl'm in visione Dei iuxta
ostiũ interius qđ respiciebat ad Aqlo-
nẽ, vbi erat statutum idôlũ zeli ad pro
4 uocandã æmulationẽ. ¶Et ecce ibi glo-
ria Dei Israël sfm visionẽ quã videram
5 in cãpo. ¶Et dixit ad me, Fili hoĩs, leua
C oculos tuos ad viã Aqlonis. Et leuaui
oculos meos ad viã Aqlonis, & ecce ab
Aqlone portæ altaris idôlũ zeli in ipso
6 introitu. ¶Et dixit ad me, Fili hoĩs, putás
ne vides tu q̃d isti faciunt, abominatio
nes magnas, quas domꝰ Israël facit hic,
vt procul recedã à sanctuario meo? &
adhuc cõuersus videbis abominatiões
7 maiores. ¶Et introduxit me ad ostium
D atrij: & vidi, & ecce foramen vnũ in pa
8 riete. ¶Et dixit ad me, Fili hoĩs fode pa-
rietẽ. Et cũ fodissem parietem, apparuit
9 ostiũ vnũ. ¶Et dixit ad me: Ingredere &
vide abominationes pessimas, quas isti
10 faciũt hic. ¶Et ingressus vidi, & ecce oĩs
similitudo reptiliũ, & aĩalium abomi-
natio, & vniuersa idôla domꝰ Israël de
picta erãt in pariete in circuitu ꝑ totũ.
11 ¶Et septuaginta viri de senioribꝰ domꝰ
E Israël, & Iezonias filiꝰ Saphan stabat in
medio eorũ stantium ante picturas: &
vnusq̃sq; habebat turibulũ in manu
sua: & vapor nebulæ de ture consurge-
12 bat. ¶Et dixit ad me: Certè vides fili hoĩs
quæ seniores domus Israël faciũt in te-
nebris, vnusq̃sq; in abscondito cubilis
sui, dicũt enim: Non videt Dñs nos, de-
13 reliquit Dñs terrã. ¶Et dixit ad me: Ad-
huc conuersus videbis abominationes
14 maiores quas isti faciũt. ¶Et introduxit
F me ꝑ ostiũ portæ domus Dñi, qđ respi
ciebat ad Aqlonem, & ecce ibi mulie-
15 res sedebãt plãgẽtes Adonidẽ. ¶Et dixit
ad me: Certè vidisti fili hoĩs: adhuc cõ
uersus videbis abominationes maiores
16 his. ¶Et introduxit me in atriũ domus
Dñi interius: & ecce in ostio tẽpli Dñi
inter vestibulũ & altare, quasi viginti-
q̃nq; viri dorsa habentes cõtra tẽplum
Dñi, & facies ad Orientẽ: & adorabant
17 ad ortũ solis. ¶Et dixit ad me. Certè vi-
disti fili hoĩs: nunquid leue est hoc do-
mui Iuda, vt facerẽt abominatiões istas
quas fecerũt hic: q̃a replentes terrã iniq
tate, conuersi sunt ad irritandũ me? &
18 ecce applicãt ramũ ad nares suas. ¶Ergo
& ego faciã in furore: nõ parcet oculus
meꝰ, nec miserebor: & cũ clamauerit ad
aures meas voce magna, nõ exaudiã eos

CAP. IX.

1 ET clamauit in auribꝰ meis voce ma
A gna, dicẽs: Appropinquauerũt visi-
tationes vrbis, & vnusq̃sq; vas interfe-
2 ctionis habet in manu sua. ¶Et ecce sex
viri veniebant de via portæ superioris,
quę respicit ad Aqlonẽ: & vniuscuiusq;
vas interitꝰ in manu eius: vir quoq; vnꝰ
in medio eorum vestitus erat lineis, &
atramentariũ scriptoris ad renes eius: &
ingressi sunt, & steterunt iuxta altare
3 æreũ. ¶Et gloria Dñi Israël assumpta est
B de cherub, quæ erat sup eum ad limen
domus: & vocauit virũ q̃ indutus erat
lineis, & atramẽtarium scriptoris habe
4 bat in lumbis suis. ¶Et dixit Dñs ad eũ:
Transi per mediam ciuitatẽ in medio
Ierl'm: ‖& signa Thau super frontes viro ‖Exo. 12. b. 7. Ap. 7. a. 3
rum gementium & dolentiũ super cun
ctis abominationibus quæ fiunt in me
5 dio eius. ¶Et illis dixit audiẽte me, Trã-
site per ciuitatẽ sequẽtes eum, & percu
tite: non parcat oculus vester neq; mise
6 reamini. ¶Senem, adolescẽtulũ & virgi-
C nẽ, *paruulos & mulieres iterficite vsq; *paruulũ
ad internecionẽ, oẽm aũt sup quem vi-
deritis Thau, ne occidatis, & à sanctua-
rio meo incipite. Cęperunt ergo à viris
senioribus qui erant ante faciẽ domus.
7 ¶Et dixit ad eos: Cõtaminate domũ, &
implete atria interfectis: egredimini. Et
egressi sunt & ꝑcutiebant eos q̃ erãt in
8 ciuitate. ¶Et cęde cõpleta remãsi ego:
ruiq; sup faciem meã, & clamans, aio,
Heu, heu, heu Dñe Deus, ergone disper-
des oẽs reliquias Israël, effundens furo-

9 rem tuũ super Ierſm ? ¶Et dixit ad me:
Iniquitas domus Iſraël & Iuda magna
eſt nimis valde,& repleta eſt terra ſan-
guinib⁹,& ciuitas repleta eſt auerſione:
dixerunt enim,Dereliquit Dñs terram,
10 & Dñs non videt . ¶Igitur & meus non
parcet oculus,neq; miſerebor: viã eorũ
11 ſuper caput eorũ reddam. ¶Et ecce , vir
qui erat indutus lineis,q habebat atra-
mentariũ in dorſo ſuo rñdit verbum,
dicens·Feci ſicut præcepiſti mihi.

CAP. X.

1 ET vidi,& ecce in firmamento quod
A erat ſup caput cherubim , quaſi la-
pis ſapphiris , quaſi ſpecies ſimilitudi-
2 nis ſolij apparuit ſup ea. ¶Et dixit ad vi
rũ q indut⁹ erat lineis,& ait: Ingredere
in medio rotarũ quę ſunt ſubtus cheru
bim:& imple manũ tuã prunis ignis q̃
ſunt inter cherubim, & effunde ſup ci-
uitatẽ. Ingreſſusq; eſt in cõſpectu meo.
3 ¶Cherubim aũt ſtabant à dextris dom⁹
cùm ingrederetur vir, & nubes imple-
4 uit atriũ interius . ¶Et eleuata eſt gloria
Dñi déſuper cherub ad limen domus:
& repleta eſt dom⁹nube, & atriũ reple-
5 tum eſt ſplendore gloriæ Dñi.¶Et ſoni-
tus alarum cherubim audiebatur vſq;
ad atrium exterius, quaſi vox Dei oĩpo-
6 tentis loquentis,¶Cũq; præcepiſſet viro
B qui indutus erat lineis:dicẽs:Sume ignẽ
de medio rotarũ quæ ſunt inter cheru-
7 bim:ingreſſus ille ſtetit iuxta rotã . ¶Et
extẽdit cherub manũ de medio cheru-
bim,ad ignẽ q erat inter cherubim : &
ſumpſit,& dedit in manus eius q indu
8 tus erat lineis:q accipiẽs egreſſus eſt.¶Et
apparuit ĩ cherubim ſimilitudo man⁹
9 hoĩs ſubtus pẽnas eorũ,¶& vidi, & ecce
quatuor rotæ iuxta cherubim:rota vna
iuxta cherub vnũ, & rota alia iuxta che
rub vnũ : ſpecies aũt rotarũ erat quaſi
10 viſio lapidis chryſolyti. ¶& aſpect⁹ earũ
ſimilitudo vna quatuor:quaſi ſit rota ĩ
11 medio rotæ.¶Cũq; ambularent, in qua
tuor partes gradiebant᷑: & non reuer-
tebant᷑ ambulantes:ſed ad locũ ad quẽ
ire declinabat quæ prima erat, ſequebã
12 tur & cæteræ,nec conuertebant᷑.¶‖Et oẽ ‖Supra 1. a. 18.
C corpus earũ,& colla,& manus,& pẽnę,
& circuli plena erant oculis,in circuitu
13 quatuor rotarum . ¶Et rotas iſtas voca-
14 uit volubiles , audiente me . ¶Quatuor
aũt facies habebat vnum:facies vna fa-
cies cherub,& facies ſecũda,facies hoĩs:
& in tertio facies leonis· & in quarto fa
15 cies aquilę.¶Et eleuata ſunt cherubim:
ipſum eſt aĩal quod videram iuxta flu-
16 uiũ Chobar.¶Cùmq; ambularent che-
rubim,ibant pariter & rotæ iuxta ea:&
cũ eleuarẽt cherubim alas ſuas, vt exal
tarent᷑ de terra,nõ reſidebant rotæ , ſed
17 & ipſe iuxta erãt.¶Stãtibus illis, ſtabãt:
& cum eleuatis eleuabantur, ſpũs enim
18 vitę erat ĩ eis . ¶Et egreſſa eſt gloria Dñi
à limine templi : & ſtetit ſuper cheru-
19 bim . ¶Et eleuãtia cherubim alas ſuas,
D exaltata ſunt à terra coram me : & illis
egrediẽtib⁹, rotę quoq; ſubſecutæ ſunt:
& ſtetit in introitu portæ domus Dñi
orientalis , & gloria Dei Iſraël erat ſup
20 ea.¶Ipſum eſt aĩal qđ vidi ſubter Deũ Supra 1. a. 1. 4. 5.
Iſraël iuxta fluuiũ Chobar: & intellexi
21 qa cherubim eſſent. ¶Quatuor* vultus *per quatuor.
vni,& quatuor alæ vni : & ſimilitudo
22 manus hominis ſub alis eorum. ¶Et ſi-
militudo vultuum eorum , ipſi vultus
quos videram iuxta fluuium Chobar,
& intuitus eorum, & impetus ſingulo-
rum ante faciem ſuam ingredi.

CAP. XI.

1 ET eleuauit me ſpũs , & introduxit
A me ad portã domus dñi oriẽtalem
quæ reſpicit ad ſolis ortũ:& ecce,in in-
troitu portæ vigintiquinq; viri : & vidi
in medio eorũ Iezoniã filium Azur,&
Pheltiã filiũ Bananiæ: principes popu-
2 li.¶Dixitq; ad me:Fili hoĩs,hi ſunt viri
q cogitant iniquitatem, & tractant cõ-
3 ſilium peſſimum in vrbe iſta: ¶dicẽtes:
Nõne dudũ ędificatę ſunt domus? hęc
4 eſt lebes,nos aũt carnes . ¶Idcirco vati-
5 cinare de eis,vaticinare fili hoĩs. ¶Et ir-
ruit in me ſpũs Dñi,& dixit ad me. Lo-
quere,Hæc dicit Dñs: Sic locuti eſtis do
mus Iſraël,& cogitationes cordis veſtri
6 ego noui . ¶Plurimos occidiſtis in vrbe
B hac , & impleſtis vias eius interfectis.
7 ¶Propterea hæc dicit Dñs Deus:Interfe-
cti veſtri , quos poſuiſtis in medio eius
hi ſunt carnes,& hęc eſt lebes:& educã
8 vos de medio eius. ¶Gladiũ metuiſtis,
& gladium inducam ſuper vos,ait Dñs
9 Deus. ¶Et eiciam vos de medio eius,da
boq; vos in manũ hoſtium , & faciam
10 in vobis iudicia.¶Gladio cadetis in fini
bus Iſrl᷑ iudicabo vos , & ſcietis qa ego
11 Dñs.¶Hęc non erit vobis in lebetem,&
vos non eritis in medio ei⁹in carnes: in
12 finib⁹Iſraël iudicabo vos.¶Et ſcietis qa

ego Dñs:quia in præceptis meis nõ am-
bulastis,& iudicia mea nõ fecistis . sed
C iuxta iudicia gentiũ,quæ in circuitu ve
13 stro sunt,estis operati.¶Et factũ est cum
prophetarẽ,Pheltias filius Banaiæ mor
tuus est:& cecidi in faciẽ meam clamãs
voce magna,& dixi:Heu,heu,heu,Dñe
Deus:consummationẽ tu facis reliqarũ
14 Israël?¶Et factũ est verbũ Dñi ad me,
15 dicens.¶Fili hoĩs fratres tui viri propin
qui tui,& oĩs dom⁹ Israël,vniuersi qui-
bus dixerunt habitatores Ierl'm.Longè
recedite à Dño, nobis data est terra in
16 possessionem.¶Propterea hęc dicit Dñs
Deus.Quia longè feci eos in gẽtibus, &
qa dispersi eos in terris:ero eis in sancti
ficationem modicã in terris ad quas ve
17 nerunt.¶Propterea loquere, Hæc dicit
Dñs Deus:Congregabo vos de ppl'is, &
adunabo de terris in qbus dispsi estis:
18 daboq; vobis humũ Israël.¶Et ingrediẽ
D tur illuc,& auferẽt oẽs offensiones: cũ-
19 ctasq; abominationes eius de illa.¶||Et
dabo eis cor vnũ, & spm̃ nouũ tribuã
in visceribus eorũ: & auferã cor lapideũ
de carne eorũ,& dabo eis cor carneum.
20 ¶Vt in præceptis meis ambulẽt,& iudi-
cia mea custodiant,faciantq; ea:& sint
mihi in populũ, & ego sim eis in Deũ.
21 ¶Quorũ *cor post offendicula & abomi
nationes suas ambulat, horũ viã in ca-
22 pite suo ponam,dicit Dñs Deus.¶Et ele
uauerunt cherubim alas suas, & rotæ
cũ eis : & gloria Dei Israël erat sup ea.
23 ¶Et ascendit gloria Dñi de medio ciui-
tatis, stetitq; super montem qui est ad
24 Orientẽ vrbis. ¶Et spiritus leuauit me:
adduxitq; *in Chaldęam ad trãsmigra-
tionem,in visione in spũ Dei:& sublata
25 est à me visio quam videram. ¶Et locu-
tus sum ad transmigrationem omnia
verba Domini quæ ostenderat mihi.

||Iere.13.f.33. Inf.18 g 31.36.c.26. Infra 24.a.7. Hebr. 8.c.10.
*autem.
*me.

CAP. XII.

1 ET fact⁹ est sermo Dñi ad me, dicẽs:
A ¶Fili hoĩs in medio domus exaspe-
2 rãtis tu habitas:q oculos habent ad vi-
dendũ,& non vidẽt:& aures ad audiẽ-
dum,& non audiũt:qa domus exaspe-
3 rans est,¶Tu ergo fili hoĩs fac tibi vasa
transmigrationis,& trãsmigrabis, p diẽ
coram eis : transmigrabis aũt de loco
tuo ad locũ alterum in cõspectu eorũ,
si fortè aspiciant : qa dom⁹ exasperans
4 est.¶Et efferes foras vasa tua quasi vasa
*transmigrantis p diem in conspectu
eorum: tu aũt egredieris vespere coram
5 eis,sicut egredit migrans.¶Ante oculos
B eorũ perfode tibi parietẽ : & egredieris
6 per eum.¶In conspectu eorũ in hume-
ris portaberis,ĩ caligine efferetis: faciẽ
tuã velabis,& non videbis terrã:qa por
7 tentũ dedi te domui Israël. ¶Feci ergo
sicut pręceperat mihi*:vasa mea ptuli
quasi vasa*transmigrantis p diẽ : & ve-
spere pfodi mihi parietẽ manu:& in ca
ligine egressus sum,& ĩ humeris porta-
8 tus in conspectu eorũ.¶Et factus est ser-
9 mo Dñi mane ad me dicens: ¶Fili hoĩs
C nunquid non dixerunt ad te domus Is-
raël,domus exasperans : Quid tu facis?
10 ¶Dic ad eos: Hęc dicit Dñs Deus : Super
ducẽ onus istud,q est in Ierl'm & super
oẽm domum Israël , quæ est in medio
11 eorũ.¶Dic: Ego portentũ vestrũ: quõ fe-
ci,sic fiet illis:in transmigrationẽ, & in
12 captiuitatẽ ibunt . ¶Et dux q est in me-
D dio eorũ,in humeris portabit,in caligi
ne egrediet:parietẽ pfodient, vt educãt
eum:facies eius operiet, vt non videat
13 oculo terrã. ¶||Et extendã rete meum
super eũ, & capiet in sagena mea: & ad
ducam eũ in Babylonẽ in terrã Chal-
dæorũ:& ipsam non videbit, ibiq; mo-
14 rietur.¶Et oẽs q circa eũ sunt, præsidiũ
eius, & agmina eius dispergam in oẽm
ventũ & gladium euaginabo post eos.
15 ¶Et sciẽt qa ego Dñs,qñ dispersero illos
in gentibus,& disseminauero eos in ter
16 ris. ¶Et relinquam ex eis viros paucos à
gladio,& fame,& pestilẽtia : vt enarrẽt
oĩa scelera eorũ in gentibus ad quas in-
17 gredient: & scient qa ego Dñs.¶Et fact⁹
18 est sermo Dñi ad me, dicens. ¶Fili hoĩs,
panẽ tuum in conturbatione comede:
sed & aquã tuã in festinatione & mœ-
19 rore bibe.¶Et dices ad ppl'm terræ: Hæc
dicit Dñs De⁹ ad eos q habitãt in Ierl'm
in terra Israël,panẽ suum in solicitudi-
ne comedẽt,& aquã suã in desolatione
bibent : vt desolet terra à multitudine
sua,pp iniquitatem oĩum qui habitant
20 in ea.¶Et ciuitates quæ nunc habitant,
F desolatæ erũt,terraq; deserta : & scietis
21 quia ego Dñs . ¶Et factus est sermo Dñi
22 ad me dicens.¶Fili hoĩs , qd est prouer-
bium istud vobis in terra Israël? dicen-
tium:In longum differentur dies, & pe
23 ribit oĩs visio,¶Ideo dic ad eos : Hęc di-
cit dñs Deus.Quiescere faciã prouerbiũ
istud,neq; vulgò dicet vltra in Israël:

*transmigrationis.
*Dñs.
*transmigrationis
||Infr.17.c.20.&32.a.3.-6.

& loquere ad eos ꝙ appropinquauerint
24dies & sermo oĩs visionis. Non enim
erit vltrà oĩs visio cassa, neq; diuinatio
25ambigua in medio filiorũ Israël. Quia
G ego dñs loquar: & quodcũq; locut⁹ fue-
ro verbum, & fiet, non prolongabit̃ am
plius: sed in diebus vestris domus exa-
sperans loquar verbum, & faciã illud,
26dicit Dñs Deus. Et factus est sermo dñi
27ad me, dicens: Fili hoĩs, ecce domus Is-
raël dicẽtiũ: Visio quã hic videt, in dies
multos: & in tpa longa iste prophetat.
28Propterea dic ad eos, Hæc dicit Domi-
nus Deus: Non prolongabitur vltrà oĩs
sermo meus: verbum quod locutus fue-
ro, complebitur, dicit Dominus Deus.

CAP. XIII.

1 ET fact⁹ est sermo Dñi ad me, dicẽs,
A Fili hoĩs, vaticinare ad prophetas
2 Israël, qui prophetant: & dices prophetã
tibus de corde suo: Audite verbũ Dñi,
3 Hæc dicit Dñs Deus: Væ prophetis in-
sipientibus, qui sequũtur spm̃ suum, &
4 nihil vident. Quasi vulpes in desertis,
5 prophetæ tui Israël erãt. Nõ ascẽdistis
ex aduerso, neq; opposuistis murũ pro
domo Israël: vt staretis in prelio in die
6 Dñi. Vident vana, & diuinant menda
cium, dicentes: Ait Dñs: cum Dñs non
miserit eos: & perseuerauerũt confirma
7 re sermonẽ. Nunquid non visionem
cassam vidistis, & diuinationẽ menda-
cem locuti estis? & dicitis, ait Dñs: cùm
8 ego non sim locutus. Propterea hec di-
cit Dñs Deus: Quia locuti estis vana, &
vidistis mẽdaciũ: ideo ecce ego ad vos.
9 dicit Dñs Deus: Et erit manus mea sup
B prophetas q̃ vident vana, & diuinant
mendacium: in concilio ppl̃i mei non
erunt, & in scriptura domus Israël non
scribent̃, nec in terrã Israël ingredient̃:
10& scietis q̃a ego dñs Deus. Eo ꝙ dece-
perint ppl̃m meũ, dicentes: Pax, & non
est pax: & ipse edificabat parietem, illi
11aũt liniebant eũ luto absq; paleis. Dic
ad eos qui liniunt absq; tẽperatura, ꝙ
casurus sit: erit enim imber inundans,
& dabo lapides ꝑgrandes dẽsuper irruẽ
12tes, & ventũ procellæ dissipantẽ. Siquidẽ
ecce cẽcidit paries: nũquid non dicetur
13vobis, Vbi est litura quã linistis? Pro-
pterea hec dicit Dñs Deus, Et erumpe-
re faciam spm̃ tempestatũ in indigna-
tione mea, & imber inundans in furo
re meo erit: & lapides grandes in ira in-
14consumptionem. Et destruam parietẽ
C quẽ linistis absq; temperamẽto: & adę-
quabo eũ terræ, & reuelabit̃ fundamen
tum eius: & cadet, & consumet̃ in me-
15dio eius: & scietis q̃a ego sum Dñs. Et
cõplebo indignationẽ meã in pariete,
& in his q̃ liniunt eũ absq; tẽperamen-
to, dicamq; vobis: Non est paries, & nõ
16sunt q̃ liniunt eũ. Prophetę Israël qui
ꝓphetant ad Ierl̃m, & vident ei visionẽ
17pacis: & nõ est pax, ait dñs Deus, Et tu
fili hoĩs, pone faciem tuã contra filias
ppl̃i tui, quæ prophetant de corde suo:
18& vaticinare sup eas, & dic, Hæc dicit
Dñs Deus: Væ q̃ consuũt puluillos sub ¹que r.
oĩ cubito manus: & faciunt ceruicalia
sub capite vniuersæ ætatis ad capiẽdas
aĩas? & cũ caperent aĩas populi mei. vi-
19uificabant aĩas eorum. Et violabãt me
ad ppl̃m meum ꝓp pugillum hordei &
fragmen panis, vt interficerent aĩas quę
nõ moriuntur, et viuificarent aĩas quę
non viuunt, mentiẽtes ppl̃o meo credẽ-
20ti mẽdaciis. Propter hoc hæc dicit Dñs
D Deus, Ecce, ego ad puluillos vestros qui-
bus vos capitis aĩas volantes: & dirum-
pam eos de brachiis vestris: & dimittã
aĩas quas vos capitis, aĩas ad volãdum.
21Et dirumpã ceruicalia vestra, & libera
bo ppl̃m meum de manu vestra, neq;
erunt vltrà in manibus vestris ad prędã
22dum: & scietis q̃a ego Dñs. Pro eo ꝙ
mœrere fecistis cor iusti mẽdaciter, quẽ
ego non contristaui: & confortastis ma-
nus impij, vt non reuerteretur à via sua
23mala, & viueret: propterea vana nõ vi-
debitis, & diuinationes non diuinabi-
tis amplius, & eruam ppl̃m meum de
manu vestra: & scietis quia ego Dñs.

CAP. XIIII.

1 ET venerũt ad me viri seniorũ Israël,
A & sederunt coram me, Et factus est
2 sermo Dñi ad me, dicens: Fili hoĩs, vi-
3 ri isti posuerunt immunditias suas in
cordibus suis, & scãdalum iniquitatis
suæ statuerunt contra faciem suã: nun-
4 quid interrogatus rñdebo eis? Propter
hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc di-
cit Dñs Deus: Homo homo de domo Is
raël, qui posuerit immunditias suas in
corde suo, & scãdalum iniquitatis suę
statuerit contra faciem suã, & venerit
B ad prophetã interrogans ꝑ eum me: ego
Dñs rñdebo ei in multitudine immun
5 ditiarum suarum. Vt capiatur domus

Iere. 23 a. 1.
Inf. 14. c.
9. 34. a. 2.

Israël in corde suo quo recesserũt à me
6 in cũctis idôlis suis. ¶Propterea dic ad
domũ Israël, Hæc dicit Dñs Deus: Con
uertimini & recedite ab idôlis vestris,
& ab vniuersis contaminationibus ve-
7 stris auertite facies vestras. ¶Quia homo
homo de domo Israël, & de proselytis
quicũq; aduena fuerit in Israël, si alie-
natus fuerit à me, & posuerit idôla sua
in corde suo, & scãdalũ iniquitatis suæ
statuerit contra faciẽ suam, & venerit
ad prophetam vt interroget per eũ me:
8 ego Dñs rñdebo ei per me. ¶Et ponã fa-
C ciem meam super hoĩem illum, & fa-
ciam eum in exemplũ & in prouerbiũ,
& disperdã eum de medio ppli mei: &
9 scietis quia ego Dñs. ¶‖Et propheta cũ
errauerit & locutus fuerit verbum: ego
Dñs decepi prophetam illum: & exten-
dam manum meam super illum, & de
10 lebo eũ de medio ppli mei Israël. ¶Et
portabunt iniquitatem suam: iuxta ini
quitatem interrogantis, sic iniquitas ꝓ
11 phetę erit. ¶Vt non erret vltrà domus
Israël à me, neq; polluatur in vniuersis
D præuaricationib⁹ suis: sed sint mihi in
pplm, & ego sim eis in Deum, ait Dñs
12 exercituum. ¶Et factus est sermo Dñi
13 ad me, dicẽs. ¶Fili hoĩs, terra cũ peccaue
rit mihi, vt præuaricetur præuaricans,
extendam manum meam super eam,
‖& conterã virgã panis eius: & immittã
in eam famẽ, & interficiã de ea hoĩem
14 & iumentum. ¶Et si fuerint tres viri isti
in medio eius, Noë, Daniel, & Iob: ipsi
iustitia sua liberabunt animas suas, ait
15 Dñs exercituũ. ¶Quòd si & bestias pes-
E simas induxero super terram, vt vastem
eam: & fuerit inuia, eo ꝙ non sit pertrã
16 siens pp bestias: ¶Tres viri isti si fuerint
in ea, viuo ego dicit Dñs De⁹, quia nec
filios nec filias liberabunt: sed ipsi soli
17 liberabunt, terra aũt desolabitur. ¶Vel
si gladium induxero sup terrã illam,
& dixero gladio, Transi per terram: &
interfecero de ea hoĩem & iumentum:
18 ¶Et tres viri isti fuerint in medio eius;
viuo ego, dicit Dñs Deus, non liberabũt
filios neq; filias: sed ipsi soli liberabun-
19 tur. ¶Si aũt & pestilentiã immisero sup
terram illam, & effudero indignationẽ
F meam super eam in sanguine, vt auferã
20 ex ea hoĩem & iumentum. ¶Et Noë, &
Daniel, & Iob fuerint in medio eius: vi
uo ego, dicit Dñs Deus, quia filium & fi
liam non liberabũt: sed ipsi iustitia sua
21 liberabũt aĩas suas. ¶Qm̃ hæc dicit Dñs
Deus: Quòd & si quatuor iudicia mea
pessima, gladium & famem, ac bestias
malas, & pestilẽtiã immisero in Ierlm,
22 vt interficiã de ea hoĩem & pecus: ¶Tñ
G relinquetur in ea saluatio educentium
filios & filias: ecce ipsi egredientur ad
vos, & videbitis viam eorum & adin-
uentiones eorum: & consolabimini su-
per malo quod induxi in Ierlm in om-
23 nibus quæ importaui sup eam. ¶Et con
solabuntur vos, cùm videritis viam eo-
rum & adinuẽtiones eorum: & cogno-
scetis ꝙ non frustra fecerim omnia quę
feci in ea, ait Dominus Deus.

CAP. XV.

1 ET fact⁹ est sermo Dñi ad me, dicẽs,
A ¶Fili hoĩs, quid fiet de ligno vitis ex
2 oĩbus lignis nemorum, quæ sunt inter
3 ligna syluarum? ¶Nunquid tolletur de
ea lignũ, vt fiat opus, aut fabricabitur
de ea paxillus, vt dependeat in eo quod
4 cunq; vas? ¶Ecce igni datum est in escã,
vtramq; partem eius consumpsit ignis,
& medietas eius redacta est in fauillã:
5 nunquid vtile erat ad opus? ¶Etiam cũ
esset integrũ, non erat aptum ad opus:
quantò magis cum illud ignis deuora-
uerit & cõbusserit, nihil ex eo fiet ope-
6 ris? ¶Propterea hęc dicit Dñs Deus, Quo
B modo lignum vitis inter ligna syluarũ
quod dedi igni ad deuorãdum, sic* tra- *tradidi
7 dam' habitatores Ierusalem. ¶Et ponã
faciem meam in eos: de igne egredien-
tur, & ignis consumet eos: & scietis q'a
ego Dominus, Cum posuero faciem
8 meam in eos, ¶& dedero terram inuiã
& desolatam: eo ꝙ præuaricatores ex-
titerint, dicit Dominus Deus.

CAP. XVI.

1 ET fact⁹ est sermo Dñi ad me, dicẽs,
A ¶Fili hoĩs, notas fac Ierlm abomina
2 tiones suas, ¶& dices. Hęc dicit Dñs De⁹
3 Ierlem: Radix tua & generatio tua de
terra Chanáan: pater tuus Amorrhæus,
4 & mater tua Cetæa. ¶Et qñ nata es, in
die ortus tui non est præcisus vmbili-
cus tuus, & aqua non es lota in salutẽ,
5 nec sale salita, nec inuoluta pãnis. ¶Nõ
pepercit super te oculus, vt faceret tibi
vnum de his, misertus tui: sed proiecta
es super faciem terræ in abiectione aĩæ
6 tuæ, in die qua nata es. ¶Transiens aũt
ꝑ te, vidi te cõculcari in sanguine tuo:

&

& dixi tibi cũ esses in sanguine tuo: Vi
ue, dixi, inquã, tibi: in sanguine tuo vi-
7 ue. ¶ Multiplicatã quasi germẽ agri dedi
te: & multiplicata es, & grandis effecta,
& ingressa es, & puenisti ad mũdũ mu
liebrẽ: hubera tua intumuerũt, & pilus
tuus germinauit: & eras nuda, & cõfu-
8 sione plena. ¶ Et transiui p te, & vidi te:
& ecce tẽpus tuum, tempus amãtium:
& expandi amictũ meũ super te, & ope-
rui ignominiã tuã. Et iuraui tibi, & in-
gressus sum pactum tecũ, ait Dñs Deus:
9 & facta es mihi. ¶ Et laui te aqua, & e-
mundaui sanguinem tuũ ex te: & vnxi
10 te oleo. ¶ Et vestiui te discoloribus, & cal
ceaui te hyacinto: & cinxi te bysso, & in
11 dui te subtilibus. ¶ Et ornaui te ornamẽ
B to, & dedi armillas in manibus tuis, &
12 torquem circa collum tuum. ¶ Et dedi
inaurem super os tuum, & circulos au-
ribus tuis, & coronam decoris in capi-
13 te tuo. ¶ Et ornata es auro & argento, &
vestita es bysso, & polymito, & multis
coloribus: similã & mel & oleũ comedi-
sti, & decora facta es vehemẽter nimis:
14 & profecisti in regnũ. ¶ Et egressum est
nomen tuũ in Gentes pp speciem tuã:
quia perfecta eras in decore meo, quẽ
15 posueram super te, dicit Dñs Deus. ¶ Et
habens fiduciam in pulchritudine tua
fornicata es in noĩe tuo: & exposuisti
fornicationem tuam oĩ transeunti, vt
16 eius fieres. ¶ Et sumens de vestimentis
tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consu
ta: & fornicata es sup eis, sicut non est
17 factum, neq; futurum est. ¶ Et tulisti va-
sa decoris tui, de auro meo atq; argen-
to meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi ima
gines masculinas, & fornicata es in eis.
18 ¶ Et sumpsisti vestimẽta tua multicolo-
* vest. ta es eis 22. ria, & *operuisti illas': & oleũ meũ, &
19 thymiama meũ posuisti coram eis. ¶ Et
panem meum quẽ dedi tibi, similã, &
oleũ, & mel quibus enutriui te, posuisti
in conspectu eorum in odorem suauita
20 tis, & factum est, ait Dñs Deus. ¶ Et tuli-
sti filios tuos & filias tuas quas genera-
C sti mihi: & immolasti eis ad deuoran-
dũ. Nunquid parua est fornicatio tua?
21 ¶ Immolasti filios meos, & dedisti, illos
22 cõsecrans, eis. ¶ Et post oẽs abominatio-
nes tuas & fornicationes, nõ es recorda
ta dierũ adolescẽtiæ tuæ, qñ eras nuda
& confusione plena, conculcata in san-
23 guine tuo. ¶ Et accidit post oẽm malitiã
24 tuam (væ vę tibi, ait Dñs Deus) ¶ & ędi
ficasti tibi lupanar, & fecisti tibi postri-
25 bulum in cunctis plateis. ¶ Ad oẽ caput
viæ ædificasti signũ prostitutionis tuę:
& abominabilem fecisti decorem tuũ:
& diuisisti pedes tuos oĩ transeunti, &
26 multiplicasti fornicationes tuas. ¶ Et for
nicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis
magnarum carnium: & multiplicasti
fornicationẽ tuam ad irritandum me.
27 ¶ Ecce, ego extendam manum meam su
per te, & auferã *iustificationem tuam': *ius tuã 10.
& dabo te in animas odientiũ te filia-
rum Palæsthinorum, quæ erubescũt in
28 via tua scelerata. ¶ Et fornicata es in fi-
liis Assyriorum, eo q necdum; fueris
expleta: & postq̃ fornicata es, nec sic es
29 satiata. ¶ Et multiplicasti fornicationem
tuã in terra-Chanáan cum Chaldæis:
30 & nec sic satiata es. ¶ In quo mundabo
cor tuum, ait Dñs Deus, cùm facias om
nia hæc opera mulieris meretricis &
31 procacis? ¶ Quia fabricasti lupanar tuũ
D in capite oĩs viæ, & excelsum tuum fe-
cisti in omni platéa: nec facta es quasi
32 meretrix fastidio augens pretium, ¶ sed
quasi mulier adultera quæ sup virum
33 suum inducit alienos. ¶ Oĩbus meretri-
cibus dant mercedes: tu aũt dedisti mer
cedes cunctis amatoribus tuis, & dona
donabas eis vt intrarent ad te vndiq;
34 ad fornicandũ tecum. ¶ Factũq; est in
te contra consuetudinẽ mulierũ in for
nicationibus tuis, & post te nõ erit for-
nicatio: i eo enim q dedisti mercedes,
& mercedes nõ accepisti, factum est in
35 contrarium. ¶ Propterea meretrix audi
36 verbũ Dñi. ¶ Hæc dicit Dñs Deus, Quia
effusum est æs tuũ, & reuelata est igno
minia tua in fornicationibus tuis sup
amatores tuos, & super idôla abomina
tionum tuarum in sanguine filiorum
37 tuorum quos dedisti eis: ¶ Ecce, ego cõ-
gregabo oẽs amatores tuos quibus com
mista es, & oẽs quos dilexisti cum, vni-
uersis quos oderas: & congregabo eos
super te vndiq;, & nudabo ignominiã
tuam coram eis, & videbunt oẽm tur-
38 pitudinem tuam. ¶ Et iudicabo te iu- Infr. 24. b. 10. &
diciis adulterarum et effundentiũ san- 45
guinem: et dabo te in sanguinem furo-
39 ris et zeli. ¶ Et dabo te in manus eorũ,
E et destruent lupanar tuũ, et demolien-
tur postribulũ tuum: et denudabũt te
vestimentis tuis, et auferẽt vasa decoris

tui:& derelinquent te nudã plenamq;
40 ignominia: Et adducent sup te multitudiné, & lapidabũt te lapidib⁹, & tru-
41 cidabunt te gladiis suis. ‖Et cõburent domos tuas igni, & faciẽt in te iudicia
ĩ oculis mulierũ plurimarũ: & desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis.
42 Et reqeſcet indignatio mea in te: & au feretur zelus meus à te, & quieſcã, nec
43 iraſcar amplius. Eo ꝙ non fueris recor data dierũ adoleſcentiæ tuæ, & prouo-
caſti me in oĩbus his: quapp & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dñs Deus, & non feci iuxta ſcelera tua in oĩbus abo-
44 minationibus tuis. Ecce oĩs qui dicit vulgo prouerbium, in te aſſumet illud,
45 dicés, Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virũ ſuũ, & filios ſuos: & ſoror ſororum tuarum es tu, quæ proiecerunt viros ſuos & filios ſuos: mater veſtra Chetęa, & pater
46 veſter Amorrhęus. Et ſoror tua maior, Samaria, ipſa & filiæ eius quæ habitant ad ſiniſtrã tuã: ſoror aũt tua minor te, quę habitat à dextris tuis, Sodoma, & fi
47 liæ eius. Sed nec in viis earũ ambula-
F ſti: neq; ſm ſcelera earũ feciſti pauxillũ minus: penè ſceleratiora feciſti illis in
48 oĩb⁹ viis tuis. Viuo ego, dicit Dñs De⁹, qa non fecit Sodoma ſoror tua ipſa, &
49 filiæ eius, ſicut feciſti tu & filię tuę. Ec ce‖hæc fuit iniqtas Sodomę ſororis tuę, ſuperbia, ſaturitas panis & abũdantia, & otium ipſius & filiarũ eius: & manũ
50 egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerũt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut *vidiſti.
51 Et Samaria dimidiũ pcõrum tuorum non peccauit: ſed viciſti eas ſceleribus tuis: & iuſtificaſti ſorores tuas in oĩbus abominationibus tuis, quas operata es.
52 Ergo & tu porta confuſioné tuam, quę viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agés ab eis: iuſtificatæ ſunt enim à te: ergo & tu cõfundere, & porta igno miniã tuã, quæ iuſtificaſti ſorores tuas.
53 Et conuertã reſtituens eas conuerſione Sodomorũ cũ filiabus ſuis, & cõuerſione Samariæ & filiarũ eius: & conuertã
54 reuerſioné tuã in medio earum, vt portes ignominiã tuam, & confundaris in
55 oĩbus quæ feciſti, conſolans eas. Et ſoror tua Sodoma, & filię eius reuertent
G ad antiquitatem ſuam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem
ſuã: & tu, & filię tuæ reuertemini ad an
56 tiquitatem veſtrã. Non fuit aũt Sodoma ſoror tua audita in ore tuo, in die
57 ſuperbiæ tuæ, anteq̃ reuelaretur malitia tua: ſicut hoc tpe in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarũ Palęſthinarum, quæ ambiũt
58 te per gyrũ. ſcelus tuũ & ignominiam
59 tuam tu portaſti, ait Dñs Deus. Quia hęc dicit Dñs Deus: Et faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentum, vt irritum fa-
60 ceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecũ in diebus adoleſcẽtiæ tuę: &
61 ſuſcitabo tibi pactũ ſempiternũ. Et recordaberis viarũ tuarum, & confundẽris: cũ receperis ſorores tuas te maiores cũ minoribus tuis: & dabo eas tibi in fi
62 lias, ſed non ex pacto tuo. Et ſuſcitabo ego pactũ meũ tecum: & ſcies quia ego
63 Dñs, vt recorderis & cõfundaris, & nõ ſit tibi vltrà aperire os præ confuſione tua, cùm placatus tibi fuero in omnib⁹ quæ feciſti, ait Dñs Deus.

CAP. XVII.

1 ET factum eſt verbum Dñi ad me,
A dicens: Fili hoĩs propone ænigma,
2 & narra parabolam ad domum Iſraël,
3 & dices, Hæc dicit Dñs Deus: Aquila grandis magnarũ alatum, longo mem brorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullã
4 cedri. Summitatem frondiũ eius auulſit: & tranſportauit eam in terram Chanáan, in vrbe negotiatorum poſuit illã.
5 Et tulit de ſemine terrę, & poſuit illud in terra pro ſemine: vt firmaret radicẽ ſuper aquas multas, ĩ ſuperficie poſuit
6 illud. Cumq; germinaſſet, creuit in
B vineam latiorẽ humili ſtaturã, reſpiciẽ tibus ramis eius ad eam: & radices eius ſub illa erãt. facta eſt ergo vinea, & fructificauit in palmites: & emiſit propagi
7 nes. Et facta eſt aqla altera grãdis, magnis alis, multiſq; plumis: & ecce vinea iſta quaſi mittés radices ſuas ad eã, palmites ſuos extendit ad illã, vt irrigaret
8 eã de areolis germinis ſui, *In terra bo- *Que.
C na ſup aquas multas plantata eſt: vt faciat frondes, & portet fructum, ‖vt ſit in
9 vineam grandem. Dic, Hæc dicit Dñs Deus, Ergone proſperabitur? nonne radices ei⁹ euellet, & *fructus eius diſtrin- *fruct᷑ s
get, & ſiccabit oẽs palmites germinis eius, & areſcet: & nõ in brachio grãdi, neq; in populo multo, vt euelleret eã

radicitus?

10 radicitus? ¶ Ecce plantata est: ergone pro
sperabitur? nónne cum tetigerit eã ven-
tus vrens siccabitur, & in areis germinis
11 sui arescet? ¶ Et factũ est v̄bũ Dñi ad me
12 dicens, ¶ Dic ad domũ exasperantẽ, Ne-
D scitis q̃d ista significẽt? Dic, Ecce, venit
rex Babylonis in Ierl̃m: & assumet regẽ
& principes ei⁹, & adducet eos ad seme
13 tipsum in Babylonẽ. ¶ Et tollet de semi-
ne regni, ferietq; cũ eo fœdus, & ab eo
accipiet iusiurandum. sed & fortes terrę
14 tollet: ¶ Vt sit regnũ humile, & nõ eleue
tur, sed custodiat pactũ ei⁹, & seruet il-
15 lud. ¶ Qui recedẽs ab eo, misit nũtios ad
Ægyptum, vt daret sibi equos, & pp̃lm
multũ. Nunquid prosperabitur, vel cõ
sequetur salutem qui fecit hęc? & q̃ dis-
16 soluit pactum, nunquid effugiet? ¶ Viuo
ego, dicit Dñs Deus, q̃m in loco regis qui
constituit eum regem, cuius fecit irritũ
iuramentũ, & soluit pactũ q̃d habebat
cũ eo, in medio Babylonis morietur.
17 ¶ Et non in exercitu grandi, neque in
E populo multo faciet contra eũ Pharao
prælium: in iactu aggeris, & in extructio
ne vallorum, vt interficiat aĩas multas.
18 ¶ Spreuerat enim iuramentũ, vt soluer-
ret fœdus, & ecce dedit manum suam,
19 & cũ oĩa hæc fecerit, non effugiet. ¶ Pro-
pterea hæc dicit Dñs Deus, Viuo ego,
F q̃m iuramentum quod spreuit, & fędus
quod præuaricatus est, ponam in caput
‖Sup 12. d. 15. Inf. 32. a. 3. 20 eius. ¶ ‖ Et expandam super eũ rete meũ
& comprehendetur in sagena mea: &
adducam eum in Babylonẽ, & iudica-
bo eũ in præuaricatione qua despexit
21 me. ¶ Et oẽs profugi eius, cum vniuerso
agmine suo, gladio cadent: residui aũt
in omnem ventum dispergẽtur: & scie-
22 tis quia ego Dñs loquutus sum. ¶ Hæc
dicit Dñs Deus, Et sumam ego de me-
dulla cedri sublimis, & ponam de ver-
tice ramorum eius tenerum distringã,
& plantabo super montem excelsum &
23 eminentem. ¶ In monte sublimi Israël
G plantabo illud, & erumpet in germen,
& faciet fructum, & erit in cedrum ma
gnam: & habitabunt sub ea oẽs volu-
cres & vniuersum volatile, sub vmbra
24 frondium eius nidificabit. ¶ Et scient o-
mnia ligna regionis, quia ego Dñs hu-
miliaui lignum sublime, & exaltaui li-
gnum humile: & siccaui lignum viride
& frondere feci lignum aridum. Ego
Dominus loquutus sum, & feci.

CAP. XVIII.

1 ET factus est sermo Dñi ad me, di-
A cens, ¶ Quid est quod inter vos pa-
2 rabolã vertitis in p̄uerbiũ istud in ter-
ra Israël? dicentes, ‖ Patres comederunt ‖Iere. 31. c. 29.
vuam acerbam, & dentes filiorũ obstu-
3 pescunt. ¶ Viuo ego, dicit Dñs Deus, si
erit vltrà vobis parabola hæc in prouer-
4 bium in Israël. ¶ Ecce oẽs animæ, meæ
sunt: vt anima patris, ita & anima filij,
mea est: anima quę peccauerit, ipsa mo
5 rietur. ¶ Et vir, si fuerit iustus, & fecerit
6 iudiciũ & iustitiam, ¶ in montibus non
comederit, & oculos suos nõ leuauerit
ad idôla domus Israël: & vxorẽ p̄ximi
sui non violauerit, & ad mulierẽ men-
7 struatam non accesserit, ¶ Et hominem
B non contristauerit: pignus debitori red
diderit, per vim nihil rapuerit, ‖ panem ‖Isa. 58. b 7.
suũ esurienti dederit, & nudũ operuerit Matt. 25.
8 vestimento, ¶ Ad vsurã nõ cõmodauerit c. 20.
& amplius non acceperit: ab iniquitate
auerterit manũ suam, & iudicium verũ
9 fecerit inter virum & virum: ¶ *in p̄ce- *&.
ptis meis ambulauerit, & iudicia mea
custodierit, vt faciat veritatem: hic iust⁹
10 est, vita viuet, ait Dñs Deus. ¶ Quòd si ge
nuerit filium latronem effundentem
11 sanguinem, & fecerit vnum de istis: ¶ &
C hæc quidem oĩa nõ facientem, sed in
montibus comedentem, & vxorẽ proxi
12 mi sui polluentem: ¶ Egenum & paupe-
rem contristantem, rapientem rapinas,
pignus non reddentem, & ad idôla le-
uantẽ oculos suos, abominationẽ faciẽ-
13 tem: ¶ Ad vsuram dãtem, & amplius ac
cipientem: nunquid viuet? nõ viuet. cũ
vniuersa hæc detestanda fecerit, morte
14 morietr̃, sanguis eius ĩ ipso erit. ¶ Quòd
si genuerit filium, q̃ videns oĩa peccata
patris sui quæ fecit timuerit, & non fe-
15 cerit simile eis: ¶ sup mõtes nõ comede
rit, & oculos suos nõ leuauerit ad idô-
la domus Israël, & vxorem proximi sui
16 non violauerit: ¶ Et virũ non contrista-
D uerit, pignus non retinuerit, & rapinã
non rapuerit, panem suum esurienti de
derit, & nudum operuerit vestimento:
17 ¶ A pauperis iniuria auerterit manũ suã
vsuram & superabundantiam nõ acce-
perit, *iudicia mea fecerit, in præceptis *&.
meis ambulauerit: hic non morietr̃ in
18 iniquitate patris suis, sed vita viuet. ¶ Pr
eius quia calũniatus est, & vim fecit fra
tri, & malum operatus est in medio po

puli sui: ecce, mortuus est in iniquitate
19 sua. Et dicitis, quare non portabit filius
iniquitatem patris? Videlicet, qa filius
iudiciũ & iustitiã operatus est, oĩa præ-
cepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet
20 vita. Anima quæ peccauerit, ipsa mo
rietur: filius non portabit iniquitatem
patris, & pater non portabit iniquitatẽ
filij: iustitia iusti super eũ erit, & impie-
21 tas impij erit super eum. Si autem im-
pius egerit pœnitentiam ab oĩbus pec-
E catis suis quę operat⁹ est, & custodierit
oĩa præcepta mea, & fecerit iudicium &
iustitiam: vita viuet, & non morietur.
22 Omnium iniquitatum eius quas ope-
ratus est, nõ recordabor: in iustitia sua
23 quã operatus est, viuet. Nunquid volũ-
tatis meæ est mors impij, dicit Dñs De⁹,
& nõ vt cõuertatur à vijs suis, & viuat?
24 Si aũt auerterit se iustus à iustitia sua,
F & fecerit iniquitatem ſm oẽs abomina-
tiones quas operari solet impius, nun-
quid viuet? oẽs iustitiæ eius quas fece-
rat, non recordabuntur: in præuarica-
tione qua præuaricatus est, et in pecca-
to suo quod peccauit, in ipsis morietur.
25 Et dixistis, Non est æqua via Dñi. Au-
dite ergo domus Israël: Nunquid via
mea non est æqua, & non magis viæ ve-
26 stræ prauæ sunt? Cum enĩ auerterit se
iustus à iustitia sua, & fecerit iniquita-
tem, morietur in eis in iustitia quã ope-
27 ratus est morietᷣ. Et cũ auerterit se im-
pius ab impietate sua quam operat⁹ est,
& fecerit iudicium & iustitiam: ipse a-
28 nimam suã viuificabit. Cõsiderãs enĩ,
& auertens se ab omnibus iniquitatib⁹
suis quas operatus est, vita viuet & non
29 morietur. Et dicunt filij Israël, Nõ est
G æqua via Dñi. Nunquid viæ meæ non
sunt æquæ, domus Israël, & non magis
30 viæ vestræ prauæ? Idcirco vnumquẽq;
iuxta vias suas iudicabo domus Israël,
ait Dñs Deus. Conuertimini, & agite
pœnitentiã ab oĩbus iniquitatibus ve-
stris: & non erit vobis in ruinã iniqtas.
31 Proijcite à vobis oẽs præuaricationes
vestras in quibus præuaricati estis, et fa
cite vobis cor nouum, et spiritũ nouũ:
et quare moriemini domus Israël?
32 Quia nolo mortem morientis, dicit
Dñs Deus, reuertimini, et viuite.

CAP. XIX.

1 ET tu assume planctum super princi
A pes Israël, et dices, Quare mr̃ tua
2 leæna inter leones cubauit, in medio
leunculorum enutriuit catulos suos?
3 Et eduxit vnũ de leũculis suis, leo fa-
ctus est: et didicit capere pdam, hominẽ
4 que comedere. Et audierũt de eo Gẽtes
et nõ absq; vulneribus suis ceperũt eũ:
et adduxerunt eũ in catenis in terram
5 Ægypti. Quæ cum vidisset qm̃ infir-
mata est, et perijt expectatio eius: tulit
vnum de leunculis suis, leonẽ cõstituit
6 eum. Qui incedebat inter leones, et fa
B ctus est leo: et didicit prędam capere, et
7 hoĩes deuorare: Didicit viduas facere,
et ciuitates eorũ in desertũ adducere: et
desolata est terra et plenitudo eius à vo
8 ce rugit⁹ illius. Et cõuenerũt aduersus
eũ gẽtes vndiq; de prouincijs, et expãde
runt sup eum rete suũ, in vulneribus ea
9 rum captus est. Et miserũt eũ in caueã,
C in catenis adduxerunt eũ ad regẽ Baby
lonis: miseruntq; eum in carcerem, ne
audiretur vox eius vltrà sup mõtes Is-
10 raël. Mater tua quasi vinea in sangui-
ne tuo super aquam plãtata est: fructus
ei⁹, et frõdes eius creuerunt ex aq̃s mul
11 tis. Et factæ sunt ei virgæ solidę in scep
tra dominantiũ, et exaltata est statura
eius inter frõdes: et vidit altitudinẽ suã
12 ĩ multitudine palmitũ suorũ. Et euul-
D sa est in ira, in terrãq; proiecta: et ven- Osee 13 d. 15.
tus vrens siccauit fructum eius: marcuo
runt, et arefactæ sunt virgæ roboris ei⁹:
13 ignis comẽdit eam. Et nũc transplãta-
ta est in desertũ, in terra inuia et sitien-
14 ti. Egressus est ignis de virga ramorum
eius, qui fructum eius comẽdit: et non
fuit in ea virga fortis, sceptrũ dñantiũ.
Planctus est, et erit in planctum.

CAP. XX.

1 ET factũ est in anno septimo, in quin
A to, in decima mẽsis: venerũt viri de
senioribus Isrl̃ vt interrogarẽt dñm, et
2 sederunt corã me. Et factus est sermo
3 Dñi ad me, dicens, Fili hominis loque
re senioribus Isrl̃, et dices ad eos, Hæc
dicit Dñs De⁹: Nunq̃d ad interrogandũ
me vos venistis? viuo ego, qa nõ rñdebo
4 vobis, ait Dñs De⁹. Si iudicas eos, si iu-
dicas fili hominis? abominationes pa-
5 trũ eorũ ostẽde eis. Et dices ad eos: Hęc
dicit Dñs Deus, in die qua elegi Israël,
et leuaui manũ meã pro stirpe domus
Iacob: et apparui eis in terra Ægypti, et
leuaui manum meam pro eis, dicens,
6 Ego Dñs Deus vester: in die illa leuaui

manū meā,pro eis, vt educerem eos de
terra-Ægypti , in terrā quam prouiderā
eis, fluentē lacte & melle , q̄ eſt egregia
7 inter oēs terras. ¶Et dixi ad eos, Vnuſquiſ
que offenſiones oculorū ſuorū abijciat
& in idôlis Ægypti nolite pollui : ego
8 Dñs Deus veſter. ¶Et irritauerūt me,no
B luerūtq; me audire: vnuſquiſq; abomi-
nationes oculorū ſuorū nō pjecit , nec
idôla Ægypti reliquerūt : & dixi vt ef-
funderem indignationē meā ſup eos ,
& implerem iram meam in eis, in me-
9 dio terræ-Ægypti. ¶ Et feci ppter nomē
meum, vt non violaretur coram Genti-
bus,in quarū medio erāt , & inter quas
apparui eis , vt educerē eos de terra-Æ-
10 gypti. ¶Eieci ergo eos de terra-Ægypti,&
11 eduxi eos in deſertum. ¶‖Et dedi eis prę
cepta mea,& iudicia mea oſtendi eis, q̄
12 faciens homo, viuet in eis. ¶ Inſuper &
‖ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignū
istam malum: vnde non auferetis colla
vestra, & non ambulabitis superbi, q̃m
4 tempus pessimum est. In die illa sume
tur super vos parabola, & cãtabitur cã-
B ticum cum suauitate, dicentium, Depo
pulatione vastati sumus: pars ppl'i mei
commutata est: qũo recedet à me, quũ
reuertatur, q regiones nostras diuidat?
5 Propter hoc non erit tibi mittens funi
6 culum sortis in cętu Dñi*. Ne loqua-
mini loquentes. Non stillabit sup istos,
non comprehendet confusio. Dicit do
7 mus Iacob, Nunquid abbreuiatus est
spũs Dñi, aut tales sunt cogitatiões ei⁹?
Nonne verba mea bona sunt cum eo q
8 rectè graditur? Et econtrario ppl's me⁹
C in aduersarium consurrexit: désuper tu
nicam pallium sustulistis: & eos qui trã
sibant simpliciter, cõuertistis in bellũ.
9 Mulieres populi mei eiecistis de do-
mo deliciarũ suarũ: à paruulis earũ tu-
10 listis laudé meam in perpetuum. Sur-
gite, & ite, quia non habetis hîc requié:
pp immũditiam eius corrumpetur pu-
11 tredine pessima. Vtinam nõ essem vir
habens spm̃, & mendacium potius lo-
querer: stillabo tibi in vinũ, & in ebrie
taté: & erit sup quem stillatur ppl's iste.
12 Congregationes congregabo Iacob to-
D tũ te: in vnum cõducã reliquias Israël,
pariter ponã illum quasi gregé in ouili,
quasi pecus ĩ medio caularũ, tumultua
13 buntur à multitudine hoĩum. Ascédet
enim pandens iter ante eos: diuident,
& transibunt portam, & egredientur
per eam: & transibit rex eorum coram
eis, & Dominus in capite eorum.

CAP. III.

1 ET dixi, Audite prĩcipes Iacob, & du
A ces domus Israël, nunq̃d nõ vestrũ
2 est scire iudiciũ, qui odio habetis bo-
nũ, & diligitis malũ: q violenter tolli-
tis pelles eorũ désuper eis, & carnem eo
3 rum désuper ossibus eorũ? Qui come-
derunt carnem populi mei, & pellé eo-
rum désup excoriauerunt: & ossa eorũ
confregerunt & conciderunt sicut in le
4 bete, & quasi carné in medio ollę. Tũc
B clamabunt ad Dñm, & non exaudiet
eos: & abscondet faciem suam ab eis in
tpe illo, sicut nequiter egerũt in adinué
5 tionibus suis. Hęc dicit Dñs super pro
phetas qui seducunt ppl'm meum: qui
mordent dentibus suis: & prędicant pa
cem: & siquis nõ dederit in ore eorum
q̃ppiam, sanctificant super eum pręliũ.
6 Propterea nox vobis pro visione erit,
C & tenebræ vobis pro diuinatione: & oc
cumbet sol sup pphetas, & obtenebra-
7 bitur super eos dies. Et confundentur
qui vident visiones, & confundentur
diuini: & operient oẽs vultus suos, quia
8 non est rñsum Dei. Verũtñ ego reple-
tus sum fortitudine spũs Dñi, iudicio
& virtute: vt annũtié Iacob scelus suũ,
9 & Israël pcm̃ suum. Audite hoc princi
pes domus Iacob, & iudices domus Is-
D raël: qui abominamini iudiciũ, & oĩa
10 recta peruertitis, Qui ędificatis Sion in

sanguinibus,

sanguinibus, & Ierusalé in iniquitate.
11 ¶ ‖ Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dñm requiescebát, dicentes: nunquid non Dñs in medio nostrûm? non venient super nos mala.
12 ¶ Propter hoc, causa vestri, ‖ Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.

‖ Ier. 22. f. 17 Soph. 3. a. 5.

‖ Iere. 26. f. 18.

CAP. IIII.

1 A ET ‖ erit, in nouissimo dierũ erit mõs domus Dñi præparatus in vertice montiũ, & sublimis sup colles: & fluét
2 ad eum populi. ¶ Et properabũt gentes multę, & dicent, Venite, ascẽdamus ad mõtẽ Dñi, & ad domũ Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: qa de Siõ egredietur lex, & ver-
3 bum Dñi de Ierſm. ¶ Et iudicabit inter pplos multos, & corripiet gentes fortes vsq; in longinquũ: & cócident gladios
B suos i vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentẽ gladiũ,
4 & non discẽt vltrà belligerare. ¶ Et sedebit vir subtus vineam suá, & subtus ficum suá, & non erit qui deterreat: quia
5 os Dñi exercituũ locutũ est. ¶ Quia oẽs populi ambulabũt vnusquisq; in noĩe Dei sui: nos aũt ambulabimus nomine
6 Dñi Dei nostri in ęternum & vltrá. ¶ In die illa, dicit Dñs, congregabo claudicátem: & eam quam eieceram, colligam,
7 & quam afflixeram*. ¶ ‖ Et ponam claudicátem in reliquias: & eam quæ laborauerat in gentem robustá. ‖ & regnabit Dñs super eos in mõte Sion, ex hoc núc
8 & vsq; in æternum. ¶ Et tu turris gregis,
C nebulosa* filię Sion vsq; ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filiæ Ie-
9 rusalem.. Nunc quare męrore contrahetis? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit; quia comprehẽdit te
10 dolor sicut parturientem? ¶ Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: qa nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in re
D gione, & venies vsq; ab Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dñs de ma-
11 nu inimicorum tuorum. ¶ Et nunc congregatę sunt super te gẽtes multæ quæ dicunt, Lapidet: & aspiciat in Sion ocu-
12 lus noster. ¶ Ipsi aũt non cognouerunt cogitationes Dñi, & non intellexerunt consilium eius: qa cõgregauit eos quasi

‖ Esaia. 2. a. 2.

*consolabor
‖ Soph. 3. d. 19.
‖ Luca 1. c. 33. Dan. 7 d 14
*filia

13 fœnum areæ. ¶ Surge, & tritura filia Siõ: quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues pplos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ.

CAP. V.

1 A NVnc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt sup nos, in virga percutient maxillam iudiciis Israël.
2 ¶ ‖ ET TV BEHLEHEM Ephràta paruul⁹ es in millib⁹ Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dñator in Israël: & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.
3 ¶ Propter hoc dabit eos vsq; ad tempus, in quo parturiẽs pariet: *reliquię fratrũ
4 eius conuertent ad filios Israël. ¶ Et stabit, & pascet in foritudine Dñi in subli
B mitaté noĩs Dñi Dei sui: & conuertẽtur, quia nunc magnificabitur vsq; ad ter-
5 minos terræ. ¶ Et erit iste *pax: Assyrius* quum venerit in terram nostram, & qñ calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus sup eũ septẽ pastores, & octo
6 primates hoĩes. ¶ Et pascẽt terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, quum venerit in terram nostram, & quum calcaue
7 rit in finibus nostris. ¶ Et erunt reliquię
C Iacob in medio pplorũ multorũ quasi ros à Dño, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat virum, & non pręsto
8 latur filios hoĩum. ¶ Et erunt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorũ multorum, quasi leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregib⁹ pecorũ: qui cũ transierit, & conculcaue
9 rit, & ceperit, non est qui eruat. ¶ *Exalta
D bitur manus tua sup hostes tuos, & oẽs
10 inimici tui interibunt. ¶ Et erit in die illa, dicit Dñs: auferam equos tuos de me
11 dio tui, & disperdá quadrigas tuas. ¶ Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruá
12 oẽs munitiones tuas, ¶ & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non
13 erunt in te. ¶ Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & nõ adorabis vltrà opera manuum tuarum.
14 ¶ Et euellam lucos tuos de medio tui: &
15 conteram ciuitates tuas. ¶ Et faciam in furore & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierũt.

‖ Matt. 2. 6. Iohan. f. 42.

*& 10.

*pax A ... riis 5.

*

CAP. VI.

1 A AVdite quæ Dñs loquitur, Surge, cõtende iudicio aduersum montes,

2 & audiant colles vocem tuã. ¶Audiant
montes iudicium Dñi, & fortia funda-
menta terrę: quia iudiciũ Dñi cum po-
pulo suo, & cum Israël diiudicabitur.
3 ¶‖Popule meus quid feci tibi, aut quid
4 molest⁹ fui tibi? rñde mihi. ¶‖Quia edu
xi te de terra-Ægypti, & de domo seruiẽ
tium liberaui te: & misi ante faciẽ tuã
5 Moysen, & Aaron, & Mariam? ¶Popule
meus memento quæsoʃquid cogitauer-
rit Balach rex Moab: & quid rñderit ei
Balaam fili⁹ Beor, de Setim vsq; ad Gal
6 galã, vt cognosceres iustitias dñi. ¶Quid
B dignum offerã Dño, curuabo genu Deo
excelso? nunqd offeram ei holocausto-
7 mata & vitulos anniculos? ¶Nunquid
placari potest Dñs in millibus arietũ,
aut in multis millib⁹ hircorũ pinguiũ?
nunquid dabo primogenitum meum
pro scelere meo, fructum vẽtris mei ꝓ
8 pcõ aiæ meæ? ¶Indicabo tibi ô homo
quid sit bonum, & quid Dñs requirat à
te, Vtiq, facere iudiciũ, & diligere mise
ricordiam, & solicitũ ambulare cum
9 Deo tuo. ¶Vox Dñi ad ciuitatẽ clamat,
C & salus erit timẽtibus nomen *tuũ*: au
10 dite tribus, & qs approbabit illud? ¶Ad
huc ignis in domo impij thesauri iniq
11 tatis, & mensura minor irę plena. ¶Nũ-
quid iustificabo staterã impiam & sac-
12 celli pondera dolosa? ¶In qbus diuites
ei⁹ repleti sunt iniqtate, & habitãtes in
ea loquebant̃ mendaciũ, & lingua eo-
13 rum fraudulenta in ore eorũ. ¶Et ego er
go cępi percutere te perditione sup pec-
14 catis tuis. ¶‖Tu comedes, & non satura-
beris: & humiliatio tua ĩ medio tui: &
apprehẽdes, & nõ saluabis: & quos sal-
15 uaueris, in gladiũ dabo. ¶‖Tu semina-
D bis, & nõ metes: tu calcabis oliuã, & nõ
vngẽris oleo: & mustũ, & non bibes vi-
16 num. ¶Et custodisti præcepta Amri, &
oẽ opus dom⁹ Achab: & ambulasti in
voluptatibus eorũ, vt darem te in per-
ditionem, & habitantes in ea in sibilũ,
& opprobrium populi mei portabitis.

CAP. VII.

VÆ mihi, quia factus sum sicut qui
colligit in autũno racemos vinde-
mię: non est botrus ad comedendum,
præcoquas ficus desiderauit aĩa mea.
¶Periit sanctus de terra, & rectus in hoĩ
bus non est. oẽs in sanguine insidiant̃,
vir fratrem suum ad mortem venatur.
¶Malum manuum suarum dicunt bo-
num: princeps postulat, & iudex in red
dẽdo est: & magnus locutus est, deside
rium aiæ suæ, & conturbauerunt eam.
4 ¶Qui optim⁹ in eis est, quasi paliurus: &
q rectus quasi spina de sepe. Dies specu
lationis tuę, visitatio tua venit: nũc erit
5 vastitas eorũ: ¶Nolite credere amico: &
nolite cõfidere in duce: ab ea quę dor-
mit ĩ sinu tuo custodi claustra oris tui.
6 ¶‖Quia filius contumeliã facit patri: & ‖Mat. 10 c. 21 d 35
B ‖filia cõsurgit aduersus matrẽ suam, nu- Mar. 10. d. 36.
rus aduersus socrũ suã: ‖& inimici hoĩs
7 domestici eius. ¶Ego aũt ad Dñm aspi-
ciam, expectabo Deum saluatorẽ meũ:
8 audiet me Deus meus. ¶Ne læteris ini-
mica mea super me, quia cẽcidi: consur
gam quum sedero. in tenebris, Dñs lux
9 mea est. ¶Iram Dñi portabo, qm̃ pecca-
ui ei: donec causam meam iudicet, &
faciat iudiciũ meum: educet me in lu-
10 cem, videbo iustitiam eius. ¶Et aspiciet
inimica mea, & operietur confusione,
quæ dicit ad me, Vbi est Dñs Deus tu⁹?
D Oculi mei videbunt in eam: nunc erit
in conculcationem, vt lutum plateaũ.
11 ¶Dies vt ædificent̃ maceriæ tuæ: in die
12 illa longè fiet lex. ¶In die illa & vsq; ad
te veniet Assur, & vsq; ad ciuitates mu
nitas: & à ciuitatibus munitis vsque ad
flumen, & ad mare de mari, & ad mon
13 tem de monte. ¶Et terra erit in desola-
tionem pp habitatores suos, & pp fru-
14 ctum cogitationũ eorum. ¶Pasce ppl'm
tuum in virga tua, gregem hęreditatis
tuæ, habitantes solos in saltu, in medio
Carmeli: pascẽtur Basan & Galaad iux-
15 ta dies antiquos. ¶Secundum dies egres
sionis tuæ de terra-Ægypti ostendam ei
16 mirabilia. ¶Videbunt gẽtes, & confun-
dentur sup oĩ fortitudine sua: ponent
manum super os, aures eorum surdæ
17 erunt. ¶Lingent puluerem sicut *serpẽs*, *serpẽtes
D velut reptilia terræ proturbabuntur de
ędibus suis: Dñm Deum nostrum desi-
18 derabunt, & timebunt te. ¶‖Quis Deus ‖Iere. 10. a. 6.
similis tui, ‖qui aufers iniquitatem, & ‖Act. 10. g. 43.
transis peccatum reliquiarum hæredi- Col. 2. c. 13.
tatis tuæ? non immittet vltrà furorem
suum, qm̃ volens misericordiam est.
19 ¶Reuertetur, & miserebitur nostri, de-
ponet iniquitates nostras: & ꝓiciet in
profundum maris omnia peccata no-
20 stra. ¶Dabis veritatem Iacob: misericor-
diam Abraham: quę iurasti patrib⁹ no-
stris à diebus antiquis.

PROPHETIA NAHVM.

CAPVT PRIMVM.

1 ONVS Niniue. Liber
A visionis Nahum El
2 cesæi. ¶Deus æmula
tor, & vlciscés Dñs,
vlciscens Dñs & ha-
bens furoré, vlciscés
Dñs in hostes suos.
& irascens ipse ini-
3 micis suis. ¶Dñs patiens, & magnus for
titudine & mundans non faciet inno-
centem. Dñs in tempestate & turbine
viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius.
4 ¶Increpans mare & exiccás illud: & oĩa
flumina ad desertum deducés. Infirma
tus est Basan, & Carmelus: & flos Liba-
5 ni elanguit. ¶Montes commóti sunt ab
eo, & colles desolati sunt: & cótremuit
B terra à facie eius, & orbis, & oés habitá-
6 tes in eo. ¶Ante faciẽ indignationis eius
quis stabit? & quis resistet in ira furoris
eius? indignatio eius effusa est vt ignis:
7 & petrę dissolutę sunt ab eo. ¶Bon⁹ Dñs,
& cófortás in die tribulationis: & sciés
8 sperantes in se. ¶Et in diluuió prætereú
te, consummationem faciet loci eius:
& inimicos eius persequentur tenebræ.
9 ¶Quid cogitatis contra Dñm? consum-
C mationem ipse faciet: non consurget du
10 plex tribulatio. ¶Quia sicut spinæ se in
uicem complectuntur: sic conuiuium
eorũ pariter potantiũ, consumenť qua-
11 si stipula ariditate plena. ¶Ex te exibit
cogitans contra Dñm malitiam: mente
12 pertractans præuaricationem. ¶Hæc di
D cit Dñs, Si perfecti fuerint: & ita plures,
sic quoq; attondentur, & *pertransibit*. — *pertransibunt 8.
13 afflixi te, & non affligã te vltrà. ¶Et nũc
conteram virgam eius de dorso tuo, &
14 vincula tua dirumpam. ¶Et præcipiet
super te Dñs, non seminabitur ex nomi
ne tuo amplius: de domo Dei tui inter-
ficiã sculptile & conflatile, ponã sepul-
15 chrum tuum, qa inhonorat⁹ es. ¶‖Ecce — ‖Isa. 52. b 7. Rom. 10. c 13.
super montes pedes euangelizantis &
annuntiantis pacem: celebra Iuda festi
uitates tuas, & redde vota tua: quia nõ
adiiciet vltrà vt pertráseat in te Belial,
vniuersus interiit.

CAP. II.

1 AScendit qui dispergat corá te, q cu-
A stodiat obsidioné: cótemplare viá,
conforta lumbos, robora virtuté valde.
2 ¶Quia reddidit Dñs superbiam Iacob,
sicut superbiam Israël: quia vastatores
dissipauerunt eos, & ꝓpagines eorum
3 corruperunt. ¶Clypeus fortiũ eius igni-
tus, viri exercitus, in coccineis: igneę ha
benę currus in die præparationis eius,
4 & agitatores cósopiti sunt. ¶In itinerib⁹
cõturbati sunt quadrigæ collisę sunt — *cõturbatę sunt *quadrigæ 1.
in platéis: aspectus eorum quasi lampa
5 des, quasi fulgura discurrentia. ¶Recor
B dabiť fortiũ suorũ, ruent in itineribus
suis: velociter ascédét muros eius, & prę
6 parabitur vmbraculũ. ¶Portæ fluuiorũ
apertæ sunt, & templum ad solũ diru-
7 tum. ¶Et miles captiu⁹ abductus est: &
ancillæ eius minabátur, geméntes vt co-
8 lũbæ, murmurátes in cordibus suis. ¶Et
Niniue quasi piscina aquarũ aquę eius:
ipsi verò fugerunt: state, state, & nõ est — Isa. 2. b.
9 qui reuertatur. ¶Diripite argentum, diri
pite aurũ: & nõ est finis diuitiarum ex
10 oĩbus vasis desiderabilibus. ¶Dissipata
C est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescés
& dissolutio geniculorũ, & defectio in
cunctis renibus: & facies oĩum eorum
11 sicut nigredo ollæ. ¶Vbi est habitaculũ
leonum: & pascua catulorũ leonũ: ad
quã iuit leo, vt ingrederetur illuc: catu
12 lus leonis, & nõ est qui exterreat? ¶Leo
cepit sufficienter catulis suis, & necauit
leænis suis: & impleuit prędа speluncas
13 suas, & cubile suũ rapina. ¶Ecce ego ad
D te, dicit Dñs exercituum, & succendam
vsq; ad fumum quadrigas* tuas*, & leũ — *eius 8
culos tuos comedet gladius: & extermi
nabo de terra prædam tuam, & non au — ‖Eze. 24. b 9. Haba. 2 c. 12
dietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

CAP. III.

1 VÆ‖ ciuitas sanguinũ, vniuersa men
A dacij dilaceratione plena: nõ rece-
2 det à te rapina. ¶Vox flagelli, & vox im
petus rotę, & eq frementis, & quadrigę
3 *feruétis, & eqtis ascendétis: ¶Et mican- — *feruétes & equos ascendentes. Et micantes gladij, & fulgurantes hastæ, & multitudines interfectæ & grauis ruinæ 7
tis gladij: & fulgurátis hastę, & multitu
dinis interfectę, & grauis ruinę*: nec est
finis cadauerum, & corruét in corpori-
4 bus suis. ¶Propter multitudiné fornica-
tionũ meretricis speciosę, & gratę, & ha
bentis maleficia, quæ vendidit gétes in
fornicationibus suis, & familias in ma — ‖Isa. 47 a. 3.
5 leficiis suis: ¶‖Ecce ego ad te, dicit Dñs

exercituũ: & reuelabo pudenda tua in
facie tua, & ostendã Gentibus nudita-
tem tuam, & regnis ignominiam tuã.
8 ¶Et proiiciam sup te abominationes, &
6 contumeliis te afficiã, & ponam te in
7 exemplum. ¶Et erit, oĩs qui viderit te,
resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue:
quis commouebit super te caput? vnde
8 quærã consolatorẽ tibi? ¶Nunquid me-
lior es *Alexandria ppłorum, quæ habi
tat in fluminibus? aquę in circuitu ei⁹:
9 cuius diuitię, mare: aquę, muri ei⁹. ¶Æ-
C thiopia fortitudo eius, & Ægypt⁹, & nõ
est finis: Aphrica & Libyes fuerũt in au
10 xilio tuo. ¶Sed & ipsa in trãsmigrationẽ
ducta est in captiuitatẽ: paruuli ei⁹ elisi
sunt in capite oĩum viarum, & super
inclytos eius miserunt sortẽ, & oẽs opti
mates eius cõfixi sunt in compedibus.
11 ¶Et tu ergo inebriaberis, & eris despe-
cta: & tu quæres auxilium ab inimico.
12 ¶Oẽs munitiones tuæ sicut ficus cum
grossis suis: si concussæ fuerint, cadẽt in
13 os comedẽtis. ¶Ecce ppłs tuus mulieres
ĩ medio tui: inimicis tuis ad apertionẽ
pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit
14 ignis vectes tuos. ¶Aquam pp obsidio-
nẽ hauri tibi, extrue munitiones tuas:
intra in lutum & calca, subigẽs tene la-
15 terẽ. ¶Ibi comedet te ignis: peribis gla-
dio, deuorabit te, vt bruchus: cõgregare
16 vt bruch⁹, multiplicare vt locusta. ¶Plu
res fecisti negotiationes tuas*, q̃ stellæ
sint cęli: bruchus expãsus est, & auola-
17 uit. ¶Custodes tui quasi locustę: & par-
D uuli tui quasi locustę locustarũ quę cõ-
sidũt in sepibus in die frigoris: sol ort⁹
est, & auolauerunt, & non est cognitus
18 locus earũ vbi fuerint. ¶Dormitauerũt
pastores tui rex Assur, sepeliẽtur princi-
pes tui: latitauit populus in montibus,
19 & non est qui congreget. ¶Non est ob-
scura cõtritio tua, pessima est plaga tua:
oẽs qui audierunt auditionem tuam,
compresserunt manum sup te: qa sup
quem non transiit malitia tua semper?

PROPHETIA HABACVC.

CAPVT PRIMVM.

1 ONVS quod vidit Ha-
A bacuc ppheta. ¶Vs-
2 queque Dñe clama
bo, & nõ exaudies?
vociferabor ad te
vim patiens, & non
3 saluabis? ¶Quare
ostendisti mihi ini-
qtatẽ & laborẽ, videre prædã & iniusti-
tiam contra me? Quare respicis contẽ-
ptores, & taces conculcãte impio iustio
rem se? Et facies hoĩes quasi pisces ma-
ris, & quasi reptilia nõ habentia ducẽ?
& factum est iudiciũ & cõtradictio po-
4 tentior? ¶Propter hoc lacerata est lex, &
B non puẽnit vsq; ad finẽ iudicium: qa
impius pręualet aduersus iustum: ppea
5 egredit' iudiciũ peruersum. ¶‖Aspicite
in gẽtibus & videte, & admiramini, &
obstupescite: qa opus factũ est in dieb⁹
vestris, quod nemo credet cum narrabi
6 tur. ¶Quia ecce ego suscitabo Chaldęos,
gentem amaram & velocem, ambulan
tem super latitudinẽ terræ, vt possideat
7 tabernacula non sua. ¶Horribilis & ter
ribilis est: ex semetipsa iudiciũ & onus
8 eius egredietur. ¶Leuiores pardis equi
C eius, & velociores lupis vespertinis, &
diffundentur eqtes eius: eqtes nanque
eius de longe venient, volabũt quasi aq
9 la festinans ad comedendum. ¶Oẽs ad
prædam venient, facies eorum ventus
vrens: & cõgregabit quasi arenã, capti-
10 uitatẽ. ¶Et ipse de regibus triũphabit.
& tyranni ridiculi eius erunt: ipse sup
oẽm munitionem ridebit, & comporta
11 bit aggerem, & capiet eam. ¶Tunc mu-
tabitur spũs, & pertransibit, & corruet:
12 hęc est fortitudo eius Dei sui. ¶Nunqd
non tu à principio Dñe Deus meus, san
cte meus, & non moriemur? Dñe in iu-
dicium posuisti eum: & fortem vt corri
13 peres, fundasti eum. ¶Mũdi sunt oculi
tui, ne videas malũ, & respicere ad ini-
D qtatem non poteris. quare non respicis
super iniqua agentes, & taces deuoran-
14 te impio iustiorẽ se? ¶Et facies hoĩes qua
si pisces maris, & quasi reptile non ha-
15 bens principẽ? ¶Totum in hamo suble-
uauit, traxit illud ĩ sagena sua, & cõgre
gauit in rete suũ. Super hoc lætabitur
16 & exultabit, ¶ppea immolauit sagenæ
suæ, & sacrificabit reti suo: qa in ipsis
incrassata est pars eius, & cibus eius ele
17 ctus. ¶Propter hoc ergo expandit sage-

*cessat.

nam suam, & semper interficere Gentes
non* parcet.

CAP. II.

1 SVper custodiam meam stabo, & figã
A gradum super munitioné: & cõtemplabor, vt videam qd dicatur mihi, &
2 quid respondeam ad arguenté me. ¶ Et
rñdit mihi Dñs, & dixit: Scribe visum,
& explana eum super tabulas: vt per-
3 currat qui legerit eum. ¶ Quia adhuc vi-
sus procul, & apparebit in finem, & nõ
mentietur. si moram fecerit, expecta il-
lũ: quia veniens veniet, & non tardabit.
4 ¶ Ecce, q incredulus est, non erit erecta
aïa eius in semetipso: || iustus aũt in fi-
5 de sua viuet. ¶ Et quomodo vinum potã
tem decipit: sic erit vir superbus, & nõ
decorabitur: qui dilatauit quasi infernus aïam suã: & ipse quasi|mors, & non
adimpletur: & cõgregauit ad se oẽs gen-
tes, & coaceruauit ad se oẽs populos.
6 ¶ Nunquid non oẽs isti super eum para
B bolam sument, & loquelam, ęnigma-
tũ eius: & dicetur, Vę ei qui multiplicat
non sua? vsquequo & aggrauat contra
7 se densum lutũ? ¶ Nunquid nõ repente
consurgent, qui mordeant te: & suscita
bunt lacerantes te, & eris in rapinã eis?
8 ¶ Quia tu spoliasti gentes multas, spolia
bũt te oẽs q reliqui fuerint de ppl̃is pp
sanguinem hominis & iniquitaté terræ
ciuitatis, & oĩum habitantium in ea.
9 ¶ Væ qui congregat auaritiam malã domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, &
10 liberari se putat de manu mali. ¶ Cogita
sti confusioné domui tuæ, cõcidisti po-
11 pulos multos, & peccauit aïa tua. ¶ Quia
C lapis de pariete clamabit: & lignũ qd
inter iuncturas ædificiorũ est, responde
12 bit. ¶ Væ qui ædificat ciuitatem in san-
guinibus, & præparat vrbé in iniqtate.
13 ¶ Nunquid non hæc sunt à Dño exercituum? Laborabunt enim ppl̃i in multo
igne: & gentes in vacuum, & deficient.
14 ¶ Quia replebitur terra, vt cognoscant
gloriam Dñi, quasi aquæ operientes ma
15 re. ¶ Væ qui potũ dat amico suo, mittés
fel suum & inebrians, vt aspiciat nudi-
16 tatem eius. ¶ Repletus es ignominia pro
gloria: bibe tu quoq; & consopire, circundabit te calix dexteræ Dñi, & vomitus ignominiæ, super gloriam tuam.
17 ¶ Quia iniquitas Libani operiet te, & va
D stitas animalium deterrebit eos de san
guinibus hominis & iniquitate terræ,
& ciuitatis, & oĩum habitantium in ea.
18 ¶ Quid pdest sculptile, qa sculpsit illud
fictor suus cõflatile & imaginé falsam?
qa sperauit in figméto fictor ei⁹, vt face
19 ret simulacra muta. ¶ Væ q dicit ligno
Expergiscere: Surge lapidi tacenti, nun-
quid ipse docere poterit? Ecce iste coo-
pertus est auro & argento: & oïs spiri-
20 tus non est in visceribus eius. ¶ Dñs au-
tem in templo sancto suo: |sileat à facie
eius omnis terra.

Esa. 21. b.8.

|Ioa. 3 d. 36. Rom. 1. b.17. Gal. 3. b. 11. Heb. 10. g.38.

|Ier. 24 b.9. Nah. 3. a. 1.

|Psal. 10. b.4.

ORATIO HABACVCH PRO IGNORANTIIS.

CAP. III.

1 DOmine audiui auditioné tuam, &
A timui: Dñe opus tuum in medio
2 annorum, viuifica illud: in medio annorum notum facies: cum iratus fueris
misericordiæ recordaberis.
3 ¶ Deus ab Austro veniet, & sãctus de
monte Pharã. Semper operuit cęlos glo
ria eius, & laudis eius plena est terrã.
4 ¶ Splendor eius vt lux erit, cornua in
manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.
5 ¶ Ante faciem eius ibit mors, & egre-
dietur diabolus ante pedes eius.
6 ¶ Stetit. & mensus est terram: aspexit
& dissoluit Gentes, & cõtriti sunt mõtes
seculi: incuruati sunt colles mundi, ab
itineribus æternitatis eius.
7 ¶ Pro iniquitate vidi tentoria Æthio-
B piæ, turbabuntur pelles terrę Madian.
8 ¶ Nunquid in fluminibus iratus es
Dñe? aut in fluminibus furor tuus? vel
in mari indignatio tua, *q ascendis sup
equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio?
9 ¶ Suscitans suscitabis arcũ tuum, iura-
menta tribubus quę locutus es: Semper
Fluuios scindes terræ.
10 ¶ Viderunt te, & doluerũt mõtes, gur
ges aquarũ transijt, dedit abyssus vocẽ
suam, altitudo manus suas leuauit.
11 ¶ Sol & Luna steterunt in habitaculo
C suo, in luce sagittarum tuarũ ibunt, in
splendore fulgurantis hastæ tuæ.
12 ¶ In fremitu conculcabis terram: *in
furore obstupefacies Gentes.
13 ¶ Egressus es in saluté ppl̃i tui, in salu
tem cum Christo tuo: percussisti caput
de domo impij, denudasti fundamen-
tum* vsque ad collum. Semper.
14 ¶ Maledixisti sceptris ei⁹, capiti bellato

* ascédes 1.

* &.

* eius.

rum

rum eius; veniétibus vt turbo ad disper
gendum me: exultatio eorú, sicut ei⁹ q
deuorat pauperem in abscondito.
15 ¶Viam fecisti in mari equis tuis, in lu
D to aquarum multarum.
16 ¶Audiui, & conturbatus est venter
meus, à voce cótremuerunt labia mea:
ingrediatur putredo in ossibus meis, &
subter me scateat: vt requiescam in die
tribulationis, vt ascendam ad populú
accinctum nostrum.
17 ¶Ficus enim non florebit, & non erit
germen in vineis: mentietur opus oliuę
& arua nó afferent cibum: abscindetur
de oculi pecus, & non erit armentum
in præsepibus.
18 ¶Ego autem in Domino gaudebo, &
exultabo in Deo Iesu meo.
19 ¶Deus Dominus fortitudo mea, & po
net pedes meos quasi ceruorum: & su
per excelsa mea deducet me victor, in
psalmis canentem.

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAPVT PRIMVM.



1 ERBVM Dñi quod
A factum est ad So
phoniá filium Chu
si, filij Godolię, fi
lij Amariæ, filij E
zechiæ, in diebus Io
siæ filij Amon regis
2 Iudæ. ¶ Congregans
congregabo oĩa à facie terræ, dicit Dñs:
3 ¶congregans hominem & pecus, con
gregans volatilia cæli & pisces maris: &
ruinæ impiorum erunt: & disperdam
4 homines à facie terræ, dicit Dñs. ¶Et ex
B tendam manum meá super Iudam &
super oés habitantes Ierusalé & disper
dá de loco hoc reliquias Baal, & nomi
5 na ędituorum cú sacerdotibus: ¶& eos
qui adorant super tecta militiam cæli,
& adorant & iurant in Dño, & iurát in
6 Melchom: ¶ Et qui auertuntur de post
tergum Dñi, & qui non quęsierunt Do
7 minum, nec inuestigauerunt eum. ¶Si
lete à facie Dñi Dei: quia iuxta est dies
Dñi, quia præparauit Dñs hostiam, san
8 ctificauit vocatos suos. ¶ Et erit: in die
hostiæ Dñi visitabo super principes &
super filios regis, & super oés qui indu
9 ti sunt veste peregrina: ¶& visitabo sup
oém qui arroganter ingreditur super li
men in die illa, qui complent domum
10 Dñi Dei sui iniquitate & dolo. ¶ Et e
rit in die illa, dicit Dñs, vox clamoris à
C porta piscium, & vlulatus à Secunda, &
11 contritio magna à collibus. ¶ Vlulate
habitatores Pilæ: conticuit oĩs ppl's Cha
náan, disperierút oés inuoluti argento.
12 ¶Et erit in tempore illo: scrutabor Ieru
salem in lucernis, & visitabo super vi
ros defixos in fæcibus suis: qui dicunt
in cordibus suis, Non faciet bene Dñs.
13 & non faciet malè. ¶Et erit fortitudo eo
rum in direptionem, & domus eorum
in desertum: ‖ & ædificabunt domos, ‖Amos. 9. c. 11.
& non habitabunt: & plantabunt vi
14 neas, & non bibent vinum earum. ¶Iu
xta est dies Dñi magnus, iuxta est & ve
lox nimis: vox diei Dñi amara, tribula
15 bitur ibi fortis. ¶ ‖Dies iræ dies illa, dies ‖Iere. 30. b. 7.
D tribulationis & angustiæ, dies calami Ioel. 2. c.
tatis & miseriæ, dies tenebrarum & cali 11.
16 ginis, dies nebulæ & turbinis: ¶dies tu Amos 5.
bæ & clangoris super ciuitates munitas c. 18.
17 & super angulos excelsos. ¶Et tribulabo
hoĩes, & ambulabút vt cæci, quia Dño
peccauerunt: & effundetur sanguis eo
rum sicut humus, & corpora eorum si
18 cut stercora. ¶ ‖Sed & argentum eorum ‖Eze. 7. c.
& aurum eorum non poterit liberare 19.
eos in die iræ Dñi: ‖in igne zeli eius de ‖Inf. 3. b.
uorabitur omnis terra, quia cósumma 8.
tionem cum festinatione faciet cunctis
habitantibus terram.

CAP. II.

1 CONuenite, congregamini gés nó a
A mabilis: ¶ Priusquam pariat iussio
2 quasi puluerem tráseunté dié, antequá
veniat super vos ira furoris Dñi, ante
quam veniat super vos dies indignatio
3 nis Dñi. ¶ Quærite Dñm oés mansueti
terræ, qui iudicium eius estis operati:
quærite iustum, quærite mansuetum:
si quomodo abscondamini in die furo
4 ris Dñi. ¶Quia Gaza destructa erit, & A
scalon in desertum, Azótum in meri
die eijcient, & Accaron eradicabitur.
5 ¶ Væ qui habitatis funiculum maris,
gens perditorum: Verbum Dñi super
vos Chanáan terra Philisthinorum, &
B disperdá te, ita vt non sit inhabitator.

6 ¶Et erit funiculus maris requies pasto-
7 rum & caulæ pecorum : & erit funicu-
lus eius qui remanserit de domo Iuda,
ibi pascentur in domibus Ascalonis ad
vesperam requiescent: quia visitabit eos
Dñs Deus eorum, & auertet captiuitatẽ
8 eorum. ¶Audiui opprobrium Moab, &
blasphemias filiorum Ammon: quę ex
probrauerunt pplo meo, & magnifica-
9 ti sunt super terminos eorum. ¶Propte-
rea viuo ego, dicit Dñs exercituum De⁹
Israël: quia Moab vt Sodoma erit, & fi-
C lij Ammon quasi Gomorrha, siccitas spi
narum, & acerui salis, & desertum vsq;
in æternum: reliquiæ populi mei diri-
pient eos, & residui gentes meæ possi-
10 debunt illos: ¶Hoc eis eueniet pro su-
perbia sua: quia blasphemauerunt, &
magnificati sunt super populum Dñi
11 exercituum. ¶Horribilis Dominus super
eos, & attenuabit oẽs deos terræ. & ado
rabunt eum viri de loco suo, oẽs insulę
12 Gentium. ¶Sed & vos Æthiopes interfe
13 cti gladio meo eritis. ¶Et extendet ma-
num suam super Aquilonem, & perdet
D Assur, & ponet speciosam in solitudinẽ
14 & in inuium & quasi desertum. ¶‖Et ac
cubabunt in medio eius greges, omnes
bestiæ Gentium, & onocrotalus & eri-
cius in liminibus eius morabũtur: vox
cantantis in fenestra, coruus in super-
liminari, qm̃ attenuabo robur eius.
15 ¶Hæc est ciuitas gloriosa habitans in cõ
fidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego
sum, & extra me non est alia amplius:
quomodo facta est in desertum cubile
bestię? omnis qui transit per eam, sibila
bit & mouebit manum suam.

‖Isa. 34. c.11.

CAP. III.

1 VÆ prouocatrix & redẽpta ciuitas,
A colũba ¶. Nõ audiuit vocẽ, & non
2 suscepit disciplinam: in Dño non est
confisa, ad Deum suum non appropin-
3 quauit. ¶‖Principes eius in medio eius
quasi leones rugientes: iudices eius lu-
pi vespere, non relinquebant in mane.
4 ¶Prophetæ eius vesani, viri infideles: sa
cerdotes eius polluerunt sanctum, iniu
5 stè egerunt contra legem. ¶Dñs iustus in
medio eius non faciet iniquitatem: ma
ne, mane iudicium suum dabit in lucẽ,
& nõ abscõdet: nesciuit autem iniquus
6 confusionem. ¶Disperdidi Gentes, & dis
sipati sũt anguli earũ: desertas feci vias
eorum, dum nõ est qui transeat, desola-
tæ sunt ciuitates eorum, non remanẽte
7 viro, neque vllo habitatore. ¶Dixi, Atta
B men timebis me, suscipies disciplinam
& nõ peribit habitaculum eius pp oĩa
in quibus visitaui eam: veruntamen di
luculo surgentes corruperunt oẽs cogi-
8 tationes suas. ¶Qua propter expecta me
dicit Dñs, in die resurrectionis meæ in
futurum, quia iudicium meum vt con-
gregem gentes, & colligam regna: & ef-
fundam super eos indignationem meã,
omnem iram furoris mei: ‖ in igne eñi
9 zeli mei deuorabitur oĩs terra. ¶Quia
tunc reddam populis labium electũ, vt
inuocent omnes in nomine Dñi, & ser-
10 uiant ei humero vno. ¶Vltra flumina
Æthiopiæ, inde supplices mei filij di-
spersorũ meorũ deferent munus mihi.
11 ¶In die illa non confundẽris sup cũctis
C adinuentionibus tuis, quibus præuari-
cata es in me: quia tunc auferam de
medio tui magniloquos superbiæ tuæ,
& non adijcies exaltari amplius in mõ
12 te sancto meo. ¶Et derelinquam in me-
dio tui populum pauperem & egenũ:
13 & sperabunt in nomine Domini. ¶Reli
quiæ Israël non facient iniquitatem,
nec loquentur mendacium, & non in-
uenietur in ore eorum lingua dolosa:
quoniam ipsi pascentur & accubabũt,
14 & non erit qui exterreat. ¶Lauda filia
Sion, iubila Israël: lætare, & exulta in
15 omni corde filia Ierusalem. ¶Abstulit
Dominus iudicium tuum, auertit ini-
micos tuos: rex Israël Dominus in me-
16 dio tui, non timebis malum vltrà. ¶In
die illa dicetur Ierusalem, Noli timere,
17 Sion, nõ dissoluantur manus tuę. ¶Do-
minus Deus tuus in medio tui fortis,
ipse saluabit: gaudebit super te in læti-
tia, silebit in dilectione tua, *exultabit
18 super te in laude. ¶Nugas qui à lege re-
cesserant, congregabo, quia ex te erant:
vt nõ vltra habeas super eis opprobriũ.
19 ¶Ecce ego interficiam omnes qui affli-
xerunt te in tempore illo: & saluabo
claudicantem, & eam quę eiecta fuerat
congregabo: & ponam eos in laudem
& in nomen, in omni terra confusio
20 nis eorum: ¶In tempore illo quo addu-
cam vos, & in tempore quo congrega-
bo vos: dabo enim vos in nomen, & in
laudem omnibus populis terræ, cum
conuertero captiuitatem vestram co-
ram oculis vestris, dicit Dominus.

‖Eze. 22. f.27 Mich. 3. d.11.

‖Sup. 1. d.18.

*&.

Mich. 4. b.8.

PROPHETIA AGGÆI.

CAPVT PRIMVM.



.Esd 6.
.1.c.15.
1
A
N anno secũdo Da-
rij regis in mense sex
to, in die vna mẽsis:
factum est verbum
Dñi in manu Aggæi
prophetæ ad Zoro-
babel filium Sala-
thiel ducem Iuda, &
ad Iesum filiũ Iosedech sacerdotẽ ma-
2 gnũ, dicens. Hæc ait Dñs exercituũ, di
cẽs: Ppl's iste dicit. Nondũ venit tps do-
3 mus Dñi ædificãdæ. Et factũ est verbũ
Dñi in manu Aggæi prophetæ, dicens:
4 Nunquid tempus vobis est vt habite-
B tis in domibus *laqueatis, & dom' ista
5 deserta? Et nunc hæc dicit Dñs exerci-
tuum, Ponite corda vestra super vias ve
6 stras. Seminastis multum, & intulistis
parum: comedistis, & non estis satiati:
bibistis, & nõ estis inebriati: operuistis
vos, & non estis calefacti: & qui merce-
des cõgregauit, misit eas in sacculũ per-
7 tusum. Hęc dicit Dñs exercituũ, Poni-
8 te corda vestra super vias vestras, ascẽ-
dite in montẽ, portate ligna, & ædifica-
te domum: & acceptabilis mihi erit, &
9 glorificabor, dicit Dñs. Respexistis ad
C amplius, & ecce factũ est minus: & in-
tulistis in domũ, & exufflaui illud: quã
ob causam dicit Dñs exercituũ? qa do-
mus mea deserta est, & vos festinatis v-
10 nusquisq; in domum suã. Propter hoc
super vos prohibiti sunt cæli ne darent
rorẽ, & terra prohibita est ne daret ger-
11 mẽ suũ: & vocaui siccitatẽ super terrã,
super montes, & super triticum, & super
vinũ, & super oleũ, & quæcunque pro-
fert humus, & super homines, & super
iumẽta, & super oẽm laborem manuũ.
12 Et audiuit Zorobabel filius Salathiel,
D & Iesus filius Iosedech sacerdos magn'
& oẽs reliquiæ ppli vocem *Dei sui, &
verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum
Dñs Deus eorũ ad ęos: & timuit ppl's à
13 facie Dñi. Et dixit Aggæus nuntius
Dñi de nuntijs Domini populo dicens:
Ego vobiscum sum, dicit Dominus.
14 Et suscitauit Dominus spiritum Zoro
babel filij Salathiel ducis Iuda, & spiri-
tum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni,
& spiritum reliquiorum de omni po-
pulo? & ingressi sunt, & faciebant opus
in domo Dñi exercituum Dei sui.

*vestris 2.

Deu. 28. d. 38. Mic 6. d. d. 15.

*Domini 4.

CAP. II.

1
A
IN die vicesima & quarta mensis, in se
xto mẽse, in anno secundo Darij re-
2 gis. In septimo mense, vicesima & pri-
ma mẽsis: factum est verbũ Dñi in ma-
3 nu Aggæi prophetæ, dicens. Loquere
ad Zorobabel filiũ Salathiel ducẽ Iuda
& ad Iesum filiũ Iosedec sacerdotẽ ma
4 gnũ, & ad reliquos populi, dicẽs? Quis
B in vobis est derelictus qui vidit domũ
istam in gloria sua prima? & quid vos vi
deris hanc nunc? nunquid non ita est,
5 quasi nõ sit in oculis vestris? Et nunc
confortare Zorobabel, dicit Dñs. & cõ-
fortare Iesu filij Iosedec sacerdos ma-
gne, & confortare oĩs ppl's terræ, dicit
Dñs exercituum: & facite (qm ego vo-
6 biscũ sum, dicit Dñs exercituũ) verbũ
quod pepigi vobiscum cum egredere-
mini de terra Ægypti & spiritus meus
erit in medio vestrum: nolite timere,
7 Quia hæc dicit Dominus exercituum,
*Adhuc vnum modicum est, & ego cõ
mouebo cælum & terrã, & mare, & ari-
8 dam. Et mouebo oẽs gentes, ET VE-
NIET DESYDERATVS cunctis Gen
tibus: & implebo domum istam gloria
9 dicit Dñs exercituum. Meum est argen
tum: & meum est aurum, dicit Dñs ex-
10 ercituum. Magna erit gloria domus
istius nouissimæ plus quàm primæ, di-
cit Dñs exercituum: & in loco isto da-
11 bo pacem, dicit Dñs exercituum. In vi
cesima & quarta noni mensis, in anno
secundo Darij regis, factum est verbũ
Domini ad Aggęum prophetam, dicẽs.
12 Hæc dicit Dñs exercituum, Interroga
13 sacerdotes legem, dicens. Si tulerit ho-
mo carnem sanctificatam in ora vesti-
menti sui, & tetigerit de summitate ei'
panem, aut pulmentum, aut vinum,
aut oleum, aut oẽm cibum: nunquid
sanctificabit? Respondentes autem sa-
14 cerdotes, dixerunt: Non, Et dixit Ag-
C gæus: Si tetigerit pollutus in anima ex
oibus his, nunquid contaminabitur? Et
responderunt sacerdotes, & dixerũt. Cõ
15 taminabitur. Et respondit Aggęus, & di
xit: Sic populus iste, & sic Gens ista ante
faciem meam, dicit Dñs, & sic oẽ opus

Heb. 12. g. 26.

manuum

manuum eorum: & oĩa quæ obtulerũt
16 ibi, contaminata erunt. ¶ Et nunc poni-
te corda vestra, à die hac & suprà ante-
quam poneretur lapis super lapidẽ in
17 templo Dñi. ¶ Cum accederetis ad acer-
uum viginti modiorum, & fierent decẽ,
& intraretis ad torcular vt exprimeretis
quinquaginta lagenas, & fiebãt viginti.
18 ¶ ‖ Percussi vos vento vrente, & aurugine ‖ Amos 4. c. 9.
& grandine oĩa opera manuum vestra-
rum: & non fuit in vobis qui reuertere-
19 tur ad me, dicit Dñs. ¶ Ponite corda ve-
D stra ex die ista & in futurum, & diẽ vi-
cesima & quarta noni mensis: à die qua
fundamenta iacta sunt templi Dñi, po-
20 nite super cor vestrum. ¶ Nunquid iam
semen in germine est: et adhuc vinea, et
ficus, et malogranatũ, & lignum oliuæ
21 non floruit? ex die ista benedicam. ¶ Et
factum est verbum Dñi secundo ad Ag
gæum, in vicesima & quarta mensis, di
22 cens. ¶ Loquere ad Zorobabel ducẽ Iu-
da, dicens: Ego mouebo cælum pariter
23 & terram. ¶ Et subuertam solium regno
rum, & conteram fortitudinẽ regni Gẽ-
tium: & subuertam quadrigam & ascẽ-
sorem eius: & descendent equi, & ascẽso
24 res eorum, vir in gladio fratris sui. ¶ ‖ In ‖ Ecc. 49. c. 13.
die illa, dicit Dñs exercituũ, assumã te
Zorobabel fili Salathiel serue meus, di
cit Dñs: & ponam te quasi signaculum
quia te elegi, dicit Dñs exercituum.

PROPHETIA ZACHARIÆ.

CAPVT PRIMVM.

1 A IN mense octauo in
anno secundo Darij
factũ est verbum do
mini ad Zachariam
filium Barachię filij
Addo prophetam, di
2 cẽs: ¶ Iratus est Dñs
sup patres vros iracũ
3 dia. ¶ Et dices ad eos: Hæc dicit Dñs ex-
ercituum, ‖ Cõuertimini ad me ait Dñs ‖ Mala 3. b. 7.
exercituũ: & cõuertar ad vos dicit Dñs
4 exercituum. ¶ Ne sitis sicut patres vestri,
B ‖ ad quos clamabant prophetę priores, ‖ Isa. 21. b. 8. 31. c. 6. 45. d. 21. Iere. 3. c. 12. 15. d. 19. 31. c. 18. Eze. 18. g. 30. & 20. a. 7. 33. c. 11. Oseę 14. a. 2. Ioel. 2. c. 12.
dicentes: Hęc dicit Dñs exercituũ, Con
uertimini de vijs vestris malis, & de co
gitationibus vestris pessimis: & non au
dierunt, neque attenderunt ad me dicit
5 Dñs. ¶ Patres vestri vbi sunt? & prophe-
tæ nunquid in sempiternum viuent?
6 ¶ Veruntamen verba mea & legitima
mea quę mandaui seruis meis prophe-
tis, nunquid non comprehenderunt pa
tres vestros, & conuersi sunt, & dixerũt,
Sicut cogitauit Dñs exercituũ facere no
bis sm vias nostras, & sm adinuentio-
7 nes nostras fecit nobis. ¶ In die vicesima
& quarta vndecimi mensis Sabath; in
anno secundo Darij, factum est verbũ
Dñi ad Zachariam filium Barachiæ fi-
8 lij Addo pphetam, dicẽs. ¶ Vidi per no-
ctẽ, & ecce vir ascendens super equum
rufum, & ipse stabat inter myrtheta q̃
erant in profundo: & post eũ equi rufi,
9 varij, & albi. ¶ Et dixi, Quid sunt isti Do
mine mi? & dixit ad me angelus * qui lo * Domini.
quebatur in me, Ego ostendam tibi q̃d
10 sint hęc. ¶ Et respondit vir qui stabat in-
ter myrtheta, & dixit: Isti sunt quos mi
11 sit Dñs, vt perambulent terram. ¶ Et re-
sponderunt angelo Dñi, qui stabat in-
C ter myrtheta & dixerunt, Perambulaui
mus terram, & ecce oĩs terra habitatur
12 & quiescit. ¶ Et respondit angelus Dñi,
& dixit, Dñe exercituum vsquequo tu
non misereberis Ierusalem & vrbium
Iuda, quibus iratus es, iste iam † septua- † 6.
13 gesimus annus est? ¶ Et respondit Dñs
angelo qui loquebatur in me verba bo
14 na, verba consolatoria. ¶ Et dixit ad me
angelus qui loquebatur in me, ‖ Clama ‖ Inf. 8. a. 2.
dicens: Hęc dicit Dñs exercituum, Zela
tus sum Ierusalẽ & Sion zelo magno.
15 ¶ Et ira magna ego irascor super gentes
opulentas, quia ego iratus sum parum,
16 ipsi verò adiuuerunt in malum. ¶ Prop-
terea hęc dicit Dñs, reuertar ad Ierlẽm
in misericordijs: domus mea ędificabi-
tur in ea, ait Dñs exercituũ: & perpendi
17 culum extendetur super Ierlm. ¶ Adhuc
D clama dicens, Hęc dicit Dñs exercituũ,
Adhuc affluent ciuitates meę bonis: &
& consolabitur adhuc Dñs Sion, & eli-
18 get adhuc Ierusalem. ¶ Et leuaui ocu-
los meos, & vidi: & ecce quatuor cor-
19 nua. ¶ Et dixi ad angelum qui loque-
batur in me, Quid sunt hęc? Et dixit
ad me, Hęc sunt cornua quę ventila-
uerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem.
20 ¶ Et ostendit mihi Dominus quatuor
fabros.

21 fabros. ¶Et dixi, Quid isti veniunt face-
re? Qui ait dicens: Hęc sunt cornua q̃ vẽ-
tilauerunt Iudam per singulos viros, &
nemo eorum leuauit caput suum: & ve
nerunt isti deterrere ea, vt deijciant cor
nua gentium quæ leuauerunt cornu su
per terram Iuda vt dispergerent eam.

CAP. II.

1 ET leuaui oculos meos, & vidi: & ec-
A ce vir & in manu eius funiculus
2 mensorũ. ¶Et dixi, quò tu vadis? Et di-
xit ad me, Vt metiar Ierl'm, & videã quã-
ta sit latitudo eius, & quanta lõgitudo
3 eius. ¶Et ecce angelus q loquebatur in
me, egrediebatur, & angelus alius egre-
4 diebať in occursum eius. ¶Et dixit ad
eũ, Curre, loquere ad puerũ istũ, dicẽs,
Absque muro habitabitur Ierl'em præ
multitudine hominum & iumentorũ
5 in medio eius. ¶Et ego ero ei, ait Dñs,
B murus ignis in circuitu: & in gloria ero
6 in medio eius. ¶O, ô, fugite de terra Aq
lonis, dicit Dñs, qm̃ in quatuor ventos
7 cæli dispersi vos, dicit Dñs. ¶O Sion fu-
ge quæ habitas apud filiam Babylonis.
8 ¶quia hæc dicit Dñs exercituum, post
C gloriam misit me ad gentes quæ spolia
uerunt vos: qui enim tetigerit vos, tan-
9 git pupillam oculi *mei: ¶quia ecce ego (* eius 2.)
leuo manum meam super eos, & erunt
prædæ his qui seruiebant sibi: & cogno
scetis quia Dñs exercituum misit me,
10 ¶Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce
ego venio, & habitabo in medio tui, ait
11 Dñs. ¶Et applicabuntur gentes multæ
D ad Dñm in die illa, & erunt mihi in
populum, & habitabo in medio tui: &
scies quia Dñs exercituum misit me ad
12 te. ¶Et possidebit Dñs Iudam partẽ suã
in terra sanctificata: & eliget adhuc Ie-
13 rusalem. ¶Sileat oĩs caro à facie Dñi: q a
consurrexit de habitaculo sancto suo.

CAP. III.

1 ET ostendit mihi Dñs Iesum sacer- (7.)
A dotẽ magnum stantem coram an-
gelo Dñi: & Satan stabat à dextris eius,
2 vt aduersaretur ei. ¶Et dixit Dñs ad Sa-
tan: Increpet Dñs in te Satan, & incre-
pet Dñs in tẽ, qui elegit Ierusalem: nun
quid non iste torris est, erutus de igne?
3 ¶Et Iesus erat indutus vestibus sordidis
4 & stabat ante faciem angeli. ¶Qui re-
spõdit, & ait ad eos qui stabant coram
se, dicens: Auferte vestimenta sordida
ab eo. Et dixit ad eum, Ecce abstuli à te
iniquitatem tuam, & indui te mutato-
5 rijs. ¶Et dixit: Ponite cidarim mundam
B super caput eius. ¶Et posuerũt cidarim
mundam super caput eius, & induerũt
eum vestibus: & angelus Dñi stabat.
6 ¶Et contestabatur angelus Dñi Iesum,
7 dicens: ¶Hęc dicit Dñs exercituum, Si
C in vijs meis ambulaueris, & custodiã
meam custodieris: tu quoque iudicabis
domum meam, & custodies atria mea,
& dabo tibi ambulantes de his qui nũc
8 hic assistunt. ¶Audi Iesu sacerdos ma-
gne. tu & amici tui qui habitant coram
te, quia viri portendẽtes sunt, ecce enim
ego ‖ ADDVCAM SERVVM MEVM (‖ Inf. 6.4. 12. Luc. 1. f. 78.)
9 ORIENTEM. ¶Quia ecce lapis quẽ de
D di coram Iesu: super lapidẽ vnũ septem
oculi sunt: ecce ego cælabo sculpturam
eius, ait Dñs exercituũ: & auferam ini-
10 quitatẽ terrę illius in die vna. ¶In die il
la, dicit Dñs exercituũ, vocabit vir ami
cum suum subter vineã, & subter ficũ.

CAP. IIII.

1 ET reuersus est angelus qui loqueba
A tur in me: & suscitauit me, quasi vi
2 rũ q suscitatur de somno suo. ¶Et dixit
ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi &
ecce candelabrũ aureũ totũ, & lampas
eius super caput ipsius: & septẽ lucernę
eius sup illud: & septem * infusoria lu- (* & septẽ 6.)
3 cernis quę erãt sup caput eius. ¶Et duæ
oliuæ sup illud: vna a dextris lampadis
4 & vna à sinistris eius. ¶Et rñdit, & aio
B ad angelum, qui loquebatur in me, di
5 cens: Quid sunt hęc, Dñe mi? ¶Et respon
dit angelus qui loquebatur in me, & di
xit ad me, Nunquid nescis quid sunt
6 hęc? & dixi, Non Dñe mi. ¶Et respondit,
& ait ad me, dicens: Hoc est verbũ Dñi
ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu,
nec in robore: sed in spiritu meo, dicit
7 Dñs exercituum. ¶Quis tu mons ma-
C gne coram Zorobabel? in planũ: & edu
cet lapidem primarium, & exequabit
8 gratiam gratię eius. ¶Et factum est ver-
9 bũ Dñi ad me, dicens, ¶Manus Zoroba
bel fundauerunt domum istam, & ma
nus eius perficient eam: & scietis quia
10 Dñs exercituũ misit me ad vos. ¶Quis
enim despexit dies paruos? & lętabunť,
& videbunt lapidem stanneum in ma
nu Zorobabel. Septẽ isti oculi sunt Dñi,
qui discurrunt in vniuersam terram.
11 ¶Et respõdi, & dixi ad eũ: Quid sũt duę
D oliuæ istę ad dexteram cãdelabri, & ad

sinistram

12 sinistram eius? Et rñdi secundò, & dixi
ad eum. Quid sunt duę spicę oliuarum
quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in qui
13 bus sũt suffusoria ex auro? Et ait ad me,
dicens: Nunquid nescis q̃d sunt hęc? Et
14 dixi. Nõ Dñe mi, ? Et dixit, Isti sunt duo
filij olei- splendoris, qui assistunt do-
minatori vniuersę terrę. CAP. V.

1 ET conuersus sum, & leuaui oculos
A meos: & vidi, & ecce volumẽ volás.
2 ? Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi,
*Ego video volumẽ volás: lõgitudo eius
viginti cubitorũ, & latitudo eius decẽ
3 cubitorum. ? Et dixit ad me, Hęc est ma
ledictio quę egreditur super faciem om
nis terrę: quia omnis fur, sicut ibi scrip
tũ est. iudicabitur: & oĩs iurans, ex hoc
4 similiter iudicabitur. ? Educam illud,
B dicit Dñs exercituũ: & veniet ad domũ
furis, & ad domum iurantis in nomine
meo mendaciter: & commorabitur in
medio domus eius, & consumet eum,
5 & ligna eius & lapides eius. ? Et egressus
est angelus qui loquebatur in me, & di
xit ad me, Leua oculos tuos, & vide q̃d
6 est hoc q̃d egreditur. ? Et dixi: Quidnam
C est? Et ait, Hęc est amphora egrediés. Et
dixit, Hęc est oculus eorũ in vniuersa
7 terra. ? Et ecce talentum plumbi porta-
batur, & ecce mulier vna sedens in me-
8 dio amphorę. ? Et dixit: Hęc est impie-
tas. Et proiecit eam in medio amphorę
D & misit massam plumbeam in os eius.
9 ? Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce
duę mulieres egrediẽtes, & spiritus in
alis earũ, & habebát alas quasi alas mil
ui: & leuauerũt amphorá inter terram
10 & cęlum. ? Et dixi ad angelum qui lo-
quebatur in me, Quò istę deferũt am-
11 phoram? ? Et dixit ad me, Vt ędificetur
ei domus in terra Sennáar, & stabiliat,
& ponatur ibi super basem suam.

CAP. VI.

1 ET cõuersus sum, & leuaui oculos
A meos: & vidi, & ecce quatuor qua-
drigę egrediẽtes de medio duorũ mon-
2 tiũ: & mõtes, montes ęrei. ? In quadriga
prima, equi rufi, & in quadriga secũda,
3 equi nigri: ? & in quadriga tertia, equi
albi, & in quadriga quarta, equi varij
4 *fortes. ? Et rñdi & dixi ad angelũ q̃ lo-
quebat in me, Quid sunt hęc Dñe mi?
5 ? Et rñdit angelus, & ait ad me, Isti sũt
quatuor vẽti cęli, qui egrediuntur vt stẽt
6 coram dominatore oĩs terrę. ? In qua e-
rant equi nigri, egrediebantur in terrá
Aq̃lonis: & albi egressi sunt post eos &
7 varij egressi sunt ad terrá Austri. ? Qui
autẽ erant robustissimi, exierunt, & quę
rebant ire & discurrere per oẽm terrá.
Et dixit, Ite, perambulate terrá, & peram
8 bulauerunt terram. ? Et vocauit me, &
loquut⁹ est ad me, dicẽs, Ecce, q̃ egrediũ
tur in terrá Aquilonis, requiescere fece-
runt spiritum meum in terra Aq̃lonis.
9 ? Et factũ est verbum Dñi ad me, dicẽs.
10 ? Sume à transmigratione ab Holdai, &
C à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die
illa, & intrabis domũ Iosię filij Sopho-
11 nię, qui venerunt de Babylone. ? Et su-
mes aurum & argentum, & facies coro
nas: & pones in capite Iesu filij Iosedec
12 sacerdotes magni, ? & loquẽris ad eũ, di
D cens, Hęc ait Dñs exercituum dicens:
‖ECCE VIR ORIENS NOMEN EIVS:
& subter eũ orietur, & ędificabit tẽplum ‖Sup 3, c. 8. Luc. 1. g. 78.
13 Dño: ? & ipse extruet templũ Dño, & ip
se portabit gloriá, & sedebit, & domina
bitur super solio suo: & erit sacerdos su
per solio suo, & consilium pacis erit in-
14 ter illos duos. ? Et coronę erunt Helem,
& Tobię, & Idaię, & Heu filio Sopho-
15 nię, memoriale in tẽplo Dñi. ? Et q̃ pro-
cul sunt, venient, & ędificabunt in tem
plo Dñi, & scietis quia Dñs exercituum
misit me ad vos. Erit autẽ hoc, si auditu
audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

1 ET factum est in anno quarto Darij
A regis, factũ est verbũ Dñi ad Zacha
riam, in quarto mensis noni, qui est Ca
2 sleu. ? Et miserũt ad domũ Dei Saráfar
& Rogom-melech, & viri qui erant cũ
3 eo, ad deprecandam faciem Dñi: ? vt di
cerent sacerdotibus domus Dñi exerci-
tuum & prophetis, loquentes, Nun-
quid flendum est mihi in quinto men-
se, vel sanctificare me debeo: sicut iam
4 feci multis annis? ? Et factum est verbũ
Domini exercituum ad me, dicens,
5 ? Loquere ad omnem populum terrę,
B & ad sacerdotes, dicens, ‖Cum ieiunare ‖Esa 58. a. 5.
tis, & plangeretis in quinto & septimo
per hos septuaginta annos: nunquid
6 ieiunium ieiunastis mihi? ? & cum co-
medistis & bibistis: nunquid non vo-
bis comedistis, & vobismetipsis bibi-
7 stis? ? Nunquid non sunt verba, quę lo-
quutus est Dominus in manu propheta
rum priorum, cum adhuc Ierl'm habi-

taretur.

Marginal notes (left): *5. *Ecce. *Num 8. *Hie 11. *8.

taretur,& esset opuléta,ipsa & vrbes in
circuitu eius,& ad Austrum, & in cāpe-
8 stribus habitaretur? ¶ Et factum est ver-
9 bum Dñi ad Zachariam,dicens, ¶ Hæc
C ait Dñs exercituũ,dicens, Iudicium ve
rum iudicate:& misericordiã & misera
tiones facite vnusquisq; cum fratre suo.
10 ¶ ‖ Et viduam,& pupillum,& aduenam
& pauperẽ nolite calumniari : & malũ
vir fratri suo non cogitet in corde suo.
11 ¶ Et noluerunt attẽdere,& auerterũt sca
pulam recedẽtes:& aures suas aggraua-
12 uerunt, ne audirent. ¶ Et cor suũ posue-
D runt vt adamantem, ne audirent legẽ
& verba quæ misit Deus exercituum in
spiritu suo per manũ prophetarũ prio-
rum: & facta est indignatio magna à
13 Dño exercituũ. ¶ Et factum est sicut lo-
cutus est,& *nõ audierũt: sic clamabũt
& non exaudiam, dicit Dñs exercituũ.
14 ¶ Et dispersi eos per oĩa regna quæ ne-
sciunt:& terra desolata est ab eis, eò ꝙ
non esset transiens & reuertens: & po-
suerunt terrã desiderabilẽ in desertum.

CAP. VIII.

1 ET factum est verbum Dñi exerci-
A tuum,dicens,¶ Hęc dicit Dñs exerci
2 tuũ,‖ Zelatus sum Sion zelo magno, &
indignatione magna zelatus sum eã.
3 ¶ Hæc dicit Dñs exercituum, Reuersus
sum ad Sion: & habitabo in medio Ie-
rusalem: & vocabitur Ierusalem Ciui-
tas veritatis,& Mõs Dñi exercituũ, mõs
4 sanctificatus.¶ Hęc dicit Dñs exercituũ.
Adhuc habitabunt senes,& anus in pla
teis Ierl̃m: & viri baculus in manu ei⁹
5 præ multitudine dierũ.¶ Et plateæ ciui-
tatis complebunt̃ infantibus,& puellis
6 ludentibus in plateis eius. ¶ Hæc dicit
Dñs exercituum, Si videbitur difficile
in oculis reliquiarum ppl̃i huius in die
bus illis,nunquid in oculis meis diffici
7 le erit, dicit Dñs exercituũ? ¶ Ecce ego sal
uabo ppl̃m meum de terra Orientis, &
8 de terra occasus solis.¶ Et adducã eos,&
habitabunt in medio Ierl̃em: & erunt
mihi in ppl̃m,& ego ero eis in Deum in
9 veritate & in iustitia. ¶ Hæc dicit Dñs
B exercituũ, Cõfortent̃ manus vestrę qui
auditis in diebus sermones istos per os
prophetarum in die qua fundata est do
mus Dñi exercituũ, vt templũ ædificare
10 tur. ¶ Si quidem ante dies illos merces
hominũ non erat,nec merces iumento
rum erat,neque introeunti neque exeũ-
ti erat pax præ tribulatione: & dimisi
oẽs homines vnumquemque contra ꝓ-
11 ximum suum.¶ Nunc aũt nõ iuxta dies
priores ego faciam reliquijs populi hu-
12 ius,dicit Dñs exercituum, ¶ sed semen
pacis erit: vinea dabit fructum suũ, &
terra dabit germen suum,& cæli dabũt
rorem suum:& possidere faciã reliquias
13 populi huius vniuersa hæc. ¶ Et erit: si-
C cut eratis maledictio in Gentibus, do-
mus Iuda & domus Israël: sic saluabo
vos,& eritis benedictio: nolite timere,
14 confortentur manus vestræ.¶ Quia hæc
dicit Dñs exercituum, Sicut cogitaui vt
affligerem vos,cum ad iracundiam pro
uocassent patres vestri me,dicit Dñs*,& * exercituum 5.
15 non sum misertus: ¶ sic conuersus cogi-
taui in diebus istis vt benefaciam do-
mui Iuda & Ierusalem: nolite timere.
16 ¶ Hæc sunt ergo verba quæ facietis, ‖ Lo- ‖ Eph 4. 25.
quimini veritatem vnusquisque cũ ꝓ-
ximo suo: veritatem & iudicium pacis
17 iudicate in portis vestris. ¶ Et vnusquis-
que malum contra amicum suum ne
cogitetis in cordibus vestris:& iuramen
tum mendax ne diligatis.oĩa enim hęc
18 sunt quę odi, dicit Dñs. ¶ Et factum est
verbũ Dñi exercituum ad me, dicens,
19 ¶ Hęc dicit Dñs exercituum, Ieiunium
quarti,& ieiunium quinti,& ieiunium
septimi, & ieiunium decimi erit do-
mui Iudæ in gaudium & lætitiam & in
D solennitates præclaras: veritatem tan-
20 tum & pacem diligite. ¶ Hæc dicit Dñs
exercituum, Vsquequo veniant ppl̃i, &
21 habitent in ciuitatibus multis, ¶ & va-
dãt habitatores vnus ad alterum,dicen
tes,Eamus & deprecemur faciem Dñi,
& quæramus Dñm exercituum, vadam
22 etiam ego.¶ Et venient ppl̃i multi,& gen
tes robustæ ad quærendum Dñm exer-
cituum in Ierl̃m, & deprecandam faciẽ
23 Dñi. ¶ Hæc dicit Dñs exercituum, In die
bus illis, in quibus apprehendent decẽ
homines ex oĩbus linguis Gentium, &
apprehendent fimbriam viri Iudæi,di-
centes, Ibimus vobiscum: audiuimus
enim quoniam Deus vobiscum est.

CAP. IX.

1 ONus verbi Dñi in terra Hadrach &
A Damasci requiei eius: quia Dñi est
oculus hominis, & omnium tribuum
2 Israël. ¶ Emath quoq; in terminis eius
& Tyrus, & Sidon assumpserũt quippe
3 sibi sapientiam valde.¶ Et ędificauit Ty

rus munitionem suam, & coaceruauit
argentum quasi humum, & aurum vt
4 vt lutum platearum. ¶Ecce Dñs posside
bit eam, & percutiet in mari fortitudi-
5 nem eius, & hęc igni deuorabitur. ¶Vi-
debit Ascalõ, & timebit: & Gaza, & do-
lebit nimis: & Accaron, qm̃ confusa est
spes eius: & peribit rex de Gaza, &
6 Ascalon non habitabitur. ¶Et sedebit se
B parator in Azoto, & disperdam super-
7 biam Philistinorum. ¶Et auferã sangui
nem eius de ore eius, & abominationes
eius de medio dẽtium eius: & relinque-
tur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi
dux in Iuda, & Accarõ quasi Iebusęus.
8 ¶Et circundabo domum meam ex his
qui militant mihi euntes & reuertẽtes,
& nõ transibit super eos vltrà exactor:
9 quia nunc vidi in oculis meis. ¶‖Exul-
ta satis filia Sion, iubila filia Ierusalẽ:
ECCE REX TVVS veniet tibi iustus
& saluator: ipse pauper ascendens sup
ᵃasinumᵃ & super pullum filium asinę.
10 ¶Et ᵇdisperdamᵇ quadrigã ex Ephràim
C & equum de Ierusalem, & dissipabitur
arcus belli: & loquetur pacem Gẽtibus,
& potestas eius à mari vsq; ad mare, &
11 à fluminibus vsque ad fines terræ. ¶Tu
quoq; in sanguine testamenti tui emsi
sti vinctos tuos de lacu in quo non est
12 aqua. ¶Conuertimini ad munitionem
vincti spei, hodie quoq; annuntiãs du-
13 plicia reddam tibi. ¶Qm̃ extendi mihi
Iudam quasi arcũ, impleui Ephràim:
& suscitabo filios tuos Sion super filios
tuos Græcia, & ponam te quasi gladiũ
14 fortium. ¶Et Dñs Deus super eos videbi
tur, & exibit, vt fulgur iaculum eius: &
Dñs Deus in tuba canet, & vadet in tur
15 bine Austri. ¶Dñs exercituum proteget
D eos: & deuorabunt, & subiicient lapidi
bus fundę: & bibentes inebriabuntur
quasi à vino, & replebuntur vt phialæ,
16 & quasi cornua altaris. ¶Et saluabit eos
Dominus Deus eorum in die illa, vt gre
gem populi sui: quia lapides sancti ele-
17 uabuntur super terrã eius. ¶Quid enim
bonum eius est, & quid pulchrum eius
nisi frumentum electorum, & vinum
germinans virgines.

‖Isa. 62. d. 11. Mat. 21. a. 5.

ᵃ asinam ᵇ disperdã 3

CAP. X.

1 PEtite à Dño pluuiam in tempore se-
A rotino. & Dñs faciet niues, & pluuiã
imbris dabit eis, singulis herbã in agro.
2 ¶Quia simulachra locuta sunt inutile,
& diuini viderunt mendacium, & som
niatores locuti sunt frustra: vanè conso
labantur: idcirco abducti sunt quasi
grex: affligentur, quia nõ est eis pastor.
3 ¶Super pastores iratus est furor meus, &
sup hircos visitabo: quia visitauit Dñs
B exercituum gregem suum domum Iu-
da, & posuit eos quasi equum glorię suę
4 in bello. ¶Ex ipso angulus, ex ipso pa-
xillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egre-
5 dietur omnis exactor simul. ¶Et erunt
quasi fortes, conculcantes lutum viarũ
in prælio: & bellabunt, quia Dñs cum
eis: & confundẽtur ascensores equorũ.
6 ¶Et confortabo domum Iuda, & domũ
Ioseph saluabo: & conuertam eos quia
miserebor eorum: & erunt sicut fuerũt
quando non proieceram eos: ego enim
7 Dñs Deus eorum, & exaudiam eos. ¶Et
erunt quasi fortes Ephràim, & lętabit
C cor eorum quasi à vino. & filij eorum
videbunt, & lætabuntur, & exultabit
8 cor eorum in Dño. ¶Sibilabo eis, & con
gregabo illos, quia redemi eos: & multi
plicabo eos sicut antè fuerant multipli
9 cati. ¶Et seminabo eos in populis, & dé
longe recordabuntur mei: & viuent cũ
10 filiis suis, & reuertentur. ¶Et reducã eos
de terra Ægypti, & de Assyriis congre-
gabo eos: & ad terram Galaad & Liba-
ni adducam eos: & non inuenietur eis
11 locus. ¶Et trãsibit in maris freto, & per-
D cutiet in mari fluctus, & confunden-
tur omnia profunda fluminis: & humi
liabitur superbia Assur, & sceptrũ Ægy
12 pti recedet. ¶Confortabo in eos Domi-
no, & in nomine eius ambulabunt, di-
cit Dominus.

CAP. XI.

1 APeri Libane portas tuas, & come-
A dat ignis cedros tuas. ¶Vlula abies,
2 quia cecidit cedrus, qm̃ magnifici vasta
ti sunt: vlulate quercus Basan, qm̃ succi
3 sus est saltus munitus. ¶Vox vlulat ᵃpa-
storum, quia vastata est magnificentia
eorum: vox rugitus leonum, qm̃ vasta-
4 ta est superbia Iordanis. ¶Hęc dicit Dñs
Deus meus, Pasce pecora occisionis,
5 ¶quę qui possederant, occidebãt, & nõ
dolebant: & vendebant ea, dicentes, Be
nedictus Dñs, diuites facti sumus: & pa
6 stores eorum non parcebãt eis. ¶Et ego
non parcam vltrà super habitantes ter-
ram, dicit Dñs: ecce ego tradam hoĩes,
B vnumquemq; in manu proximi sui, &

in manu regis sui: & concident ter-
ram, & non eruam de manu eorum.
7 ¶Et pascam pecus occisionis, ꝑpter hoc
ô paupes gregis: & assumpsi mihi duas
virgas, vnam vocaui Decôrem, & alterã
8 vocaui Funiculum: & paui gregem. ¶Et
succidi tres pastores in mẽse vno, & cõ-
tracta est anima mea in eis: siquidem
9 & anima eorum variauit in me. ¶Et di-
xi, Non pascam vos: ‖quod moritur,
moriatur: & quod succiditur, succida-
tur, & reliqui deuorent vnusquisq; car
10 nem proximi sui. ¶Et tuli virgam meã
C quæ vocabatur Deus, ‖& abscidi eam vt
irritum facerem fœdus meũ quod per-
11 cussi cum omnibus populis. ¶Et in irri-
tum deductum est in die illa: & cogno
uerũt sic pauperes gregis qui custodiũt
12 mihi, quia verbum Dñi est. ¶Et dixi ad
eos, Si bonũ est in oculis vestris, afferte
mercedẽ meam: & si non, quiescite. ‖Et
appenderunt mercedem meam trigin-
13 ta argenteos. ¶Et dixit Dñs ad me, Pro-
iice illud ad statuarium decôrum pre-
tium quo appretiatus sum ab eis. Et tu
li triginta argenteos: & proieci illos in
14 domum Dñi, ad statuarium. ¶Et præci
di virgam meam secundam, quæ appel-
labatur Funiculus, vt dissoluerem ger-
15 manitatem inter Iudã & Israël. ¶Et di-
D xit Dñs ad me, Adhuc sume tibi vasa
16 pastoris stulti. ¶Quia ecce ego suscitabo
pastorem in terra, qui derelicta non vi-
sitabit, dispersum non quæret, & contri
tum non sanabit, & id quod stat non
enutriet, & carnes pinguium comedet,
17 & vngulas eorum dissoluet. ¶O pastor
& idôlum, derelinquens gregem: gla-
dius super brachium eius, & sup oculũ
dextrum eius: brachium eius ariditate
siccabitur, & oculus dexter eius tene-
brescens obscurabitur.

CAP. XII.

1 ONus verbi Dñi super Israël. Dicit
A Dñs extendens cęlum, & fundans
terram, & fingens spiritum hominis in
2 eo, ¶ecce ego ponam Ierusalem superli-
minare crapulæ omnibus populis in cir
cuitu: sed & Iuda erit in obsidione con
3 tra Ierusalem. ¶Et erit in die illa, ponã
Ierusalem lapidem oneris cunctis po-
pulis: omnes qui leuabunt eum, conci-
sione lacerabuntur, & colligẽtur aduer
4 sus eam omnia regna terrę. ¶In die illa,
B dicit Dñs, ‖percutiã oẽm equum in stu-
porem, & ascensorem eius in amentiã:
& super domum Iuda aperiam oculos
meos, & omnem equum populorũ per
5 cutiam cæcitate. ¶Et dicent duces Iuda
in corde suo, Confortentur mihi habi-
tatores Ierusalem in Dño exercituum
6 Deo eorum. ¶In die illa ponam duces
Iuda sicut caminum ignis in lignis, &
sicut facem ignis in fœno: & deuora- Fascē 4.
bunt ad dexteram & ad sinistram om-
nes populos in circuitu: & habitabitur
Ierusalem rursus in loco suo in Ierusa-
7 lem. ¶Et saluabit Dñs tabernacula Iu-
da, sicut in principio: vt non magnificè
glorietur domus Dauid, & gloria habi-
8 tantium Ierusalem contra Iudam. ¶In
die illa proteget Dñs habitatores Ieru-
C salem, & erit qui offenderit ex eis in die
illa, quasi Dauid: & domꝰ Dauid quasi
Dei, sicut Angelus Dñi in conspectu eo eius.
9 rum. Et erit in die illa: quæram conte-
rere omnes gentes quæ veniunt contra
10 Ierusalem. ¶Et effundam super domũ
Dauid, & super habitatores Ierusalem
spiritum gratiæ & precum: & ‖aspiciẽt ‖Ioh. 19 g. 37.
ad me, quem confixerunt: & plangent
eũ planctu quasi sup vnigenitũ, & dole
bunt super eum vt doleri solet in mor-
11 te primogeniti. ¶In die illa magnus erit
D planctus in Ierusalem, ‖sicut planctus ‖2. Pa. 35 d. 22.
Adadremmon in campo Mageddon,
12 ¶Et planget terra: familiæ & familiæ
seorsum: familię domꝰ Dauid seorsum,
13 & mulieres eorum seorsum: ¶familiæ
domus Nathã seorsum, & mulieres eo-
rum seorsum: familiæ domus Leui seor
sum, & mulieres eorum seorsum: fami
liæ Semei seorsum, & mulieres eorum
14 seorsum. ¶Omnes familiæ reliquæ, fa-
miliæ & familiæ seorsum, & mulieres
eorum seorsum.

CAP. XIII.

1 IN die illa erit fons patens domui
A Dauid & habitantibus Ierusalem: in
ablutionem peccatoris & menstruatę.
2 ¶Et ‖erit in die illa, dicit Dñs exercituũ, ‖Ezec. 30 d. 13.
Disperdam nomina idôlorum de ter-
ra, & non memorabũtur vltrà: & pseu-
doprophetas, & spiritum immundum
3 auferam de terra. ¶Et erit: cùm prophe
tauerit quispiam vltrà, dicent ei pater
eius & mater eius qui genuerunt eum,
Non viues, quia mendacium locutus es
in nomine Dñi: & configent eum pater
eius & mater eius, genitores eius cũ pro-

phetauerit.

4 phetauerit. ¶Et erit in die illa, confun-
B dentur prophetæ vnusquisq; ex visione
sua cũ prophetauerit, nec operientur
5 pallio saccino, vt mentiantur, ¶sed di-
cet, Non sum propheta, homo agricola
ego sum: qm̃ Adam exemplum meum
6 ab adolescentia mea. ¶Et dicet ei, Quid
C sunt plagæ istæ in medio manuum tua
rũ? Et dicet, His plagatus sum ĩ domo eo
7 rum qui diligebant me. ¶Phramea susci
tare super pastorem meum, & super vi-
rum cohærentem mihi, dicit Dñs exer
cituum: ‖percute pastorem, & dispergẽ- ‖Mat. 26 c. 31. Mar. 14. c. 27.
tur oues: & conuertam manum meam
8 ad paruulos. ¶Et erunt in omni terra, di
D cit Dñs, partes duæ in ea *disperdentur *dispergẽtur
& deficient: & tertia pars relinquetur
9 in ea. ¶Et ducam tertiam partem per
ignem, & vram eos sicut vritur argen-
tum: & probabo eos sicut probatur au-
rum. Ipse vocabit nomẽ meum, & ego
exaudiam eum. *Dicam. Populus meus *&
es, & ipse dicet, Dominus Deus meus.

CAP. XIIII.

1. ECce venient dies Dñi, & diuidentur
A spolia tua in medio tui. ¶Et cõgre-
2 gabo omnes gẽtes ad Ierusalem in prę-
lium, & capietur ciuitas, & vastabunt
domus, & mulieres violabũtur: & egre
dietur media pars ciuitatis in captiuita
tem, & reliquum populi non auferetur
3 ex vrbe. ¶Et egredietur Dñs, & prælia-
bitur contra gentes illas sicut præliatus
4 est in die certaminis. ¶Et stabunt pedes
eius in die illa super Montem oliuarũ,
qui est contra Ierusalem ad Orientem,
& scindetur Mons oliuarum ex media
parte sui ad Orientem & ad Occidentẽ
prærupto grandi valde, & separabitur
medium montis ad Aquilonem, & me
5 dium eius ad Meridiem. ¶Et fugietis ad
vallem montium eorum, qm̃ coniun-
getur vallis mõtium vsq; ad proximũ:
B & fugietis sicut fugistis ‖ à facie terręmo ‖Amos 1 a. 1.
tus in diebus Oziæ regis Iuda: & veniet
Dñs Deus meus omnesq; sancti cum
6 eo. ¶Et erit in die illa: non erit lux, sed
7 frigus & gelu. ¶Et erit dies vna quæ no
ta est domino, non dies neq; nox: & in
8 tempore vesperi erit lux. ¶Et erit in die
illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem:
medium earum ad mare Orientale, &
medium earum ad mare nouissimum:
9 in æstate & in hyeme erunt. ¶Et erit Do
minus rex super omnem terram: in die
illa erit Dñs vnus, & erit nomen eius
10 vnum. ¶Et reuertetur omnis terra vsq;
ad desertum, de colle Remmon ad Au-
strum Ierusalem: & exaltabitur, & *ha- *habitabitur.
bitabit in loco suo, à porta Ben-iamin
vsq; ad locum portę prioris *vsq; ad por *&
C tam angulorum: & à turre Hananeel
11 vsq; ad torcularia regis. ¶Et habitabunt
in ea, & anàthema non erit amplius:
12 sed sedebit Ierusalem secura. ¶Et hæc
erit plaga qua percutiet Dñs omnes gẽ-
tes quę pugnauerunt aduersus Ierusa-
lem. Tabescet caro vniuscuiusq; stantis
super pedes suos, & oculi eius contabe-
scent in foraminibus suis, & lingua eo-
13 rum cõtabescet in ore suo. ¶In die illa
erit tumultus Dñi magnus in eis: & ap-
prehendet vir manum proximi sui, &
conseretur manus eius super manum
14 proximi sui. ¶Sed & Iudas pugnabit ad
uersus Ierusalem: & cõgregabuntur di-
uitiæ omnium gentium in circuitu, au
rum & argentum & vestes multę satis.
15 ¶Et sic erit ruina equi & muli & came-
li & asini, & omnium iumentorũ quæ
fuerint in castris illis, sicut ruina hęc.
16 ¶Et omnes q reliqui fuerint de vniuer-
sis gentibus quæ venerunt contra Ieru-
salem, ascendent ab anno in annum,
vt adorẽt regem Dominum exercituũ,
& celebrent festiuitatem tabernaculo-
17 rum. Et erit: qui non ascẽderit de fami-
liis terræ ad Ierusalem, vt adoret regem
Dominum exercituum, non erit super
18 eos imber. ¶Quòd & si familia Ægypti
D non ascenderit: & non venerit: nec sup
eos erit, sed erit ruina qua percutiet Do
minus omnes gentes quæ non ascende-
rint ad celebrandam festiuitatem taber-
19 naculorum. ¶Hoc erit peccatũ Ægypti,
& hoc peccatum omnium gentiũ quæ
non ascenderint ad celebrandam festi-
20 uitatem tabernaculorum. ¶In die illa
erit quod super frenum equi est sanctũ
Domino: & erunt lebetes in domo Do-
21 mini quasi phialæ coram altari. ¶Et erit
omnis lebes in Ierusalẽ & in Iuda san-
ctificatus Domino exercituum: & ve-
nient omnes immolantes, & su-
ment ex eis, & coquent in eis,
& non erit mercator vl-
trà in domo Domi-
ni exercituum
in die
illo.

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAPVT PRIMVM.

1 ONVS verbi Domini
A ad Israël in manu
2 Malachiæ. *¶Dilexi
vos, dicit Dominꝰ:
& dixistis, In quo
dilexisti nos? Nonne
frater erat Esau Ia-
cob, dicit Dominꝰ,
3 ‖& dilexi Iacob, ¶Esau autem odio
habui? & posui *montes eius in solitu-
dinem, & hęreditatem eiꝰ in dracones
4 deserti?¶Quòd si dixerit Idumæa, De-
structi sumus, sed reuertentes ædifica-
bimus quę destructa sunt: hæc dicit Do
minus exercituum, Isti ædificabunt, &
ego destruam: & vocabuntur termini
impietatis, & populus cui iratus est Do
5 minus vsq; in æternum. ¶Et oculi vestri
B videbunt: & vos dicetis, Magnificetur
6 Dñs super terminum Israël. ¶Filius ho-
norat patrem, & seruꝰ dominum suũ:
si ergo pr̃ ego sum, vbi est honor meus?
& si dominus ego sum, vbi est timor
meus: dicit Dñs exercituũ? ad vos ô sa-
cerdotes, qui despicitis nomen meum,
& dixistis: In quo despeximus nomen
7 tuum?¶Offertis super altare meum pa-
nem pollutum: & dicitis, in quo pollui
mus te?In eo ꝙ dicitis, Mensa Domini
8 despecta est. ¶Si offeratis cęcum ad im-
C molandũ, nonne malum est? & si offe-
ratis claudũ & languidum, nonne ma-
lum est?offer illud duci tuo, si placue-
rit ei, aut si susceperit faciem tuã, dicit
9 Dñs exercituum. ¶Et nũc deprecamini
vultum Dei, vt misereatur vestri (de ma
nu enim vestra factum est hoc) si quo
modo suscipiat facies vestras, dicit Dñs
10 exercituum. ¶Quis est in vobis qui clau
dat ostia, & incendat altare meum gra
tuito? non est mihi voluntas in vobis,
dicit Dominus exercituum: & munus
11 non suscipiam de manu vestra. ¶‖Ab
ortu enim solis vsq; ad Occasum, ma-
gnum est nomen meum in Gentibus,
& in omni loco sacrificatur, & offertur
nomini meo oblatio munda, quia ma-
gnum est nomen meum in Gẽtibus, di-
12 cit Dñs exercituũ. ¶Et vos polluistis il-
lud in eo qđ dicitis, Mensa Domini cõ-
taminata est: & quod superponitur, cõ-
temptibile est cum igne qui illud deuo
13 rat. ¶Et dixistis, Ecce de labore, & exuf-
flatis illud, dicit Dominus exercituum,
& intulistis de rapinis claudum & lan
guidum, & intulistis munus. nunquid
suscipiam illud de manu vestra, dicit
14 Dominus? ¶Maledictus dolosus, qui ha
bet in grege suo masculum: & votum
faciens immolat debile Domino: quia
rex magnus ego, dicit Dominus exerci-
tuum, & nomen meum horribile in
Gentibus.

CAP. II.

1 ET nunc ad vos mãdatum hoc ô Sa-
A cerdotes. ¶‖Si nolueritis audire, & ‖Leu. 26.
2 si nolueritis ponere super cor, vt detis b. 14.
gloriam nomini meo, ait Dñs exerci- Deu. 28.
tuum, mittam in vos egestatem, & ma- b. 15.
ledicam benedictionibus vestris, & ma
ledicam illis: qm̃ nõ posuistis sup cor.
3 ¶Ecce ego proiiciam vobis brachiũ, &
dispergam super vultũ vestrum stercus
solẽnitatum vestrarum, & assumet vos
4 secum. ¶Et scietis quia misi ad vos man
datum istud: vt esset pactum meum cũ
5 Leui, dicit Dominus exercituum. ¶Pa-
ctum meum fuit cum eo vitæ & pacis:
& dedi ei timorem: ‖& timuit me, & à
6 facie nominis mei pauebat. ¶Lex verita-
B tis fuit in ore eius, & iniquitas non est
inuenta in labiis eius, in pace & in ęq-
tate ambulauit mecum, & multos auer
7 tit ab iniquitate. ¶Labia enim sacerdo-
tis custodient scientiam, & legem requi
rent ex ore eius: quia Angelus Domini
8 exercituum est. ¶Vos autem recessistis
de via, & scandalizastis plurimos in le
ge: irritũ fecistis pactum Leui, dicit Do-
9 minus exercituũ. ¶Propter quod & ego
dedi vos contẽptibiles, & humiles om-
nibus populis, sicut non seruastis vias
10 meas, & accepistis faciẽ in lege. ¶‖Nun-
quid non pater vnus omniũ nostrum? Matt. 23
nunquid non Deus vnus creauit nos? .9 Ephe. 4.
quare ergo despicit vnusquisq; *nostrũ a. 5
fratrem suum, violans pactum patrum *vestrum
11 vestrorũ?¶Transgressus est Iuda, & abo
C minatio facta est in Israël & in Ierusa-
lem? quia contaminauit Iudas sanctifi-
cationem Dñi, quam dilexit & habuit fi
12 liam Dei alieni. ¶Disperdet Dominus
virum qui fecerit hoc, magistrum & di-

scipulum

*taberna culo
‖Amos 5 f.12.

scipulū de *tabernaculis* Iacob, ‖& offe
13 rentem munus Dño exercituū. ¶Et hoc
rursum fecistis, operiebatis lachrymis
altare Dñi, fletu & mugitu, ita vt nō re-
spiciam vltrà ad sacrificium, nec acci-
piam placabile quid de manu vestra.
14 ¶Et dixistis, Quam ob causam? qa Dñs
testificatus est inter te & vxorem puper
tatis tuæ, quam tu despexisti: & hęc par
15 ticeps tua, & vxor fœderis tui. ¶Nonne
D vnus fecit, & residuum spiritus ei *est?
Et quid vnus quærit, nisi semē Dei? Cu
stodite ergo spiritum vestrum, & vxorē
16 adolescentiæ tuæ noli despicere. ¶Cùm
odio habueris, dimitte dicit Dñs Deus
Israël: operiet aūt iniquitas vestimentū
eius, dicit Dñs exercituum. Custodite
spiritum vestrum, & nolite despicere.
17 ¶Laborare fecistis Dñm in sermonibus
vestris. ¶Et dixistis, In quo eum fecimus
laborare? In eo ꝙ dicitis, Omnis qui fa-
cit malum, bonus est in conspectu Do-
mini, & tales ei placēt: aut certè vbi est
Deus iudicij?

CAP. III.

‖Mat. 11 b.10. Marc. 1. a.2. Luc. 1.b. 17. & 7. d.27. Psal. 131 d.17.

1 A ECce ego mitto angelum meum, &
præparabit viam ante faciē meam.
Et statim veniet ad templum suū Dña
tor quem vos quæritis, & Angelus testa
mēti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit
2 Dñs exercituum: ¶& quis poterit cogita
re diem aduētus eius? & quis stabit ad
videndum eum? Ipse enim quasi ignis
3 cōflans, & quasi herba fullonum: ¶&
sedebit conflans & emundans argen-
tum, & purgabit filios Leui, & colabit
eos quasi aurum & quasi argentum, &
erunt Dño offerentes sacrificia in iusti
4 tia. ¶Et placebit Dño sacrificium Iuda
& Ierusalē sicut dies seculi & sicut an-
5 ni antiqui. ¶Et accedam ad vos in iudi
cio, & ero testis velox maleficis & adul
teris, & periuris, & qui calumniantur
mercedē mercenarij, *viduas & pupil-
los, & opprimunt peregrinum, nec ti-
muerunt me, dicit Dñs exercituum.
6 ¶Ego enim Dñs, & non mutor: & vos fi-
7 lij Iacob non estis consumpti. ¶A dieb⁹
enim patrum vestrorum recessistis à le-
gitimis meis, & non custodistis. ‖Reuer
timini ad me, & reuertar ad vos, dicit
Dñs exercituum. Et dixistis, In quo re-
8 uertemur? ¶Si affliget homo Deū, quia
vos configitis me? Et dixistis, In quo *cō
figimus te? In decimis, & in primitiis.

*& humi lians
a‖Zac. 1. a.3.
*confiximus 6.


9 ¶Et in penuria vos maledicti estis, &
10 me vos configitis gens tota. ¶Inferte om
C nem decimam in horreum: & sit cibus
in domo mea, & ꝓbate me super hoc,
dicit Dñs: si non aperuero vobis cata-
ractas cęli, & effudero vobis benedictio
11 nem vsq; ad abundantiam, ¶& increpa
bo pro vobis deuorantem, & non cor-
rumpet fructum terrę vestrę: nec erit ste
rilis vinea in agro, dicit Dñs exercituū.
12 ¶Et beatos vos dicent omnes gentes: eri
tis enim vos terra desiderabilis, dicit
13 Dñs exercituum. ‖Inualuerunt super ‖Iob.21 b.14 Esa. 58. a.3.
14 me verba vestra, dicit Dñs. ¶Et dixistis,
Quid locuti sumus contra te? Dixistis,
D Vanus est qui seruit Deo: & quod emo
lumentum quia custodiuim⁹ præcepta
eius, & quia ambulauimus tristes corā
15 Dño exercituum? ¶Ergo nunc beatos di
cimus arrogantes: siquidem ædificati
sunt facientes impietatem, & tētauerūt
16 Deum & salui facti sunt. ¶Tunc locuti
sunt timentes Dñm vnusquisq; cū pro-
ximo suo: Et attendit Dñs, & audiuit:
& scriptus est liber monimenti coram
eo timentibus Dñm, & cogitātibus no-
17 men eius. ¶Et erunt mihi, ait Dñs exerci
tuum, in die qua ego facio, in peculiū:
& parcam eis, sicut parcit vir filio suo
18 seruienti sibi. ¶Et conuertemini, & vi-
debitis quid sit inter iustum & impiū:
& inter seruientem Deo, & non seruien
tem ei.

CAP. IIII.

1 A ECce enim dies veniet succēsa quasi
caminus: & erunt omnes superbi,
& omnes faciētes impietatem stipula:
& inflammabit eos dies veniens, dicit
Dñs exercituum, quæ non derelinquet
2 eis radicem & germen. ¶‖Et orietur vo- ‖Zach. 3. c.8. 6. d. 12.
bis timentibus nomen meum Sol iusti
tiæ, & sanitas in pennis eius: & egredie- Luc. 1.g. 78.
mini, & salietis sicut vituli de armēto.
3 ¶Et calcabitis impios, cùm fuerint cinis Exod. 20.
B sub planta pedum vestrorū in die qua Deut. 4. 5.6.
4 ego facio, dicit Dñs exercituum. ¶‖Me- ‖Mat. 11 b.14.17. b.10.
mentote legis Moysi serui mei, quā mā
daui ei in Horeb ad omnem Israël præ
5 cepta & iudicia. ¶‖Ecce ego mittam vo- ‖Mar. 9. b.11.
bis Eliam ꝓphetam, antequam veniat Luc. 1. b 17.9.a.8.
dies Domini magnus & horribilis.
6 ¶Et conuertet cor patrum ad filios, &
cor filiorum ad patres eorum: ne fortè
veniam, & percutiam terram anathe-
mate.

LIBER PRIMVS MACHABÆORVM.

CAPVT PRIMVM.



1 ET factum est, postq̃
A percussit Alexander
Philippi Macedo, q
primus regnauit in
2 Græcia, egressus de
terra Cethim, Dariũ
regẽ Persarũ & Me-
dorũ: constituit præ
lia multa, & obtinuit oĩum munitio-
3 nes, & interfecit reges terræ: & ꝑtransiit
vsq; ad fines terrę, & accepit spolia mul
titudinis Gentiũ: & siluit terra in cõspe
4 ctu eius. ¶Et congregauit virtutẽ, & exer
citũ fortẽ nimis: & exaltatũ est & eleua
5 tũ cor eius: ¶& obtinuit regiones Gẽtiũ,
& tyrannos: & facti sunt illi in tributũ.
6 ¶Et post hęc decidit in lectum, & cogno
7 uit quia moreretur. ¶Et vocauit pueros
suos nobiles, qui secũ erant nutriti à iu
uẽtute: & diuisit illis regnum suum, cũ
8 adhuc viueret. ¶Et regnauit Alexander
9 annis duodecim, & mortuus est. ¶Et ob
tinuerunt pueri eius regnũ, vnusquisq;
10 in loco suo: ¶& imposuerũt omnes sibi
diademata post mortem eius, & filij eo
rum post eos annis multis, & multipli-
11 cata sunt mala in terra. ¶Et exiit ex eis
B radix peccatrix Antiochꝰ illustris, filius
Antiochi regis q fuerat Romæ obses: &
regnauit in anno centesimo tricesimo-
12 septimo regni Gręcorũ. ¶In diebus illis
exierũt ex Israël filij iniqui, & suaserũt
multis dicentes: Eamus, & disponamus
testamentum cum Gentibus quę circa
nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis,
13 inuenerũt nos multa mala. ¶Et bonus
14 visus est sermo in oculis eorum. ¶Et de-
stinauerunt aliqui de pplo, & abierunt
ad regem: & dedit illis potestatẽ, vt face
15 rent iustitiã Gentiũ. ¶Et ædificauerunt
gymnasium in Ierosolymis ſm leges
16 Nationũ: ¶& fecerunt sibi præputia, &
recesserunt à testamento sancto, & iun
cti sunt Nationibus, & venundati sunt
17 vt facerent malũ: ¶Et paratũ est regnũ
in conspectu Antiochi, & cępit regnare
in terra Ægypti, vt regnaret super duo
18 regnã. ¶Et intrauit in Ægyptũ in multi-
C tudine graui, in curribus, & elephãtis, &
equitibus, & copiosa nauiũ multitudi-
19 ne. ¶Et cõstituit bellum aduersus Pto-
lemæum regem Ægypti, & veritus est
Ptolemęus à facie eius, & fugit, & cecide
20 runt vulnerati multi. ¶Et comprehẽdit
ciuitates munitas in terra Ægypti: & ac
21 cepit spolia terrę Ægypti. ¶Et conuertit
Antiochus, postq̃ percussit Ægyptum in
centesimo & quadragesimo & tertio an
22 no: & ascendit ad Israël, ¶& ascendit Ie
23 rosolymam in multitudine graui. ¶Et
intrauit in sanctificationem cum super
bia, & accepit altare aureum, & cande-
labrũ luminis, & vniuersa vasa eius, &
mẽsam ꝑpositiõis, & libatoria, & phia-
las, & mortariola aurea, & velũ, & coro
nas, & ornamentũ aureum qđ in facie
24 templi erat: & comminuit oĩa. ¶Et acce
pit argentum & aurum & vasa concu-
piscibilia: & accepit thesauros occultos
D quos inuenit: & sublatis oĩbus abiit in
25 terrã suam. ¶Et fecit cædem hoĩum, &
26 locutus est in superbia magna. ¶Et fa-
ctus est plãctus magnus in Israël, & in
27 oĩ loco eorum: ¶& ingemuerunt princi
pes, & seniores, & iuuenes, & virgines
infirmati sunt: & speciositas mulierũ
28 immutata est. ¶Oĩs maritus sumpsit la
mentũ: & quę sedebant in thoro mari-
29 tali, lugebant: & commota est terra su-
per habitãtes in ea, & vniuersa domus
30 Iacob induit confusionẽ. ¶Et post duos
annos dierũ misit rex principem tribu-
torum in ciuitates Iuda, & venit Ierſm
31 cũ turba magna. ¶Et locutus est ad eos
verba pacifica ĩ dolo: & crediderũt ei.
32 ¶Et irruit super ciuitatẽ repentè, & per
cussit eã plaga magna, & ꝑdidit pplm
33 multum ex Israël. ¶Et accepit spolia ci-
uitatis: & succendit eam igni, & destru
xit domos eiꝰ, & muros eiꝰ in circuitu:
34 ¶& captiuas duxerunt mulieres, & na-
35 tos, & pecora possederunt. ¶Et ędificaue
rũt ciuitatẽ Dauid muro magno, & fir-
mo, & turribꝰ firmis, & facta est illis ĩ ar
36 cẽ: ¶& posuerũt illic gentẽ peccatricẽ vi-
37 ros iniquos, & cõualuerũt in eã. ¶Et po-
E suerũt arma, & escas, & congregauerũt
spolia Ierſm, & reposuerunt illic: & fa-
38 cti sunt in laqueũ magnum. ¶Et factũ

est hoc ad insidias sanctificationis, & in
39 diabolū malum in Israël: & effuderūt
sanguinē innocentem per circuitū san-
ctificationis, & cōtaminauerūt sancti fi
40 cationem. Et fugerūt habitatores Ieru-
salem pp eos, & facta est habitatio exte
rorum, & facta est extera semini suo, &
41 nati eius reliquerunt eam, Sanctifica-
tio ei⁹ desolata est sicut solitudo, dies
festi eius conuersi sunt in luctū, sabba-
tha ei⁹ in opprobriū, honores ei⁹ in ni-
42 hilū. Secundū gloriam eius multipli-
cata est ignominia ei⁹: & sublimitas ei⁹
43 conuersa est in luctum. Et scripsit Rex
Antioch⁹ oī regno suo, vt esset oīs ppl's,
vnus: & relinqueret vnusquisq; legem
44 suam. Et consenserunt oēs gentes s̄m
45 verbū regis Antiochi: & multi ex Isra-
ël consenserunt seruituti eius, & sacrifi
cauerunt idolis, & coinquinauerūt sab
46 bathum. Et misit rex libros per man⁹
F nuntiorum in Ierl'm, & in oēs ciuitates
Iudæ: vt sequerentur leges Gentium ter
47 ræ, & prohiberent holocausta & sacri-
ficia, & placationes fieri in templo Dei,
48 & prohiberent celebrari sabbathum,
49 & dies solennes. & iussit coinquinari
50 sancta, & scm ppl'm Israël. Et iussit ędi
ficari aras, & templa, & idola, & immo
51 lari carnes suillas & pecora cōia. & re-
linquere filios suos incircuncisos, &
coinquinari aīas eorum in oībus im-
munditiis & abominationibus, ita vt
obliuiscerentur legem, & immutarent
52 oēs iustificationes Dei. Et qcunq; non
fecissent s̄m verbū regis Antiochi, mo
53 rerentur. Secundū oīa verba hæc scri-
psit omni regno suo: & pręposuit prin-
54 cipes populo qui hęc fieri cogerent. Et
iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare.
55 Et congregati sunt multi de populo ad
eos qui dereliquerant legem Dñi: & fe-
56 cerūt mala super terram: & effugaue-
runt ppl'm Israël in abditis, & in abscō
57 ditis fugitiuorum locis. Die quintade-
G cima mensis Casleu, quinto & quadra-
gesimo & centesimo anno ædificauit
rex Antiochus abominandum idolum
desolationis super altare Dei, & per vni
uersas ciuitates Iudæ in circuitu ædifi-
58 cauerūt aras: & ante ianuas domorū,
& in plateis incendebant tura, & sacri
59 ficabant, & libros legis Dei cōbusserunt
60 igni, scindentes eos: & apud quemcū-
que inueniebatur libri testamenti Dñi,

Tob. 2. b. 6. Amos 8. c. 10.

& quicunq; obseruabat legem Dñi, se-
cundum edictum regis trucidabant eū.
61 In virtute sua faciebant hæc populo
Israël qui inueniebatur in omni men-
62 se & mēse in ciuitatibus. Et qnta & vi-
cesima die mensis sacrificabant super
63 aram quæ erat contra altare. Et mulie
res quæ circumcidebant filios suos, tru-
cidabantur secundùm iussum regis An
64 tiochi, & suspendebant pueros à ceruī
cibus per vniuersas domos eorum: &
eos qui circumciderāt illos, trucidabāt.
65 Et multi de populo Israël definierunt
apud se, vt non manducarent immun-
da: & elegerunt magis mori, quam ci-
66 bis coinquinari immundis: & nolue-
runt infringere legem Dei sanctam, &
67 trucidati sunt, & facta est ira magna
super populum valde.

CAP. II.

1 IN dieb⁹ illis surrexit Mathathias fili⁹
A Iohānis filij Simeonis, sacerdos ex fi-
liis Ioarim ab Ierl'm, & consedit in mō-
2 te Modin: & habebat filios quinq;, Io-
hannem, qui cognominabat' Gaddis
3 & Simeonem qui cognominabatur
4 Thasi: & Iudā, qui vocabatur Macha-
5 bæus: & Eleazarū, qui cognominaba-
tur Abaron: & Ionatham, qui cognomi
6 nabatur Apphus. Hi viderunt mala q̄
7 fiebant in populo Iuda & in Ierl'm. Et
dixit Mathathias. Vę mihi, vt qd natus
sum videre contritionē populi mei, &
contritionē ciuitatis sanctæ, & sedere il
lic, cùm datur in manibus inimicorū.
8 Sācta in manu extraneorū facta sunt:
9 tēplum eius sicut homo ignobilis. Va-
sa gloriæ eius captiua abducta sunt: tru
cidati sunt senes eius in plateis, & iuue
nes ei⁹ ceciderūt in gladio inimicorū.
10 Quæ gens non hęreditauit regnū ei⁹,
11 & non obtinuit spolia eius? Oīs com-
B positio eius ablata est. Quæ erat libera,
12 facta est ancilla. Et ecce sancta nostra,
& pulchritudo nostra, & claritas nostra
desolata est, & coinquinauerunt ea gē-
13 tes. Quò ergo nobis adhuc viuere? Et
14 scidit vestimenta sua Mathathias, & fi-
lij eius: & operuerunt se ciliciis, & plā-
15 xerunt valde. Et venerunt illuc q missi
erant à rege Antiocho, vt cogerēt eos q
cōfugerant in ciuitatē Modin, immola
re, & accendere tura, & a lege Dei disce
16 dere. Et multi de ppl'o Israël cōsentien
tes accesserūt ad eos: sed Mathathias &

17filij eius constanter steterunt. ¶Et rńdē
tes qui missi erant ab Antiocho, dixe-
runt Mathathię, Princeps & clarissimus
& magnus es in hac ciuitate, & ornatus
18filiis & fratribus. ¶ergo accede prior, &
fac iussum regis, sicut fecerũt oēs gen-
tes, & viri Iuda, & qui remanserũt in Ie
rusalē: & eris tu, & filij tui inter amicos
regis, & amplificatus auro & argēto, &
19munerib⁹ multis. ¶Et rńdit Mathathias,
& dixit magna voce. Etsi oēs gentes regi
Antiocho obediunt, vt discedant vnus-
quisq; à seruitute legis patrum suorũ,
20& consentiant mandatis eius: ¶ego & fi
lij mei, & fratres mei obediem⁹ legi pa
21trum nr̃orum. ¶propitius sit nobis De⁹:
C non est nobis vtile relinquere legem, &
22iustitias Dei. ¶nō audiemus verba regis
Antiochi, nec sacrificabimus transgre-
diętes legis nostræ mandata, vt eamus
23altera via. ¶Et vt cessauit loq verba hęc
accessit quidam Iudęus in oīum oculis
sacrificare idolis super aram in ciuitate
24Modin s̃m iussum regis: ¶& vidit Ma-
thathias, & doluit, & cōtremuerunt re-
nes eius, & accensus est furor eius s̃m
iudicium legis, & insiliēs trucidauit eũ
25super aram: ¶sed & virum quem rex An
tiochus miserat, q cogebat immolare,
occidit in ipso tempore, & aram destru
26xit, ¶& zelatus est legē, ‖sicut fecit Phi-
27nees Zamri filio Salomi. ¶Et exclamauit
Mathathias voce magna in ciuitate di-
cens: Omnis qui zelum habet legis sta-
28tuens testamentum, exeat post me. ¶Et
fugit ipse, & filij eius in montes, & reli-
querunt quæcunq; habebant in ciuita-
29te. ¶Tunc descēderunt multi quęrentes
30iudicium & iustitiā, in desertum: ¶& se
derunt ibi ipsi & filij eius, & mulieres
eorũ, & pecora eorum: qm̃ *inundaue-
31runt* super eos mala. ¶Et renuntiatum
D est viris regis, & exercitui q erant in Ie-
rusalem ciuitate Dauid, qm̃ discessissent
viri quidam, qui dissipauerunt manda-
tum regis in loca occulta in deserto, &
32abiissent post illos multi. ¶Et statim per
rexerunt ad eos, & cōstituerunt aduer-
33sus eos prælium in die sabbathorum, ¶&
dixerũt ad eos: Resistitis & nūc adhuc?
exite, & facite s̃m verbum regis Antio-
34chi, & viuetis. ¶Et dixerunt: Non exibi-
mus, neq; faciemus verbũ regis, vt pol-
35luamus diem sabbathorum. ¶Et conci-
36tauerunt aduersus eos pręlium. ¶Et nō
responderunt eis, nec lapidem miserunt in
37eos, nec oppilauerunt loca occulta: ¶di-
centes: Moriamur oēs in simplicitate
nostra: & testes erunt super nos cęlũ &
38terra q iniustè perditis nos. ¶Et intule-
runt illis bellum sabbathis: & mortui
sunt ipsi & vxores eorum, & filij eorum,
& pecora eorum vsq; ad mille animas
39hominũ. ¶Et cognouit Mathathias &
amici eius, & luctũ habuerunt sup eos
40valde. ¶Et dixit vir proximo suo: Si oēs
fecerimus sicut fratres nostri fecerũt &
non pugnauerimus aduersus Gentes p
aīabus nostris & iustificationibus no-
stris: nūc citius disperdent nos à terra.
41¶Et cogitauerunt in die illa, dicentes:
E Oīs homo qcũq; venerit ad nos I bello
die sabbathorum, pugnemus aduersus
eum: & non moriemur oēs, sicut mor-
42tui sunt fratres nostri in occultis. ¶Tūc
congregata est ad eos synagoga *Iudæo-
rum* fortis viribus ex Israël, oīs volun-
43tarius in lege: ¶& oēs qui fugiebāt à ma
lis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis
44ad firmamentum. ¶Et collegerunt exer
citum, & percusserunt peccatores in ira
sua, & viros iniquos in indignatione
sua: & cęteri fugerunt ad nationes, vt
45euaderent. ¶Et circuiuit Mathathias, &
46amici ei⁹, & destruxerũt aras: ¶& circũ-
ciderũt pueros incircuncisos quotquot
inuenerũt in finibus eorum: & in forti-
47tudine. ¶Et psecuti sunt filios superbię,
& prosperatũ est opus in manibus eo-
48rum: ¶& obtinuerunt legē de manibus
gentium, & de manibus regum: & non
49dederũt cornu peccatori. ¶Et appropin-
F quauerunt dies Mathathię moriēdi, &
dixit filiis suis. Nunc confortata est su-
perbia, & castigatio, & tēp⁹ euersionis,
50& ira indignationis. ¶Nunc ergo ô filij
ęmulatores estote legis, & date aīas ve-
stras pro testamento patrũ vestrorum,
51& mementote operum patrũ, quę fece-
runt in generationib⁹ suis: & accipietis
gloriam magnam, & nomen ęternum.
52¶‖Abrahā nonne in tentatione inuen-
tus est fidelis, & reputatũ est ei ad iusti-
53tiam? ¶‖Ioseph in tpe angustiæ suæ cu-
stodiuit mandatum: & factus est Dn̄s
54Ægypti. ¶‖Phinees pater noster, zelando
zelum Dei, accepit testamentum sacer-
55dotis æterni. ¶‖Iesus dum impleuit ver
56bum, factus est dux in Israël. ¶‖Caleb
dũ testificatur in ecclesia, accepit hære-

*Assidęorum 3.

‖Gen. 22. a. 5. b. 9.
‖Gen. 41. c. 40.
‖Nu. 25. b. 7. c. 13.
‖Ecc. 45. d. 18.
‖Iosu. 1. a. 2.
‖Iud. 14. a 6. Iosu. 14. d. 14.

¶2.Reg 2 a.4.
‖4 Re. 2 b.11.
‖Dan. 3. b.16. c. 24.
‖Dan. 9. f.22.

57ditatem. ¶ ‖ Dauid in sua misericordia
consecutus est sedem regni in secula.
58¶‖Elias dum zelat zelum legis, receptus
59est in cęlum. ¶ ‖ Ananias & Azarias &
Misaël, credétes, liberati sunt de flãma.
60¶ ‖Daniel in sua simplicitate liberatus
61est de ore leonũ. ¶ Et ita cogitate per ge-
nerationé & generationé: qa oés q spe-
62rant in eũ, non infirmant. ¶ Et à verbis
viri peccatoris ne timueritis: qa gloria
63eius, stercus & vermis est: ¶ hodie extol-
litur, & cras nõ inuenietur: qa conuersus est
G in terram suam, & cogitatio eius perijt.
64¶ Vos ergo filij cõfortamini, et viriliter
agite in lege: quia * in ipsa gloriosi eri-
65tis. ¶ Et ecce Simõ frater vester, scio q vir
cõsilij est: ipsum audite semper, & ipse
66erit vobis pater. ¶ Et Iudas Machabęus
fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis
princeps militię, et ipse aget bellũ ppli.
67¶ Et adducetis ad vos oés factores legis:
et vindicate vindictam populi vestri.
68 ¶ Retribuite retributioné gétibus, et in
69tẽdite in pceptũ legis. ¶ Et bñdixit eos,
70et apposit⁹ est ad patres suos. ¶ Et defun
ctus est anno cétesimo, & quadragesi-
mosexto: & sepult⁹ est à filijs suis in se-
pulchris patrũ suorũ in Modin, & plãxe
runt eum omnis Israël planctu magno.

* cum feceritis q vobis pcepta sũt in lege à Domino Deo vestro.

CAP. III.

1 ET surrexit Iudas qui vocabatur Ma
A chabæus filius ei⁹ p eo: ¶ & adiuua
2 bant eum oés fratres eius, & vniuersi q
se coniunxerant patri eius, & præliabã
3 tur prælium Israël cum lætitia. ¶ Et di-
latauit gloriã pplo suo, & induit se lori-
cam sicut gigas, & succinxit se arma bel
lica sua in prælijs, & protegebat castra
4 gladio suo. ¶ Similis factus est leoni in
operibus suis, & sicut catulus leonis ru
5 giens in venatione. ¶ Et persequutus est
iniquos perscrutans eos: & qui contur-
babãt pplm suum, eos succendit flãmis
6 ¶ & repulsi sunt inimici eius prę timore
eius, & oés operarij iniquitatis cõturba-
ti sunt: & directa est salus in manu ei⁹,
7 ¶ & exacerbabat reges multos, & lętifica
bat Iacob in operibus suis, & in seculũ
8 memoria eius in bñdictione. ¶ Et peram
bulabat ciuitates Iuda, & perdidit im-
9 pios ex eis, & auertit irã ab Israël. ¶ Et no
minatus est vsq; ad nouissimũ terræ, &
10cõgregauit pereũtes. ¶ Et cõgregauit A-
B pollonius Gétes, & à Samaria virtutem
multam & magnam, ad bellandũ con-
11tra Isrl. ¶ Et cognouit Iudas, et exijt ob-
uiam illi: & percussit, & occidit illũ, &
ceciderũt vulnerati multi, & reliqui fu-
12gerũt. ¶ & accepit spolia eorũ: & gladiũ
Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnãs
13in eo oĩbus diebus. ¶ Et audiuit Seron
princeps exercitus Syriæ quod congre-
gauit Iudas congregationem fidelium
14& ecclesiam secum, ¶ & ait: Faciam mi-
hi nomen, & glorificabor in regno, &
debellabo Iudam, & eos q cũ ipso sũt,
15qui spernebant verbum Regis. ¶ Et præ-
parauit se: & ascenderunt cũ eo castra
impiorum fortes auxiliarij, vt facerent
16vindictam in filios Israël. ¶ Et appropin
quauerunt vsq; ad Beth-horon: & exi-
17uit Iudas obuiam illi cum paucis. ¶ Vt
autem viderunt exercitum venientem
C sibi obuiam, dixerunt Iudę. Quomodo
poterimus pauci pugnare cõtra multi-
tudinem tantam, & tam fortem, & nos
18fatigati sumus ieiunio hodie? ¶ Et ait Iu
das: Facile est cõcludi multos in manu
paucorum: & non est differentia in cõ-
spectu dei cęli liberare in multis & in
19paucis: ¶ qm non in multitudine exerci
tus victoria belli, sed de cælo fortitudo
20est. ¶ Ipsi veniunt ad nos in multitudi-
ne contumaci & superbia, vt disperdãt
nos, & vxores nostras, & filios nostros,
21& vt spolient nos. ¶ nos verò pugnabi-
mus p aĩabus nostris, & legibus nostris
22¶ & ipse Dñs conteret eos ante facié no-
23stram. Vos autem ne timueritis eos. ¶ Vt
cessauit autem loqui, insiluit in eos su-
bito: & contritus est Seron, et exercitus
24eius in conspectu ipsius: ¶ & persecutus
est eum in descensu Beth-horõ vsq; in
campum, & ceciderunt ex eis octingen-
ti viri: reliqui autem fugerunt in terrã
25Philisthijm. ¶ Et cecidit timor Iudæ ac
fratrũ eius, & formido super oés gentes
26in circuitu eorum: ¶ Et peruenit ad regé
nomen eius, & de prelijs Iudę narrabãt
27oés gentes. ¶ Vt audiuit aũt rex Antio-
chus sermones istos, iratus est animo:
& misit, & congregauit exercitum vni-
28uersi regni sui, castra fortia valde: ¶ &
aperuit ærarium suum, & dedit stipen-
dia exercitui in annum, & mandauit il
29lis, vt essent parati ad oĩa. ¶ Et vidit q
defecit pecunia de thesauris suis & tri-
buta regionis modica propter dissensio
nem & plagam quam fecit in terra, vt
tolleret legitima quę erãt à primis die-

bus.

30 obus. & timuit ne non haberet vt semel
& bis in sumptus & donaria quę dede-
rat ante larga manu: & abūdauerat su-
31 per reges q ante eū fuerant. Et conster-
natus erat aīo valde, & cogitauit ire in
Persidē, & accipere tributa regionum, &
32 cōgregare argentū multum. Et reliquit
Lysiam hominem nobilem de genere
regali, sup negotia regia, à flumine Eu-
33 phrâte vsq; ad flumē Ægypti: & vt nu-
triret Antiochum filium suum, donec
34 rediret. Et tradidit ei mediū exercitū
& elephātos, & mandauit ei de oībus q
volebat, & de inhabitantibus Iudæam
35 & Ierusalem: & vt mitteret ad eos e-
E xercitum, ad cōterendam & extirpan-
dam virtutem Israël, & reliquias Ierusa
lem, & auferendam memoriam eorum
36 de loco: & vt constitueret habitatores
filios alienigenas in oībus finibus eorū,
37 & sorte distribueret terram eorum. Et
rex assumpsit partē exercitus residui, &
exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui
anno centesimo & quadragesimo septi-
mo: & trāsfretauit Euphrâten flumē, &
38 perambulabat superiores regiones. Et
elegit Lysias Ptolemæū filiū Dorymini,
& Nicanorē & Gorgiam, viros potentes
39 ex amicis regis: & misit cū eis quadra-
ginta millia virorū: & septē millia equi
tum: vt venirēt in terrā Iuda, & disper-
40 derent eā sm verbū regis. Et processe-
runt cum vniuersa virtute sua, & vene
runt, & applicuerunt Emmaū in terra
41 campestri. Et audierunt mercatores re
gionū nomen eorū: & acceperunt argē-
tum & aurum multū valde, & pueros:
& venerunt in castra, vt acciperēt filios
Isrl in seruos, & additi sunt ad eos exer-
42 citus Syriæ, & terræ alienigenarū. Et vi
F dit Iudas, & fratres eius, quia multipli-
cata sunt mala, & exercitus applicabāt
ad fines eorū, & cognouerunt verba re-
gis quę mandauit pplo facere in interi
43 tū & consummationē: & dixerūt vnus
quisque ad proximū suū. Erigamus de
iectionē ppli nostri, & pugnemus pro
44 populo nostro, & sanctis nostris. Et cō
gregatus est conuentus, vt essent parati
in præliū: & vt orarent & peterent mise
45 ricordiam & miserationes. Et Ierusalē
non habitabatur, sed erat sicut desertū,
non erat qui ingrederetur & egrederet
de natis eius: & sanctū conculcabat: &
filij alienigenarū erant in arce, ibi erat
habitatio Gentium: & ablata est volup
tas à Iacob, & defecit ibi tibia & citha-
46 ra. Et cōgregati sūt, & venerūt in Ma-
spha cōtra Ierlm: qa locus orationis erat
47 in Maspha ante in Israël. Et ieiunaue-
runt illa die, & induerunt se cilicijs, &
cinerem imposuerunt capiti suo: & di-
48 sciderunt vestimēta sua, & expāderunt
libros legis, de quibus scrutabantur Gē-
tes similitudinem simulachrorū suorū,
49 & attulerunt ornamenta sacerdotalia,
& primitias & decimas, & suscitauerūt
50 Nazaręos, q impleuerant dies: & cla-
mauerūt voce magna in cęlum dicētes,
Quid faciemus istis, & quò eos duce-
51 mus, & sctā tua conculcata sunt, & cō-
G taminata sūt, & sacerdotes tui facti sūt
52 in luctū & in humilitatē: & ecce natio
nes conuenerunt aduersum nos, vt nos
disperdant: tu scis quæ cogitant in nos.
53 Quomodo poterimus subsistere ante
54 faciē eorū, nisi tu deus adiuues nos? &
55 tubis exclamauerunt voce magna. Et
post hæc constituit Iudas duces populi
tribunos, & cēturiones, & pentacōtar-
56 chos, & decuriones. Et dixit his q ędi
ficabant domos, & sponsabant vxores,
& plantabant vineas, & formidolosis,
vt redirēt vnusquisq; in domū suam se-
57 cundum legem. Et mouerūt castra, &
collocauerunt ad Austrum Emmaū.
58 Et ait Iudas. Accingimini, & estote fi-
lij potentes, & estote parati in manę vt
pugnetis aduersus nationes has quę cō-
uenerunt aduersus nos disperdere nos
59 & sancta nostra: qm melius est nos mo-
ri in bello, quàm videre mala gentis no
60 stræ & sanctorum. Sicut autem fuerit
voluntas in cælo, sic fiat.

CAP. IIII.

1 A ET assumpsit Gorgias quinq; millia
virorū, & mille equites electos: &
2 mouerunt castra nocte, vt applicarent
ad castra Iudęorū, & pcuterēt eos subi-
to. & filij q erāt ex arce, erāt illis duces.
3 Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & po
tētes percutere virtutē exercituū regis, q
4 erant in Emmaum. Adhuc enim di-
5 spersus erat exercitus à castris. Et venit
Gorgias in castra Iudæ noctu, & nemi-
nē inuenit, & quærebat eos in mōtibus,
6 qm dixit, Fugiūt hi à nobis: Et cū dies
factus esset, apparuit Iudas in cāpo cum
tribus millibus virorū tantū: qui tegu-
7 menta & gladios nō habebant*: & vi-

Deu. 20 a. 5 b. 6. Iudic. 7. a 3.

*vt volebant.

derunt castra Gentium valida, & lorica
tos, & equitatus in circuitu eorũ, & hi
8 docti ad prælium. ¶ Et ait Iudas viris q̃
secum erant, Ne timueritis multitudi-
nẽ eorũ, & impetũ eorũ ne formidetis.
‖Exo.14. b.7 c.21. 9 ¶‖Mementote qualiter salui facti sũt pa
tres nostri in mari rubro, cum sequereť
10 eos Pharao cũ exercitu multo. ¶ Et nũc
B clamemus in cælum: & miserebitur
nostri Dñs, & memor erit testamenti
patrum nostrorum, & conteret exerci-
tum istum, ante faciẽ nostram hodie.
11 ¶ & scient oẽs gentes quia est qui redi-
12 mat & liberet Israël. ¶ Et eleuauerũt a-
lienigenę oculos suos, & viderũt eos ve
13 niẽtes ex aduerso. ¶ Et exierũt de castris
in prælium, & tuba cecinerunt hi qui
14 erãt cum Iuda. ¶ Et congressi sunt: & cõ-
tritæ sunt Gentes, & fugerunt in cam-
15 pum. ¶ Nouissimi autem omnes cecide
runt in gladio, & persequuti sunt eos
vsq; Gezeron, & vsq; in cãpos Idumęę,
& Azoti, & Iamnię: & ceciderũt ex illis
16 vsque ad tria millia virorũ. ¶ Et reuersus
est Iudas, & exercitus eius, sequens eũ.
17 ¶ Dixitq; ad pp̃lm: Non concupiscatis
18 spolia: quia bellum contra nos est, ¶ &
Gorgias & exercitus eius prope nos in
mõte: sed state nũc cõtra inimicos no-
stros, & expugnate eos, & sumetis po-
19 stea spolia securi. ¶ Et adhuc loquẽte Iu
da hęc, ecce apparuit pars quędã ꝓspi-
*Gorgias *sui. 20 ciẽs de mõte. ¶ Et vidit* q̃d in fugã cõuer
si sunt, & succenderũt castra. fumus e-
nim q̃ videbatur, declarabat q̃d factũ
21 est. ¶ Quibus illi cõspectis, timuerũt val
C de aspicientes simul & Iudã & exercitũ
22 in cãpo paratum ad pręlium. ¶ Et fuge-
23 rũt oẽs in campum alienigenarũ: ¶ & Iu
das reuersus est ad spolia castrorũ, & ac
ceperunt aurum multum, & argentum
& hyacinthum, & purpuram marinã,
24 & opes magnas. ¶ Et conuersi hymnum
canebant, & benedicebant Deum in cę
lum, q̃m bonus est, q̃m in seculum mi-
25 sericordia eius. ¶ Et facta est salus ma-
26 gna in Israël, in die illa. ¶ Quicunq; aũt
alienigenarum euaserunt, venerunt &
nuntiauerunt Lysiæ vniuersa quę acci-
27 derant. ¶ Quibus ille auditis, cõsternatᵘ
animo deficiebat: ꝙ non qualia voluit,
talia cõtigerunt in Israël, & qualia mã
28 dauit rex. ¶ Et sequenti anno cõgregauit
Lysias virorũ electorũ sexaginta millia,
& equitum quinq; millia, vt debellaret
29 eos. ¶ Et venerunt in Iudęam, & castra
posuerunt in Beth-horon, & occurrit il
30 lis Iudas cũ decẽ millibus viris. ¶ Et vi-
D derũt exercitũ fortem, & orauit, & di-
xit, Benedictus es saluator Israël‖q̃ cõ- ‖Iere.17. f.50.
triuisti impetum potentis in manu ser-
ui tui Dauid, ‖& tradidisti castra alieni ‖Iere.14 b.13.
genarũ in manu Ionathæ filij Saul, &
31 armigeri eius. ¶ Cõclude exercitum istũ
in manu populi tui Israël, & confunda
32 tur in exercitu suo & equitibus. ¶ Da il-
lis formidinẽ & tabefac audaciã virtu-
tis eorũ, & cõmoueanť cõtritione suaᵉ.
33 ¶ Deijce illos gladio diligentiũ te: & col
laudẽt te oẽs q̃ nouerũt nomẽ tuũ in hy
34 mnis. ¶ Et commiserunt pręlium: & ce-
ciderũt de exercitu Lysiæ quinq; millia
35 virorũ. ¶ Videns autẽ Lysias fugã suorũ,
& Iudæorum audaciam, & quod para
ti sunt aut viuere aut mori fortiter, a-
bijt Antiochiã, & elegit milites, vt mul
36 tiplicati rursus venirent in Iudęam. ¶ Di
xit autẽ Iudas, & fratres eius, ¶ Ecce con
triti sunt inimici nr̃i: ascendamus nũc
37 mundare sancta, & renouare. ¶ Et cõgre
gatus est oĩs exercitus, & ascenderunt
38 in montem Sion. ¶ Et viderunt sanctifi-
E cationem desertam, & altare ꝓphanatũ
& portas exustas, & in atrijs virgulta na
ta sicut in saltu vel in mõtibus, & pasto
39 phoria diruta. ¶ Et sciderũt vestimenta
sua, & planxerũt planctu magno, & im
posuerunt cinerem super caput suum:
40 ¶ & ceciderunt in faciem super terrã, &
exclamauerunt tubis signorũ, & clama
41 uerũt in cęlũ. ¶ Tũc ordinauit Iudas vi-
ros, vt pugnarẽt aduersus eos q̃ erant in
42 arce, donec emũdarẽt sancta. ¶ Et elegit
sacerdotes sine macula, volũtatem ha-
43 bentes in lege Dei: ¶ & mũdauerũt sctã,
& tulerunt lapides contaminationis in
44 locũ immundũ. ¶ Et cogitauit de altari
holocaustorum quod prophanatũ erat
45 quid de eo faceret. ¶ Et incidit illis cõsi-
lium bonũ, vt destruerent illud: ne for-
tè illis esset in opprobriũ, q̃a contami-
nauerunt illud Gentes, & demoliti sũt
46 illud. ¶ Et reposuerũt lapides in monte
F domus in loco apto, quoadusq; veniret
47 ꝓpheta, & rñderet de eis. ¶ Et acceperũt
lapides integros secundum legem, &
ædificauerunt altare nouum secundũ
48 illud quod fuit prius: ¶ & ędificauerũt
sancta, & quæ intra domũ erant intrin-
secus: & ædem, & atria sanctificauerũt.

¶ Et

49 ¶ Et fecerunt vasa sancta noua, & intu-
lerunt candelabrũ, & altare incensorũ.
50 & mensam in templum. ¶ Et incensum
posuerunt super altare, & accenderunt
lucernas quæ super candelabrum ãt,
51 & lucebant in templo. ¶ Et posuerũt su-
per mensam panes, & apprehenderunt
vela. & cõsummauerunt oĩa opera quæ
2.Ma.10 a.5. 52 fecerant. ¶ Et ante matutinum surrexe-
runt quinta & vicesima die mẽsis noni
(hic est mensis Casleu) cẽtesimi quadra
53 gesimi octaui anni: ¶ Et obtulerunt sa-
crificium ſm legem super altare holo-
54 storum nouum, quod fecerunt. ¶ Secun-
dum tempus & ſm diem in qua conta-
G minauerunt illud gentes in ipsa reno-
uatum est in canticis, & citharis, & ci-
55 nyris, & in cimbalis. ¶ Et cecidit oĩs po-
pulus in faciem, & adorauerunt & be-
nedixerunt in cælum eum, qui prospe-
1 b.10.e 22. 56 rauit eis. ¶ Et fecerunt dedicationẽ alta-
ris diebus octo, & obtulerunt holocau-
sta cũ lætitia, & sacrificium salutaris &
57 laudis. ¶ Et ornauerũt faciem tẽpli coro
nis aureis & scutulis: & dedicauerunt
portas & pastophoria, & imposuerunt
Ioh.10.c 22. 58 eis ianuas. ¶ Et facta est lætitia in popu-
lo magna valde, & auersum est oppro-
59 brium Gentium. ¶ Et statuit Iudas & fra
tres eius & vniuersa ecclesia Israël, vt
agatur dies dedicationis altaris in tem-
poribus suis ab anno in annum ꝑ dies
octo à quinta & vicesima die mẽsis Ca-
60 sleu, cum lætitia & gaudio. ¶ Et ędifica-
uerunt in tempore illo montẽ Sion, &
per circuitum muros altos & turres fir-
mas: nequando venirent Gentes, & con
61 culcarent eum sicut antea fecerunt. ¶ Et
collocauit illic exercitum, vt seruarent
eũ, & muniuit eũ ad custodiendã Beth-
suram, vt haberet populus munitionẽ
contra faciem Idumææ.

CAP. V.

1 ET factum est, vt audierunt Gentes
A in circuitu q̃a ędificatum est altare
& sanctuariũ sicut prius, iratę sunt val-
2 de: & cogitabant tollere genus Iacob q̃
erant inter eos, & cœperunt occidere de
3 populo, & persequi. ¶ Et debellabat Iu-
das filios Esau in Idumæa, & eos q̃ erãt
in Arabathane: quia circunsedebant Is-
raëlitas, & percussit eos plaga magna.
4 ¶ Et recordatus est malitiã filiorũ Bean,
q̃ erant pp̃lo in laqueum & in scãdalũ.
5 insidiantes ei in via, ¶ & conclusi sunt
ab eo in turribus, & applicuit ad eos, &
anathematizauit eos, & incendit turres
eorũ igni cum oĩbus qui in eis erant.
6 ¶ Et trãsiuit ad filios Ammõ, & inuenit
manũ fortem, & pp̃lm copiosum, & Ti
7 motheum ducem ipsorum: ¶ & commi-
sit cũ eis prælia multa, & contriti sunt
8 in conspectu eorum, ¶ & percussit eos &
cepit Gazer ciuitatẽ, & filias eius, & re-
9 uersus est in Iudæam. ¶ Et congregatæ
sunt Gentes quæ sunt in Galaad, aduer
sus Israëlitas qui erant in finibus eorũ,
vt tollerent eos: & fugerunt Dathemã
10 munitionem, ¶ & miserunt literas ad Iu
dam & fratres eius, dicẽtes: Congregatæ
sunt aduersum nos gentes per circuitũ,
11 vt nos auferant: & parant venire, & oc-
cupare munitionem in quam confugi-
mus: & Timotheus est dux exercitus eo
12 rum. ¶ Nunc ergo veni, & eripe nos de
manibus eorum, quia cecidit multitu-
13 do de nobis. ¶ Et oẽs fratres nostri qui e-
B rant in locis Tubin, interfecti sunt: &
captiuas duxerũt vxores eorũ, et natos,
& spolia, & peremerũt illic ferè mille
14 viros. ¶ Et adhuc epistolę legebantur, &
ecce alij nuntij venerunt de Galilęa cõ
scissis tunicis, nunciãtes ſm verba hęc:
15 ¶ dicentes conuenisse aduersum se à
Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & reple
ta est oĩs Galilęa alienigenis vt nos con
16 sumant. ¶ Vt audiuit aũt Iudas & popu
lus sermones istos, conuenit Ecclesia
magna cogitare quid facerent fratribus
suis qui in tribulatione erant, & expu-
17 gnabantur ab eis. ¶ Dixitq; Iudas Simo-
ni fratri suo, Elige tibi viros, & vade, &
libera fratres tuos in Galilæa: ego autẽ
& frater meus Ionathas ibimus in Ga-
18 laaditim. ¶ Et reliquit Iosephũ filiũ Za-
charię, & Azariã duces pp̃li cũ residuo
19 exercitu in Iudęa ad custodiam, ¶ & p̃-
cepit illis dicẽs: Præestote pp̃lo huic: &
nolite bellũ cõmittere aduersũ gentes,
20 donec reuertamur. ¶ Et partiti sunt Si-
moni viri tria millia, vt iret in Galilęã:
C Iudæ autẽ octo millia in Galaaditim.
21 ¶ Et abijt Simon in Galilæam, & commi
sit prælia multa cum gentibus: & con-
tritæ sunt gentes à facie eius, & persecu
22 tus est eos vsque ad portam. ¶ Ptolomai
dis, & ceciderunt de Gentibus fere tria
23 millia virorũ, & accepit spolia eorũ, ¶ &
assumpsit eos q̃ erãt in Galilęa & in Ar-
batis cum vxoribus & natis, & oĩbus

quæ

quæ erant illis, & adduxit in Iudæá cum
24 lætitia magna. ¶Et Iudas Machabęus &
Ionathas frater eius transierũt Iordané
& abierunt viam triũ dierũ per deser-
25 tum. ¶Et occurrerũt eis Nabuthæi, & su
sceperunt eos pacificè, & narrauerũt eis
oĩa quæ acciderant fratribus eorum in
26 Galaaditide, ¶& qa multi ex eis compre
hensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Ali
mis, & in Caspor, & in Mageth, & Car-
naim: hæ oẽs ciuitates munitæ, & ma-
27 gnæ. ¶Sed & in cæteris ciuitatibus Ga-
laaditidis tenẽtur cõprehensi, & in cra
stinum constituerunt admouere exerci
tum ciuitatibus his, & cõprehẽdere, &
28 tollere eos in vna die. ¶Et conuertit Iu-
das & exercitus eius viam in desertum
Bosor repente, & occupauit ciuitaté: &
occidit oẽm masculũ in ore gladij, & ac
cepit oĩa spolia eorũ, & succẽdit eá igni.
29 ¶Et surrexerunt inde nocte, & ibát vsq;
30 ad munitionem. ¶Et factũ est diluculo,
D cum eleuassent oculos suos, & ecce po-
pulus multus, cuius non erat numerus
portantes scalas & machinas, vt cõpre-
henderent munitioné: & expugnabant
31 eos. ¶Et vidit Iudas qa cepit bellum, &
clamor belli ascẽdit ad cælum sicut tu-
32 ba, & clamor magnus de ciuitate. ¶& di
xit exercitui suo, Pugnate hodie ꝓ fra-
33 tribus vr̃is. ¶Et venit trib⁹ ordinib⁹ post
eos, & exclamauerũt tubis, & clamaue-
34 rũt in orõne. ¶Et cognouerũt castra Ti-
mothei quia Machabæus est, & refuge-
rũt a facie eius: & percusserũt eos plaga
magna, & ceciderũt ex eis in die illa fe-
35 rè octo millia virorũ. ¶Et diuertit Iu-
das in Maspha, & expugnauit, & cepit
eá: & occidit oẽm masculũ ei⁹, et assum
36 psit spolia eius, & succẽdit eá igni. ¶In-
de perrexit, & cepit Casbon, & Mageth,
& Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditi
37 dis. ¶Post hęc aũt verba, Cõgregauit Ti-
motheus exercitũ alium, & castra po-
38 suit contra Raphon trans torrenté. ¶Et
misit Iudas speculari exercitum: & re-
nuntiauerunt ei dicentes: Quia cõuene
rũt ad eũ oés gentes quæ in circuitu no
39 stro sũt, & exercitus multus nimis: ¶&
Arabas conduxerunt in auxiliũ sibi, &
castra posuerũt trans torrentem, parati
ad te venire in prælium. ¶Et abijt Iudas
40 obuiá illis. ¶Et ait Timotheus principi-
E bus exercitus sui, Cũ appropinquauerit
Iudas & exercitus eius ad torrenté aquę
si transierit ad nos prior, nõ poterimus
sustinere eũ: qa potens poterit aduersũ
41 nos. ¶Si verò timuerit transire, & posue
rit castra extra flumé, transfretemus ad
42 eos, & poterimus aduersus illũ. ¶Vt aũt
appropinquauit Iudas ad torrẽté aquę,
statuit scribas ppl̃i secus torrentem, &
mandauit eis, dicens: Neminem homi-
num reliqueritis, sed veniant oés in p̃-
43 lium. ¶Et transfretauit ad illos prior, &
oĩs ppl̃s post eũ, & contritæ sunt oẽs gen
tes à facie eorũ, & proiecerũt arma sua,
& fugerunt ad phanum quod erat in
44 Carnaim. ¶Et occupauit ipsam ciuita-
tem, & phanum succendit igni cum
omnibus quæ erant in ipso: et oppressa
est Carnaim. et nõ potuit sustinere con
45 tra faciem Iudæ. ¶Et congregauit Iudas
vniuersos Israëlitas qui erant in Galaa-
ditide, à minimo vsque ad maximum,
et vxores eorum et natos et exercitum
magnum valde, vt venirent in terrá Iu-
46 dæ. ¶Et venerunt vsq; Ephrõ: et hæc ci-
uitas magna in ingressu posita, munita
valde, et non erat declinare ab ea dex-
tera vel sinistra, sed per mediá iter erat.
47 ¶Et incluserunt se qui erant in ciuitate,
F et obstruxerũt portas lapidibus: et misit
48 ad eos Iudas verbis pacificis, ¶dicens:
‖Transeamus per terram vestram, vt ea ‖Nu. 20.
mus in terrá nostram: et nemo vobis c.
nocebit, tantũ pedib⁹ transibimus. Et
49 nolebant eis aperire. ¶Et p̃cepit Iudas p̃-
dicari in castris, vt applicarent vnusquis
50 que in quo erat loco. ¶Et applicuerunt
se viri virtutis, et oppugnauit ciuitatem
illá tota die, et tota nocte. et tradita est
51 ciuitas in manu eius: ¶et peremerunt
oẽm masculum in ore gladij, et eradica
uit eam: et accepit spolia eius, et trãsiuit
per totam ciuitatem super interfectos.
52 ¶Et transgressi sunt Iordanem in cãpo
53 magno, cõtra faciem Beth-san. ¶Et erat
Iudas congregans extremos, et exhorta
batur ppl̃m per totam viam, donec ve-
54 nirent in terram Iuda: et ascenderunt
in monté Sion cũ lætitia et gaudio, et
obtulerunt holocausta, q̄ nemo ex eis
cecidisset donec reuerterentur in pace.
55 ¶Et in diebus quibus erat Iudas et Iona
thas in terra Galaad, et Simon frater ei⁹
56 in Galilæa cõtra faciẽ Ptolemaidis, ¶au
diuit Iosephus Zachariæ fili⁹, et Azarias
principes virtutis res bene gestas, et prę-
57 lia quæ facta sunt, ¶et dixit, Faciamus et

ipsi

ipsi nobis nomen, & eamus pugnare ad
uersus gẽtes quę in circuitu nr̃o sunt.
58 Et pręcepit his q erant in exercitu suo,
59 & abierũt Iamniam. Et exiuit Gorgias
G de ciuitate, & viri eius obuiam illis in
60 opugnam. Et fugati sũt Ioſephus & A-
zarias vsq; in fines Iudeę: & ceciderũt
illo die de pplo Isrl̃ ad duo millia viri,
61 & facta est plaga magna in pplo: quia
nõ audierunt Iudam & fratres eius, exi-
62 stimantes fortiter se facturos. ipsi aũt
non erant de semine virorũ illorũ per
63 quos salus facta est in Israël. ‖ Et viri
Iuda*, magnificati sunt valde in cõspe-
ctu oĩs Isrl̃, & gentiũ oĩum vbi audieba
64 tur nomen eorum. Et conuenerunt ad
65 eos fausta acclamantes. Et exiuit Iudas
& fratres ei9, & expugnabãt filios Esau
in terra quæ ad Austrũ est, & percussit
Chebron, & filias eius: & muros eius,
66 & turres succendit igni in circuitu. Et
mouit castra, vt iret in terram alienige-
67 narũ, & perambulabat Samariã. In die
illa ceciderũt sacerdotes in bellũ, dum
*volũt fortiter facere, dũ sine cõsilio *ex
68 eunt in pliũ. Et declinauit Iudas in A-
zotũ in terrã alienigenarum, & diruit
aras eorũ, & sculptilia deorũ ipsorum
succendit igni: & cepit spolia ciuitatũ,
& reuersus est in terram Iuda.

* vir Iudas & fratres eius.

* vult.

* exit 20.

CAP. VI.

1 ET Rex Antiochus perambulabat su
A periores regiones, & audiuit esse ci-
uitatem Elymaidẽ in Perside nobilissi-
2 mã, & copiosã in argẽto & auro, tẽplũ-
que in ea locuples valde, & illic velami
na aurea, & loricę, & scuta, q̃ reliquit A-
lexander Philippi rex Macedo, q regna-
3 uit primus in Gręcia. Et venit, & quęre
bat capere ciuitatẽ, & deprędari eam &
non potuit: qm̃ innotuit sermo his qui
4 erant in ciuitate. & insurrexerunt in
prælium, & fugit inde, & abijt cũ tristi
tia magna, & reuersus est in Babyloniã
5 Et venit q nuntiaret ei in Perside, qa
fugata sunt castra quæ erant in terra Iu
6 da: & quia abijt Lysias cũ virtute forti
in primis, & fugatus est à facie Iudęorũ
& inualuerunt armis & viribus, & spo
lijs multis quæ ceperunt de castris quæ
7 exciderũt: & qa diruerunt abominatio
nem quam ædificauerant super altare
qđ erat in Iersl̃m: & sanctificationẽ, sicut
prius circundederũt muris excelsis: sed
8 & Bethsurã ciuitatẽ suã. Et factũ est vt
audiuit rex sermones istos, expauit, &
cõmotus est valde: & decidit in lectũ,
& incidit in languorẽ prę tristitia, quia
9 non factũ est ei sicut cogitabat. Et erat
illic p dies multos: qa renouata est in
eo tristitia magna, & arbitratus est se
10 mori, & vocauit oẽs amicos suos, & di-
B xit illis, Recessit somnus ab oculis meis
& concidi, & corrui corde p̃ sollicitudi-
11 ne & dixi in corde meo, In quantã tri-
bulationẽ deueni, & in quos fluctus tri
stitię in qua nunc sum: q iucundus erã,
12 & dilectus in potestate mea? Nũc verò
reminiscor malorũ q̃ feci in Iersl̃m, vnde
& abstuli oĩa spolia aurea & argentea q̃
erant in ea, & misi auferre habitantes
13 Iudęã sine causa. Cognoui ergo qa pro
pterea inuenerũt me mala ista: & ecce
pereo tristitia magna in terra aliena.
14 Et vocauit Philippum vnũ de amicis
suis, & p̃posuit eũ super vniuersum re-
15 gnũ suũ: et dedit ei diadema, & stolã
suam, et annulum, vt adduceret Antio-
chum filium suum, & nutriret eum, et
16 regnaret. Et mortu9 est illic Antiochus
rex anno centesimo quadragesimo no
17 no. Et cognouit Lysias qm̃ mortuus est
rex, et constituit regnare Antiochum fi
lium eius, quem nutriuit adolescentẽ:
et vocauit nomen eius Eupatorem.
18 Et hi qui erant in arce, concluserant Is
raël in circuitu Sanctorum: et quærebãt
eis mala semper et firmamentũ gẽtiũ.
19 Et cogitauit Iudas disperdere eos: et cõ
C uocauit vniuersum ppl̃m, vt obsiderent
20 eos. Et conuenerũt simul, et obsederũt
eos anno centesimo quinquagesimo, et
21 fecerũt balistas et machinas. Et exierũt
qdã ex eis q obsidebantur, et adiunxe-
22 rũt se illis aliqui impij ex Isrl̃, et abie-
rũt ad regẽ et dixerũt, Quousq; non fa-
cis iudicium et vindicas fratres nr̃os?
23 Nos decreuimus seruire prĩ tuo et am
bulare in p̃ceptis eius et obsequi edictis
24 eius: et filij populi nostri pp̃ter hoc a-
lienabant se à nobis, et quicunq; inue-
niebantur ex nobis, interficiebantur. et
25 hęreditates nr̃æ diripiebantur. Et nõ ad
nos tantum extenderunt manũ, sed et
26 in oẽs fines nostros, et ecce applicuerũt
hodie ad arcem in Ierusalem occupare
eam, et munitionem in Bethsuram mu
27 nierũt. et nisi præueneris eos velocius,
maiora quàm hæc facient, et non pote-
28 ris obtinere eos. Et iratus est rex vt hęc

audiuit: et conuocauit oẽs amicos suos,
et principes exercitus sui, et eos qui sup
29 equites erant. ❡ Sed et de regnis alijs, et
D de insulis maritimis venerunt ad eum
30 exercitus conductitij. ❡ Et erat numerus
exercitus eius, centum millia peditum,
et viginti millia equitum, et elephanti
31 trigintaduo docti ad prælium. ❡ Et vene-
runt per Idumæam, et applicuerunt ad
Bethsuram, et pugnauerũt dies multos,
et fecerunt machinas: et exierũt, et suc-
cenderũt eas igni, et pugnauerũt virili-
32 ter. ❡ Et recessit Iudas ab arce, et mouit
castra ad Bethzacharam cõtra castra re-
33 gis. ❡ Et surrexit rex ante lucem, et conci
tauit exercitus in impetũ contra viam
Bethzacharam: et cõparauerũt se exer-
34 citus in ꝑlium, et tubis cecinerunt: ❡ et
elephãtis ostenderũt sanguinem vuæ et
35 mori, ad acuẽdos eos in præliũ. ❡ et diui
serunt bestias per legiones: et astiterunt
singulis elephãtis mille viri in loricis cõ
catenatis, et galeæ æreæ in capitibꝰ eorũ
et quingenti equites ordinati vnicuiq;
36 bestiæ electi erant. ❡ Hi ante tp̃s vbicun-
que erat bestia, ibi erant: et quocunque
37 ibat, ibãt, et nõ discedebant ab ea. ❡ Sed
et turres ligneæ super eos firmæ protegẽ
tes super singulas bestias: et sup eas ma
chinæ: et super singulas, viri virtutis tri
gintaduo, qui pugnabãt desuper: et in-
38 tus magister bestiæ. ❡ Et residuũ equita-
E tum hinc et inde statuit in duas partes
tubis exercitũ commouere, et perurgere
39 constipatos in legionibus eius. ❡ Et vt re
fulsit Sol in clypeos aureos et æreos, re-
splenduerunt montes ab eis, et resplen
40 duerunt sicut lampades ignis. ❡ Et di-
stincta est pars exercitus regis ꝑ mõtes
excelsos, et alia per loca humilia: et ibãt
41 cautè et ordinatè: ❡ Et commoueban-
tur omnes inhabitantes terram à voce
multitudinis eorum, et incessu turbæ, et
collisione armorũ, erat enim exercitus
42 magnus valde et fortis. ❡ Et appropiauit
Iudas, et exercitus eius in prælium: et ce
ciderunt de exercitu regis sexcẽti viri.
43 ❡ Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de
bestijs loricatam loricis regis, et erat e-
minẽs sup cæteras bestias, et visum est
44 ei ꝙ in ea esset rex: ❡ et dedit se vt libera
ret populum suũ, et acquireret sibi no
45 men æternum. ❡ Et cucurrit ad eam au
dacter in medio legionis interficiens a
dextris et à sinistris, et cadebant ab eo
46 huc atque illuc. ❡ Et iuit sub pedes ele-
phantis, et supposuit se ei, et occidit eũ:
et cecidit in terram super ipsum, et mor
47 tuus est illic. ❡ Et videntes virtutem re-
F gis, et impetum exercitus eius diuerte-
48 rũt se ab eis. ❡ Castra aũt regis ascẽderũt
contra eos in Ierl͞m, ❡ et applicuerunt ca
stra regis ad Iudæam, et montem Sion.
49 ❡ Et fecit pacem cum his qui erant in
Bethsura: et exierunt de ciuitate, quia
non erant eis ibi alimenta cõclusis, q͞a
50 sabbatha erant terræ. ❡ Et comprehẽdit
rex Bethsuram: et constituit illic custo
51 diam seruare eam. ❡ Et conuertit castra
ad locum sanctificationis dies multos:
et statuit illic balistas, et machinas, et
ignis iacula, et tormẽta ad lapides iactã
dos, et spicula, et scorpios ad mittẽdas
52 sagittas et fundibula. ❡ Fecerũt aũt et ip
si machinas aduersus machinas eorũ,
53 et pugnauerũt dies multos. ❡ Escæ autẽ
nõ erãt in ciuitate, eò ꝙ septimus annꝰ
esset, et q remanserãt in Iudæa de Gẽti-
bus, cõsumpserant reliquias eorũ quæ
54 repositæ fuerant. ❡ Et remanserunt in sã
ctis viri pauci, qm̃ obtinuerat eos fa-
mes: et dispersi sunt vnusquisq; in locũ
55 suum. ❡ Et audiuit Lysias ꝙ Philippus
G quem constituerat rex Antiochus cum
adhuc viueret, vt nutriret Antiochum
56 filiũ suum, et regnaret, ❡ reuersus esset à
Perside et Media, et exercitus qui abie-
rat cũ ipso, et q͞a quærebat suscipere re-
57 gni negotia: et festinauit ire, et dicere
ad regẽ et duces exercitꝰ. Deficimus quo
tidie, et esca nobis modica est, et locus
quẽ obsidemus est munitus, et incũbit
58 nobis ordinare de regno. ❡ Nũc itaq; de-
mus dextras hominibus istis, et facia-
mus cum illis pacem, ❡ et cũ oĩ gente eo-
59 rum. ❡ et constituamus illis vt ambulẽt
in legitimis suis sicut prius, ꝓp legiti-
ma enim ipsorum quæ despeximus, ira
60 ti sunt, et fecerunt oĩa hæc. ❡ Et placuit
sermo in conspectu regis et principũ: et
misit ad eos pacẽ facere: et receperunt
61 illam. ❡ Et iurauit illis rex et principes:
62 et exierunt de munitione. ❡ Et intrauit
rex mõtẽ Siõ, et vidit munitionẽ loci:
et rupit citius iuramentum qđ iurauit,
et mandauit destruere murũ in gyro.
63 ❡ Et discessit festinanter, et reuersus est
Antiochiam, et inuenit Philippum do-
minantem ciuitati: et pugnauit aduer-
sus eum, et occupauit ciuitatem.

CAP. VII.

1 ANno cẽtesimo quinquagesimo pri-
A mo exijt Demetrius Seleuci filius
ab vrbe Roma, & ascẽdit cum paucis vi
ris in ciuitatẽ maritimã, & regnauit il-
2 lic. ¶Et factũ est vt ingressus est domum
regni patrum suorum, comprehendit
exercitus Antiochũ & Lysiam, vt addu-
3 cerẽt eos ad eum. ¶Et res ei innotuit, &
4 ait. Nolite mihi ostẽdere faciẽ eorũ. ¶Et
occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius
5 super sedem regni sui, ¶& venerũt ad eũ
viri iniqui & impij ex Israël: & Alcimus
dux eorum qui volebat fieri sacerdos.
6 ¶Et accusauerunt pplm apud regem, di
cẽtes: Perdidit Iudas & fratres eius oẽs
amicos tuos, & nos disperdidit de terra
7 nostra. ¶Nunc ergo mitte virum cui cre-
dis, vt eat & videat exterminiũ oẽ quod
fecit nobis & regionibus regis, & puniat
omnes amicos eius & adiutores eorũ.
8 ¶Et elegit rex ex amicis suis Bacchidẽ,
qui dominabatur trans flumen magnũ
in regno, & fidelem regi & misit eum.
9 & Alcimum impiũ constituit in sacer-
dotium, & mandauit ei facere vltionẽ
10 in filios Israël. ¶Et surrexerunt, & vene-
runt cum exercitu magno in terram Iu
da, & miserunt nuntios, & locuti sunt
ad Iudam, & ad fratres eius verbis paci
11 ficis in dolo. ¶Et non intenderunt ser-
monibus eorum: viderunt enim quia
12 venerunt cum exercitu magno. ¶Et cõ-
uenerunt ad Alcimum & Bacchidẽ cõ-
gregatio scribarum requirere quę iuxta
13 sunt: ¶& primi, Assidæi qui erãt in filijs
14 Israël, & exquirebant ab eis pacem. ¶Di
xerũt enim, Homo sacerdos de semine
15 Aaron venit, non decipiet nos. ¶Et locu-
tus est cum eis verba pacifica: & iurauit
illis, dicens: Non inferemus vobis ma-
16 lũ, neq; amicis vestris. ¶Et crediderũt ei
Et comprehendit ex eis sexaginta viros,
& occidit eos in vna die ſm verbum
17 quod scriptum est. ¶ ‖ Carnes sanctorũ
tuorum, & sanguinem ipsorum effude
runt in circuitu Ierusalem, & non erat
18 qui sepeliret. ¶Et incubuit timor & tre-
mor in oẽm pplm qa dixerunt: non est
veritas & iudicium in eis: trãsgressi sũt
enim constitutum, & iusiurandũ qđ iu
19 rauerũt. ¶Et mouit Bacchides castra ab
Ierusalem, & applicuit in Bethzecha: &
misit, & comprehendit multos ex eis
qui ad se refugerant, & quosdam de po
pulo mactauit, & in puteum magnum
20 proiecit. ¶Et commisit regionem Alci-
mo, & reliquit cum eo auxilium in a-
diutorium ipsi. Et abijt Bacchides ad re
21 gem: ¶& satis agebat Alcimus pro prin-
22 cipatu sacerdotii sui. & cõuenerunt ad
eum oẽs qui perturbabant populũ suũ,
& obtinuerunt terram Iuda, & fecerũt
23 plagam magnam in Israël. ¶Et vidit Iu-
das oĩa mala quæ fecit Alcimus & qui
cum eo erant filij Israël, multo plus
24 quàm Gentes. ¶& exijt in oẽs fines Iu-
dææ, in circuitu, & fecit vindictam in
viros desertores, & cessauerunt vltrà exi
25 re in regionem. ¶Vidit autem Alcimus
D quod præualuit Iudas, & qui cum eo
erant: & cognouit quia non potest susti
nere eos, & regressus est ad regem, & ac
26 cusauit eos multis criminibus. ¶Et mi- 1.Ma.15 a.1.
sit rex Nicanorem, vnum ex principi-
bus suis nobilioribus, qui erat inimici-
tias exercens contra Israël, & mandauit
27 ei euertere populum. ¶Et venit Nicanor
in Ierusalem cum exercitu magno, &
misit ad Iudã & ad fratres eius verbis
28 pacifitis cum dolo, dicens: Non sit pu-
gna inter me & vos: veniam cum viris
paucis, vt videam facies vestras cum pa-
29 ce. ¶Et venit, ad Iudam, et salutauerunt
se inuicem pacificè: & hostes parati erãt
30 rapere Iudam. ¶Et innotuit sermo Iu-
dæ quoniam cum dolo venerat ad eũ:
& conterritus est ab eo. & amplius no-
31 luit videre faciem eius: ¶Et cognouit Ni
E canor quoniam denudatum est consi-
lium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pu
32 gnam iuxta Capharsalama. ¶Et cecide-
runt de Nicanoris exercitu, fere quinq;
millia viri, & fugerũt in ciuitatem Da-
33 uid. ¶Et post hæc verba ascendit Nica-
nor in montem Sion, & exierunt de sa-
cerdotibus populi salutare eum in pa-
ce, & demonstrare ei holocaustomata
34 quæ offerebantur pro rege: ¶Et irridens
spreuit eos, & polluit: & locutus est su-
35 perbè, ¶& iurauit cum ira, dicens: Nisi
traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in
manus meas, continuò cum egressus
fuero in pace, succẽdã domũ istã. Et ex-
36 ijt cũ ira magna, ¶& intrauerũt sacerdo
tes, & steterunt ante faciem altaris, & tẽ
37 pli: & flentes dixerunt. Tu Dñe elegisti
F domum istam ad inuocandum nomẽ
tuum in ea, vt esset domus orationis &
38 obsecrationis populo tuo. ¶Fac vindi-

ctam

ctam in hoie isto, & exercitu eius, & ca
dát in gladio: meméto blasphemias eo
39 rum, & ne dederis eis vt pmaneant. ⁋ Et
exiit Nicanor ab Ierl̄m, & castra appli-
cuit ad Beth-toró: & occurrit illi exerci
40 tus Syriæ. ⁋ Et Iudas applicuit in Adar-
sa cū trib⁹ millib⁹ viris, & orauit Iudas,
41 & dixit. ⁋ Qui missi erát à rege Senna-
cherib, dn̄e, quia blasphemauerunt te,
exiit angelus, & pcussit ex eis cétū, octo-
42 ginta quinq; millia: ⁋ sic contere exerci-
tum istum in conspectu nostro hodie,
& sciát cęteri qa male locutus est super
sancta tua, & iudica illum ſm malitiá
43 illius. ⁋ Et commiserunt exercitus præ-
lium tertia decima die mensis Adar: &
cōtrita sunt castra Nicanoris, & cecidit
44 ipse primus in prçlio. ⁋ Vt aút vidit ex-
G ercitus eius qa cecidisset Nicanor, proic
45 cerunt arma sua, & fugerūt: ⁋ & psecuti
sunt eos viá vnius diei ab Adazer, vsq;
quo veniat in Gazara, & tubis cecine-
46 rūt post eos cum significationibus. ⁋ &
exierūt de oíbus castellis Iudææ in cir-
cuitu, & ventilabant eos cornibus, & cō
uertebantur iterum ad eos, & ceciderūt
oés gladio, & non est relictus ex eis nec
47 vnus. ⁋ Et acceperunt spolia eorū in præ
dam: & caput Nicanoris amputauerūt,
& dexteram eius quam extenderat sup
bè, & attulerunt, & suspenderunt cōtra
48 Ierusalem. ⁋ Et lætatus est ppl̄s valde, &
egerunt diem illam in lætitia magna.
49 ⁋ Et constituit agi omnibus annis diem
istam tertiadecima die mensis Adar.
50 ⁋ Et siluit terra Iuda dies paucos.

4. Re. 19 g. 35. Tob. 1. d 21 Eccl. 48. d. 25. Esa. 37. g. 36. 2. Ma. 8 e 19. 15. e. 22.

CAP. VIII.

1 ET audiuit Iudas nomé Romanorū
A qa sunt potentes viribus, & acqes-
cunt ad oia quæ postulantur ab eis: &
quicunq; accesserunt ad eos, statuerūt
cum eis amicitias, & quia sunt potentes
2 virib⁹. ⁋ Et audierunt prçlia eorū, & vir
tutes bonas quas fecerūt in Galatia, qa
obtinuerunt eos & duxerūt sub tribu-
3 tum: ⁋ & quáta fecerūt in regione Hispa
niæ, & quod in potestatem redegerunt
metalla argéti & auri quæ illic sunt, &
possederunt oém locum consilio suo &
4 patiétia: ⁋ locaq; quæ longè erant valde
ab eis, & reges q superuenerát eis ab ex
tremis terræ contriuerunt, & percusse-
runt eos plaga magna: cęteri aút dant
5 eis tributū oibus annis. ⁋ & Philippū,
& Persem Cereorum regem, & cęteros q
aduersum eos arma tulerant contriue-
6 runt in bello, & obtinuerūt eos. ⁋ & An-
tiochum magnum regem Asiæ, qui eis
pugná intulerat, habens centum viginti
elephantes & equitatum, & currus, &
exercitum magnū valde, contritum ab
7 eis: ⁋ & qa ceperunt eū viuum, & statue
runt ei vt daret ipse & q regnarent post
B ipsum, tributum magnum, & daret ob
8 sides, & constitutum & ⁋ regioné Indo-
rum, & Medos, & Lydos de optimis re-
gionibus eorū: & acceptas eas ab eis, de
9 derunt Eumeni regi: ⁋ & quia qui erant
apud Helladam, voluerūt ire, & tollere
10 eos: & innotuit sermo his, ⁋ & miserunt
ad eos ducé vnum, & pugnauerunt con
tra illos, & ceciderūt ex eis multi, & ca-
ptiuas duxerūt vxores eorum, & filios,
& diripuerunt eos, & terrá eorum posse
derunt, & destruxerunt muros eorum,
& in seruitutē illos redegerunt, vsq; in
11 hūc diem: ⁋ & residua regna, & insulas
quæ aliqń restiterant illis, exterminaue
12 runt, & in potestaté redegerunt. ⁋ Cum
amicis aút suis, & qui in ipsis requiem
habebant, conseruauerunt amicitiam,
& obtinuerūt regna quæ erát proxima,
& quæ erant longè: quia quicunq; au-
diebant nomen eorum, timebant eos,
13 ⁋ qbus verò vellét auxilio esse vt regna-
rent, regnabát: quos aút vellent, regno
14 deturbabant: & exaltati sunt valde. ⁋ Et
in oíbus istis nemo portabat diadema,
C nec induebatur purpura, vt magnificare
15 tur in ea. ⁋ Et quia curiam fecerūt sibi,
& quotidie consulebát trecentos vigin
ti consilium agentes semper de multi-
16 tudine, vt quę digna sunt, gerát. ⁋ & cō-
mittunt vni homini magistratum suū
p singulos annos dn̄ari vniuersæ terræ
suæ, & oés obediunt vni, & nō est inui-
17 dia, neq; zelus iter eos. ⁋ Et elegit Iudas
Eupolemū filium Iohannis filij Iacob,
& Iasonem filiū Eleazari, & misit eos
Romam constituere cum illis amicitiá
18 & societatem: ⁋ & vt auferrent ab eis iu
gum Græcorum, quia viderunt quod in
19 seruitutē premerent regnum Israël. ⁋ Et
abierunt Romá viam multam valde, &
20 introierunt curiá & dixerūt, ⁋ Iudas Ma
chabeus, & fratres eius, & ppl̄s Iudęorū
miserūt nos ad vos statuere vobiscum
societatem & pacem, & cōscribere nos
21 socios & amicos vestros. ⁋ Et placuit ser-
22 mo in conspectu eorum: ⁋ Et hoc rescri-

ptum est quod rescripserunt in tabulis
æreis, & miserũt in Ierl̃m, vt esset apud
eos ibi memoriale pacis & societatis.
23 ¶BENE SIT ROMANIS & genti Iu
D dæorum in mari & in terra in ęternũ:
24 gladiusq̃; & hostis ꝓcul sit ab eis. ¶Qđ
si institerit bellũ Romanis prius, aut oĩ
bus sociis eorũ in omni dñatione eorũ:
25 ¶auxilium feret gens Iudæorum, prout
26 tempus dictauerit, corde pleno: ¶& prę
liantibus non dabũt neq; subministra
bunt triticum, arma pecuniam, naues,
sicut placuit Romanis: & custodient
mãdata eorum, nihil ab eis accipiẽtes.
27 ¶Similiter aũt & si genti Iudæorũ prius
acciderit bellum, adiuuabunt Romani
ex animo prout eis tempus permiserit:
28 ¶& adiuuantibus non dabitur triticũ,
arma, pecunia, naues, sicut placuit Ro-
manis: & custodient mandata eorum
29 absq; dolo. ¶ßm hæc verba constitue-
30 runt Romani pp̃lo Iudæorum. ¶Quòd
si post hęc verba hi aut illi addere, aut
demere ad hęc aliquid voluerint, faciẽt
ex ꝓposito suo: & quęcunq; addiderint
31 vel dempserint, rata erant. ¶Sed & de
malis quæ Demetri⁹ rex fecit in eos scri
psimus, ei dicentes: Quare grauasti iu-
gum tuum super amicos nostros: & so-
32 cios Iudęos? ¶Si ergo iterũ adierint nos
aduersum te, faciemus illi iudicium,
& pugnabimus tecum mari terraq;.

CAP. IX.

1 INterea vt audiuit Demetrius q̃a ceci-
A dit Nicanor & exercitus eius in præ-
lio, apposuit & Bacchidem & Alcimũ
rursum mittere in Iudæã, & dextrũ cor
2 nu cum illis. ¶Et abierũt viam quæ du
cit in Galgala, & castra posuerũt in Ma
saloth, quę est in Arbellis: & occupaue-
runt eam, & peremerunt aĩas hoĩum
3 multas. ¶In mense primo anni centesi-
mi & quinquagesimi secundi applicue
4 runt exercitũ ad Ierl̃m: ¶& surrexerũt,
& abierunt in Beream viginti millia vi
5 rorum, & duo millia equitũ. ¶Et Iudas
posuerat castra in Laisa, & tria millia vi
6 ri electi cum eo: ¶& viderunt multitu-
dinẽ exercit⁹ quia multi sunt, & timue
runt valde: & multi subtraxerunt se de
castris, & nõ remãserũt ex eis nisi octin-
7 gẽti viri. ¶Et vidit Iudas q̃ defluxit exer
citus suus, & bellum perurgebat eum,
& confractus est corde: q̃a nõ habebat
tẽpus congregandi eos, & dissolut⁹ est.
8 ¶Et dixit his q̃ residui erant: Surgamus,
& eam⁹ ad aduersarios nostros, si poteri
9 mus pugnare aduersus eos. ¶Et auerte-
bant eũ, dicẽtes: Non poterimus, sed li-
beremus aĩas nostras modò, & reuerta-
mur ad fratres nostros, & tũc pugnabi-
mus aduersus eos: nos aũt pauci sum⁹.
10 ¶Et ait Iudas, Absit istam rem facere, vt
B fugiamus ab eis: & si appropiauit tem-
pus nostrum, moriamur in virtute ꝓp
fratres nostros, & non inferam⁹ crimen
11 glorię nostræ. ¶Et mouit exercitus de ca
stris, & steterunt illis obuiam: & diuisi
sunt equites in duas partes, & fundibu
larij & sagittarij pręibant exercitum, &
12 primi certaminis oẽs potentes. ¶Bacchi
des aũt erat in dextro cornu, & ꝓxima-
uit legio ex duabus partibus, & clama-
13 bant tubis. ¶exclamauerunt aũt & hi q̃
erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & com-
mota est terra à voce exercituum: & cõ
missum est pręlium à manè vsq; ad ve
14 sperã. ¶Et vidit Iudas q̃ firmior est pars
exercitus Bacchidis in dextris, & conue
nerunt cum ipso oẽs constantes corde:
15 ¶& contrita est dextera pars ab eis, &
persecutus est eos vsq; ad mõtẽ Azoti.
16 ¶Et qui in sinistro cornu erant, viderũt
q̃ cõtritum est dextrum cornu, & secu-
ti sunt post Iudam & oẽs qui cum ipso
17 erãt à tergo: ¶& ingrauatum est pręliũ:
& ceciderunt vulnerati multi ex his &
18 ex illis. ¶Et Iudas cecidit, & cæteri fuge-
19 runt. ¶Et Ionathas, & Simon tulerunt
C Iudam fratrem suum, & sepelierunt eũ
in sepulchro patrum suorum in ciuita
20 te Modin: ¶Et fleuerunt eum oĩs pp̃ls
Israël planctu magno: & lugebant dies
21 multos, ¶& dixerunt. Quõ cecidit potẽs,
22 qui saluum faciebat pp̃m Israël? ¶Et cę
tera verba bellorum Iudæ, & virtutum
quas fecit, & magnitudinis ei⁹ nõ sunt
23 descripta, multa enim erant valde. ¶Et
factum est post obitũ Iudæ emerserũt
iniqui in oĩbus finibus Israël, & exorti
sunt oẽs qui operabantur iniquitatem.
24 ¶In diebus illis facta est fames magna
valde, & tradidit se Bacchidi oĩs regio
25 eorum cum ipsis. ¶Et elegit Bacchides
viros impios, & constituit eos dños re-
26 gionis: ¶& exquirebant & perscrutaban
tur amicos Iudæ, & adducebant eos ad
Bacchidem, & vindicabat in illos, & il-
27 ludebat. ¶Et facta est tribulatio magna
in Israël, qualis non fuit ex die qua nõ

28est visus propheta in Israël. ¶Et congre-
gati sunt oẽs amici Iudæ, & dixerũt Io-
29nathæ: ¶Ex quo frater tuus Iudas defun
ctus ést, vir similis ei non est q exeat cõ
tra inimicos, Bacchidem & eos qui ini-
30mici sunt gentis nostræ. ¶Nunc itaq; te
hodie elegimus esse ꝓ eo nobis in prin
cipem & ducem ad bellandum bellũ
31nostrum. ¶Et suscepit Ionathas tpe illo
principatũ, & surrexit loco Iudę fratris
32sui. ¶Et cognouit Bacchides, & q̃rebat
33eũ occidere. ¶Et cognouit Ionathas &
D Simon frater eius, & oẽs qui cũ eo erãt:
& fugerunt in desertum Thecuę, & cõ
34sederũt ad aquam lacus Asphar. ¶Et co
gnouit Bacchides, & die sabbathorũ ve
nit ipse & oĩs exercitus eius trans Iorda
-12. 35nem: ¶&-Ionathas' misit fratrem suũ
ducem populi, & rogauit Nabuthæos
*commẽdaret 19. amicos suos, vt *commodarent' illis ap-
36paratum suũ qui erat copiosus. ¶Et exie
runt filij Iambri ex Madaba, & compre
henderunt Iohannem & oĩa quæ habe
37bat, & abierunt habentes ea. ¶Post hæc
verbum annũtiatum est Ionathæ & Si-
moni fratri eius quia Iambri faciũt nu
ptias magnas, & ducunt spõsam ex Ma
daba filiã vnius de magnis principibus
38Chanáan, cũ ambitione magna. ¶Et re
cordati sunt sanguinis Iohannis fratris
& ascenderũt, & abscõderũt se sub
39tegumento montis. ¶Et eleuauerũt ocu
los suos, & viderũt: & ecce tumultus, &
apparatus multus: & sponsus processit,
& amici eius, & fratres eius obuiã illis
cũ tympanis, & musicis, & armis mul-
40tis. ¶Et surrexerunt ad eos ex insidiis, &
occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati
multi, & residui fugerunt in mõtes: &
41acceperunt oĩa spolia eorum, ¶& cõuer
sæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musi
42corum ipsorum in lamentum. ¶Et vin-
dicauerũt vindictã sãguinis fratris sui:
43& reuersi sunt ad ripã Iordanis. ¶Et au-
diuit Bacchides, & venit die sabbatho-
rũ vsq; ad oram Iordanis in virtute ma
44gna. ¶Et dixit ad suos Ionathas: Surga-
E mꝰ, & pugnemꝰ cõtra inimicos nr̃os, nõ
est enim hodie sicut heri, & nudiuster-
45tius. ¶ecce enim bellũ ex aduerso, aqua
verò Iordanis hinc & inde, & ripę, & pa
ludes, & saltus: & nõ est locus diuerten
‖2.Pa.20 a.3. 46di. ¶‖Nunc ergo clamate in cęlũ, vt libe
remini de manu inimicorũ vestrorũ:
47¶Et commissum est bellũ. ¶Et extendit
Ionathas manum suã percutere Bacchi
48dé, & diuertit ab eo retro: ¶& dissiliit Io
nathas & q cum eo erãt in Iordanem,
49& trãsnatauerũt ad eos Iordanem: ¶&
ceciderũt de pte Bacchidis die illa mil-
50le viri: & reuersi sunt in Ierl̃m, ¶& ędifi
cauerũt ciuitates munitas ĩ Iudęa, mu-
nitionem quę erat in Iericho, & in Am
maũ, & in Beth-horõ, & in Beth-el, &
Thãnata, & Phara, & Thopo muris ex-
51celsis & portis & seris. ¶Et posuit custo-
diã in eis, vt inimicitias exercerẽt ĩ Isrl̃:
52¶& muniuit ciuitatem Beth-surã, & Ga
zarã, & arcem, & posuit ĩ eis auxilia, &
53apparatũ escarũ: ¶& accepit filios prin-
cipũ regionis obsides, & posuit eos in ar
54ce in Ierl̃m in custodiam. ¶Et anno cen
F tesimo quinquagesimotertio, mense se-
cũdo præcepit Alcimus destrui muros
domus sanctę interioris, & destrui ope
55ra ꝓphetarũ: & cępit destruere. ¶In tpe
illo percussus est Alcimus: & impedita
sunt opera illius, & occlusum est os eiꝰ,
& dissolutꝰ est paralysi, nec vltrà potuit
loqui verbum & mãdare de domo sua.
56¶Et mortuus est Alcimus in tpe illo cũ
57tormento magno. ¶Et vidit Bacchides
qm̃ mortuꝰ est Alcimus: & reuersus est
ad regẽ, & siluit terra-Iuda'annis duo- -14.
58bus. ¶Et cogitauerunt oẽs iniqui, dicen-
tes: Ecce Ionathas: & qui cum eo sunt,
in silentio habitant confidenter: nunc
ergo adducamus Bacchidẽ: & compre-
59hẽdet eos oẽs vna nocte: ¶Et abierũt &
60consilium ei dederũt. ¶Et surrexit vt ve
niret cũ exercitu multo: & misit occul
tè epl̃as sociis suis q erant in Iudæa, vt
cõprehenderent Ionathan & eos qui cũ
eo erant, sed non potuerunt, quia inno
61tuit eis consilium eorum. ¶Et apprehen
dit de viris regionis qui principes erant
*militiæ' quinquaginta viros, et occidit *malitiæ 3
62eos. ¶Et secessit Ionathas, et Simon, et q
cum eo erant in Beth-bessen, quę est in
deserto: et extruxit diruta eius, et fir-
63mauerunt eã. ¶Et cognouit Bacchides,
G et congregauit vniuersam multitudinẽ
suam: et his qui de Iudæa erant denun
64tiauit. ¶Et venit, et castra posuit dẽsup
Beth-bessen: et oppugnauit eam dies
65multos, et fecit machinas. ¶Et reliquit
Ionathas Simonem fratrem suum in ci
uitate, et exiit in regionem, et venit cũ
66numero, ¶et percussit Odaren. et fratres
eius, et filios Phaseron in tabernacu-

lis ipsorũ,& cœpit cędere & crescere in
67 virtutibus. ¶Simon verò,& qui cũ ipso
erãt,exierũt de ciuitate, & succenderũt
68 machinas,¶& pugnauerũt cõtra Bacchi
dem,& contritus est ab eis,& afflixerũt
eum valde, qm̃ consilium eius & con-
69 gressus eius erat inanis. ¶Et iratus cõtra
viros iniquos qui ei consiliũ dederãt vt
veniret in regionem ipsorum, multos
ex eis occîdit: ipse aũt cogitauit cum
70 reliquis abire in regionẽ suam. ¶Et co
gnouit Ionathas: & misit ad eum lega-
tos componere pacem cum ipso,& red-
71 dere ei captiuitatem. ¶Et libenter acce-
pit, & fecit ſm verba eius, & iurauit se
nihil facturum ei mali omnibus diebꝰ
72 vitæ eius. ¶Et reddidit ei captiuitatem
quã prius erat p̃datus de terra Iuda: &
conuersus abiit in terram suam,& non
apposuit amplius venire in fines eius.
73 ¶Et cessauit gladius ex Israël: & habita
uit Ionathas in Machmas, & cœpit Io-
nathas ibi iudicare populum, & exter-
minauit impios ex Israël.

CAP. X.

1 A ET anno cẽtesimo sexagesimo ascen
dit Alexãder Antiochi filiꝰ,q cogno
minatus est nobilis: & occupauit Ptole
maidã, & receperunt eum,& regnauit
2 illic. ¶Et audiuit Demetrius rex, & con-
gregauit exercitum copiosum valde, &
3 exiuit obuiã illi in præliũ. ¶Et misit De
metrius ep'lam ad Ionathã verbis paci
4 ficis,vt magnificaret eum: ¶ dixit enim,
Anticipemus facere pacẽ cũ eo, priusq̃
5 faciat cũ Alexandro aduersum nos: ¶re
cordabitur enim oĩum malorum quæ
fecimus in eũ,& in fratrẽ eius,& in gẽ
6 tem eius. ¶Et dedit ei potestatẽ congre-
gandi exercitũ,& fabricare arma,& esse
ipsum socium eius, & obsides qui erãt
7 in arce iussit tradi ei. ¶Et venit Ionathas
in Ier'm,& legit epistolas in auditu oĩs
8 populi,& eorum qui in arce erant. ¶Et
timuerũt timore magno, qm̃ audierũt
ꝯ dedit ei rex potestatem congregandi
9 exercitum. ¶Et traditi sunt Ionathę obsi
10 des.& reddidit eos parentibꝰ suis: ¶& ha
bitauit Ionathas in Ier'm, & cępit ædi-
11 ficare & innouare ciuitatẽ. ¶Et dixit fa-
cientibus opera, vt extruerent muros, &
montẽ Sion in circuitu lapidibꝰ quadra
12 tis ad munitionẽ: & ita fecerũt. ¶Et fu-
gerũt alienigenę qui erant in munitio-
13 nibus quas Bacchides ędificauerat: ¶&
reliquit vnusquisq; locũ, & abiit in ter
14 ram suam: ¶& tñ in Beth-sura reman-
serunt aliqui ex his q reliquerãt legẽ &
pręcepta Dei. erat enim hæc eis ad refu
15 giũ. ¶Et audiuit Alexander rex p̃missa
q̃ promisit Demetriꝰ Ionathę: & narra-
B uerũt ei p̃lia & virtutes quas ipse fecit,
& fratres eius,& labores quos laboraue
16 runt,¶& ait: Nunquid inueniemus ali-
quem virũ talem? & nunc faciemus eũ
17 amicum,& sociũ nr̃m. ¶Et scripsit epi-
stolam,& misit ei ſm hæc verba, dicẽs:
18 ¶REX Alexander fratri Ionathæ salutẽ.
19 ¶Audiuimus de te ꝯ vir potens sis viri-
20 bus,& aptus es vt sis amicus noster: ¶&
nunc constituimus te hodie summum
sacerdotem gentis tuæ, vt amicꝰ vocẽris
regis (& misit ei purpurã, & coronã au-
ream) & quæ nr̃a sunt sentias nobiscũ,
21 & cõserues amicitias ad nos. ¶Et induit se
Ionathas stola sancta septimo mẽse,an-
no centesimo & sexagesimo in die solẽ-
ni scenopegię, & cõgregauit exercitũ, &
22 fecit arma copiosa. ¶Et audiuit Deme-
triꝰ verba ista,& contristatꝰ est nimis,&
23 ait: Quid hoc fecimus, ꝯ pręoccupauit
nos Alexander apprehendere amicitiã
24 Iudæorũ ad munimẽ sui? ¶Scribã & ego
illis verba deprecatoria, & dignitates,
& dona: vt sint mecum in adiutoriũ.
25 ¶Et scripsit eis in hęc verba: Rex Deme
26 trius genti Iudæorum salutẽ. ¶Qm̃ ser-
uastis ad nos pactũ, & mansistis in ami
citia nostra, & non accessistis ad inimi-
cos nostros, audiuimus,& gauisi sumꝰ.
27 ¶Et nunc perseuerate adhuc conseruare
ad nos fidem,& retribuemus vobis bo-
28 na pro his quæ fecistis nobiscum. ¶Et re
C mittemus vobis præstationes multas,&
29 dabimus vobis donationes: ¶Et nũc ab
soluo vos & oẽs Iudęos à tributis,& prę
tia salis indulgeo,& coronas remitto,&
30 tertias seminis: ¶& dimidiam partẽ fru
ctus ligni quod est portionis meę relin-
quo vobis ex hodierno die,& deinceps,
ne accipiat à terra Iuda & à tribꝰ ciuita
tibꝰ quæ additæ sunt illi ex Samaria, &
Galilæa ex hodierna die & in totũ tem
31 pus: ¶& Ier'm: sit sancta & libera cum
finibus suis: & decimæ & tributa, ipsiꝰ
32 sint. ¶Remitto etiã potestatẽ arcis quæ
est in Ier'm: & do eã summo sacerdoti,
vt constituat in ea viros quoscunq; ipse
33 elegerit, q custodiant eam. ¶Et omnem
aĩam Iudæorum, quæ captiua est à ter-

ra Iuda in oĩ regno meo,relinquo libe-
ram gratis,vt oẽs à tributis soluant̃ etiã
34 pecorum suorum. ¶Et oẽs dies solẽnes,
& sabbatha,& neomeniæ,& dies decre
ti,& tres dies ante diem solenné,& tres
dies post diem solenné sint oẽs immu
nitatis & remissionis oĩbus Iudæis qui
35 sunt in regno meo. ¶& nemo habebit
potestaté agere aliquid,& mouere nego
tia aduersus aliqué illorum in oĩ causa.
36 ¶Et ascribantur ex Iudæis in exercitu re
gis ad triginta millia virorũ,& dabunt̃
illis copiæ vt oportet oĩbus exercitibus
regis,& ex eis ordinabuntur qui sint in
37 munitionib⁹ regis magni: ¶& ex his con
stituent̃ super negotia regni quæ agũtur
ex fide,& principes sint ex eis,& ambu-
lent in legibus suis, sicut præcepit rex in
38 terra Iuda. ¶Et tres ciuitates quæ additę
sunt Iudææ ex regione Samariæ, cũ Iu-
dęa reputentur: vt sint sub vno, & non
obediãt alienę potestati, nisi summi sa
39 cerdotis. ¶Ptolemaida & confines eius,
D quas dedi donũ sanctis q̃ sunt in Ierl'm
40 ad necessarios sumptus scõrum. ¶Et ego
do singulis annis quindecim millia si-
clorũ argẽti de rationibus regis,quę me
41 contingunt: ¶& oẽ quod reliquum fue-
rit,quod non reddiderant qui super ne
gotia erãt annis prioribus,ex hoc dabũt
42 in opera domus. ¶Et super hæc quinq;
millia siclorum argenti, quę accipiebãt
de sanctorum ratione per singulos an-
nos:& hęc ad sacerdotes pertineant,qui
43 ministerio fungunt̃. ¶Et quicũq; confu-
gerint in templũ q̃d est Ierosolymis, &
in oĩbus finibus eius,obnoxij regi in oĩ
negotio dimittantur, & vniuersa quæ
sunt eis in regno meo, libera habeant.
44 ¶Et ad ędificãda vel restauranda opera
sanctorũ sumptus dabuntur de ratione
45 regis: ¶& ad extruẽdos muros in Ierl'm
& communiendos in circuitu, sumptus
dabunt̃ de ratione regis,& ad construẽ-
46 dos muros in Iudęa. ¶Vt audiuit aũt Io
nathas & pp̃ls sermones istos, ‖non cre- ‖Supr. 7. b.11.
diderunt eis,nec receperũt eos:quia re-
cordati sunt malitię magnæ quam fece
rat in Israël,& tribulauerat eos valde.
47 ¶Et cõplacuit eis in Alexandrum, quia
ipse fuerat eis princeps sermonũ pacis,
& ipsi auxilium ferebãt oĩbus diebus.
48 ¶Et congregauit rex Alexãder exercitũ
magnum,& admouit castra contra De
49 metriũ. ¶Et commiserunt prælium duo
reges,& fugit exercit⁹ Demetrij, & inse-
cutus est eum Alexãder, & incubuit su-
50 per eos. ¶Et inualuit prælium nimis,do
nec occĩdit sol: & cecidit Demetri⁹ ĩ die
51 illa. ¶Et misit Alexãder ad Ptolemęũ re
gẽ Ægypti legatos s̃m hæc verba dicẽs:
52 ¶QVONIAM regressus sum in regnũ
meum, & sedi in sede patrum meorũ,
& obtinui principatum, & contriui De
metriũ, & possedi regionem nostram,
53 ¶& commisi pugnã cum eo, & contrit⁹
est ipse, & castra ei⁹ à nobis,& sedemus
54 in sede regni eius: ¶& nũc statuam⁹ ad-
inuicẽ amicitiã: & da mihi filiam tuã
vxorẽ,& ego ero gener tuus, & dabo ti-
55 bi dona, & ipsi dignitatẽ. ¶Et r̃ndit rex
Ptolemęus, dicens: FELIX dies in qua
reuersus es ad terrã patrum tuorum,&
56 sedisti in sede regni eorum. ¶Et nunc fa
ciam tibi q̃d scripsisti: sed occurre mihi
Ptolemaidam, vt videamus inuicẽ nos,
57 & spondeã tibi sicut dixisti. ¶Et exiuit
Ptolemęus de Ægypto, ipse & Cleopatra
filia ei⁹, & venit Ptolemaidã anno cẽte
58 simo sexagesimosecũdo. ¶Et occurrit ei
Alexãder rex,& dedit ei Cleopatram fi-
liam suã: & fecit nuptias eius Ptolemai
59 des, sicut reges in magna gloria. ¶Et scri
psit rex Alexãder Ionathę, vt veniret ob-
60 uiã sibi. ¶Et abiit cũ gloria Ptolemaidã,
& occurrit ibi duob⁹ regibus,& dedit il
lis argentũ multũ,& aurũ, & dona: &
61 inuenit gratiam in conspectu eorũ. ¶Et
cõuenerunt aduersus eum viri pestilen
tes ex Isr̃l, viri iniqui interpellantes ad-
uersus eum: & non intendit ad eos rex.
62 ¶Et iussit spoliari Ionathan vestib⁹ suis,
& indui eũ purpura: & ita fecerunt. Et
63 collocauit eũ rex sedere secũ. ¶Dixitq;
principibus suis: Exite cũ eo in mediũ
ciuitatis, & p̃dicate vt nemo aduersus
eũ interpellet de vllo negotio, nec quis
64 quã ei molestus sit de vlla ratione. ¶Et
F factũ est vt viderunt qui interpellabant
gloriã eius quę prædicabatur, & opertũ
65 eum purpura, fugerunt oẽs: ¶& magnifi
cauit eum rex, & scripsit eum inter pri-
mos amicos, & posuit eũ ducem, & par
66 ticipem principatus. ¶Et reuersus est Io-
nathas in Ierusalẽ cum pace & lætitia.
67 ¶In anno cẽtesimo sexagesimoq̃nto, ve
nit Demetri⁹ filius Demetrij à Creta in
68 terrã patrum suorũ. ¶Et audiuit Alexan
der rex, & cõtristatus est valde, & reuer
69 sus est Antiochiã. ¶Et constituit Deme-

trius rex Apolloniũ ducem, qui pręerat
Cęlesyrię: & congregauit exercitũ ma-
gnũ, & accessit ad Iamniam: & misit ad
70 Ionathan summũ sacerdotẽ, dicẽs: ¶Tu
solus resistis nobis, ego aũt factꝰ sum in
derisum & in opprobriũ, ppea quia tu
potestatẽ aduersum nos exerces in mõ
71 tibus. Nunc ergo si confidis in virtuti-
bus tuis, descende ad nos in campũ, &
comparemus illic inuicem: quia mecũ
72 est virtus bellorũ. ¶Interroga & disce qs
sum ego & cęteri q auxilio sunt mihi,
qui & dicunt, quia non potest stare pes
vester ante faciem nostram, quia bis in
fugam conuersi sunt patres tui in terra
73 sua: & nũc quõ poteris sustinere equita
tum & exercitum tãtũ in campo vbi nõ
est lapis, neq; saxũ, neq; locus fugiẽdi?
74 ¶Vt audiuit aũt Ionathas sermones A-
pollonij, motus est animo: & elegit de-
cem millia virorum, & exiit ab Ierl'm,
& occurrit ei Simon frater eius in adiu
75 torium: ¶& applicuerunt castra in Iop-
pen, & exclusit eũ à ciuitate: qa custo-
dia Apollonij Ioppe erat & oppugnauit
76 eam. ¶Et exterriti qui erant in ciuitate,
aperuerũt ei, & obtinuit Ionathas Iop-
77 pen. ¶Et audiuit Apollonius, & admo-
uit tria millia equitũ & exercitũ mul-
78 tum. ¶Et abiit Azotum tanq iter faciẽs,
& statim exiit in campũ: eo ꝙ haberet
multitudinem equitum, & confideret
in eis. Et insecutus est eum Ionathas in
79 Azôtũ, & cõmiserunt prælium. ¶Et reli
quit Apollonius in castris mille eqtes
80 post eos occultè: ¶Et cognouit Ionathas
qm insidiæ sunt post se, & circuierunt
castra eius, & iecerunt iacula in ppl'm
81 à mane vsq; ad vesperam. ¶Ppl's aũt sta
bat, sicut præceperat Ionathas: & labo-
82 rauerunt equi eorum. ¶Et eiecit Simon
exercitum suum, & commisit cõtra le-
gionem. equites enim fatigati erant, &
83 contriti sunt ab eo, & fugerunt. ¶Et qui
dispersi sunt per campum, fugerunt in
Azôtum, & intrauerunt in Beth-dàgon
84 idôlũ suum, vt ibi se liberarent. ¶Et suc
cendit Ionathas Azotum, & ciuitates q̃
erant in circuitu eius, & accepit spolia
eorum, & templum Dagon: & oẽs qui
85 fugerunt in illud, succẽdit igni. ¶Et fue
runt qui ceciderunt gladio cum his q
succẽsi sunt, ferè octo millia virorum.
86 ¶Et mouit ide Ionathas castra, & appli
cuit ea Ascalonẽ: & exierũt de ciuitate
87 obuiã illi in magna gloria. ¶Et reuersus
est Ionathas in Ierl'm cum suis, haben-
88 tibus spolia multa. ¶Et factũ est: vt au-
diuit Alexãder rex sermones istos, addi
89 dit adhuc glorificare Ionathã. ¶Et misit
ei fibulã auream, sicut consuetudo est
dari cognatis regum. Et dedit ei Accarõ
& omnes fines eius in possessionem.

CAP. XI.

1 A ET rex Ægypti congregauit exercitũ,
sicut arenã quæ est circa oram ma-
ris, & naues multas: & q̃rebat obtinere
regnũ Alexandri dolo, & addere illud
2 regno suo. ¶Et exiit in Syriã verbis paci-
ficis, & aperiebãt ei ciuitates, & occurre
bant ei: qa mandauerat Alexander rex
exire ei obuiam, eo ꝙ socer suus esset.
3 Cùm aũt introiret ciuitatẽ Ptolemæus,
ponebat custodias militũ in singulis ci
4 uitatibꝰ. ¶Et vt appropiauit Azôto, ostẽ
derunt ei templũ Dagõ succẽsum igni,
& Azôtum, & cętera eius demolita, &
corpa proiecta, & eorum qui cęsi erant
in bello, tumulos quos fecerãt secꝰ viã.
5 ¶Et narrauerunt regi quia hæc fecit Io-
nathas: vt inuidiam facerẽt ei: & tacuit
6 rex. ¶Et occurrit Ionathas regi in Ioppẽ
cum gloria, & inuicem se salutauerũt,
7 & dormierunt illic. ¶Et abiit Ionathas
cum rege vsq; ad fluuiũ qui vocabatur
Eleutherus: & reuersus est in Ierusalẽ.
8 ¶Rex aũt Ptolemæus obtinuit dñium
ciuitatum vsq; Seleuciam maritimã, &
cogitabat in Alexandrũ cõsilia mala.
9 ¶Et misit legatos ad Demetrium, dicẽs,
VENI, componamus inter nos pactũ,
& dabo tibi filiam meã quã habet Ale
xander, & regnabis in regno patris tui.
10 ¶Pœnitet enim me ꝙ dederim illi filiã
11 meam: quæsiuit enim me occîdere. ¶Et
B vituperauit eum, ppea qđ concupierat
12 regnum eius. ¶Et abstulit filiam suam,
& dedit eam Demetrio, & alienauit se
ab Alexandro, & manifestatæ sunt ini
13 micitiæ eius. ¶Et intrauit Ptolemæꝰ An
tiochiam, & imposuit duo diademata
14 capiti suo, Ægypti & Asiæ. ¶Alexander
aũt rex erat in Cilicia illis tpibus: quia
15 rebellabant qui erant in locis illis. ¶Et
audiuit Alexander, & venit ad eum in
bellũ: & produxit Ptolemæus rex exer-
citum, & occurrit ei in manu valida, &
16 fugauit eum. ¶Et fugit Alexãder in Ara
biã, vt ibi protegeret: rex aũt Ptolemęꝰ
17 exaltatꝰ est. ¶Et abstulit Zabdiel Arabs

caput

18 caput Alexãdri, & misit Ptolemęo. ¶ Et
rex Ptolomæus mortuꝰ est in die tertia:
& qui erant in munitionibus perierũt
19 ab his q̃ erant intra castra. ¶ Et regnauit
Demetrius anno cẽtesimo sexagesimo-
20 septimo. ¶ In diebus illis congregauit Io
nathas eos qui erãt ĩ Iudæa, vt expugna
rent arcem quæ est in Ier̃lm: & fecerũt
21 contra eam machinas multas. ¶ Et abie
runt quidam qui oderant gentem suã
viri iniqui ad regem Demetrium, & re-
nuntiauerunt ei ꝙ Ionathas obsideret
22 arcem. ¶ Et vt audiuit, iratus est: & sta-
tim venit ad Ptolemaidã, & scripsit Io-
nathæ ne obsideret arcem, sed occurre-
23 ret sibi ad colloquiũ festinatò. ¶ Vt audi
C uit aũt Ionathas, iussit obsidere: & ele-
git de senioribus Israël, & de sacerdoti
nor tamen audiens virtutẽ comitũ Iu-
dę, & animi magnitudinem quam pro
patrię certaminibus habebãt, sanguine

* oro.

iudicium

19 iudicium facere metuebat. ¶ Quã ob rẽ
præmisit Posidonium & Theodotũ, &
Matthiã, vt darẽt dextras atq; acciperẽt.
20 ¶ Et cum diu de his consiliũ ageret, & ip
se dux ad multitudinẽ retulisset: oĩum
21 vna fuit sentẽtia amicitijs annuere. ¶ Ita
que diẽ cõstituerũt qua secretò inter se
agerẽt: &* singulis sellę prolatę sunt & po à 22.
22 sitę. ¶ Prȩcepit aũt Iudas armatos esse lo
cis opportunis, ne fortè ab hostibus re-
pente mali aliquid oriret: & congruũ
23 colloquiũ fecerũt. ¶ Morabat aũt Nica-
D nor Ierosolymis, nihilq; iniq; agebat,
gregesq; turbarũ q̃ cõgregatę fuerãt, di-
24 misit. ¶ Habebat aũt Iudã semp charum
25 ex animo, & erat viro inclinatus. ¶ Ro-
gauitq; eũ ducere vxorẽ, filiosq; procrea-
re. Nuptias fecit, quietè egit, comiterq;
26 viuebãt. ¶ Alcimus aũt vidẽs charitatẽ il
lorũ adinuicem & cõuẽtiones, venit ad
Demetriũ, & dicebat Nicanorem rebus
alienis assentire, Iudamq; regni insidia
27 torẽ successorẽ sibi destinasse. ¶ Itaq; rex
exasperatus, & pessimis huius crimina-
tionibus irritatus, scripsit Nicanori, dicẽs
grauiter quidẽ se ferre de amicitię cõuen
tione, iubere tñ Machabæũ citius vin-
28 ctũ mittere Antiochiã. ¶ Quibus cognitis
Nicanor consternabat, & grauiter fere-
bat, si ea q̃ cõuenerãt irrita faceret, nihil
29 læsus à viro: ¶ sed qa regi resistere non
poterat, opportunitatẽ obseruabat qua
30 pceptũ pficeret. ¶ At Machabęus vidẽs se-
E cũ austerius agere Nicanorẽ, & cõsuetũ
occursũ ferocius exhibẽtẽ, intelligẽs nõ
ex bono esse austeritatẽ istã, paucis suo-
rũ cõgregatis, occultauit se à Nicanore.
31 ¶ Quod cũ ille cognouit fortiter se à vi-
ro puẽtũ, venit ad maximũ & sanctissi-
mũ tẽplũ: & sacerdotibus solitas hostias
32 offerentibus, iussit sibi tradi virũ. ¶ qbus
cũ iuramẽto dicẽtibus nescire se vbi eẽt
q quærebatur, extendens manũ ad tem
33 plum, ¶ iurauit, dicens: Nisi Iudã mihi
vinctũ tradideritis, istud Dei phanũ in
planitiẽ deducam, & altare effodiã, & tẽ
34 plũ hoc Libero patri cõsecrabo. ¶ Et his
dictis abijt. Sacerdotes aũt protẽdẽtes ma
nus in cęlũ, inuocabãt eũ qui semp pro-
pugnator esset gẽtis ipsorũ, hæc dicẽtes,
35 ¶ Tu Dñe vniuersorum, qui nullius indi
ges, voluisti templum habitationis tuæ
36 fieri in nobis. ¶ Et nunc sancte sanctorũ
F oĩum Dñe, cõserua inæternũ impollutã
37 domũ istã, q̃ nup mundata est. ¶ Razias
aũt quidam de senioribus ab Ierosoly-
mis delatus est Nicanori, vir amator ci-
uitatis, & bñ audiẽs: q. p affectu, Pater
38 Iudęorũ appellabat. ¶ Hic multis tpibus
cõtinẽtię ppositũ tenuit in Iudaismo,
corpusq; & animã tradere cõtentus pro
39 perseuerantia. ¶ Volẽs aũt Nicanor ma
nifestare odiũ qđ habebat in Iudæos,
misit milites quingẽtos, vt eũ compre-
40 henderent. ¶ putabat enim si illũ dece
pisset, sese cladem Iudæis maximã illa-
41 turũ. ¶ Turbis aũt irruere in domũ eius,
& ianuã disrumpere atq; ignẽ admoue
re cupientibus, cum iam comprehende
42 retur, gladio se petijt. ¶ eligẽs nobiliter
mori potius q̃ subditus fieri peccatori-
G bus, & contra natales suos indignis in-
43 iurijs agi. ¶ Sed cum per festinationẽ nõ
certo ictu plagã dedisset, & turbæ intra
ostia irrumperent, recurrens audacter
ad murum, præcipitauit semetipsum vi-
44 riliter in turbas: quibus velociter locũ
dantibus casui eius, venit per mediã cer
45 uicẽ: ¶ & cũ adhuc spiraret accẽsus aio,
surrexit: & cum sanguis eius magno flu
xu deflueret, & grauissimis vulneribus
46 esset saucius, cursu turbã ptransijt: ¶ &
stans supra quandam petram prærup-
tam, & iam exanguis effectus, comple-
xus intestina sua, vtrisq; manibus piecit
super turbas, inuocans dominatorem vi
tæ ac spiritus vt hæc illi iterũ redderet:
atq; ita vita defunctus est.

CAP. XV.


1 NIcanor autẽ vt cõperit Iudam esse 1.Ma. 7.
A in locis Samarię, cogitauit cum oĩ d. 16.
impetu die sabbathi cõmittere bellũ.
2 ¶ Iudæis verò qui illũ per necessitatẽ se-
quebantur dicentibus, Ne ita ferociter,
& barbarè feceris, sed honorem tribue
diei sanctificationis, & honora eũ qui
3 vniuersa conspicit: ¶ ille infœlix interro
gauit si est potẽs in cælo qui imperauit
4 agi diẽ sabbathorũ. ¶ Et rñdentibus il-
lis, Est Dñs viuus ipse in cælo potẽs, qui
5 iussit agi septimam diẽ. ¶ At ille ait, Et
ego potens sum super terram, qui impe
ro sumi arma, & negotia regis impleri.
Tñ non obtinuit vt consiliũ perficeret.
6 ¶ Et Nicanor quidem cum summa sup-
bia erectus, cogitauerat commune tro-
7 phæum statuere de Iuda. ¶ Machabæus
B autem semper confidebat cum oĩ spe
8 auxiliũ sibi à Deo affuturum, ¶ & horta
batur suos ne formidarent ad aduentũ

Nationũ, sed in mente haberẽt adiuto-
ria sibi facta de cælo, & nunc sperarent
9 ab oĩpotẽte sibi affuturã victoriã.ꝰEt al
locutus eos de lege & prophetis, admo-
nens etiam certamina quę fecerãt prius
10 promptiores cõstituit eos: & ita animis
eorũ erectis simul ostendebat Gentium
fallaciã, & iuramentorum prçuaricatio
11 nẽ.ꝰSingulos autem illorũ armauit, nõ
clypei & hastæ munitione, sed sermoni
bus optimis & exhortationibꝰ, exposito
digno fide somnio, per quod vniuersos
12 lętificauit. ꝰ Erat autẽ huiuscemodi vi-
C sus: Oniã qui fuerat summus sacerdos,
virũ bonũ & benignũ, verecundũ visu,
modestum moribus, & eloquio decorũ
& qui à puero in virtutibus exercitatus
sit manus protendentem, orare pro oĩ
13 populo Iudęorum.ꝰPost hoc apparuisse
& alium virũ ætate & gloria mirabilẽ,
& magni decõris habitudine circa illũ.
14 ꝰRespondentem verò Oniã dixisse, Hic
est fratrum amator, & populi Isrł: hic
est qui multum orat pro populo & vni
uersa sancta ciuitate Ieremias Propheta
15 Dei. ꝰExtendisse autem Ieremiã dextrã
& dedisse Iudæ gladium aureum, dicẽ-
16 tem, ꝰ Accipe sanctũ gladium munus à
Deo, in quo deiicies aduersarios populi
17 mei Israël.ꝰExhortati itaq; Iudę sermo
D nibus bonis valde, de qbus extolli pos-
set impetus, & animi iuuenũ confortar-
ri, statuerũt dimicare & cõfligere forti
ter: vt virtus de negotijs iudicaret, eò ꝙ
ciuitas sancta, & tẽplum periclitarentᷣ:
18 ꝰerat enim pro vxoribus & filijs, itemq;
pro fratribus & cognatis minor sollici-
tudo: maximus verò & primus pro san
19 ctitate timor erat templi. ꝰ sed & eos q
in ciuitate erãt, nõ minima solicitudo
20 habebat ꝑ his qui cõgressuri erant. ꝰEt
cum iam oẽs sperarent iudiciũ futurũ,
hostesq; adessent, atq; exercitus esset or
dinatus, bestiæ equitesq; opportuno in
21 loco compositi, ꝰcõsiderans Machabæꝰ
aduentum multitudinis, & apparatum
varium armorum, & ferocitatẽ bestia-
rũm, extendens manus in cælum, prodi
gia facientem Dominum inuocauit, q
non sm̃ armorum potentiam, sed prout
22 ipsi placet, dat dignis victoriã.ꝰDixit au
E tem inuocans hoc modo, ‖Tu Dñe qui
misisti Angelum tuum sub Ezechia re-
ge Iuda, & interfecisti de castris: Senna
cherib centum octogintaquinq; millia
23 ꝰ& nunc dominator cęlorum mitte An
gelum tuum bonum ante nos in timo-
re, & tremore magnitudinis brachij tui,
24 ꝰvt metuant qui cum blasphemia ve-
niunt aduersus sanctum ppłm tuum.
25 Et hic quidem ita perorauit. ꝰ Nicanor
aũt, & qui cum ipso erant, cum tubis &
26 canticis admouebant, ꝰIudas verò, & q
cum eo erant inuocato Deo, per oratio-
27 nes congressi sunt: ꝰmanu quidem pu-
gnantes, sed Dñm cordibus orantes, ꝓ-
strauerunt non minus trigintaquinq;
millia, præsentia Dei magnificè delecta
28 ti. ꝰCumque cessassent, & cum gaudio
redirent, cognouerunt Nicanorẽ fuisse
29 cum armis suis. ꝰFacto itaq; clamore, &
F perturbatione excitata, patria voce oĩ-
30 potentẽ Dñm benedicebant. ꝰPræcepit
aũt Iudas q per oĩa corpore & animo
mori pro ciuibus paratus erat caput Ni
canoris, & manum cum humero abscis
31 sam, Ierosolymam perferri. ꝰ Quò cum
peruenisset, conuocatis contribulibus,
& sacerdotibus ad altare, accersijt &
32 eos qui in arce erant. ꝰ Et ostenso capite
Nicanoris, & manu nefaria quã exten-
derat contra domum sanctam omnipo
33 tentis Dei, magnificè gloriatus est. ꝰLin
guam etiam impij Nicanoris præcisam
iussit particulatim auibus dari: manũ
autẽ dementis contra templũ suspendi.
34 ꝰOẽs igitur cæli benedixerunt Dñm, di-
centes, Benedictus qui locum suum in-
35 contaminatum seruauit. ‖ꝰSuspẽdit au-
G tem Nicanoris caput in summa arce, vt
euidens esset, & manifestum signũ au-
36 xilij Dei. ꝰ Itaq; oẽs communi consilio
decreuerunt nullo modo diem istum
37 absq; celebritate præterire. ꝰhabere au-
tem celebritatem tertiadecima die mẽ-
sis Adar, quæ dicitur voce Siriaca, pri-
38 die Mardochæi diei. ꝰIgitur his erga Ni
canorem gestis, & ex illis temporibus
ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoq;
39 in his faciam finem sermonis. ꝰ Et si q-
dem bene, & vt historiæ cõpetit, hoc &
ipse velim: si autem minus dignè, con-
40 cedendum est mihi. ꝰSicut enim vinũ
semper bibere aut semper aquam con-
trarium est, alternis autẽ vti delectabi-
le: ita legẽtibꝰ si semper exactus sit
sermo non erit gratus: Hic
ergo erit consumma-
tus.

Isa. 7. 36. 1. Ma. 5. 41. Sup. 8. 19.

4. Re. 19. 35. Tob. 1. d. 21. Eccl. 48. 24.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM
SECVNDVM MATTHÆVM.



CAPVT PRIMVM.



1 A LIBER Generatio
nis Iesu Christi, fi
lij ‖ Dauid, filij Abra
2 ham, ¶ ‖ Abraham
genuit Isaac. Isaac
autem genuit Iacob.
‖ Iacob auté genuit
Iudá, & fratres eius.
3 ¶ Iudas auté genuit
Phares & Zaram de
Thamar. ‖ Phares auté genuit Esron.
4 Esron auté genuit Aram. ¶Aram auté
genuit Aminadab. Aminadab aút ge-
nuit Naasson. Naasson auté genuit Sal
5 mon. ¶Salmon autem genuit Booz de
Rahab. ‖ Booz autem genuit Obed ex
6 Ruth. Obed autem genuit Iesse. ¶‖Iesse
autem genuit Dauid regé. Dauid auté
rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit
7 Vriæ. ¶ ‖Salomon aút genuit Roboam.
B Roboam auté genuit Abiam. Abia au-
8 tem genuit Asa. ¶ Asa auté genuit Iosa
phat. Iosaphat aút genuit Ioram. Iorá
9 autem genuit Oziam. ¶Ozias autem ge
nuit Ioatham. Ioatham autem genuit
10 Achaz. Achaz aút genuit Ezeciá. ¶‖Eze
cias auté genuit Manassen. ‖ Manasses
autem genuit ‖ Amon. Amon auté ge-
11 nuit Iosiam. ¶Iosias aút genuit ‖Iecho-
niam & fratres eius in trásmigratione
12 Babylons. ¶Et post transmigrationem
Babylonis, ‖ Iechonias genuit Sala-
thiel. ‖ Salathiel autem genuit Zoroba
13 bel. ¶Zorobabel auté genuit Abiud.
Abiud aút genuit ‖Eliacim. Eliacim au
14 té genuit Azor. ¶ Azor auté genuit Sa-
C doc. Sadoc auté genuit Achim. Achim
15 aút genuit Eliud. ¶ Eliud auté genuit
Eleazar. Eleazar auté genuit Mathan.
16 Mathan auté genuit Iacob. ¶ Iacob au-
tem genuit Ioseph virú Mariæ: de qua
17 natus est Iesus qui vocatur Chrs. ¶O-
mnes itaq; generationes ab Abrahá vs-
que ad Dauid, generationes quatuorde
cim, & à Dauid vsq; ad trásmigrationé
Babylonis, generationes quatuorde-
cim, & à transmigratione Babylonis
vsq; ad Christú, gñationes quatuorde-
18 cim. ¶Chri aút gñatio sic erat. ‖ Cú es-
set despósata mater eius Maria, Ioseph
antequá conuenirét, inuenta est in vte-
19 ro habés de Spiritu sancto. ¶Ioseph aút
vir eiꝰ cùm esset iustus, & nollet eá tra
ducere: voluit occultè dimittere eam.
20 ¶Hæc aút eo cogitáte, ecce angelus Dñi
D apparuit in somnis ei, dicés: Ioseph fili
Dauid, noli timere accipere Mariá con-
iugem tuá, quod enim in ea natú est,
21 de Spiritu sancto est: ¶pariet aút filiú:
‖& vocabis nomen eius Iesum. ipse ení
saluum faciet populum suum à pecca-
22 tis eorú. ¶ (Hoc autem totú factum est
vt adimpleretur quod dictum est à Do
23 mino per prophetá, dicentem: ¶ ‖ Ecce
virgo í vtero habebit, & pariet filium:
& *vocabunt nomen eius Emmanuel,
quod est interpretatú Nobiscú Deus.)
24 ¶Exurgens aút Ioseph à somno, fecit si-
cut præcepit ei angelus dñi: & accepit
25 coniugé suá. ¶ Et non cognoscebat eam
donec peperit filium suum primoge-
nitum: & vocauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

1 CVm ergo natus esset Iesus in Beth-
A léhem *Iudæ in diebus Herodis re
gis: ecce Magi ab Oriente venerunt Ie-
2 rosolymam, ¶ dicentes: Vbi est q natus
est rex Iudæorum? vidimus enim stel-
lam eius in Oriente, & venimus adora
3 re eú. ¶Audiens aút Herodes rex, turba
4 tus est, & ois Ierosolyma cum illo. ¶Et
congregans omnes principes sacerdotú
& Scribas populi, sciscitabat ab eis vbi

‖Luc 3 f. 31. ‖Gen 21. a ‖Gen.25. d.26. ‖Gen.29. d.35. ‖1 Par.2. a.c. ‖Rut.4 d 18. ‖1. Par. 2 b.10. ‖Nume.7 b.12. ‖1.Par.2. b.11. ‖Rut 4.d 17. ‖1.Par.2. b.13. ‖2.Re. 16 a. 1 17.b 22. ‖2 Re. 12 f.24. ‖3. Re.11 g.43. ‖1. Par. 3 b.10. ‖4.Re. 14 g.31. ‖2. Pa.26 d.23. ‖2. Pa.27. b.9. 2 Par.28. d.27. ‖4 Re.20. d.21. ‖4.Re.21 c.18. ‖4. Re.21. d.24. ‖4 Re.23. b.30.

‖1.Pa.3. e 16. ‖1.Par.5. c.17. ‖1.Pa.3.d 19. ‖1.Esd.3. a.2.5.a.2 ‖Agg.1.a 1. ‖Luc.1.e. 27. ‖Deut.24 a.1. ‖Luc.1 e. 31. ‖Act.4.b. 12. ‖Isaia 7.c 14. * vocabitur. Lu.2.a 7. *Iudeæ

5 Christus nasceretur. ¶ At illi dixerũt ei,
In Beth-léhem Iudæ. Sic enim scriptũ
6 est per prophetam: ¶ ‖Et tu Bethléhem
Terra-Iuda, nequaquam minima es in
principibus Iudæ: ex te enim exiet dux
7 qui regat pplʼm meũ Israël. ¶ Tunc He-
B rodes clàm vocatis Magis, diligẽter di-
dicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit
8 eis: ¶ & mittens illos in Bethléhẽ, dixit:
Ite, & interrogate diligẽter de puero: &
cũ inueneritis renũtiate mihi, vt & ego
9 veniens, adorem eũ. ¶ Qui cũ audissent
regem, abierunt, & ecce stella quã vide-
rãt in oriẽte, antecedebat eos, vsq; dũ
10 veniẽs staret suprà, vbi erat puer. ¶ Vidẽ-
tes autẽ stellã, gauisi sunt gaudio magno
11 valdè. ¶ Et intrantes domũ, inuenerunt
puerum cũ Maria matre eius. & proci-
dentes adorauerunt eũ: ‖& apertis the-
sauris suis, obtulerũt ei munera, aurũ,
12 tus, & mirrhã. ¶ Et responso accepto in
somnis ne redirent ad Herodẽ, per aliã
13 viam reuersi sunt in regionẽ suã. ¶ Qui
C cũ recessissent, ecce Angelus Dñi appa-
ruit in somnis Ioseph, dicens, Surge, &
accipe puerũ & matrẽ ei9, & fuge in Æ-
gyptũ: & esto ibi vsq; dum dicam tibi.
Futurũ est enĩ vt Hærodes quærat pue-
14 rum ad perdendũ eũ. ¶ Qui consurgẽs
accepit puerum & matrẽ eius nocte: &
15 secessit in Ægyptũ. ¶ Et erat ibi vsq; ad
obitum Herodis: vt adimpleretʼ quod
dictũ est à Dño per prophetã, dicẽtem,
16 ‖Ex Ægypto vocaui filium meũ. ¶ Tunc
Herodes videns qm̃ illusus esset à Ma-
gis, iratus est valde: & mittens occidit
oẽs pueros qui erãt in Beth-léhem, & in
oĩbus finibus eius, à bimatu & infrà, se-
cundũ tempus quod exquisierat à Ma-
17 gis. ¶ Tunc adimpletũ est qđ dictum est
18 per Ieremiã prophetã, dicentẽ, ¶ ‖Vox in
Rama audita est, ploratus & vlulatus
multus, Rachel plorans filios suos, &
19 noluit cõsolari, quia non sunt. ¶ Defun-
D cto autẽ Herode, Ecce Angelus Dñi ap-
20 paruit in somnis Ioseph in Ægypto, ¶ di-
cẽs, Surge, & accipe puerum & matrem
eius, & vade in terrã Isrʼl. defuncti sunt
21 enim qui quærebant aĩam pueri. ¶ Qui
cõsurgens, accepit puerũ & matrẽ eius,
22 & venit in terrã Israël. ¶ Audiens autem
q Archelaus regnaret in Iudæa pro He-
rode prẽ suo, timuit illò ire: & admoni-
tus in somnis, secessit in partes Galilææ.
23 ¶ Et veniẽs habitauit in ciuitate quæ vo-
catʼ Nazareth: vt adipleretʼ qđ dictũ est
p Prophetas: Qm̃ Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

1 IN diebus autẽ illis venit Iohãnes Ba-
A ptista prædicãns in deserto Iudææ, ¶ &
2 dicẽs, ‖Pœnitentiã agite: appropinqua-
3 bit enim regnũ cælorũ. ¶ Hic est enim
qui dictus est per Isaiam prophetã, di-
centẽ, ‖Vox clamantis in deserto, Para-
te viam dñi, rectas facite semitas eius.
4 ¶ Ipse autẽ Iohannes habebat vestimen-
tum de pilis camelorũ, & zonam pelli-
ceam circa lumbos suos: esca autẽ eius
5 erat locustæ & mel syluestre. ¶ Tunc exi-
bat ad eũ Ierosolyma & omnis Iudæa,
6 & omnis regio circa Iordanẽ: ¶ & bapti-
zabantur ab eo in Iordane, confitentes
7 peccata sua. ¶ Videns autẽ multos Pha-
B risæorum & Sadducæorũ venientes ad
baptismum suũ, dixit eis Progenies vi-
perarũ, quis demonstrauit vobis fugere
8 à ventura ira? ¶ Facite ergo fructũ dignũ
9 pœnitentiæ. ¶ Et ne velitis dicere intra
vos, ‖Patrẽ habemus Abrahã. Dico enĩ
vobis qm̃ potens est Deus de lapidibus
10 istis suscitare filios Abrahæ. ¶ Iam enim
securis ad radicem arborum posita est.
C ‖Omnis ergo arbor quæ non facit fru-
ctum bonũ, excidẽtur, & in ignẽ mit-
11 tetur. ¶ Ego quidẽ baptizo vos in aqua
in pœnitentiã: qui autem post me ven-
turus est (fortior me est, cuius non sum
dignus calceamenta portare,) ipse vos
12 baptizabit in Spiritu sctõ & igni. ¶ Cu-
ius ventilabrũ in manu sua, & permun-
dabit areã suã, & congregabit triticum
suũ in horreũ, paleas autẽ cõburet igni
13 inextinguibili. ¶ ‖Tũc venit Iesus à Ga-
lilæa in Iordanem, ad Iohannẽ, vt bapti-
14 zaretʼ ab eo. ¶ Iohannes autem prohibe-
D bat eũ, dicens, Ego à te debeo baptiza-
15 ri, & tu venis ad me. ¶ Rñdens autẽ Ie-
sus, dixit ei, Sine modò. sic enim decet
nos implere oẽm iustitiã. Tunc dimisit
16 eũ. ¶ Baptizatus autem Iesus, cõfestim
ascẽdit de aqua. & ecce aperti sunt ei cæ-
li: & vidit Spiritũ Dei descendentem si-
17 cut columbã, & veniẽtem super se. ¶ Et
ecce vox de cælis dicens, ‖Hic est filius
meus dilectus in quo mihi complacui.

CAP. IIII.

1 TVnc Iesus ductus est in desertũ à
A Spiritu, vt tentaretʼ à diabolo. ¶ Et
2 cum ieiunasset quadraginta diebus &
3 quadraginta noctib9, postea esuriit. ¶ Et

‖Marc. 1 a 4
Lu. 3 a 3
appro- pinqua- uit 3
de quo dictum
Esa. 40 a 3
Marc. 1 a 3
Lu. 3 a 4
Ioh. 1 c 24
Infrà 23 d 33
‖Ioh. 8 e 39
Act. 13 d 26
potest 6
‖Infra 7 a 1
excidit & i ignẽ mittit 4.
Mar. 1 b 8
Luca 3 c 16
Iohan. 1 d 26
Act. 11 c 16 & 19 a 4
Mar. 1 b 9
Luca 3 d 21
-4.
Luca 9 c 35
2 Pet. 1 c 17.
Mar. 1 b 12
Luca 4 a 1.

accedens tentator dixit ei, Si filius Dei
4 es, dic vt lapides isti panes fiát. ¶Qui re-
spődens dixit, Scriptű est, ‖Non in solo
pane viuit homo, sed í omni verbo qđ
5 procedit de ore Dei. ¶ Túc assumpsit eű
diabolus in sanctá ciuitaté, & statuit eű
6 super pinnaculű tépli, ¶ & dixit ei, Si
filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptű
est ení, ‖Quia angelis suis *mãdabit* de
B te, & in manib⁹ tollét te, ne forte offen
7 das ad lapidé pedem tuű. ¶Ait illi Iesus
rursum, Scriptű est ‖Non tentabis Dñm
8 Deű tuű. ¶ Iterű assumpsit eű diabolus
in monté excelsum valde: & ostédit ei
9 oĩa regna mundi, & gloriá eorű, ¶& di-
xit ei, Hęc oĩa tibi dabo, si cadés adora-
10 ueris me. ¶Tunc dicit ei Iesus, Vade *Sa
tana: scriptű est enim, ‖Dñm Deű tuű
11 adorabis: & illi soli seruies. ¶Tunc reli-
quit eű diabolus: & ecce angeli accesse-
12 runt, & ministrabát ei. ¶Cű auté audis-
set Iesus q̃ Iohãnes traditus esset, ‖secess
13 sit in Galilæá: ¶& relicta ciuitate Naza-
reth, vénit ‖& habitauit in Caphernaű
maritima, in finib⁹ Zabûlon & Neph-
14 thali, ¶vt adimpleret quod dictű est per
C Isaiam prophetá. ¶‖Terra Zabûló & ter
15 ra Nephthali, via maris trans Iordané
16 *Galilęę* gentiű: ppl's qui *sedebat* in te-
nebris, vidit lucé magná: & sedentibus
in regione *vmbræ* mortis, lux orta est
17 eis. ¶Exinde cœpit Iesus prędicare, & di
cere, ‖Pœnitentiá agite: *appropinqua-
18 bit enim regnű cælorum. ¶‖Ambulans
autem Iesus iuxta mare Galilæę, vidit
duos fratres Symoné qui vocat᷑ Petrus,
& Andreá fratré eius, mittentes rete in
19 mare (erant ení piscatores) ¶& ait illis,
Venite post me *: & faciá vos fieri pisca-
20 tores hominű. ¶ At illi cőtinuò relictis
21 retib⁹, secuti sunt eű. ¶Et ꝓcedés inde,
D vidit alios duos fratres, Iacobű Zebe-
dęi & Iohanné fratrem eius in naui cű
Zebedęo patre eorű, reficiétes retia sua:
22 & vocauit eos. ¶ Illi auté statim relictis
23 retib⁹ & patre, secuti sunt eű. ¶Et circui-
bat Iesus totá Galilęá, docens in synago
gis eorű, & prædicans euangeliű regni:
& sanás oém languoré & oém infirmi-
24 taté in populo. ¶Et abijt opinio eius in
totá Syriá, & obtulerunt ei omnes ma-
lè habentes, varijs languorib⁹ & tormé-
tis cőprehensos, & quę demonia habe-
bát, & lunaticos, & paralyticos, & cura-
25 uit eos: ¶‖& secutæ sunt eű turbæ mul-

‖Deu. 8 a 3
‖Psal. 90 c 11
*mandauit
‖Deut. 6 c 16
*post me 4
‖Deut. 6 c 13
‖Mar. 1 b 14 Luca 4 c 14 Iohan. 4 f. 43.
Isai. 9 A 1
*Galilęa 2.
*ambulabat
* & vmbra 2.
Mar. 1. b 15
* appropinquauit 10
Marc. 1. b 16 Lu. 5 a 1
‖Mar. 3. a 7 Luca 6 c. 17.

tę de Galilęa, & Decapoli, & de Ieroso-
lymis, & de Iudęa, & de trans Iordané.

CAP. V.

1 VIdens auté* turbas, ascendit in mő
A tem, & cű sedisset, accesserűt ad eű
2 discipuli ei⁹. ¶& aperiés os suű, docebat
3 eos dicens, ¶‖Beati pauperes spiritu: qm̃
4 ipsorű est regnum cęlorű. ¶ ‖Beati mi-
5 tes: qm̃ ipsi possidebunt terrá. ¶Beati qui
6 lugent: qm̃ ipsi consolabunt᷑. ¶‖Beati q
esuriunt, & sitiunt iustitiá: qm̃ ipsi sa-
7 turabunt᷑. ¶Beati misericordes: qm̃ ipsi
8 misericordiá consequent᷑. ¶‖Beati mun
9 do corde: qm̃ ipsi Deű videbunt. ¶Bea-
10 ti pacifici: qm̃ *filij Dei vocabunt᷑. ¶Bea-
ti qui persecutioné patiuntur propter
iustitiá: qm̃ ipsorum est regnű cęlorű.
11 ¶Beati estis cű maledixerint vobis*, &
persecuti vos fuerint, & dixerint omne
malű aduersum vos mentiétes ꝑꝑ me:
12 ¶gaudete & exultate, qm̃ merces vestra
B copiosa est in cęlis. sic ení ꝑsecuti sunt
ꝓphetas, qui fuerűt ante vos. Vos estis
13 sal terrę. ¶‖Quòd si sal euanuerit, í quo
saliet᷑? ad nihilű valet vltrà, nisi vt mit
tatur foras, & conculcetur ab homini-
14 bus. ¶Vos estis lux műdi. Non potest ci
15 uitas abscódi supra monté posita. ¶ ne-
que accendunt lucerná, & ponunt eam
sub modio, sed super candelabrű, vt lu
16 ceat omnib⁹ qui in domo sunt. ¶‖Sic lu
ceat lux vestra coram hominibus: vt vi-
deant opera vestra bona, & glorificent
17 patrem vestrű qui in cęlis est. ¶ Nolite
putare qm̃ veni soluere legem aut pro-
phetas: nó veni soluere: sed adimplere.
18 ¶ Amé q̃ppe dico vobis, donec tráseat
C cælű & terra, iota vnum aut vnus apex
non præteribit à lege: donec oĩa fiant.
19 ¶‖Qui ergo soluerit vnű de mãdatis istis
minimis, & docuerit sic homines: mini
mus vocabitur í regno cælorű. qui aűt
fecerit & docuerit: hic magnus vocabit᷑
20 in regno cælorű. ¶Dico enim vobis, q̃a
nisi abundauerit iustitia vestra, plus q̃
Scribarum & Pharisæorum, non intra
21 bitis in regnű cęlorű. ¶Audistis quia di
ctű est antiquis: Nó occides. qui aűt oc
22 ciderit, reus erit iudicio. ¶Ego auté dico
vobis, quia omnis qui irascit᷑ fratri suo,
D reus erit iudicio. Qui auté dixerit fratri
suo, raca: reus erit cőcilio. Qui aűt dixe-
23 rit, fatue: reus erit gehénę ignis. ¶Si ergo
offers munus tuű ad altare, & ibi recor
datus fueris q̃a frater tuus habet aliqđ

*Iesus
‖Luca 6 c. 20.
‖Psal. 36 a. 11.
‖Isa. 61 a 3 & 65 c. 13. & 66 c. 10.
Psal. 23 a 4.
*ipsi 1.
1. Pet. 3. d 20 & 3 c. 14 & 4 d. 14.
*homines
Mar. 9. g. 50 Luc. 14 g. 34. Mar. 4. c. 21 Luc. 8 b 16. & 11 c. 33.
‖1. Pe. 2. c. 12.
‖Luc. 16 d. 17.
‖Iaco. 2. b. 10
Luc. 11 f 39.
Exod. 20 c. 13. Deut. 5 b. 17.

24 aduersum te: relinque ibi munus tuũ
ante altare, & vade prius reconciliari
fratri tuo: & tũc veniẽs offeres munus
25 tuũ. Esto cõsentiẽs aduersario tuo ci-
tò dũ es in via cũ eo: ne fortè tradat te
aduersari⁹ iudici, & iudex tradet te mi-
26 nistro, & in carcerẽ mittaris. Amẽ dico
tibi, nõ exies inde donec reddas nouis-
27 simũ quadrantẽ. Audistis q̃a dictũ est
28 antiquis, Nõ mœchaberis. Ego autẽ
dico vobis, quia oĩs qui viderit mulie-
rẽ ad concupiscẽdum eã, iam mœcha-
29 tus est eã in corde suo. Quòd si ocu-
E lus tuus dexter scãdalizat te, erue eũ, &
proijce abs te: expedit enĩ tibi vt pereat
vnum membrorũ tuorũ, q̃ totum cor-
30 pus tuũ mittatur in gehennã. Et si dex-
tra manus tua scandalizat te, abscinde
eã, & proijce abs te: expedit enim tibi
vt pereat vnũ membrorũ tuorum, q̃ to-
31 tum corpus tuũ eat in gehennã. Dictũ
est autẽ, Quicunq; dimiserit vxorem
32 suã, det ei libellũ repudij. Ego autẽ di-
co vobis, quia oĩs qui dimiserit vxorem
suã, excepta fornicationis causa, facit eã
mœchari: & q dimissam duxerit, adul-
33 terat. Iterũ audistis q̃a dictũ est anti-
quis, Non periurabis: reddes aũt Dño
34 iuramenta tua. Ego autem dico vobis,
non iurare omnino, neq; per cœlum:
35 quia thronus Dei est: neq; per terram:
quia scabellũ est pedum eius: neq; per
Ierosolymã: quia ciuitas est magni re-
36 gis. neq; per caput tuũ iuraueris: quia
nõ potes vnum capillum album facere
37 aut nigrũ. Sit autẽ sermo vester, est,
est: non, non: quod autem his abundã-
38 tius est, à malo est. Audistis q̃a dictũ
est, Oculum pro oculo, & dentem pro
39 dente. Ego autem dico vobis non resi-
stere malo: sed si quis te percusserit in de-
xteram maxillã tuam, præbe illi & alte-
40 ram: & ei qui vult tecũ in iudicio cõ-
tendere, & tunicam tuã tollere: dimitte
41 ei & pallium. Et quicunq; te angaria-
uerit mille passus, vade cum illo alia
42 duo. Qui petit à te, da ei: & volenti
43 mutuare à te, ne auertaris. Audistis q̃a
dictũ est, Diliges proximũ tuũ, & odio
44 habebis inimicũ tuũ. Ego autem dico
vobis, Diligite inimicos vestros, benefa-
cite his qui oderũt vos: & orate p̱ per-
45 sequentib⁹ & calũniantibus vos: vt si-
tis filij pr̃is vestri q in cœlis est, qui solẽ
suũ oriri facit super bonos & malos; &

46 pluit super iustos & iniustos. Si enim
diligitis eos qui vos diligunt, quã mer-
cedem habebitis? nonne & publicani
47 hoc faciunt? Et si salutaueritis frẽs ve-
stros tantũ, q̃d amplius facitis? nõne &
48 ethnici hoc faciũt? Estote ergo vos p̱fe-
cti, sicut & pr̃ vester cœlestis p̱fectus est.

CAP. VI.

1 A Ttendite ne iustitiam vestrã facia-
A tis coram hominib⁹, vt videamini
ab eis: alioquin mercedẽ nõ habebitis
apud patrem vestrum qui in cœlis est.
2 Cùm ergo facis eleemosynã, noli tuba
canere ante te, sicut hypochrytæ faciũt
in synagogis & in vicis, vt honorificentur
ab hoĩbus: Amen dico vobis, receperũt
3 mercedẽ suam. Te autẽ faciente elee-
mosynã, nesciat sinistra tua quid faciat
4 dextera tua: vt sit eleemosyna tua ĩ ab-
scondito: & pater tuus qui videt in ab-
5 scondito, reddet tibi. Et cũ oratis, nõ
eritis sicut hypocritæ, q amãt in synago
gis & in angulis platearũ stantes orare,
vt videantur ab hominib⁹: amen dico vo
6 bis, receperunt mercedem suã. Tu au-
tem cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ,
& clauso ostio, ora patrem tuũ in ab-
scondito: & pater tuus qui videt in ab-
7 scondito, reddet tibi. Orantes autẽ, no-
B lite multũ loqui, sicut ethnici *putant
enim q, in multiloquio suo exaudian-
8 tur. Nolite ergo assimilari eis: scit enĩ
pater vester quid opus sit vobis, anteq̃
9 petatis eũ. Sic ergo vos orabitis. Pater
noster qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ
10 tuum. Adueniat regnũ tuum. Fiat vo-
11 luntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Pa
nem nostrum superstantialem da no-
12 bis hodie. Et dimitte nobis debita no
stra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹
13 nostris. Et ne nos inducas in tentatio-
14 nem. Sed libera nos à malo. Amẽ. Si
enim dimiseritis hominib⁹ peccata eo-
rum: dimittet & vobis pater vester cœle
15 stis delicta vestra. Si autem nõ dimise-
ritis hoĩbus: nec pater vester dimittet
16 vobis peccata vestra. Cũ autem ieiuna
tis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.
exterminant enim facies suas, vt pareãt
hominibus ieiunãtes. Amẽ dico vobis
17 quia receperunt mercedẽ suã. Tu autẽ
cum ieiunas, vnge caput tuum, & fa-
18 ciem tuã laua: ne videaris hominibus
ieiunans, sed patri tuo qui est in abscõ-
dito: & pater tuus qui videt in abscõdi-

¹ habebitis 2.

Ro. 12. b. 8.

Luc. 14. c. 14.

Esa. 29. d. 13.

4. Reg. 4. e. 33.

Act. 10. a. 9.

*faciunt.

Luc. 11. a. 2.

Inf. 18. d. 13.
Mar. 11. c 25.
Eccl. 28. a. 7.

to, red-

19 to, reddet tibi. ¶ ‖ Nolite thesaurizare vo-
bis thesauros ĩ terra: vbi ærugo & tinea
C demolit̃, & vbi fures effodiunt & fura-
20 tur. ¶ Thesaurizate aũt vobis thesauros
in cælo: vbi neq; ærugo neq; tinea de-
molit̃, & vbi fures nõ effodiunt nec fu
21 rantur. ¶ ‖ Vbi enim est thesaurus tuus,
22 ibi est & cor tuum. ¶ ‖ Lucerna corporis
-tui, est oculus- tuus. Si* oculus tuus
fuerit simplex: totum corpus tuũ luci-
23 dum erit. ¶ Si autem oculus tuus fuerit
nequã: totum corpus tuũ tenebrosum
erit. Si ergo lumẽ quod in te est, tenebrę
24 sunt: ipsæ tenebrę quãtę erũt? ¶ ‖ Nemo
potest duob⁹ dominis seruire: aut enim
vnum odio habebit, & alterũ diliget:
aut vnũ sustinebit, & alterum contem-
net. Nõ potestis Deo seruire & mãmo-
25 næ. ¶ Ideo dico vobis: ‖ ne soliciti sitis
aĩę vestræ quid manducetis, neque cor-
pori vestro quid induamini. Nõne ani-
ma plus est q̃ esca: & corpus plus q̃
26 vestimẽtum. ¶ Respicite volatilia cæli,
D qm̃ non serunt, neq; metunt, neq; con-
gregant in horrea: & pater vester cæle-
stis pascit illa. Nonne vos magis pluris
27 estis illis? ¶ Quis autẽ vestrum cogitans
potest adiicere ad staturam suam cubi-
28 tum vnum? ¶ Et de vestimento quid sol-
liciti estis? Cõsiderate lilia agri quomo-
29 do crescunt: nõ laborãt neq; nent. ¶ Di-
co autẽ vobis, qm̃ nec Salomon in om-
ni gloria sua coopertus est sicut vnum
30 ex istis. ¶ Si autem fœnũ agri, quod ho-
die est, & cras in clibanũ mittit̃, Deus
sic vestit: quãtò magis vos *minimę fi-
31 dei? ¶ Nolite ergo solliciti esse, dicentes:
Quid mãducabimus, aut q̃d bibemus,
32 aut quo operiemur? ¶ hæc enim omnia
gentes inquirunt. Scit enim pater vester
33 quia his oĩbus indigetis. ¶ Quærite ergo
primũ regnũ Dei & iustitiã eius: & hęc
34 omnia adijcient̃ vobis. ¶ Nolite ergo sol
liciti esse in crastinũ. Crastinus enĩ dies
sollicit⁹ erit sibiipsi, sufficit diei malitia
sua.

CAP. VII.

1 NOlite iudicare, vt non iudicemini.
A *¶ In quo enĩ iudicio iudicaueritis,
2 iudicabimini: ‖ & in qua mẽsura men-
3 si fueritis, remetiet̃ vobis. ¶ Quid autẽ
vides festucã in oculo fratris tui: & tra
4 bem in oculo tuo non vides? ¶ Aut quo-
modo dicis fratri tuo, *Sine eijciam fe-
stucã de oculo tuo: & ecce trabs est in
5 oculo tuo? ¶ Hypocrita, eijce primũ tra-

‖ Luc. 12. d. 33. 1. Ti. 6. d. 19.
‖ Luc. 12. e. 34.
‖ Luc. 11. e. 34.
-6.
-5
*igitur 2
Luc. 11 e. 34.
‖ Luc. 16. c. 13.
‖ Luc. 12. c. 22. 1. Pet. 5. b. 7. Psal. 54. d. 25. Phil. 4. a. 6. 1. Tim. 6 b. 8.
* modicę
3. Reg. 3. a. 9.
* Nolite condẽnare, vt nõ condemnemini.
‖ Luca 6. f. 37. Ro 2. a. 1 Matt. 4. c. 14.
* frater.

bẽ de oculo tuo, & tũc videbis eijcere fe
6 stucã de oculo fratris tui. ¶ Nolite darẽ
sanctũ canib⁹: neq; mittatis margaritas
vras ante porcos, ne forte cõculcẽt eas
pedib⁹ suis, & conuersi dirumpant vos.
7 ¶ ‖ Petite, & dabitur vobis: q̃rite, & inue-
8 nietis: pulsate, & aperiet̃ vobis. ¶ Omnis
B enĩ q̃ petit, accipit: & q̃ quęrit inuenit:
9 & pulsanti aperiet̃. ¶ Aut q̃s est ex vobis
homo, quẽ si petierit fili⁹ suus panẽ, nũ-
10 quid lapidẽ porriget ei? ¶ Aut si piscẽ pe-
11 tierit, nunq̃d serpentẽ porriget ei? ¶ Si er-
go vos cũ sitis mali, nostis bona-data
dare filijs vr̃is: quãtò magis pr̃ vester q̃
12 in cęlis est, dabit bona petẽtib⁹ se? ¶ Oĩa
ergo q̃cunq; vultis vt faciãt vobis hoĩes:
*& vos facite illis. Hęc est enĩ lex & Pro
13 phetæ. ¶ Intrate p̃ angustã portã q̃a lata
porta, & spatiosa via est q̃ ducit ad pdi-
14 tionẽ, & multi sunt q̃ intrãt p̃ eã. ¶ *Quã
angusta porta, & arcta via est quę ducit
ad vitã: & pauci sunt q̃ inueniũt eam?
15 ¶ Attẽdite à falsis p̃phetis, q̃ veniũt ad
C vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus aũt
16 sunt lupi rapaces. ¶ ‖ à fructib⁹ eorũ co-
gnoscetis eos. Nunquid colligunt de
17 spinis vuas, aut de tribulis ficus? ¶ Sic
omnis arbor bona, fruct⁹ bonos facit:
18 mala aũt arbor, malos fruct⁹ facit. ¶ Nõ
potest arbor bona, malos fruct⁹ facere:
neq; arbor mala bonos fructus facere.
19 ¶ ‖ Oĩs arbor quæ nõ facit fructũ bonũ,
20 excidet̃, & in ignẽ mittet̃. ¶ Igit̃ ex fru-
21 ctib⁹ eorũ cognoscetis eos, ¶ Nõ oĩs qui
dicit mihi Dñe, Dñe, intrabit in regnũ
cælorũ: sed q̃ facit voluntatẽ pr̃is mei
qui in cęlis est, ipse intrabit in regnũ cę
22 lorũ. ¶ ‖ Multi dicent mihi in illa die:
Dñe dñe, nõne in nomine tuo prophe-
tauimus, & ĩ nomine tuo dęmonia eie-
cimus, & in nomine tuo virtutes mul-
23 tas fecimus? ¶ Et tunc confitebor illis,
D Quia nunquam noui vos: ‖ discedite à
24 me* qui operamini iniquitatẽ. ¶ Oĩs ergo
qui audit verba mea hęc, & facit ea: as-
similabit̃ viro sapienti q̃ ędificauit do-
25 mum suam super petrã, ¶ & descendit
pluuia, & venerũt flumina, & flauerũt
venti, & irruerunt in domum illam, &
non cecidit, fundata enim erat sup̃ pe-
26 tram. ¶ Et omnis qui audit verba mea
hęc, & nõ facit ea, similis erit viro stul-
to, qui ędificauit domum suam super
27 arenam. ¶ & descẽdit pluuia, & venerũt
flumina, & flauerunt venti, & irruerũt

‖ Luc. 11 b. 3.
Mar. 11 c. 24.
Luca 11 b. 9.
Luca 6. d. 31.
‖ Luca 6 f. 44.
‖ Supr. 3 b. 10.
Infra b. 11.
‖ Act. c. 13.
* omnes
‖ Psal. a 9.
Infra, d. 41.
Luca c. 27.
Luca 6. g 47.
Rom 2. b 15.
Iac. 1. d. 22.
b. 11.

in domum illá, & cecidit, & fuit ruina
28 illius magna. ¶ Et factú est cùm cósum
masset Iesus verba hæc, admirabantur
29 turbę super doctrina eius. ¶ Erat enim
docens eos sicut potestatem habens, &
non sicut scribæ eorum & pharisæi.

CAP. VIII.

1 CVm aút descédisset de môte, sequn
A tæ sunt eú turbæ multæ: ¶ & ecce
2 leprosus veniens, adorabat eú dicens:
3 Dñe si vis potes me múdare: ¶ Et exten-
dens Iesus manú, tetigit eú, dicens. Vo-
lo, Mundare. Et cófestim mundata est
4 lepra eius. ¶ Et ait illi Iesus: Vide nemi
ni dixeris: sed vade, ostéde te sacerdoti
& offer munus quod pcepit Moyses in
5 testimoniú illis. ¶ Cú autem introisset
Capharnaú, accessit ad eú Centurio, ro
6 gans eú, ¶ & dicens: Dñe puer meus ia-
cet in domo paralyticus, & malè torque
7 tur. ¶ Et ait illi Iesus: Ego veniá, & cura-
8 bo eú. ¶ Et rńdens Céturio, ait: Dñe nó
sum dignus vt intres sub tectú meú: sed
tantú dic verbo, & sanabitur puer meus.
9 ¶ Ná & ego homo sum sub potestate có
stitutus, habés sub me milites: & dico
huic: vade, & vadit: & alij, veni, & ve-
10 nit: & seruo meo: fac hoc, & facit. ¶ Au-
diens auté Iesus, miratus est, & sequen-
tibus se dixit: Amé, dico vobis, non in-
11 ueni tantá fidé in Israël. ¶ Dico auté vo-
B bis q multi ab Oriente & occidéte ve-
nient, & recúbent cú Abrahá, & Isaac,
12 & Iacob, in regno cęlorú: ¶ filij auté re-
gni ejicientur in tenebras exteriores: ibi
13 erit fletus, & stridor dentiú. ¶ Et dixit Ie
sus Céturioni, Vade, & sicut credidisti
fiat tibi. Et sanatus est puer í illa hora.
14 ¶ Et cú venisset Iesus in domú Petri, vi
15 dit socrú eius iacenté & febricitáté: ¶ &
tetigit manú eius, & dimisit eá febris, &
16 surrexit, & ministrabat ei. ¶ Vespere
auté facto, obtulerút ei multos dæmo-
nia habétes: & ejiciebat spiritus verbo:
17 & oés malè habentes curauit: ¶ vt adim
pleretur quod dictú est p Isaiá prophetá
dicenté, Ipse infirmitates nostras acce-
18 pit: & ęgrotationes portauit. ¶ Videns
aút Iesus turbas multas circú se, iussit
19 ire trans fretú. ¶ Et accedens vnus scri-
ba, ait illi: Magister, sequar te, quocúq;
20 ieris. ¶ Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas ha
C bent, & volucres cæli nidos: filius auté
hominis nó habet vbi caput reclinet.
21 ¶ Alius autem de discipulis eius ait illi:

Mar. 1 e 22 Luca 4 e 32 — 4. Mar. 1 d 40 Luca 5 c 12 Leuit. 14 a 2 Lu. 7 a 1 Ioh. 4. g 46 Lu. 7 a 6 — 13. Esa. 42 f 29 Mal. 1 c 11 Lu. 13 e 29 Infrà 22 b 13 Luca 13 f 28 Psal. 106 b 20 Sapié. 16 b 12 Marc. 1 c 29 Luca 4 f 38 Mar. 1 c 32 Luca 4 g 40 Esa. 53 a 4 1 Pet. 2 d 24 *nostras *discipulos Lu. 9 g 59 *suum

Dñe, permitte me primú ire & sepelire
22 patrem meú. ¶ Iesus auté ait illi, Seque-
re me, & dimitte mortuos sepelire mor
23 tuos suos. ¶ Et ascendente eo in nauicu-
24 lá, secuti sunt eú discipuli eius: ¶ & ecce
motus magnus fact' est in mari, ita vt
nauicula operiretur fluctib', ipse verò
25 dormiebat. ¶ Et accesserút ad eú, & su-
scitauerunt eú, dicétes: Dñe salua nos,
26 perimus. ¶ & dicit eis: Quid timidi estis
modicæ fidei? Túc surgens imperauit vé
tis & mari, & facta est tráquillitas ma-
27 gna. ¶ Porrò hoíes mirati sunt dicentes:
Qualis est hic, qa véti & mare obediút
28 ei? ¶ Et cú venisset trans fretum in regio
D nem Gerasenorum, occurrerunt ei duo
habentes dæmonia, de monumétis ex-
eútes, sæui nimis, ita vt nemo posset trá
29 sire per viam illá. ¶ Et ecce clamauerút
dicétes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei?
Venisti huc ante tempus torquere nos.
30 ¶ Erat auté non longè ab illis grex mul-
31 torum porcorú pascens. ¶ Dęmones au-
tem rogabant eú dicentes: Si ejicis nos,
32 mitte nos in gregé porcorum. ¶ Et ait il-
lis: ite. At illi exeútes abierút í porcos,
& ecce impetu abijt totus grex per præ-
ceps in mare: & mortui sunt in aquis.
33 ¶ Pastores autem fugerunt: & veniétes
in ciuitatem, nuntiauerút omnia, & de
34 ijs qui dæmonia habuerát. ¶ Et ecce to-
ta ciuitas exijt obuiá Iesu, & viso eo, ro
gabant vt transiret à finibus eorum.

CAP. IX.

1 ET ascendens in nauiculá, transfre-
A tauit, & venit in ciuitaté suá. ¶ Et ec
2 ce offerebát ei paralyticú iacenté in le-
cto. Et videns Iesus fidé illorú dixit pa-
ralytico: Confide fili, remittuntur tibi pec
3 cata tua. ¶ Et ecce quidá de Scribis dixe-
4 rút intra se, hic blasphemat. ¶ Et cú vi-
disset Iesus cogitationes eorú dixit: Vt
qd cogitatis mala in cordibus vestris?
5 ¶ Quid est facilius dicere, dimittuntur ti-
bi peccata: an dicere: Surge & ambula?
6 ¶ Vt aút sciatis qa filius hoís habet pote
staté in terra dimittédi peccata: túc ait
paralytico: Surge, tolle lectú tuú, & va-
7 de in domú tuá. ¶ Et surrexit, & abijt in
8 domú suá. ¶ Videntes auté turbę timue
runt, & glorificauerút Deú, q dedit po-
9 testaté talem hoibus. ¶ Et cú transiret
inde Iesus, vidit hoiem sedenté in telo-
nio, Matthæum noie. Et ait illi sequere
10 me. Et surgens secutus est eú. ¶ Et factú

Mar. 4 d 36 Luca 8 c 22 *discipuli eius Mar. 5 a 1 Luca 8 d 26 Mar. 5 b 11 Luca 7 d 32 Mar. 5 b 17 Luca 7 c 37 Act. 16 g 39 *Iesus Mar. 2 a 3 Lu. 5 d 18 Ioh. 5 a 5 Esa. 43 d 25 *tua Act. 9 f 34 Mar. 2 b 14 Luca 5 e 27

est

est discũbente eo in domo, ecce multi
publicani & peccatores veniẽtes, discũ-
11 bebant cũ Iesu & discipulis eiꝰ. ¶ Et vi-
B dẽtes Pharisæi, dicebãt discipulis eius:
Quare cũ publicanis & peccatoribꝰ mã
12 ducat magister vester? ¶ At Iesus audiẽs,
ait: ‖ Nõ est opus valentibꝰ medicꝰ, sed
13 malè habentibꝰ. ¶ Eũtes autẽ discite q̃d
est Misericordiã volo, & nõ sacrificiũ.
Non enim veni vocare iustos sed pecca
14 tores*. ¶ Tunc accesserunt ad eũ discipu
li Iohãnis dicentes: Quare nos & Pha-
risæi ieiunamus frequenter: discipuli
15 autẽ tui non ieiunãt? ¶ Et ait illis Iesus:
Nunq̃d possunt filij sponsi lugere, quã-
diu cũ illis est sponsus? Venient autem
dies cũ auferetur ab eis sponsus: & tũc
16 ieiunabunt. ¶ Nemo autẽ immittit cõ-
missurã panni rudis in vestimentũ ve-
tus, tollit enim plenitudinẽ eius à vesti
17 mẽto: & peior scissura fit. ¶ Neq; mittũt
vinũ nouum in vtres veteres, alioquin
rumpuntur vtres, & vinũ effunditur, &
vtres pereunt. Sed vinũ nouũ in vtres
nouos mittunt: & ambo conseruãtur.
18 ¶ Hęc illo loquẽte ad eos, ecce princeps
C vnꝰ accessit, & *adorabat eũ, dicẽs: Dñe
filia mea modo defuncta est: sed veni
impone manũ tuã super eam, & viuet.
19 ¶ Et surgens Iesus, sequebatur eũ, & di-
20 scipuli eius. ¶ Et ecce mulier quę sangui
nis fluxũ patiebat᷑ duodecim annis, ac
cessit retrò, & tetigit fimbriã vestimẽti
21 eius: ¶ Dicebat enim intra se: Si tetigero
22 tantũ vestimentũ eius, salua ero. ¶ At Ie
sus conuersus & videns eã dixit: Cõfide
filia, fides tua te saluã fecit. Et salua fa-
23 cta est mulier ex illa hora. ¶ Et cũ venis-
set Iesus in domum principis, & vidis-
set tibicines & turbam tumultuãtẽm,
24 *dicebat, ¶ Recedite, nõ est enĩ mortua
25 puella, sed dormit. Et deridebãt eũ. ¶ Et
D cũ eiecta esset turba, intrauit: & tenuit
26 manũ eius, *& surrexit puella. ¶ Et exijt
27 fama hæc in vniuersam terrã illam. ¶ Et
trãseunte inde Iesu, secuti sunt eũ duo
cæci clamãtes & dicentes: Miserere no-
28 stri, fili Dauid. ¶ Cũ aũt venisset domũ,
accesserũt ad eũ cæci: Et dicit eis Iesus:
Creditis quia hoc possum facere vobis?
29 Dicunt ei: Vtiq; Dñe. ¶ Tunc tetigit ocu
los eorũ, dicens: Secundũ fidem vestrã
30 fiat vobis. ¶ Et aperti sunt oculi eorũ, &
cõminatus est illis Iesus, dicens: Vide-
31 te ne quis sciat. ¶ Illi autẽ exeuntes dif-

Mar. 2. c 17. Osee 6. a 6. Infrà 12. a 7. 1 Tim. 1 c 15. *ad penitentiã 2. Mar. 2. c 8. Luca 5. g 33
Mar. 5. b 22. Luca 8. f 41. *adorabit
Leuit. 15 d 24. Mar. 5. c 25. Luca 8. f 43.
*dixit ad eos 1,
*& dixit Puella surge.

32 famauerunt eũ in tota terra illa. ¶ Egres
sis autẽ illis, ecce obtulerunt ei hoiem
33 mutum, dęmoniũ habentẽ. ¶ Et eiecto
dęmonio, locutus est mutus, & miratæ
sunt turbæ dicentes, Nunquã apparuit
34 sic in Israël. ¶ Pharisæi autẽ dicebãt: In
principe dæmoniorũ eijcit dæmones.
35 ¶ & circuibat Iesus oẽs ciuitates & castel
la, docẽs in synagogis eorũ, & prædicãs
euangeliũ regni, & curans oẽm languo
36 rem, & oẽm infirmitatẽ. ¶ Videns autẽ
turbas misertus est eis: quia erant vexa-
ti, & iacentes sicut oues non habentes
37 pastorem. ¶ Tunc dicit discipulis suis:
Messis quidem multa, operarij autem
38 pauci. ¶ Rogate ergo Dominum messis,
vt emittat operarios in messem suam.

CAP. X.

1 A ET conuocatis duodecim discipulis
suis, dedit illis potestatẽ spirituum
immundorũ, vt eijcerent eos, & curarẽt
oẽm languorem, & omnẽ infirmitatẽ.
2 ¶ Duodecim autem Apostolorũ nomi-
na sunt hæc: Primus, Simon qui dicit᷑
3 Petrus, & Andræas frater eiꝰ, ¶ Iacobus
Zebedæi, & Iohãnes frater eius, Philip
pus & Bartholomæus, Thomas & Mat
thæus publicanus, & Iacobus Alphæi
4 & *Thaddęus, ¶ Simon Cananęus, & Iu-
5 das Iscariotes, q̃ & tradidit eũ. ¶ Hos
duodecim misit Iesus: præcipiẽs eis di-
cens: In viam gentiũ ne abieritis, & in
ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis:
6 ¶ sed potius ite ad oues que perierũt do-
7 mus Israël. ¶ Euntes autẽ prædicate, di-
centes. Quia appropinquauit regnũ cę-
8 lorũ. ¶ Infirmos curate, mortuos suscita
te, leprosos mũdate, dæmones eiicite:
9 gratis accepistis, gratis date. Nolite pos
sidere aurũ, neq; argentũ, neq; pecuniã
10 in zonis vestris: ¶ non perã in via, neq;
duas tunicas, neq; calceamẽta, neq; vir
gã: dignus enim est operarius cibo suo.
11 ¶ In quãcunq; autẽ ciuitatẽ aut castellũ
B intraueritis, interrogate q̃s ĩ ea dignꝰ sit:
12 & ibi manete donec exeatis. ¶ Intrantes
aũt ĩ domũ, salutate eã, dicẽtes, pax huic
13 domui. ¶ Et si q̃dẽ fuerit domus illa di-
gna, veniet pax vr̃a sup eã: si aũt nõ fue
14 rit digna, pax vestra reuertet᷑ ad vos. ¶ Et
quicũq; nõ receperit vos, neq; audierit
sermones vestros: exeũtes foras de domo
vel ciuitate, * excutite puluerẽ de pedi
15 bus vr̃is. ¶ Amẽ dico vobis, tolerabilius
erit terrę Sodomorum, & Gomorrhæo-

Infrà 12 b 22. Luca 11 b 14 Infrà 12 b 24 Mar. 3 22 Luc. 13. 15. Mar. 6. 6 Luc. 13 10 Mar. 6 34 Luca 10 a 2. 10 b. 36
Mar. 3. 13 & 6 a 7. Luca 6. 13 & 9. 1 & 10 a 1.
*Lebbæus q cognominatus est
Act. 13 g 46
Mar. 6 b 8 Luca 9 3 & 10 4 1 Tim. e 18 Mar. 6 10 Lu. 9 a & 10 a Mar. 6 b 11. Lu. 9 a 5 *illa 1 Act. 13 51 & 1 a 6

16rum in die iudicij, q̃ illi ciuitati. ❡ Ec
ce ego mitto vos sicut oues ī medio lu-
porū. Estote ergo prudẽtes sicut serpen-
17tes, & simplices sicut colūbę. ❡ Cauete
C autẽ ab hominibus. Tradent enim vos
in cõcilijs, & in sinagogis suis flagella-
18bunt vos: ❡& ad pręsides & ad reges du
cemini pp me, in testimoniū illis & gẽ-
19tibus. ❡ Cùm autẽ tradent vos, nolite
cogitare quomodo aut qd loquamini:
dabit͛ enim vobis in illa hora quid lo-
20quamini: ❡nõ enim vos estis q loquimi
ni, sed spiritus patris vestri qui loquit͛
21in vobis. ❡Tradet autẽ frater fratrem in
mortẽ, & pater filiū: & insurgẽt filij in
22parentes: & morte eos afficient, ❡& eri-
tis odio oĩbus * pp nomen meum, qui
autẽ perseuerauerit vsq; in finẽ, hic sal
23uus erit: ❡ Cùm autẽ persequent͛ vos in
ciuitate ista: fugite in aliā. amẽ dico vo
bis, nõ consummabitis ciuitates Israël:
24donec veniat filius hoīs. ❡ Nõ est disci-
pulus super magistrū, nec seruus super
25dñm suū, ❡ sufficit discipulo vt sit sicut
magister eius: & seruo, sicut dñs eius.
Si patremfamiliās Beel-zebub vocaue-
26runt, quātò magis domesticos ei⁹? ❡Ne
ergo timueritis eos. Nihil enī est oper-
tum, quod non reueletur: & occultum,
27quod non sciatur. ❡Quod dico vobis in
tenebris, dicite in lumine: & qd in aure
28auditis, prędicate super tecta. ❡Et nolite
timere eos qui occidunt corpus: animā
autem nõ possunt occidere: sed potius
timete eū qui potest & animam & cor-
29pus perdere in gehennam. ❡Nonne duo
D passeres asse vęneūt: & vnus ex illis nõ
30cadet super terrā sine patre vestro? ❡Ve-
stri autem & capilli capitis oẽs numera
31ti sunt ❡Nolite ergo timere: multis pas
32serib⁹ meliores estis vos. ❡ Omnis ergo
qui confitebitur me coram hominib⁹,
confitebor & ego eū coram patre meo
33qui in cælis est. ❡qui autẽ negauerit me
corā hominibus: negabo & ego eū co-
34ram patre meo, q in cælis est. ❡ Nolite
arbitrari quia pacẽ venerim mittere in
terrā: non veni pacem mittere, sed gla-
35dium. ❡veni enim separare hominẽ ad
uersus patrem suum, & filiā aduersus
matrẽ suam, & nurū aduersus socrum
36suam: ❡& inimici hoīs, domestici eius.
37❡ ‖Qui amat patrem aut matrem plus
q̃ me, non est me dignus: & qui amat
filium aut filiā super me, nõ est me di-
38gnus. ❡ Et qui non accipit crucem suā,
39& sequit͛ me, non est me dignus. ❡ Qui
inuenit animam suā: perdet illam, &
qui pdiderit animam suā propter me:
40inueniet eā. ❡ Qui recipit vos, me reci-
pit: & qui me recipit, recipit eū qui me
41misit: ❡Qui recipit pphetā in noīe pro-
phetę: mercedẽ pphetę accipiet, & qui
recipit iustū in nomine iusti: mercedẽ
42iusti accipiet. ❡ Et quicunq; potum de-
derit vni ex minimis istis calicẽ aquæ
frigidæ tantū in nomine discipuli: amẽ
dico vobis, non perdet mercedem suā.

CAP. XI.

1 ET factum est: cū consummasset Ie-
A sus pręcipiens duodecim discipulis
suis, trāsijt inde, vt doceret & pdicaret
2 in ciuitatibus eorū. ❡ Iohannes autem
cùm audisset in vinculis opera Christi:
3 mittẽs duos de discipulis suis, ❡ait illis.
Tu es qui venturus es an aliū expecta-
4 mus? ❡Et rñdens Iesus ait illis: Euntes
renuntiate Iohanni quæ audistis & vi-
5 distis. ❡Cæci vident, claudi ambulāt, le
prosi mundant͛, surdi audiunt mortui
6 resurgunt, pauperes euāgelizantur, ❡ &
beatus est qui non fuerit scandalizatus
7 in me. ❡ Illis autẽ abeuntibus cœpit Ie
sus dicere ad turbas de Iohanne: Quid
existis in desertū videre? arundinẽ ven
8 to agitatā? ❡Sed quid existis videre? ho-
minem mollibus vestitū? Ecce qui mol
libus vestiunt͛, in domib⁹ regum sunt.
9 ❡ Sed quid existis videre? prophetam?
B Etiam dico vobis, & plus q̃ prophetā.
10 ❡Hic est enim de quo scriptum est: Ec
ce ego mitto angelum meum ante fa-
ciem tuam, qui præparabit viam tuam
11 ante te. ❡Amen dico vobis, nõ surrexit
inter natos mulierū maior Iohãne Ba-
ptista: qui autẽ minor est in regno cæ-
12lorū, maior est illo. ❡ ‖A diebus autem
Iohannis Baptistæ vsq; nunc, regnum
cælorū vim patitur, & violenti rapiunt
13illud. ❡Omnes enim pphetæ & lex, vs-
14que ad Iohannẽ prophetauerunt: ❡& si
vultis recipere, ‖ ipse est Elias qui ven-
15turus est. ❡Qui habet aures audiẽdi, au-
16diat. ❡ ‖Cui autem similẽ æstimabo ge-
nerationem istam? Similis est pueris se-
dentib⁹ in foro: qui clamantes coæqua-
17libus: ❡dicunt: Cecinimus vobis, & non
saltastis: lamẽtauimus & nõ plāxistis.
18 ❡ Venit enim Iohannes neq; mandu-
C cans, neq; bibens: & dicunt: Dæmoniū

habet.

‖Mar. 8. b. 34. Infra 16 d. 24. Luca 9. c. 24. 14. f. 26. & 17. g. 33. Ioan. 12. d. 25. Luca 10. c. 16. 1. Ioan. 13 c. 20 ‖Mar. 9. f. 41.

Luca 7. c. 18.

Esa. 35. a 5. & 61. a. 1.

Luca 7. d. 24.

‖Mala. 3. a. 1. Mar. 1. a 2. Luca 7. d. 27.

‖Luca 16 d. 16.

‖Mala. 4. b. 5.

‖Luca 7. c. 31.

19 habet. ¶ Vênit filius hominis mandu-
cans & bibens: & dicũt: Ecce homo vo-
rax & potator vini, publicanorũ & pec-
catorũ amicus, Et iustificata est sapien-
20 tia à filiis suis. ¶ Tunc cœpit exprobrare
ciuitatibꝰ, in quibꝰ factæ sunt plurimę
virtutes eius, quia non egissent pœnitẽ-
21 tiam. ¶ ‖ Væ tibi Corozáin, vę tibi Beth- ‖ Luc. 10. b. 13.
saida: quia si in Tyro & Sydone factæ
essent virtutes quæ factę sunt in vobis,
olim in cilicio & cinere pœnitentiam
22 egissent. ¶ Veruntñ dico vobis: Tyro &
Sydoni remissius erit in die iudicij, q̃
23 vobis. ¶ Et tu Capharnaum, nunqd vsq;
in cęlum exaltaberis? vsq; in infernum
descẽdes, quia si in Sodomis factæ fuis-
sent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè
24 mansissent vsq; in hãc diem. ¶ Veruntñ
D dico vobis, quia terræ Sodomorũ remis-
25 sius erit in die iudicij q̃ tibi. ¶ ‖ In illo ‖ Luc. 10. d. 21.
tpe rñdens Iesus dixit: Confiteor tibi
pater Dñe cęli & terrę, quia abscondisti
hæc à sapientibus & prudentibus, & re-
26 uelasti ea paruulis. ¶ Ita pater: qm sic
27 fuit placitũ ante te. ¶ Omnia mihi tra- Ioh. 7. d 28 & 8. b 19. & 10 c. 15.
dita sunt à patre meo. Et nemo nouit
filium nisi pater, neq; patrem qs nouit,
nisi filius, & cui voluerit filiꝰ reuelare.
28 ¶ Venite ad me oẽs q laboratis, & one-
29 rati estis, & ego reficiã vos. ¶ ‖ Tollite iu- ‖ Iere. 6. d. 16.
gũ meũ sup vos, & discite à me, qa mi-
tis sum & humilis corde: & inuenietis
30 requiẽ animabꝰ vestris. ¶ ‖ Iugum enim ‖ 1. Ioh 5 a. 3.
meum suaue est, & onus meum leue.

C A P. X I I.

1 IN illo tpe abijt Iesus per sata sabba-
A tho: discipuli autẽ esuriẽtes cœperũt ‖ Mar. 2. d. 23. Lu. 6. a. 1.
2 vellere spicas, & manducare. ¶ Pharisæi
aũt videntes, dixerũt ei: Ecce, discipuli
tui faciũt quod nõ licet eis facere sab- 4.
3 bathis. ¶ At ille dixit eis: Non legistis
quid ‖ fecerit Dauid quando esuriit, & q ‖ 1. Re. 21 a. 4.
4 cũ eo erant: ¶ quomodo intrauit in do-
mum Dei & panes propositionis comẽ-
dit, quos non licebat ei edere, neq; his ‖ Leui. 24 b 8.
qui cum eo erant, nisi ‖ solis sacerdoti-
5 bus? ¶ ‖ Aut non legistis in lege, qa sab- ‖ Nu. 28. b. 9.
bathis sacerdotes in templo sabbathũ
6 violant, & sine crimine sunt? ¶ Dico aũt
7 vobis, quia templo maior est hic. ¶ Si au-
tem sciretis quid est, ‖ Misericordiã vo- ‖ Osee 6. a. 6.
lo, & non sacrificium: nunquã cõdem-
8 nassetis innocentes: ¶ Dñs enim est filiꝰ
9 hominis etiam Sabbathi. ¶ Et cũm inde
transisset, venit in synagogam eorum.
10 ¶ Et ecce homo *manum habens aridã, *erat ι. Mar. 3 a 1. Lu. 6. b.
& interrogabant eum dicentes: Si licet
Sabbathis curare? vt accusarent eum.
11 ¶ Ipse autem dixit illis: ‖ Quis erit ex vo-
bis homo qui habeat ouem vnam: & si ‖ Deu. 22. a. 4.
ceciderit hæc sabbatis in foueã, nónne
12 tenebit & leuabit eam? ¶ Quãtò magis
melior est homo oue? Itaq; licet sabba-
13 this benefacere. ¶ Tunc ait homini: Ex-
tende manum tuam. Et extendit: & re-
14 stituta est sanitati sicut altera. ¶ Exeun-
tes autẽ Pharisæi, consilium faciebant
aduersus eum, quomodo perderent eũ:
15 ¶ Iesus autem sciens, recessit inde, & se-
B cuti sunt eũ multi, & curauit eos oẽs:
16 ¶ & pręcepit eis ne manifestum eũ face-
17 rent. ¶ Vt adimpleretur quod dictũ est
lina congregat pullos suos sub alas, &
38noluisti? ¶ Ecce relinquetur vobis domus
39vestra deserta. ¶ Dico enim vobis, non
me videbitis ámodo dônec dicatis, Be-
nedictus qui venit in nomine Dñi.

CAP. XXIIII.

Mar. 13. a 1. · Luca 21. b 5. · Luca 19 g 44

1 ET egressus Iesus de téplo, ibat. Et ac
A cesserût discipuli eius vt ostéderét
2 ei ædificationes tépli. ¶ Ipse auté rñdens
dixit illis, Videtis hęc oïa? Amen dico
vobis, nô relinquetur hic lapis sup lapidé
3 qui nô destruatur. ¶ Sedente auté eo sup
Monté-oliueti, accesserunt ad eû Disci-
puli secretò, dicentes. Dic nobis, quâdo
hæc erunt? & quod signû aduétus tui,
4 & cósummationis seculi? ¶ Et rñdes Ie-
sus, dixit eis, Videte neqs vos seducat:
5 ¶ multi enim venient in noïe meo, dicé
tes, Ego sum Chrs: & multos seducent.
6 ¶ Audituri enî estis prælia & opiniones
præliorû. Videte ne turbemini; oportet
7 enî hęc fieri: sed nôdû est finis. ¶ Côsur-
get enim gens in genté, & regnû in re-
gnû: & erût pestilentiæ, & fames, & ter
8 remotus p loca, ¶ hæc autem oïa initia
9 sunt dolorû, ¶ Tunc tradent vos in tri-
bulationé, & occidét vos: & eritis odio
10 oïbus gentibus pp nomen meum. ¶ Et
B tunc scandalizabuntur multi: & inuicé
11 tradent: & odio habebunt inuicé. ¶ Et
multi pseudoprophetæ surgent: & se-
12ducent multos. ¶ Et qm̃ abundabit ini-
13q̃tas: refrigescet charitas multorû. ¶ qui
auté pseuerauerit vsq; in finé, hic sal-
14uus erit. ¶ Et prædicabitur hoc Euangeliû
regni in vniuerso orbe, in testimonium
oïbus gentibus. & tunc veniet consum-
15matio. ¶ Cû ergo videritis abominatio
nem desolationis, quæ dicta est à Da-
niele propheta, stanté in loco sácto (qui
16legit intelligat) ¶ tûc qui in Iudæa sunt:
17fugiant ad montes: ¶ & qui in tecto, nô
descendat tollere aliqd de domo sua:
18¶ & qui in agro, nô reuertatur tollere tuni
19cam suá. ¶ Vę auté prægnantib9 & nu-
20trientib9 in illis diebus. ¶ Orate auté, vt
non fiat fuga vestra in hyeme vel sáb-
21batho. ¶ Erit enim tunc tribulatio ma-
gna qualis nô fuit ab initio mundi vsq;
22modo, neq; fiet. ¶ Et nisi breuiati fuissét

Ephe. 5 b.6 · Colo. 2. d.18 · Ioh. 15 c. 20. & 16 a 2 · Suprà 10 c. 17 · Luca 21. c.12 · Mar. 13 b. 14 · Luca 21. c 20 · Dan. 9. g 27 · Act. 1. b.12

dies illi, nô fieret salua omnis caro, sed
23pp electos breuiabuntur dies illi. ¶ Tunc
si quis vobis dixerit, Ecce hîc est Chrs,
24aut illic: nolite credere. ¶ Surgent enim
pseudochristi, & pseudo pphetę: & da-
bût signa magna & prodigia, ita vt in
errorê inducant (si fieri potest) etiá ele
25cti. ¶ Ecce pdixi vobis. ¶ Si ergo dixerint
26vobis, Ecce in deserto est: nolite exire.
27ecce in penetralib9: nolite credere. ¶ Si-
C cut enî fulgur exit ab Oriente, & paret
vsq; in Occidenté: ita erit & aduentus
28filij hoïs. ¶ Vbicûq; fuerit corpus, illic
29congregabuntur & aquilę. ¶ Statim auté
post tribulationé dierû illorum sol ob
scurabitur, & luna non dabit lumen suû,
& stellę cadent de cælo, & virtutes cęlo
30rû cômouebuntur: ¶ & tûc parebit signû
filij hoïs in cælo: & tunc plangent oés
tribus terrę: & videbunt filiû hominis
venienté i nubib9 cæli cû virtute multa
31& maiestate. ¶ Et mittet Angelos suos
cû tuba, & voce magna: & côgregabût
electos eius à quatuor ventis, à sûmis
32cælorû vsq; ad terminos eorû. ¶ Ab ar-
bore auté fici discite parabolá: cû iam
ramus eius tener fuerit, & folia nata, sci
33tis quia propè est æstas. ¶ ita & vos, cû vi
deritis hęc oïa, scitote quia prope est in
34ianuis. ¶ Amen dico vobis, quia non
pręteribit generatio hęc, donec oïa hęc
35fiant. ¶ Cælum & terra transibunt, ver
36ba auté mea nô præteribunt. ¶ De die
D auté illa & hora nemo scit, neq; angeli
37cęlorû, nisi solus pater. ¶ Sicut auté in
diebus Noë, ita erit & aduentus filij ho
38minis. ¶ sicut enim erant in dieb9 ante
diluuiû comedétes & bibentes, nuben-
tes & nuptui tradétes vsq; ad eû diem
39quo intrauit Noë in arcá, ¶ & nô cogno-
uerût donec venit diluuiû, & tulit oés:
40ita erit & aduentus filij hoïs. ¶ Tunc
duo erût in agro: vnus assumetur, & vnus
41relinquetur: ¶ duæ molentes in mola: vna
42assumetur, & vna relinquetur: ¶ Vigilate
ergo quia nescitis qua hora Dñs vester
43venturus sit. ¶ Illud auté scitote, qm̃ si
sciret paterfamiliâs qua hora fur ventu
rus esset, vigilaret vtiq; & non sineret
44perfodi domû suam: ¶ Ideo & vos esto-
te parati: quia qua nescitis hora filius
45hominis venturus est. ¶ Quis putas, est
fidelis seruus & prudés, qué constituit
Dñs suus super familiam suam, vt det
46illis cibum in tempore? ¶ Beatus ille

Mar. 13 c.21 · Luca 17 d.23 · Luc. 17 g.37 · Marc. 13 c.24 · Luca 21 c.25 · Ezec. 32. b.7 · Isai. 13 b 10 · Ioel 2. g 31. & 3. c. 15 · Apoc 8 b.8 · 1.Cor.15 g.52 · Mar 13 d.31 · Luc. 17 f.26 · Gen. 7. b 5 · 1.Pet. 3 d. 20 · Luc. 17 g.36 duo in lecto, vn9 assumetur, & vnus relinquetur. · 1.Thes. 5 d 17 · Marc. 13 d 33 · Luca 12 c.39 · Luca 12 e. 42 · Apo. 16 c.15

seruus

seruus, quẽ cùm venerit dñs eius inue-
47nerit sic facientem. ¶ Amen dico vobis:
qm̃ super oĩa bona sua cõstituet eum.
48¶ Si autẽ dixerit malus seruus ille in cor
de suo: Moram facit Dñs meus venire:
49¶ & cœperit percutere conseruos suos,
50manducet autẽ & bibat cũ ebriosis: ¶ ve
niet Dñs serui illius in die qua non spe
51rat & hora qua ignorat, ¶ & diuidet eũ, ¦Supra 13 f.42 Inf. 19. c.30.
partemq; eius ponet cum hypocritis,
¦illic erit fletus & stridor dentium.

CAP. XXV.

1 TVnc simile erit regnũ cęlorum de-
A cem virginibꝰ, quæ accipiẽtes lam-
pades suas exierunt obuiam sponso, &
2 spõsę. ¶ Quinq; autẽ ex eis erant fatuę,
3 & quinq; prudentes, ¶ sed quinq; fatuę,
acceptis lampadibus, non sumpserunt
4 oleum secum: ¶ prudentes verò accepe-
runt oleũ in vasis suis cũ lampadibus.
5 ¶ Moram autẽ faciente sponso, dormi-
6 tauerunt oẽs & dormierũt. ¶ Media aũt
nocte clamor factus est: Ecce sponsus
7 venit, exite obuiã ei. ¶ Tunc surrexerunt
oẽs virgines illæ: & ornauerunt lampa-
8 des suas. ¶ Fatuę autẽ sapientibus dixe-
runt: Date nobis de oleo vestro, qa lam
9 pades nostrę extinguuntur. ¶ Rñderunt
prudentes, dicentes: Ne fortè non suf-
ficiat nobis & vobis, ite potius ad ven-
10dentes, & emite vobis. ¶ Dũ autẽ irent
emere, venit spõsus: & quæ paratę erãt,
intrauerũt cũ eo ad nuptias, & clausa
11est ianua. ¶ Nouissimè verò veniunt
& reliquæ virgines, dicentes: Dñe, Dñe
12aperi nobis. ¶ At ille rñdens ait: Amen
13dico vobis, nescio vos. ¶ Vigilate itaq;
14quia nescitis diem neq; horam. ¶ ¦Sicut ¦Mar. 13 d.35 Suprà 24 e.42 Luca 19 b.12
B enim homo peregrè ꝓficiscens, vocauit
seruos suos, & tradidit illis bona sua.
15¶ ¦Et vni dedit quinq; talẽta, alij autem
duo: alij verò vnũ, vnicuiq; secundum
propriã virtutẽ: & profectus est statim.
16¶ Abijt autẽ qui quinq; talenta accepe-
rat, & operatus est in eis, & lucratus est
17alia quinq;. ¶ Similiter & qui duo ¦ac-
18ceperat, lucratus est alia duo. ¶ Qui aũt
vnũ acceperat, abiens fodit in terrã, &
19abscondit pecuniã dñi sui. ¶ Post mul-
tum verò temporis venit dñs seruorũ
20illorum, & posuit rationem cũ eis. ¶ Et
accedens qui quinq; talenta acceperat,
obtulit alia quinq; talenta dicens, Dñe
quinq; talẽta tradidisti mihi: ecce alia
21quinq; superlucratus sum. ¶ Ait illi Dñs
eius: Euge serue bone & fidelis, quia su
per pauca fuisti fidelis, super multa te
constituam: intra in gaudium Dñi tui.
22 ¶ Accessit autẽ & qui duo talenta acce-
perat, & ait: Dñe duo talenta tradidisti
C mihi: ecce alia duo suplucratus sum.
23¶ Ait illi Dñs eius: Euge serue bonę & fi
delis, quia super pauca fuisti fidelis: su-
per multa te constituã: intra in gaudiũ
24Dñi tui. ¶ Accedens autẽ & qui vnũ ta-
lentũ acceperat, ait, Dñe, scio quia ho-
mo durus es, metis vbi nõ seminasti, &
25cõgregas, vbi nõ sparsisti: ¶ & timẽs abij
& abscondi talentũ tuum in terra: ecce
26habes quod tuũ est. ¶ Rñdens autẽ Dñs
eius, dixit ei: Serue male, & piger, scie-
bas quia meto vbi nõ semino, & cõgre
27go vbi nõ sparsi: ¶ oportuit ergo te com-
mittere pecuniam meã numularijs, &
veniens ego recepissem vtiq; qđ meum
28est cũ vsura. ¶ Tollite itaq; ab eo talen-
tum, & date ei qui habet decem talen-
29ta. ¶ ¦omni enim habenti dabit͂, & abũ-
dabit, ei autẽ qui non habet, & quod
30videt͂ habere, auferet͂ ab eo. ¶ Et inutilẽ
seruũ eijcite in tenebras exteriores, ¦il-
31lic erit fletus & stridor dentiũ. ¶ Cũ aũt
venerit filius hoĩs in maiestate sua, &
oẽs angeli cum eo, tunc sedebit super
32sedem maiestatis suę: ¶ & cõgregabunt͂
ante eum oẽs gentes, & separabit eos ab
inuicem, sicut pastor segregat oues ab
33hœdis: ¶ & statuet oues quidẽ à dextris
34suis, hœdos autẽ à sinistris. ¶ Tunc di-
D cet rex his q à dextris eius erũt: Venite
benedicti patris mei, possidete paratũ
vobis regnum à constitutione mundi.
35¶ ¦Esuriui enim, & dedistis mihi mãdu-
care. sitiui: & dedistis mihi bibere. ho-
36spes eram: & collegistis me. ¶ Nudus, &
operuistis me. ¦ infirmus, & visitastis
me. in carcere eram, & venistis ad me.
37¶ Tunc rñdebunt ei iusti dicẽtes: Dñe,
quando te vidimus esurientẽ, & paui-
mus, sitientẽ, & dedimus tibi potum?
38¶ quãdo autẽ te vidimus hospitẽ, & col-
legimus te? aut nudũ, & cooperuimus
39te? ¶ aut quando te vidimus infirmum,
40aut in carcere, & venimus ad te? ¶ Et
rñdens rex: dicet illis. Amẽ dico vobis,
quãdiu fecistis vni ex his fratribꝰ meis
41minimis, mihi fecistis. ¶ Tũc dicet & his
42qui à sinistris erunt: ¶ ¦Discedite à me
maledicti in ignem æternũ, q paratus
43est diabolo & angelis eiꝰ: ¶ esuriui enĩ:

& non dedistis mihi mãducare: sitiui,
43 & nõ dedistis mihi potũ. ¶ hospes erã:
& non collegistis me: nudus, & nõ ope-
ruistis me: infirmus, & in carcere; &
44 nõ visitastis me. ¶ Tunc rñdebunt ei &
ipsi dicentes: Dñe, quando te vidimus
esurientẽ, aut sitientẽ, aut hospitẽ, aut
nudum, aut infirmũ, aut in carcere: &
45 nõ ministrauimus tibi? ¶ Tunc rñde-
bit illis, dicens: Amen dico vobis, quã-
diu nõ fecistis vni de minorib⁹ his, nec
46 mihi fecistis. ¶ ‖Et ibunt hi in suppliciũ
æternũ: iusti autem in vitã æternam.

‖Ioh. 5. e.25 Dan. 12. a.2

CAP. XXVI.

1 ET factum est cũ consummasset Ie-
A sus sermones hos oẽs, dixit discipu-
2 lis suis: ¶ Scitis quia post biduũ Pascha
fiet, & filius hominis tradet̃ vt crucifi-
3 gatur. ¶ Tunc congregati sunt principes
sacerdotũ & seniores populi in atrium
principis sacerdotũ, qui dicebatur Cai-
4 phas: ¶ & consiliũ fecerũt vt Iesum dolo
5 tenerẽt & occiderent. ¶ Dicebant autẽ:
Non in die festo, ne fortè tumultus fie-
6 ret in pplo. ¶ ‖Cũ autẽ Iesus esset in Be-
7 thania in domo Simonis leprosi, ¶ acces-
sit ad eũ mulier habens alabastrũ vn-
guenti pretiosi, & effudit super caput
8 ipsius recũbentis. ¶ Videntes autẽ disci-
puli, indignati sunt, dicentes: Vt quid
9 perditio hęc? ¶ Potuit enĩ istud vænun-
10 dari multo, & dari pauperibus. ¶ Sciens
autem Iesus ait illis: Quid molesti estis
huic mulieri? opus enim bonũ operata
11 est in me. ¶ nã semper pauperes habetis
vobiscũ: me autẽ non semp̃ ᵃhabetisᵇ.
12 ¶ Mittens enim hæc vnguentũ hoc in
corpus meũ, ad sepeliendum me fecit.
13 ¶ Amen dico vobis, vbicunq; prędicatũ
fuerit hoc euangeliũ in toto mundo,
dicet̃ & quod hæc fecit in memoriam
14 eius. ¶ ‖Tunc abijt vnus de duodecim,
B qui dicebat̃ Iudas Iscariotes, ad princi-
15 pes sacerdotũ: ¶ & ait illis, Quid vultis
mihi dare, & ego vobis eũ tradã? At il-
16 li cõstituerunt ei triginta argenteos. ¶ Et
exinde quęrebat opportunitatẽ vt eum
17 traderet. ¶ ‖Prima autẽ die Azymorũ
accesserunt discipuli ad Iesum, dicẽtes:
Vbi vis parem⁹ tibi comedere Pascha?
18 ¶ At Iesus dixit, ite in ciuitatem ad quẽ-
dam, & dicite ei: Magister dicit, Tẽpus
meũ prope est, apud te facio Pascha cũ
19 discipulis meis. ¶ Et fecerũt discipuli si-
cut constituit illis Iesus: & parauerunt

Marc. 14 a.1 Luca 22. a.2
‖Ioh. 11. a.2 & 12 a.3 Marc. 14 a.3
Deut. 15 b.11 ᵃhabebitis
Marc. 14 b.10 Luca 22. a.3
‖Mar. 14 b.12 Luca 22. a.7

20 Pascha. ¶ ‖Vespere autẽ facto, discũbe-
21 bat cũ duodecim discipulis suis. ¶ Et edẽ-
tibus illis, dixit: Amen dico vobis quia
22 vnus vestrũ me traditurus est. ¶ Et cõtri-
stati valde, cœperũt singuli dicere: Nũ-
23 quid ego sum Dñe? ¶ At ipse rñdẽs, ait: Qui
intingit mecũ manũ in paropside, hic
24 me tradet. ¶ Filius quidẽ hominis vadit
‖sicut scriptũ est de illo: væ autẽ homi-
C ni illi, per quẽ filius hoĩs ᵃtradet̃ᵇ bonũ
erat ei si natus non fuisset homo ille.
25 ¶ Rñdens autẽ Iudas qui tradidit eum,
dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait il-
26 li: Tu dixisti: ¶ ‖Cœnantibus autẽ eis,
accepit Iesus panẽ & benedixit, ac fregit
deditq; discipulis suis, & ait: Accipite,
27 & comedite, hoc est corpus meũ. ¶ Et ac-
cipiens calicẽ, gratias egit, & dedit illis,
28 dicens: Bibite ex hoc oẽs. ¶ Hic est enim
sanguis meus noui testamẽti, qui pro
multis effundet̃ in remissionẽ peccato-
29 rũ. ¶ Dico autẽ vobis nõ bibam ámodo
de hoc genimine vitis vsq; in diẽ illũ,
cũ illud bibam vobiscũ nouum, in re-
30 gno patris mei. ¶ Et hymno dicto, exie-
31 runt in montẽ Oliueti. ¶ Tunc dicit illis
Iesus: ‖Oẽs vos scandalũ patiemini in
me, ĩ ista nocte, Scriptũ est enim. Per-
cutiam pastorẽ, & dispergent̃ oues gre-
32 gis. ¶ Postquã autẽ resurrexero, præcedã
33 vos in Galilęam. ¶ Rñdẽs autẽ Petrus,
ait illi: Etsi oẽs scandalizati fuerint in
34 te, ego nunquã scandalizabor. ¶ Ait illi
Iesus: Amẽ dico tibi, quia in hac nocte
antequã gallus cantet, ter me negabis.
35 ¶ ‖Ait illi Petrus, Etiã si oportuerit me
D mori tecũ, non te negabo. Similr̃ & oẽs
36 discipuli dixerũt. ¶ Tunc venit Iesus cũ
illis in villã quæ dicitur ‖Geth-semani,
& dixit discipulis suis: Sedete hic donec
37 vadã illuc & orem. ¶ Et assumpto Petro
& duob⁹ filijs Zebedęi, cœpit cõtristari
38 & mœstus esse. ¶ Tũc ait illis: Tristis est
anima mea vsq; ad mortem: sustinete
39 hic, & vigilate mecũ. ¶ Et progressus pu-
sillũ, procidit in faciem suam, orans, &
dicens: Pater mi, si possibile est, trãseat
à me calix iste, veruntã non sicut ego
40 volo, sed sicut tu. ¶ Et venit ad discipu-
los suos, & inuenit eos dormientes, &
dicit Petro: Sic? non potuistis vna hora
41 vigilare mecũ? ¶ Vigilate, & orate vt nõ
intretis in tentationẽ. Spiritus quidem
42 promptus est, caro autẽ infirma. ¶ Iterũ
secundò abijt, & orauit, dicens: Pater

‖Mar. 14 b.17 Luca 22. b.14 Ioh. 13. c.21
‖Psal. 40 b.10 ᵃtraditur
‖1. Co. 11 c.24
‖Mar. 14 c.27 Ioh. 16. d.32
‖Zac. 13. b.7
Marc 14 c. 28. & 16. b.7.
‖Ioh. 13 d.38
‖Mar. 14 d.32 Luca 22. d.39

mi, si non potest hic calix transire nisi
43bibam illū: fiat voluntas tua. ¶ Et venit
iterū, & inuenit eos dormientes. erant
44enim oculi eorū grauati. ¶ Et relictis il-
lis, iterū abijt: & orauit tertiò, eundem
45sermonē, dicens: ¶ Tūc venit ad discipu
los suos, & dicit illis: Dormite iā & re-
quiescite, ecce appropinquauit hora, &
filius hoīs tradet in manus peccatorū.
46¶ Surgite eamus: ecce *appropinquauit
47q me *tradet. ¶ ‖ Adhuc eo loquēte, ecce
E Iudas vnus de duodecim venit, & cū eo
turba multa cū gladijs & fustibꝰ, missi à
principibꝰ sacerdotū & senioribꝰ ppli.
48¶ Qui autē tradidit eū, dedit illis signū,
dicēs: Quemcunq; osculatus fuero, ipse
49est: tenete eū: ¶ Et cōfestim accedens ad
Iesum, dixit: Aue rabbi. Et osculatus
50est eū. ¶ Dixitq; illi Iesus: Amice, ad qd
venisti? Tūc accesserunt, & manus inie-
51cerunt in Iesum: & tenuerunt eū. ¶ Et
ecce vnus ex his q erant cū Iesu, exten-
dens manū, exemit gladium suum: &
percutiens seruū principis sacerdotū,
52amputauit auriculā eius. ¶ Tunc ait illi
Iesus: Conuerte gladiū tuum in locū
suum. ‖ oēs enim q acceperint gladiū,
53gladio peribunt. ¶ An putas qa nō pos-
sum *rogare patrem meū: & exhibebit
mihi *modò plusquā duodecim legio-
54nes angelorū? ¶ Quō ergo implebuntur
55‖ scripturæ, quia sic oportet fieri. ¶ In illa
hora dixit Iesus turbis: Tanquā ad la-
tronem existis cū gladijs & fustibꝰ cō-
prehendere me: quotidie apud vos se-
debā docens in tēplo: & nō me tenui-
56stis. ¶ Hoc autē totum factū est, ‖ vt adim
F plerent scripturæ prophetarū. Tunc di-
57scipuli oēs, relicto eo, fugerunt. ¶ At illi
tenentes Iesum, duxerūt ad Caipham
principem sacerdotū, vbi Scribæ & se-
58niores cōuenerant. ¶ Petrus autē seque-
batur eum à longè, vsq; in atrium princi
pis sacerdotū. Et ingressus intro sede-
59bat cū ministris: vt videret finē. ¶ *Prin
cipes autē sacerdotū & omne cōcilium
quærebant falsum testimonium cōtra
60Iesum, vt eū morti traderent: ¶ & nō in-
uenerunt, cū multi falsi testes accessis-
sent. Nouissimè autē venerunt duo fal-
61si testes: ¶ & dixerunt: Hic dixit: ‖ Possū
destruere templū Dei, & post triduū re-
62ædificare illud: ¶ Et surgens princeps sa-
cerdotū, ait illi: Nihil rñdes ad ea quæ
63isti aduersum te testificantur? ¶ Iesus aūt

* appropinquabit
* tradit
‖ Mar. 14 e.43. Luca 22. e 47 Iohā. 18 a.3
‖ Gene. 9. a.6 Apoc. 13 c.10
* modò 2 ...
‖ Esai. 53. c.10
‖ Suprà c.31 Marc. 14 e.53 Luca 22. f.54 Iohā. 18 d.24
* Princeps Marc. 14 f.59
‖ Iohā. 2. c.19

tacebat. Et princeps sacerdotū ait illi:
Adiuro te p Deū viuū, vt dicas nobis si
64tu es Chrs filiꝰ Dei. ¶ Dicit illi Iesus: Tu
dixisti, veruntū dico vobis, āmodo vi-
debitis ‖ filiū hoīs sedentē à dextris vir-
tutis Dei, & venientē in nubibus cœli.
65¶ Tūc princeps sacerdotū scidit vestimē
ta sua, dicēs, Blasphemauit: qd adhuc
egemus testibꝰ? ecce, nunc audistis bla-
66sphemiā, ¶ qd vobis videt? At illi rñdē-
67tes dixerūt. Reus est mortis. ¶ ‖ Tunc ex-
G puerūt in faciē eius: & colaphis eū cæci
derūt, alij aūt palmas in faciē eiꝰ dede-
68runt, ¶ dicētes: Prophetiza nobis Chre,
69qs est q te pcussit? ¶ Petrus verò sedebat
foris in atrio, & accessit ad eū vna ancil
70la, dicē., Et tu cū Iesu Galilæo eras. ¶ At
ille negauit corā oībus, dicēs: Nescio qd
71dicis. ¶ Exeunte autē illo ianuā, vidit eū
alia *ancilla: & ait his q erāt ibi: Et hic
72erat cū Iesu Nazareno. ¶ Et iterū nega-
uit cū iuramēto, Quia nō noui hoīem.
73¶ Et post pusillū accesserūt q stabant: &
dixerūt Petro: Verè & tu ex illis es, nā
74& loquela tua manifestū te facit? ¶ Tūc
cœpit detestari & iurare qa nō nouisset
74hoīem. Et continuò gallus cātauit. ¶ Et
recordatus est Petrus verbi Iesu quod
dixerat: Prius quā gallus cantet ter me
negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

CAP. XXVII.

1 MAne autem facto consiliū inierūt
A omnes principes sacerdotū & se-
niores populi aduersus Iesum, vt eum
2 morti traderent. ¶ Et vinctū adduxerūt
eum & tradiderūt Pontio Pilato præsi-
3 di. ¶ Tunc videns Iudas qui eū tradidit
q damnatus esset: pœnitētia ductus re-
tulit triginta argenteos principibus sa-
4 cerdotū & senioribus, ¶ dicens: Peccaui
tradens sanguinē iustū. At illi dixerūt:
5 Quid ad nos? tu videris. ¶ Et proiectis ar-
genteis in tēplo: recessit: & abiens, ‖ la-
6 queo se suspendit. ¶ Principes aūtē sacer
dotū acceptis argenteis: dixerunt: Non
licet eos mittere in corbonā: qa pretiū
7 sanguinis est. ¶ Consilio autē inito eme
runt ex illis agrū figuli, in sepulturā pe
8 regrinorum. ¶ Propter hoc vocatus est
ager ille, Hacel-dama, hoc est ager san
9 guinis, vsq; in hodiernū diem. ¶ Tunc
B impletum est quod dictū est per Iere-
miam prophetā dicentem: ‖ Et accepe-
runt triginta argenteos pretiū appretia-
ti quem appretiauerunt à filijs Israël.

‖ Sup. 16. d.27 1 The.4. d.14 Rom. 14 b.10
‖ Esai. 50. b.6 Marc. 14 g.65 Luca 22. f.55 Ioh. 18. d.25
* 3.
Marc. 15 b 16 Luca 22. g.61 Luca 23. a.1 Iohā. 18. c.28
‖ Act. 1. c.18
‖ Act. 1. c.19
‖ Luc. 22 ...

10 & dederunt eos in agrum figuli, sicut
11 constituit mihi Dñs. Iesus autẽ stetit
Mar. 15 a.1 ante præsidẽ, & interrogauit eũ præses
Luca 23. a.3 dicens: Tu es Rex Iudæorũ? Dicit illi
Iohã. 18 f.33 12 Iesus: Tu dicis. Et quum accusaretur à
principibus sacerdotũ & senioribꝰ, ni-
13 hil rñdit. Tunc dicit illi Pilatus: Non
audis quanta aduersum te dicũt testi-
14 monia? Et non rñdit ei ad vllũ verbũ:
15 ita vt miraretᷣ præses vehemẽter. Per
diẽ autẽ solennem consueuerat præses
pplo dimittere vnũ vinctũ quẽ voluis-
16 sent. habebat autẽ tũc vinctũ insignẽ,
17 qui dicebatᷣ Barrabas. Cõgregatis ergo
illis, dixit Pilatus: quẽ vultis dimittam
vobis: Barrabã an Iesum qui diciᷣ Chri
18 stus? Sciebat enim quod per inuidiã
19 tradidissent eũ. Sedente autẽ illo pro
Marc. 15 b.12 C tribunali: misit ad eum vxor eius, di-
Luca 23. c.18 cens: Nihil tibi & iusto illi, multa enĩ
passa sum hodie per visum ꝓpter eũ.
Ioh. 18. g.40 20 Principes autẽ sacerdotum & seniores
persuaserunt pplis vt peterent Barrabã,
Act. 3. c. 14 21 Iesum verò perderent. Rñdens autem
præses, ait illis: Quem vultis vobis de
duobꝰ dimitti? At illi dixerũt, Barrabã.
22 Dicit illis Pilatus: Quid igitᷣ faciã de Ie
su qui diciᷣ Christus? Dicunt oẽs Cruci-
23 figatur. Ait illis præses: Quid enim
mali fecit? At illi magis clamabãt dicẽ-
24 tes: Crucifigatᷣ. Vidẽs autẽ Pilatus qa
nihil proficeret, sed magis tumultus fie
ret, accepta aqua lauit manus corã po-
pulo: dicẽs, Innocens ego sum à sangui
25 ne iusti huius, vos videritis. Et rñdens
vniuersus ppls, dixit: Sanguis eius sup
26 nos, & super filios nostros. Tũc dimi-
sit illis Barrabã: Iesum autẽ flagellatũ
27 tradidit eis vt crucifigeretᷣ. Tunc mili-
D tes præsidis suscipiẽtes Iesum in præto-
Mar. 15 b.16 riũ, congregauerunt ad eũ vniuersam
28 cohortẽ: & exuentes eũ chlamydẽ coc-
Iohã. 19 a.2 29 cineã circũdederunt ei. & plectentes
coronã de spinis, posuerũt super caput
eius, & arundinem in dextera eius. Et
genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicẽ-
Mar. 15 b.21 30 tes: Aue rex Iudæorũ. Et expuentes in
eũ, acceperunt arundinẽ, & percutiebãt
Luca 23. f.26 31 caput eius. Et postquam illuserunt ei,
Mar. 15 b.22 exuerunt eũ chlamydẽ: & induerũt eũ
vestimentis eius, & duxerunt eũ vt cru
Luca 23. c.33 32 cifigerent. Euntes autem inuenerunt
hoiem Cyrenæum, noĩe Simonẽ: hunc
Iohã. 19 c.17 angariauerunt vt tolleret crucem eius.
33 Et venerunt in locũ qui dr Golgotha,

34 quod est, Caluariæ locus. Et dederunt Mar. 15 c.24
ei vinũ bibere cũ felle mistũ: Et cũ gu-
35 stasset, noluit bibere: Postquã autem Luca 23. e.34
crucifixerunt eũ, diuiserunt vestimẽta
eius, sortẽ mittentes: ÷ vt impleretᷣ qđ Ioh. 19. c.18
dictũ est ꝑ prophetã dicentẽ: Diuiserũt ÷15.
sibi vestimẽta mea, & super vestẽ meã Psal. 21. c.19
36 miserunt sortẽ. Et sedentes seruabant
37 eũ. Et imposuerũt sup caput eius cau- Ioan. 19 c.24
sam ipsius scriptã: HIC EST IESVS
38 REX IVDAEORVM. Tũc crucifixi
E sunt cũ eo duo latrones: vnus à dextris,
39 & vnus à sinistris. Prætereũtes autem
blasphemabant eũ mouẽtes capita sua.
40 & dicentes: ÷ Vah qui destruis tem- ÷1.
plũ Dei, & ĩ triduo illud reædificas: sal Iohan. 2. d.19
ua temetipsum: si filius Dei es, descẽde
41 de cruce. Similiᷣ & principes sacerdotũ
illudentes cũ scribis & senioribus dice-
42 bant: Alios saluos fecit: seipsum non Supra 3 d.18
potest saluũ facere: si rex Israël est, de-
scendat nunc de cruce, & credimus ei. Psal. 21. b.9
43 confidit in Deo: liberet nunc eum si
44 vult: dixit enim qa filius Dei sum. Id-
ipsum autẽ & latrones q crucifixi erant
45 cũ eo improperabant ei. A sexta autẽ
hora, tenebræ factæ sunt super vniuer-
46 sam terrã, vsq; ad horam nonã. Et cir-
ca horã nonã clamauit Iesus voce ma-
gna dicens, Eli, Eli, lammasabacthani?
hoc est, Deus meus, Deus meus, vt qd Psal. 21. a.2
47 dereliquisti me? Quidã autẽ illic stan-
tes & audientes, dicebant, Eliã vocat
48 iste. Et cõtinuò currens vnus ex eis, ac-
F ceptã spongiã impleuit aceto: & impo- Psal. 68 e.22
49 suit arũdini & dabat ei bibere. Cæteri
verò dicebãt, Sine, videamus an veniat
50 Elias liberans eũ. Iesus autem iterum
51 clamãs voce magna, emisit spiritũ. Et 2. Par. 3. d.14
ecce velum tẽpli scissum est ĩ duas par-
tes à summo vsq; deorsum. & terra mo
52 ta est, & petræ scissæ sunt. & monumẽ
ta aperta sunt: & multa corpora sãcto-
53 rum qui dormierãt surrexerũt. Et ex-
euntes de monumẽtis post resurrectio-
nem eius, venerunt in sanctam ciuita-
54 tem: & apparuerunt multis. Centurio
autem & qui cũ eo erant custodiẽntes
Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebãt
timuerũt valde, dicẽtes. Verè filius Dei
55 erat iste. Erant autẽ ibi mulieres mul
tæ à longè, quæ secutæ erãt Iesum à Ga- Marc. 15 d.40
56 lilæa, ministrãtes ei: inter quas erat Ma
ria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Io-
seph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Cum

57 ¶ Cum aũt serò fctm̃ esset, venit quidã Mar.15 d.42.
G homo diues ab Arimathæa, nomine Io- Luc.23. g.50.
58 seph, q & ipse discipulus erat Iesu. ¶ Hic Ioh.19. g.38.
accessit ad Pilatũ, & petiit corpus Iesu.
59 Tũc Pilatus iussit reddi corpus. ¶ Et ac-
cepto corpore, Ioseph inuoluit illud in
60 sindone mũda. ¶ Et posuit illud in mo-
numẽto suo nouo qđ exciderat ĩ petra.
Et aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ mo-
61 numẽti, & abijt. ¶ Erat autem ibi Maria
Magdalene, & altera Maria, sedẽtes cõ-
62 tra sepulchrũ. ¶ Altera aũt die, q̃ est post
Parascêuen, cõuenerũt principes sacer-
63 dotũ, & Pharisæi ad Pilatum, ¶ dicentes
Dñe, recordati sumus quia seductor il-
le dixit adhuc viuens, Post tres dies re-
64 surgã. ¶ Iube ergo custodiri sepulchrum
vsq; in diẽ tertiũ: ne fortè veniãt disci-
puli eius & furent eũ, & dicant plebi,
Surrexit à mortuis: & erit nouissimus
65 error peior priore. ¶ Ait illis Pilatus, Ha-
betis custodiã: ite, custodite sicut scitis.
66 ¶ Illi autem abeũtes, munierunt sepul-
chrũ: signãtes lapidẽ cum custodibus.

CAP. XXVIII.

1 VEspere aũt sabbathi quę lucescit in Marc.16 b.6.
A prima sabbathi, venit Maria Mag- Iohã 20. a.1.
dalene, & altera Maria videre sepul-
2 chrũ. ¶ Et ecce terręmotus factus est ma-
gnus. Angelꝰ enim Dñi descẽdit de cę-
lo: & accedẽs, reuoluit lapidẽ, & sede-
3 bat sup eũ. ¶ erat aũt aspectus eius sicut
4 fulgur, & vestimẽtũ eius sicut nix. ¶ Prę * vestimẽta.
timore aũt eius exterriti sunt custodes,
5 & facti sunt velut mortui. ¶ Rñdẽs autẽ
angelus dixit mulieribꝰ, Nolite timere
vos, scio enim quod Iesum q crucifixus
6 est q̃ritis. ¶ non est hîc: surrexit enim si-
cut dixit, venite, & videte locũ vbi po- * 3.
7 situs erat Dñs. ¶ Et citò eũtes, dicite di-
B scipulis eius quia surrexit: & ecce p̃ce- * pręcedet.
dit vos in Galilæã, ibi eũ videbitis, ecce
8 p̃dixi vobis. ¶ Et exierũt citò de monu-
mẽto cũ timore & gaudio magno, cur-
9 rẽtes nũtiare discipulis eius. ¶ Et ecce Ie
sus occurrit illis, dicẽs: Auete, Illæ autẽ
accesserũt, & tenuerũt pedes eius, & ado
10 rauerũt eũ. ¶ Tũc ait illis Iesus, Nolite
timere, ite, nuntiate fratribꝰ meis, vt eãt
11 in Galilæã, ibi me videbũt. ¶ Quæ cùm
C abijssent, ecce qdã de custodibꝰ venerũt
in ciuitatẽ, & nuntiauerunt principibꝰ
12 sacerdotũ oĩa q̃ facta fuerant. ¶ Et con-
gregati cũ senioribus, consilio accepto
pecuniã copiosam dederunt militibus.
13 ¶ dicẽtes, Dicite: Quia discipuli eius no-
cte venerũt, & furati sunt eũ nobis dor-
14 mientibus. ¶ Et si hoc auditũ fuerit à prę
side, nos suadebimus ei, & securos vos
15 faciemus. ¶ At illi accepta pecunia, fece-
rũt sicut erãt edocti. Et diuulgatum est
verbũ istud apud Iudęos, vsq; in hodier
16 nũ diẽ. ¶ Vndecim autẽ discipuli abie-
D runt in Galilæã, in montẽ vbi cõstitue-
17 rat illis Iesus. ¶ Et vidẽtes eum adoraue-
18 rũt, quidã aũt dubitauerũt. ¶ Et accedẽs
Iesus locutus est eis, dicẽs: ‖ Data est mi- ‖Ioh.17. a.2.
19 hi oĩs potestas in cęlo & in terra: ¶ eũtes Heb.2.
ergo docete oẽs gẽtes: baptizãtes eos in b.8.
20 noĩe pr̃is, & filij, & spiritus sancti, ¶ do- Marc.16
centes eos seruare oĩa q̃cunq; mandaui d.15.
vobis, & ecce ego vobiscum sum oĩbus,
diebꝰ vsq; ad cõsummationem seculi.

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM
Secundum Marcum.



CAPVT PRIMVM.



1 INITIVM Euãgelij Ie-
A su Christi fi-
lij Dei: ¶ Sicut
2 scriptũ est in
Isaia prophe-
ta, (‖ Ecce ego ‖Mala.3.
mitto angelũ a.1.
meũ ante fa- ‖Isa.40.
ciem tuã, qui a.3.
p̃parabit viã Iohã.1.
tuã ante te.) c.19.
3 ¶ ‖ Vox clamã- Lu.3.a.4
tis in deserto, Matt.3. a.1.
Parate viã Dñi, rectas facite semitas eiꝰ. Matt.3 a.5.
4 ¶ Fuit Iohannes in deserto baptizans, & ‖Luc.1 c.22.
p̃dicans baptismũ pęnitentię in remis-
5 sionẽ peccatorum. ¶ Et egrediebatur ad Mat.3. c.11.
eũ omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ Luc.3.
vniuersi: & baptizabant ab illo in Ior- c.16.
danis flumine, confitentes peccata sua.

6 ¶Et erat Iohannes vestitus pilis cameli,
& zona pellicea circa lumbos eius: ‖ &
7 locustas & mel syluestre edebat.¶Et p̄-
dicabat dicens : Venit fortior me post
me: cuius non sum dignus procumbés
soluere corrigiam calceamentorũ eius.
8 ¶ Ego baptizaui vos aqua : ille verò ba-
9 ptizabit vos spiritu sancto . ¶Et factum
est : in diebus illis ‖ venit Iesus à Na-
zareth Galilææ : & baptizatus est à Io-
10 hanne in Iordane. ¶Et statim ascendés
B de aqua,vidit cęlos apertos,& Spiritum
* tanquam columbam descédentem &
11 manétem in ipso. ¶ ‖Et vox facta est de
cęlis, Tu es filius me⁹ dilectus,in te cõ-
12 placui.¶Et statim Spiritus expulit eum
13 in desertum.¶Et erat in deserto quadra-
ginta diebus, & quadraginta noctibus:
& tentabat à satana,eratq; cum bestiis,
14 & angeli ministrabant illi. ¶‖Postq̃ aũt
traditus est Iohãnes, venit Iesus in Ga-
lilæam,prędicans euangeliũ regni Dei,
15 ¶& dicés. Qm̃ impletum est tempus, &
appropinquauit regnũ Dei: pœnitemi-
16 ni,& credite euangelio.¶‖Et prætteriens
secus Mare-Galilææ, vidit Simonem &
Andreá fratrem eius, mittentes retia in
17 mare,(erant enim piscatores), ¶& dixit
eis Iesus, Venite post me, & faciam vos
18 fieri piscatores hominũ. ¶Et ꝓtinus re-
19 lictis retibus,secuti sunt eum . ¶Et pro-
gressus inde pusillũ,vidit Iacobũ Zebe-
dæi & Iohanné fratré eius, & ipsos com
20 ponétes retia in naui : ¶ & statim voca-
uit illos. Et relicto patre suo Zebedæo
in naui cũ mercenariis, secuti sunt eũ .
21 ¶ ‖Et ingrediunt Capharnaũ & statim
sabbathis ingressus in synagogá , doce-
22 bat eos. ¶ ‖Et stupebant super doctrina
eius . erat enim docens eos quasi pote-
23 staté habés,& nõ sicut Scribæ. ¶ ‖Et erat
C in synagoga eorũ , homo in spiritu im-
24 mundo : & exclamauit,¶dicens. Quid
nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti* p-
25 dere nos? scio qui sis, Sanctus Dei. ¶Et
cõminatus est ei Iesus, dicés: Obmute-
26 sce, & exi de hoĩe . ¶Et discerpens eum
spiritus immundus,& exclamans voce
27 magna,exiit ab eo. ¶Et mirati sunt oẽs:
ita vt cõquirerét inter se dicétes. Quid-
ná est hoc? quænã doctrina hęc noua :
quia in potestate etiá spiritib⁹ immun-
28 dis imperat, & obediunt ei? ¶Et ꝓcessit
rumor eius statim in omné regionem
29 Galilęæ.¶‖Et protinus egrediétes de sy-

‖Ioh.1. d.27. Act.1.a.5.& 11.a.4.& 11.c.16. & 19 a.4.
‖Matt.3. d.14. Luc.3. d.22.
* sanctũ Ioh.1. d.32.
‖Matt.4 a.1. Lu.4.a.1
‖Matt.4. b.12. Luc 4. c.14. Ioh.4. f.43.
‖Matt.4. c.18. Lu.5.a.1
‖Matt.4. c.13. Luc.4. e.31.
‖Matt.5 7 d.28.
‖Luc.4. e.32.
*ante tépus.
‖Matt.8. b.14. Luc 4. f.38.

nagoga, venerunt in domũ Simonis &
30 Andrææ cum Iacobo & Iohanne. ¶De-
cumbebat auté socrus Simonis febrici-
31 tans: & statim dicũt ei de illa. ¶Et acce-
dens eleuauit eá apprehésa manu eius:
& cõtinuò dimisit eam febris, & mini-
32 strabat eis. ¶ Vespere aũt facto cùm oc-
cidisset sol, afferebát ad eũ omnes ma-
33 lè habentes & dæmonia habentes: ¶ &
erat omnis ciuitas cõgregata ad ianuá .
34 ¶ Et curauit multos q vexabãtur variis
lãguoribus: ‖& dæmonia multa eijcie-
D bat, & nõ sinebat ea loqui qm̃ sciebant
35 eum. ¶Et diluculo valde surgens,egres-
sus abijt in desertũ locũ: ibiq; orabat.
36 ¶Et prosecutus est eũ Simon,& q cũ illo
37 erant . ¶Et cùm inuenissent eũ, dixerũt
38 ei, Quia oẽs q̃rũt te . ¶‖Et ait illis, Ea-
mus in proximos vicos & ciuitates, vt
39 & ibi prædicem:ad hoc enim veni. ¶Et
erat prædicás in synagogis eorum, & in
40 omni Galilęa: & dæmonia eijciés. ¶‖Et
venit ad eũ leprosus deprecans eum:&
genu flexo dicit ei, Si vis,potes me mũ-
41 dare . ¶Iesus aũt misertus eius extendit
manũ suam, & tangens eũ, ait illi, Vo-
42 lo, Mundare. ¶ Et cum dixisset, statim
discessit ab eo lepra , & mundatus est .
43 ¶Et cõminat⁹ est ei,statimq; eiecit illũ·
44 ¶& dicit ei, Vide nemini dixeris: sed va-
de, ostende te principi sacerdotũ, & of-
fer pro emundatione tua,quæ pręcepit
45 Moyses, in testimonium illis. ¶At ille e-
gressus cępit prædicare & diffamare ser
moné: ita vt iam non posset manifestè
introire ĩ ciuitaté, ‖ sed foris in desertis
locis esset, & cõueniebát ad eũ vndiq; .

CAP. II.

1 ET iterum intrauit Caphernaũ post
A dies*, & auditũ est quod in domo
2 esset, ¶&*cõuenerunt multi, ita vt non
*caperet neq; ad ianuam,& loquebatur
3 eis verbum . ¶Et venerunt ad eũ ferẽtes
paralyticum , q à quatuor portabatur .
4 ¶Et cùm non possent offerre eũ illi præ
turba, nudauerunt tectum vbi erat: &
patefacientes submiserũt grabatum in
5 quo paralyticus iacebat. ¶Cùm autẽ vi-
disset Iesus fidé illorum, ait paralytico,
6 Fili dimittuntur tibi peccata tua. ¶Erát
autem illic quidá de Scribis sedentes &
7 cogitantes in cordibus suis . ¶ Quid hic
sic loquitur: blasphemat. ‖ Quis potest
8 dimittere pctá, nisi solus Deus? ¶Quo
statim cognito Iesus spiritu suo quia sic

‖Luc.4. g.41.
‖Luc 4. g.43.
‖Matt.8. a.2. Luc.5. c.12.
‖Leu.14. a.3.
Luc.4. d.42.
Matt.9. a.1. Luc.5. d.18.
‖* osto. conse- rtim 2.
*caperét 6.
‖Iob.14. a.4. Isa.43. d.25.

cogitarent intra se, dicit illis, Quid ista
9 cogitatis in cordibus vestris? ¶Quid est
facilius, dicere paralytico, Dimittūtur
tibi peccata: an dicere, Surge, tolle gra-
10 batū tuū & ambula? ¶Vt aūt sciatis q̃a
B filius hoīs habet potestatē in terra di-
11 mittēdi peccata (ait paralytico) ¶tibi di-
co, Surge, tolle grabatum tuum, & vade
12 in domum tuam. ¶Et statim surrexit il-
le: & sublato grabato abiit corā oībus,
ita vt mirarentur oēs, & honorificarent
Deū dicentes, Quia nunq̃ sic vidimus.
13 ¶Et egressus est rursus ad mare: oīsque
turba veniebat ad eum, & docebat eos.
14 ¶‖Et cùm præteriret, vidit *Leui Alphæi
sedentem ad teloniū: & ait illi, Sequere
15 me. Et surgens secutus est eū. ¶Et fctū
est cū accūberet in domo illius, multi
publicani & pctōres simul discūbebāt
cū Iesu & discipulis eius: erāt enim mul
16 ti q̃ & sequebanť eū. ¶Et scribæ & Pha-
risæi vidētes quia mādūcaret cū publi-
canis & peccatorib⁹, dicebāt discipulis
eius, Quare cū publicanis & pctōribus
manducat & bibit magister vester?
17 ¶Hoc audito Iesus ait illis, Non necesse
C habēt sani medico: sed q̃ malè habent.
‖nō enim veni vocare iustos, sed pecca-
18 tores. ¶Et erāt discipuli Iohānis & Pha-
risæi ieiunātes: & veniūt, & dicunt illi.
Quare discipuli Iohānis & Pharisæorū
ieiunāt, tui aūt discipuli non ieiunant?
19 ¶Et ait illis Iesus. Nūquid possunt filij
nuptiarū quandiu spōsus cum illis est,
ieiunare? Quāto tpe habent secū spon-
20 sum, nō possunt ieiunare. ¶‖Venient aūt
dies cùm auferet ab eis spōsus: & tunc
21 ieiunabūt in illis diebus. ¶Nemo assu-
mentū pāni rudis assuit vestimēto ve-
teri; alioquin aufert supplementū no-
22 uum à veteri, & maior scissura fit. ¶Et
D nemo mittit vinū nouū in vtres vete-
res: alioquin dirumpit vinū vtres, & vi-
nū effundet & vtres peribunt: sed vinū
23 nouū in vtres nouos mitti debet. ¶‖Et
fctū est iterū cùm sabbathis ambula-
ret p sata, & discipuli eius cœperūt pro-
24 gredi & vellere spicas. ¶Pharisæi autem
dicebant ei, Ecce, q̃d faciunt *sabbathis
25 quod nō licet? ¶Et ait illis, ‖Nunq̃ legi-
stis q̃d fecerit Dauid, qñ necessitatē ha-
buit & esuriit ipse & qui cum eo erant?
26 ¶quomodo introiuit in domū Dei sub
Abiathar principe sacerdotū, & panes
ppositionis manducauit, quos non li-
cebat manducare ‖nisi sacerdotibus, &
27 dedit eis *qui cum eo erant? ¶Et dicebat
eis, Sabbathum pp hominē factum est:
28 & non homo pp Sabbathum. ¶Itaque
Dñs est filius hominis, etiam Sabbathi.

CAP. III.

1 ET introiuit iterum in synagogā: &
A erat ibi homo habēs manū aridā.
2 ¶Et obseruabāt eū si sabbathis curaret,
3 vt accusarent illum. ¶Et ait homini ha-
bēti manū aridam. Surge in medium.
4 ¶Et dicit eis, Licet sabbathis beneface-
re, an malè: animā saluā facere, an pde-
5 re? At illi tacebāt. ¶Et circūspiciens eos
cum ira, cōtristatus sup cęcitate cordis
eorū, dicit homini, Extende manū tuā.
Et extendit & restituta est manus illi.
6 ¶Exeuntes autem Pharisæi, statim cum
Herodianis cōsiliū faciebant aduersus
7 eum quo eum pderent. ¶Iesus aūt cum
discipulis suis secessit ad mare: & mul-
ta turba à Galilæa & Iudæa secuta est
8 eū, ¶& ab Ierosolymis & ab Idumęa &
B trās Iordanē & q circa Tyrum, & Sydo-
nē, multitudo magna, audientes q̃ fa-
9 ciebat, venerūt ad eū. ¶Et dixit discipu-
lis suis vt nauicula sibi deseruiret pp
10 turbā, ne cōprimerēt eū. ¶multos enim
sanabat, ita vt irruerent in eū vt illum
tangerent quotquot habebant plagas.
11 ¶Et spiritus immūdi, cùm illū videbāt,
procidebāt ei: & clamabant dicentes,
12 ¶Tu es filius Dei. Et vehementer cōmi-
13 nabať eis ne manifestarent illum. ¶‖Et
ascēdens in mōtem vocauit ad se quos
14 voluit ipse: & venerunt ad eū. ¶Et fecit
vt essent duodecim cū illo: & vt mitte-
15 ret eos pdicare. ¶Et dedit illis potestatē
C curādi infirmitates, & eijciendi dęmo-
16 nia. ¶Et imposuit Simoni nomē Petr⁹.
17 ¶& Iacobū Zebedæi & Iohānem fratrē
Iacobi: & imposuit eis nomina Boaner
18 ges, quod est, filij tonitrui. ¶& Andræā
& Philippum, & Bartholomęū & Mat-
thæum, & Thomam & Iacobū Alphęi,
& Thaddæū & Simonē Chananæum,
19 ¶& Iudam Iscariotē qui & tradidit illū.
20 ¶Et veniunt ad domum: & cōuenit ite-
rum turba, ita vt non possent neq; pa-
21 nem manducare. ¶Et cùm audissent
sui, exierunt tenere eum. Dicebant
enim: Quoniam in furorem versus est.
22 ¶Et Scribę qui ab Ierosolymis descen-
derant, dicebant, ‖Quoniā Beel-zebub
D habet: & quia in principe dæmonio-

‖Matt. 9. a. 9. Luc. 5. e. 27.
*Leui n 9
‖1. Ti. 1 c. 13. Mat. 9. b. 13. Luc. 5. f. 32.
‖Matt. 9. b. 15. Luc. 5. f. 35.
‖Mat. 12 a. 8. Lu. 6. a. 1
*discipuli tui.
‖1. Re. 21 b. 6

‖Exo. 29. c. 32 Leui. 8 f 31. & 24 b. 8.
* &
Matt. 12. a. 9. Luc. 6. a. 16.
‖Mat. 12. b. 14. Ioh. 10. g. 39.
‖Mat. 10 a. 1. Luc. 6. b. 13. & 9. a. 1. Inf. 6. a. 7.
‖Matt. 9. d. 34. & 12. b. 24. Luc 11. b. 15.

rum

23 rum eijcit dæmonia. ¶Et cõuocatis eis
D i parabolis dicebat illis. Quomodo po-
24 test sathanas sathanã eijcere? ¶ & si re-
gnũ in se diuidatur, nõ potest regnum
25 illud stare. ¶Et si domus super semetip-
sam dispertiatur: non potest domus il-
26 la stare. ¶Et si sathanas cõsurrexerit in
semetipsum, dispertitus est, & non po-
27 terit stare, sed finẽ habet. ¶Nemo potest
vasa fortis ingressus in domũ *diripere,
nisi prius fortẽ alliget, & tunc domum
28 eius diripiet. ¶ ‖Amen dico vobis qm̃
oĩa dimittentur filiis hominum pecca-
ta, & blasphemiæ quib⁹ blasphemaue-
29 rint. ¶Qui autẽ blasphemauerit in spm̃
sanctum, non *habet remissionẽ in ęter
30 num, sed reus erit ęterni delicti. ¶Quo-
niam dicebant, Spiritum immundum
31 habet. ¶‖Et veniũt mater eius & fratres:
& foris stãtes miserunt ad eum vocan-
32 tes eum, ¶Et sedebat circa eum turba: &
dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui
33 foris quærũt te: ¶Et rñdens eis ait, Quæ
34 est mater mea & fratres mei? ¶Et circũ-
spiciẽs eos q in circuitu eius sedebant,
35 ait, Ecce mater mea & fratres mei. ¶Qui
enim fecerit voluntatem Dei, hic frater
meus & soror mea & mater est.

CAP. IIII.

A ET iterum cępit docere ad mare: &
cõgregata est ad eum turba multa,
ita vt nauim ascẽdens sederet in mari,
& omnis turba circa mare sup terram
erat: ¶& docebat eos in parabolis mul-
ta, & dicebat illis in doctrina sua, ¶Au-
dite: ecce, exiit seminans ad seminãdũ.
¶Et dũ seminat, aliud cecidit circa viã,
& venerũt volucres cęli, & comederũt
illud. ¶Aliud verò cecidit super petrosa
vbi nõ habuit terrã multam: & statim
exortum est, qm̃ non habebat altitudi-
nem terræ: ¶ & qñ exortus est sol, exæ-
stuauit, & eò q non habebat radicem,
exaruit. ¶Et aliud cecidit in spinas: &
ascẽderũt spinę, & suffocauerunt illud,
& fructum non dedit. ¶Et aliud cecidit
in terram bonam: & dabat fructũ ascẽ-
dentem & crescentem, & afferebat vnũ
*triginta, vnum *sexaginta, & vnũ *cen-
tum. ¶Et dicebat: Qui habet aures au-
diendi, audiat. ¶Et cùm esset singularis,
interrogauerunt eum hi qui cũ eo erãt
duodecim, parabolam. ¶Et dicebat eis,
Vobis datum est nosse mysteriũ regni
Dei: ‖illis autem qui foris sunt, in para-
12 bolis omnia fiunt: ¶ ‖vt vidẽtes videãt,
& non videãt: & audientes audiant, &
non intelligant: nequãdo cõuertantur,
13 & dimittantur eis peccata. ¶Et ait illis,
Nescitis parabolã hãc? & quomodo oẽs
14 parabolas cognoscetis? ¶ Qui seminat:
15 verbũ seminat. ¶Hi autẽ sunt qui circa
viã: vbi seminatur verbũ, & cùm audie-
rint, confestim venit Satanas, & aufert
verbũ quod seminatum est in cordib⁹
16 eorũ. ¶Et hi sunt sim̃r q super petrosa se-
minantur: q cùm audierint verbum, sta-
17 tim cum gaudio accipiũt illud: ¶& nõ
habent radicẽ in se, sed tẽporales sunt:
deinde orta tribulatione & psecutione
pp verbum, confestim scandalizantur.
18 ¶Et alij sunt qui in spinis seminãtur: hi
19 sunt q verbum audiũt, ¶ & ærumnę se-
culi, & ‖deceptio diuitiarũ, & circa reli-
qua cõcupiscentię introeuntes suffocãt
20 verbum, & sine fructu efficitur. ¶ Et hi
sunt q super terrã bonã seminati sunt:
qui audiunt verbũ & suscipiunt, & fru-
ctificant vnũ triginta, vnum sexaginta,
21 & vnũ centum. ¶Et dicebat illis: ‖Nun-
C qd venit lucerna vt sub modio ponatur?
aut sub lecto? nõnne vt sup candelabrũ
22 ponatur? ¶ ‖Non est enim aliquid abscõ-
ditum quod non manifestetur: nec fa-
ctum est occultum, *sed vt in palam ve-
23 niat. ¶Si quis habet aures audiendi, au-
24 diat. ¶Et dicebat illis. Videte qd audia-
tis. ‖In qua mẽsura mẽsi fueritis, reme-
25 tietur vobis, - & adijcietur vobis. ¶ ‖ Qui
enim habet dabitur illi: & q nõ habet,
26 etiam quod habet, auferetur ab eo. ¶ Et
dicebat: Sic est regnũ Dei, quemadmo-
dũ si homo iaciat sementem in terram,
27 ¶ & dormiat, & exurgat nocte & die, &
semen germinet, & increscat dũ nescit
28 ille. ¶ Vltrò enim terra fructificat, pri-
mùm herbam, deinde spicam; deinde
29 plenum frumentum in spica. ¶Et cum
*se pduxerit fruct⁹, statim mittit falcẽ,
30 qm̃ adest messis. ¶Et dicebat, Cui assimi-
labimus regnũ Dei? aut cui parabolæ
31 cõparabimus illud? ¶Sicut granũ sina-
D pis, quod cùm seminatũ fuerit in terra,
minus est oĩbus seminibus quæ sunt in
32 terra: ¶& cùm seminatũ fuerit, ascẽdit,
*& fit maius omnibus oleribus, & facit
ramos magnos, ita vt possint sub vm-
33 bra eius aues cęli habitare. ¶ Et talibus
multis parabolis loquebatur eis verbũ,
34 put poterãt audire: ¶ sine parabola au-

‖Isa. 6. c. 9. Mat. 13. b. 14. Luc. 8. b. 10. Iohã. 12. f. 40. Act. 28. f. 26. Rom. 11. b. 8.
‖1. Ti. 6. c. 17.
‖Matt. 5. b. 15. Luc. 8. c. 16 & 18. e. 33. Mat. 10. c. 26. Luc. 8 c. 17.
*quod non veniat in palã. - 8.
* qui au- ditis 1.
‖Matt. 7. a. 2. Luc. 6 f. 38. Mat. 13. b. 12. & 25. c. 29. Lu. 8. c. 18. & 19 d. 26.
*ex
Mat. 13. d 31. Luc. 13. d 19.
*natum *in arborem.
Mat. 13. e 34.

tem

tem non loquebatur eis, seorsum autē,
35 discipulis suis disserebat omnia. ¶Et ait
illis in illa die, cùm serò esset factum:
36 Trãseamus cõtrà. ¶‖Et dimittentes tur- ‖Matt. 8. d. 23. Luc. 8. c. 22.
bã, assumunt eum ita vt erat in naui: &
37 aliç naues erant cũ illo. ¶Et facta est ꝓ-
cella magna vēti, & fluctus mittebat in
38 nauim, ita vt impleretur nauis. ¶Et erat
ipse in puppi super ceruical dormiēs: &
excitãt eum, & dicunt illi: Magister, nõ
39 ad te ptinet, quia perimus? ¶Et exurgēs
cõminatus est vento, & dixit mari: Ta-
ce, obmutesce. Et cessauit vētus: & fa-
40 cta est trãquillitas magna. ¶Et ait illis:
Quid timidi estis? necdũ habetis fidē?
Et timuerũt timore magno, & dicebãt
ad alterutrum: Quis putas, est iste,
quia & ventus & mare obediunt ei?

C A P. V.

1 ET venerunt trans fretũ maris in re- Matt. 8. d. 28. Luc. 8. d. 26.
A gionem Gerasenorum. ¶ Et exeunti
2 ei de naui, statim occurrit de monumē
3 tis homo in spiritu immundo, ¶qui do-
micilium habebat in monumentis, &
neq; catenis iam qsquã poterat eũ liga-
4 re: ¶ qm̃ sæpè cõpedibus & catenis vin-
ctus, dirupisset catenas, & cõpedes com
minuisset: & nemo poterat eũ domare,
5 ¶ & semper die ac nocte in monumētis
& in mõtibus erat clamãs & concidens
6 se lapidibus. ¶Videns aũt Iesum à lon-
7 gè, cucurrit & adorauit eũ: & clamans
voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Ie
su fili Dei altissimi? adiuro te ꝑ Deum
8 ne me torqueas: ¶Dicebat enim illi: Exi
9 spũs immũde ab hoīe isto. ¶Et interro-
gabat eũ: Quod tibi nomen est? Et dicit
ei. Legio mihi nomē est: quia multi su-
10 mus. ¶Et deprecabat᷑ eum multum, ne
11 se expelleret extra regionē: ¶erat autem Matt. 8. d. 30. Luc. 8. d. 32.
B ibi circa montē, grex porcorum magn⁹,
12 pascens: ¶Et deprecabantur eũ spiritus,
dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos
13 introeamus. ¶Et concessit eis statim Ie-
sus. Et exeuntes spiritus immundi, in-
troierunt in porcos: & magno impetu
grex præcipitatus est in mare, ad duo
14 millia, & suffocati sunt in mari. ¶Qui
aũt pascebãt eos, fugerũt, & nũtiauerũt
in ciuitatē & in agros. Et egressi sunt vi-
15 dere quid esset fctm̃, ¶& veniunt ad Ie-
sum, & vidēt illũ, qui à dæmonio vexa-
bat᷑, sedentē, vestitum, & sanæ mentis:
16 & timuerunt. ¶Et narrauerunt illis, qui
viderant, qualiter factum esset ei q dæ-
17 monium habuerat: & de porcis. ¶Et ro-
gare cęperũt eũ, vt discederet de finib⁹ Luc. 8. d. 37. Act. 16. d. 39.
18 eorũ. ¶ Cũq; ascēderet nauim, cœpit il-
lũ deprecari q à dæmonio vexatus fue-
19 rat vt esset cũ illo, ¶& non admisit eũ,
sed ait illi, Vade in domũ tuã ad tuos,
& annuntia illis quanta tibi Dñs fece-
20 rit, & misertus sit tui. ¶Et abiit, & cœpit
prędicare in Decapoli quanta sibi fecis-
21 set Iesus: & oēs mirabantur. ¶Et cũ tran
C scendisset Iesus in naui rursum trãs fre
tum, conuēnit turba multa ad eum, &
22 erat circa mare. ¶‖& venit qdam de ar- ‖Mat. 9. c. 18. Luc. 8. f. 41.
chisynagogis noīe Iairus: & videns eũ,
23 procidit ad pedes eius, ¶ & deprecabat᷑
eũ multũ, dicens, Qm̃ filia mea in ex-
tremis est, Veni, impone* manus' super *manus
24 eam, vt salua sit & viuat. ¶Et abiit cum
illo, & sequebatur eum turba multa, &
25 comprimebant eum. ¶‖Et mulier quæ ‖Leu. 15. d. 24.
erat in ꝓfluuio sanguinis annis duode Mat. 9. c. 20.
26 cim, ¶& fuerat multa perpessa à cõplu- Luc. 8. f. 43.
ribus medicis, & erogauerat oīa sua,
nec quicquã profecerat, sed magis dete-
27 rius habebat: ¶cùm audisset de Iesu, vē-
nit in turba retro, & tetigit vestimentũ
28 eius: ¶dicebat enim, Quia si vel vesti-
29 mentũ eius tetigero, salua ero. ¶Et cõfe-
stim siccatus est fons sanguinis eius: &
sensit corpore quia sanata esset à plaga.
30 ¶Et statim Iesus in semetipso cognoscēs
virtutē quæ exierat de illo, cõuersus ad
turbam, aiebat, Quis tetigit vestimenta
31 mea? ¶Et dicebãt ei discipuli sui, Vides
D turbã cõprimētem te, & dicis, Quis me
32 tetigit? ¶Et circũspiciebat videre eam q̃
33 hoc fecerat. ¶ Mulier verò timēs & tre-
mens, sciēs quod fctm̃ esset in se: venit
& procidit ante eũ, & dixit ei omnē ve-
34 ritatē. ¶Ille aũt dixit ei, Filia, fides tua ‖Luc. 7. g. 50.
te saluã fecit: vade in pace, & esto sana à
35 plaga tua. ¶Adhuc eo loquēte, veniũt nũ
tij *ad archisynagogũ', dicentes, ‖Quia *ab archisynagogo.
filia tua mortua est: qd vltrà vexas ma Luc. 8. g. 49.
36 gistrum? ¶Iesus aũt audito verbo quod
dicebat᷑, ait archisynagogo, Noli time-
37 re, tãtummodo crede. ¶Et non admisit
quēquam se sequi, nisi Petrum & Iaco-
38 bum & Iohannem fratrem Iacobi. ¶ Et
veniunt in domũ archisynagogi, & vi-
det tumultũ, & flentes, & eiulãtes mul-
39 tũm. ¶Et ingressus, ait illis, Quid turba-
mini & ploratis? ‖puella nõ est mortua, Mat. 9. c. 24.
40 sed dormit. ¶Et irridebãt eum. ‖Ipse ve-
rò eiectis oībus, assumit patrem & ma-

trem puellę, & qui secũ erant,& ingre-
41 diũtur vbi puella erat iacens. ¶Et tenẽs
manum puellę,ait illi, ‖Talitha cumi,
quod est interpretatũ,Puella(tibi dico)
42 surge. ¶Et confestim surrexit puella: &
ambulabat. erat aũt annorum duode-
cim, & obstupuerunt stupore magno.
43 ¶Et pręcepit illis vehemẽter vt nemo id
sciret: & *dixit' dari illi manducare.

C A P. VI.

1 ET egressus inde, abiit in patriã suã:
A & sequebantur eum Discipuli sui.
2 ¶Et facto sabbatho cœpit in synagoga
docere: & multi audiẽtes admirabãtur
in doctrina eius dicẽtes,Vnde huic hęc
oĩa? & q̃ est sapientia q̃ data est illi, &
virtutes tales q̃ p̃ manus eius efficiunt?
3 ¶‖Nõnne hic est faber,filius Mariæ fra
ter Iacobi & Ioseph & Iudę & Simonis?
nõnne & sorores eius hic nobiscũ sunt?
4 Et scandalizabant̃ in illo. ¶Et dicebat
illis Iesus, ‖Quia non est propheta sine
honore, nisi in patria sua, & in domo
5 sua,& in cognatione sua.¶& nõ poterat
ibi virtutẽ vllã facere: nisi paucos infir
6 mos impositis manib⁹ curauit: ¶& mi-
rabat̃ p̃p incredulitatem eorum,‖& cir
7 cuibat castella in circuitu docens. ¶‖Et
vocauit duodecim: & cœpit eos mitte-
re binos,& dabat illis potestatem spiri-
8 tuum immundorũ. ¶Et præcepit eis ne
B quid tollerẽt in via, nisi virgam tantũ:
non peram,non panẽ,neq; in zona ęs,
9 ¶sed calceatos‖sandaliis, & ne induerẽ-
10 tur duab⁹ tunicis.¶Et dicebat eis,Quo-
cunq; introieritis in domum: illic ma-
11 nete donec exeatis inde. ¶‖& quicunq;
nõ receperint vos, *nec audierint vos':
‖exeuntes inde excutite puluerẽ de pe-
12 dibus vestris in testimonium illis. ¶Et
exeuntes prædicabant vt pœnitentiam
13 agerent: ¶& dæmonia multa eiiciebãt,
&‖vngebãt oleo multos ęgros, & *sana-
14 bãt'. ¶‖Et audiuit rex Herodes(manife-
stum enim factũ est nomẽ eius) & di-
cebat,Quia Iohannes Baptista resurre-
xit à mortuis: & p̃pterea virtutes ope-
15 rantur in illo. ¶Alij autem dicebant,
C Quia Elias est. Alij verò dicebãt, Quia
propheta est, quasi vnus ex prophetis.
16 ¶‖Quo audito,Herodes ait, Quem ego
decollaui Iohannẽ,hic à mortuis resur
17 rexit. ¶Ipse enim Herodes misit ac te-
nuit Iohannẽ, & vinxit eũ in carcerem
p̃p Herodiadem vxorem Philippi fra

[Left margin: ‖Act. 9. f.40. — *iussit. — Matt. 13 f.54. Luc.4. c.16. Iohã.4. f.44. — ‖Iohã.6. e.42. — ‖Mat.13 f.57. Luc 4. d 24. Ioh.4. f.44. — ‖Matt.9. d.35. Luc. 13. d.22. — Matt. 10 a.1. Sup 3. b.14. Lu 9.a.1 — ‖Act. 12. b.8. — ‖Mat.10 b.14. Lu.9.a.5 -7. — ‖Act. 13. f.51. & 18.b.6. — Iac. 5. c.14. — *sanabãtur. — ‖Mat.14 a 1. Lu.9.a.7 — ‖Mat 14 a.2 — Luc.3. d.19.]

18 tris sui,quia duxerat eã.¶Dicebat enim
Iohannes Herodi, ‖Nõ licet tibi habe-
19 re vxorem fratris tui. ¶Herodias autem
insidiabat̃ illi: & volebat occidere eũ,
20 nec poterat. ¶Herodes enim metuebat
Iohannẽ, sciens eum virum iustum &
sctũ: & custodiebat eum, & audito eo
multa faciebat: & libẽter eũ audiebat.
21 ¶Et cùm dies opportunus accidisset, He
rodes *natalis sui' cęnam fecit principi-
17 verò nõ crediderit, condẽnabiť. Signa
D autẽ eos q̃ crediderint hæc sequenť? In
noĩe meo ‖dæmonia eijcient, ‖Linguis
18 loquenť nouis. ‖Serpentes tollẽt. Et si
mortiferũ q̃d biberint nõ eis nocebit.
‖Sup ęgros manus imponẽt: & bene ha-
19 bebunt. Et Dñs quidẽ Iesus postq̃ lo-
quutus est eis, ‖assũptus est in cęlũ, &
20 ᵃseditᵃ à dextris Dei. Illi autẽ p̃fecti p̃-
dicauerũt vbiq;: Dño cooperãte, & ser-
monẽ confirmãte sequentibus signis.

‖Matt. 28. a. 1 Luca 24. a. 1 Iohã. 20. a. 1 ‖Mat. 28. a. 5 Luce 24. a. 4 Iohã. 20. e. 14 ᵃ precedet ‖Mat. 26 e. 32 Supr. 14. c. 28 * Iesus Iohã. 20. d. 16. Luca 8. a. 2 ‖Luce 24 b. 13 ‖Luc. 24 e. 36 Iohã. 20. c. 19 Matt. 28 d. 19 ‖Act. 16. d. 18 ‖Act. 2. a. 4. & 10. g. 46 ‖Act. 28. a. 5. ‖Act. 28. b. 8. ‖Luc. 24 g. 51. ᵃ sedet.

SAN-

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIVM
Secundum Lucam.



CAPVT PRIMVM.

1 A

QVONIAM quidem multi conati sũt ordinare narrationé q̃ in nobis completæ sunt rerũ.
2 ¶Sicut tradiderũt nobis q ab initio ipsi viderũt & ministri fuerũt sermo-
3 nis, ¶visum est & mihi assequuto oĩa à principio diligenter, ex ordine tibi scribere optime Theophile, Act.1.a.1
4 ¶ vt cognoscas eorũ verborũ de q̃bus eruditus es, veri-
5 taté. ¶Fuit in dieb⁹ Herodis regis Iudææ, sacerdos qdam noĩe Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiab⁹ Aarõ, 1.Pa. 24. a.10.
6 & nomé eius Elisabeth. ¶ Erant autem iusti ambo ante Deũ, incedétes in oĩb⁹ mandatis & iustificationibus Dñi sine
7 querela, ¶& nõ erat illis filius, eo q esset Elisabeth sterilis, & ambo pcessissent in dieb⁹ suis.
8 ¶Fctm̃ est aũt cùm sacerdotio fungeret* in ordine vicis suæ *Zacharias.
9 ante Deũ, ‖¶sm cõsuetudiné sacerdotij, sorte exiit vt incẽsum poneret ingres- ‖Exo. 30 a 7. Leui. 16. d.17.
10 sus in téplum Dñi. ¶ ‖& oĩs multitudo
11 ppli erat orãs foris hora incensi. ¶Apparuit auté illis Angelus Dñi, stãs à dex-
12 tris altaris incẽsi. ¶Et Zacharias turbat⁹ est, videns, & timor irruit super eum.
13 ¶Ait aũt ad illũ angelus: Ne timeas Zacharia, qm̃ exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filiũ, & Psal.1.63.
14 vocabis nomé eius Iohãné, ¶& erit gau
B diũ tibi & exultatio, & multi in nati-
15 uitate eius gaudebunt. ¶ erit enim magnus corã Dño: & vinũ & sicerã nõ bibet: & spiritu sancto replebit' adhuc ex
16 vtero matris suę. ¶ ‖& multos filiorum
17 Isr' cõuertet ad Dñm Deũ ipsorum, ¶& ipse pcedet ante illũ in spiritu & virtute Eliæ: vt cõuertat corda patrũ i filios, & incredulos ad prudentiã iustorũ, pa- Matt.11. b.14. Mala. 4. b. 6
18 rare Dño plebé perfectam. ¶Et dixit Zacharias ad angelũ: Vnde hoc sciã: ego enim sum senex: & vxor mea pcessit in
19 dieb⁹ suis. ¶ Et rñdens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel q asto ante Deum: & missus sum loq ad te, & hæc tibi euan-
20 gelizare. ¶ Et ecce eris tacés, & nõ poteris loq vsq; in dié quo hęc fiant, pro eo q non credidisti verbis meis, q̃ imple-
21 bunt' in tpe suo. ¶Et erat plebs expectãs Zachariã: & mirabant' q tardaret ipse
22 in téplo. ¶Egressus aũt nõ poterat loqui
C ad illos: & cognouerũt quòd visioné vidisset in téplo. Et ipse erat innués illis:
23 & pmãsit mutus. ¶Et fctm̃ est: vt impleti sũt dies officij eius, abiit in domũ
24 suam. ¶Post hos aũt dies cõcepit Elisabeth vxor eius & occultabat se mẽsib⁹
25 quinq; dicés: ¶ Quia sic fecit mihi Dñs in dieb⁹ quibus respexit auferre oppro
26 briũ meũ inter hoĩes. ¶In mẽse autem sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitaté Galilææ, cui nomen Naza- Mat. 1. c.18.
27 reth, ¶ad virginé despõsatã viro cui nomé erat Ioseph, de domo Dauid: & no-
28 men virginis Maria. ¶Et ingressus angelus ad eã dixit: Aue gr̃a plena, Dñs tecũ:
29 benedicta tu in mulierib⁹. ¶ Quæ cùm *audisset', turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. *vidisset 2.
30 ¶Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, in-
31 uenisti enim gratiã apud Deum, ¶ ‖ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ: ‖& vo- ‖Esa 7. c.17. ‖Inf. 2. c.21.
32 cabis nomen eius Iesum. ¶hic erit magnus: & filius Altissimi vocabit', & dabit illi Dñs De⁹ sedé Dauid patris eius, Matt. 1. d.21.
33 ¶ ‖& regnabit in domo Iacob i ęternũ, ‖Dan 7. d.14. & g 27.
D & regni eius nõ erit finis. ¶Dixit autem
34 Maria ad angelum. Qũo fiet istud: qm̃
35 virũ non cognosco? ¶ Et rñdens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, Ideoq; & quod nascet' ex te' sctm̃, vo- Mich. 4. b. 7
36 cabit' filius Dei. ¶Et ecce Elizabeth cognata tua: & ipsa cõcepit filiũ I senectute sua, & hic mẽsis sextus est illi q̃ vocat'
37 sterilis: ¶ quia nõ erit impossibile apud
38 Deũ oé verbũ. ¶Dixit auté Maria, Ecce ancilla Dñi, fiat mihi sm verbũ tuum.

39Et discessit ab illa angelus. ¶ Exurgens
aũt Maria in dieb⁹ illis, abiit ĩ mõtana
40cũ festinatione in ciuitatẽ Iuda: ¶& in-
trauit in domum Zachariæ & salutauit
41 Elisabeth. ¶Et fctũ est: vt audiuit salu-
tationẽ Mariæ Elisabeth, exultauit in-
fans in vtero eius, & repleta est Spiritu
42 sctõ Elisabeth: ¶& exclamauit voce ma
gna & dixit: Benedicta tu inter mulie-
43 res, & benedict⁹ fruct⁹ vẽtris tui. ¶Et vn-
de hoc mihi vt veniat mater Dñi mei
44 ad me? ¶Ecce enim vt fctã est vox salu-
tationis tuæ in aurib⁹ meis, exultauit ĩ
45 gaudio infans in vtero meo. ¶ & beata
E quæ *credidit, qm̃ perficient ea q̃ dicta
46 sunt *ei à Domino. ¶ Et ait Maria.
Magnificat anima mea Dominum,
47 ¶ Et exultauit spiritus meus in Deo
salutari meo:
48 ¶ Quia respexit humilitatem ancillæ
suæ: * ecce enim ex hoc beatam me di-
cent omnes generationes.
49 ¶ Quia fecit mihi magna qui potens
est, & sanctum nomen eius.
50 ¶ Et misericordia eius * à progenie in
progenies, timentibus eum.
51 ¶ Fecit potẽtiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
52 ¶ Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.
53 ¶ Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
54 ¶ Suscepit Israël puerum suum, * recordatus misericordiæ suæ.
55 ¶ Sicut locutus est ad patres nostros,
F Abraham & semini eius in secula.
56 ¶ Mansit aũt Maria cũ illa quasi men
sib⁹ tribus: & reuersa est in domũ suã.
57 ¶Elisabeth aũt impletũ est tp̃s pariẽdi,
58 & peperit filiũ. ¶ Et audierunt vicini &
cognati ei⁹, quia magnificauit Dñs mi-
sericordiã suã cũ illa, & congratulabãt
59 ei. ¶Et fctũ est, in die octauo venerunt
circũcidere puerũ, & vocabant eũ noĩe
60 patris sui Zachariã. ¶Et rñdẽs mater ei⁹,
dixit: Nequaq̃, sed vocabit Iohannes.
61 ¶Et dixerũt ad illã: Quia nemo est ĩ co-
62 gnatione tua q vocetur hoc noĩe. ¶In-
nuebãt aũt patri eius, quẽ vellet vocari
63 eũ. ¶Et postulãs pugillarẽ, scripsit, dicẽs:
Iohãnes est nomẽ eius. Et mirati sunt
64 vniuersi: ¶Apertũ est aũt ilico os eius,
& lingua eius, & loquebatur benedicẽs
65 Deũ. ¶Et fact⁹ est timor sup oẽs vicinos
eorũ, & sup oĩa mõtana Iudææ diuulga
66 bant oĩa verba hæc: ¶ & posuerũt oẽs q
audierãt in corde suo, dicẽtes: Quis pu-
tas puer iste erit? Etenim man⁹ Dñi erat
67 cũ illo. ¶Et Zacharias pr̃ eius replet⁹ est
Spiritu sancto, & prophetauit dicens:
68 ¶ Benedictus Dñs Deus Israël: quia
G visitauit & fecit redẽptionẽ *plebis suæ.
69 ¶Et erexit cornu salutis nobis, in do-
mo Dauid pueri sui:
70 ¶ Sicut locutus est per os sanctorũ,
qui à seculo sunt prophetarum eius.
71 ¶ Salutẽ ex inimicis nostris, & de ma-
nu omnium qui oderunt nos.
72 ¶ Ad faciẽdã misericordiã cũ patrib⁹
nr̃is, & memorari testamẽti sui sancti.
73 ¶ Iusiurandũ quod iurauit ad Abra-
74 ham patrẽ nostrũ, ¶ daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorũ
nostrorum liberati, seruiamus illi.
75 ¶ In sanctitate & iustitia coram ip-
so, omnibus diebus nostris.
76 ¶Et tu puer, propheta Altissimi voca-
beris: præibis enim ante faciem Domi-
ni parare vias eius.
77 ¶Ad dandam scientiam salutis plebi
eius, in remissionem pctõrum eorum.
78 ¶Per viscera misericordiæ Dei nostri,
in quibus visitauit nos Oriens ex alto,
79 ¶Illuminare his qui in tenebris & in
vmbra mortis sedent: ad dirigẽdos pe-
des nostros in viam pacis.
80 ¶ Puer autem crescebat & conforta-
batur spiritu, & erat in desertis vsque in
diem ostensionis suæ ad Israël.

CAP. II.

1 FActum est autẽ, in diebus illis exiit
A edictũ à Cæsare Augusto, vt describe-
2 retur vniuersus orbis. ¶Hæc descriptio pri
3 ma facta est à præside Syriæ Cyrino. ¶Et
ibãt oẽs vt profiterent, singuli in suam
4 ciuitatẽ. ¶ Ascendit aũt & Ioseph à Ga-
lilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam,
*ciuitatẽ Dauid q̃ vocat Beth-lehẽ: eò
quòd esset de domo & familia Dauid,
5 ¶ vt profiteretur cũ Maria despõsata sibi
6 vxore, prægnante. ¶Factũ est aũt cùm es-
sent ibi, impleti sunt dies vt pareret.
7 ¶Et peperit filiũ suũ primogenitum, &
pãnis eũ inuoluit, & reclinauit eum in
præsepio: quia nõ erat *eis locus in diuer-
8 sorio. ¶ Et pastores erãt in regione eadẽ
vigilãtes, & custodiẽtes vigilias noctis sup
9 gregẽ suum. ¶Et ecce, angelus Dñi stetit
B iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit il-
los, & timuerũt timore magno. ¶Et di-

*credidisti. *tibi. *In generatione & generationẽ. *a progenies & progenies. Esa. 51. b 9. Psal. 32 b. 10. 1 Sa. 2. c. 15. Psal. 33 b. 11. Reg. 2. b 5. *memorari 10. Esa. 30. d 18 & 41. b. 8. & 54. b. 5. Iere. 31. & 3. & d. Psa. 131. c. 11. Gen. 17. c. & 21. a 6. Sup. b. 14. Sup. b. 13.

Inf. 1. d. 30. Mat. 1. d. 21. *plebi 7. Psa. 132. d. 17. Psal. 78 c. 12. Iere. 23. a. 6 & 30 b. 10. Gen. 22. c. 16. Iere. 31. f. 33. Hebr. 6. c. 13. & d 17. 1. Pet. 2 c. 15. Mala. 4 b. 5. Sup. b. 17. Zach 3. d. 9. & 6. c 12. Mala. 4. a. 2. *in 1. Mich. 5. a. 2. Matt. 2 a 6. Iohã. 7 f. 42. *ei

xit illis angelus: Nolite timere: ecce
enim euãgelizo vobis gaudiũ magnũ,
11 qđ erit omni pplo: ¶quia nat⁹ est vobis
hodie Saluator qui est Christus Dñs in
12 ciuitate Dauid. ¶Et hoc vobis signũ, In-
uenietis infanté pãnis inuolutũ: & po-
13 sitũ in pſepio. ¶Et subitò facta est cum
angelo multitudo militiæ cęlestis lau-
14 dantiũ Deũ, & dicentiũ. ¶Gloria in altis-
simis Deo, & in terra pax *hoīb⁹ bonæ
15 volũtatis. ¶Et fctm̃ est: vt discesserũt ab
eis angeli in cęlũ, pastores loquebantur
adinuicẽ: Trãseamus vsq; Beth-lehé, &
videamus hoc verbum quod fctm̃ est,
16 *quod Dñs ostẽdit' nobis. ¶Et venerunt
festinãtes, & inuenerũt Mariã & Ioseph,
17 & infanté positũ in pſepio. ¶Vidẽtes au-
C té cognouerunt de verbo quod dictum
18 erat illis de puero hoc. ¶Et oẽs q̃ audie-
rũt, mirati sunt: —&' de his q̃ dicta erãt
19 à pastorib⁹ ad ipsos. ¶Maria aũt conser-
uabat oĩa verba hęc, cõferens in corde
20 suo. ¶Et reuersi sunt pastores, glorifican-
tes & laudãtes Deũ in oĩbus q̃ audierãt,
21 & viderant sicut dictũ est ad illos. ¶‖Et
postq̃ cõsummati sunt dies octo vt cir-
cunciderẽ puer: ‖vocatũ est nomẽ eius
Iesus, quod vocatũ est ab angelo prius
22 q̃ in vtero cõciperet. ¶Et postq̃ impleti
sũt dies purgationis ei⁹ ‖ſm legẽ Moysi,
tulerũt illũ in Ierl'm, vt sisterẽt eũ Dño,
23 (sicut scriptũ est in lege Dñi, Quia om-
ne masculinũ adaperiens vuluã, sanctũ
24 Dño vocabitur.) ¶& vt darent hostiam
‖ſm quod dictũ est in lege Dñi, par tur-
turum, aut duos pullos columbarum.
25 ¶Et ecce: homo erat in Ierl'm, cui nomẽ
D Simeõ, & homo iste iustus & timorat⁹,
expectans cõsolationem Isrl': & Spiritus
26 sanctus erat in eo. ¶Et rñsum acceperat
a Spiritu sancto nõ visurũ se mortẽ, nisi
27 prius videret Christũ Dñi. ¶Et venit in
spiritu in tẽplũ. Et cũ inducerẽt puerum
Iesum parẽtes eius, vt facerent ſm con-
28 suetudinẽ legis p eo: ¶& ipse accepit eũ
in vlnas suas, & benedixit Deũ, & dixit:
29 ¶Nunc dimittis seruum tuum Dñe
secundum verbum tuum in pace:
30 ¶Quia viderũt oculi mei, salutare tuũ,
31 ¶Quod parasti ante faciem omnium
E populorum.
32 ¶Lumen ad reuelationem gentium,
& gloriam plebis tuæ Israël.
33 ¶Et erat pater eius & mater miran-
tes super his quæ dicebantur de illo.

*in 4.

*quod fecit Dñs, & ostẽdit

—1.

‖Ge.17. b.12 Leui.12. a.3. ‖Sup.1. e.31. Mat. 1. d.21. ‖Leu.12 b.6 Exo.13 a.2. Num.8. c.16. Leu.12 b.8.

34 ¶Et benedixit illis Simeon: & dixit ad
Mariam matrem eius. ‖Ecce positus est
hic in ruinam & in resurrectioné mul-
torum in Israël, & in signum cui con-
35 tradicetur: ¶(& tuam ipsius animã per-
transibit gladius) vt reuelentur ex mul-
36 tis cordibus cogitationes. ¶Et erat Anna
pphetissa, filia Phanuel, de tribu Aser:
hęc processerat in diebus multis, & vi-
xerat cum viro suo annis septem à vir-
37 ginitate sua. ¶Et hæc vidua *vsq; ad an-
nos octoginta quatuor: quę non disce-
debat de templo, ieiunijs & obsecratio-
38 nibus seruiens nocte ac die. ¶Et hęc ip-
sa hora superueniens confitebatur Do-
F mino: & loquebatur de illo omnibus
qui expectabãt redemptionem *Israël'.
39 ¶Et vt perfecerũt omnia secundum le-
gem Dñi, reuersi sunt in Galilæam, in
40 ciuitatem suam Nazareth. ¶Puer autẽ
crescebat, & confortabatur*: plenus sa-
41 piẽtia, & gratia Dei erat in illo. ¶Et ibãt
parentes eius per omnes annos in Ieru-
42 salem, ‖in die solenni Paschę. ¶Et cùm
factus esset annorum duodecim, ascen-
dentibus illis in Ierosolymam ſm con-
43 suetudinem diei festi, ¶consummatisq;
dieb⁹ cùm redirent, remãsit puer Iesus
in Ierusalem, & non cognouerunt pa-
44 rentes eius. ¶Existimantes autem illum
esse in comitatu, venerunt iter diei, &
requirebant eum inter cognatos & no-
45 tos. ¶Et non inuenientes, regressi sunt
46 in Ierusalem, requirẽtes eum. ¶Et fctm̃
est, post triduum inuenerunt illum in
templo sedentem in medio doctorum,
audientem illos, & interrogantem eos.
47 ¶Stupebant autem oẽs qui eum audie-
G bant, super prudentia & responsis eius.
48 ¶Et vidẽtes admirati sunt. Et dixit ma-
ter ei⁹ ad illũ: Fili quid fecisti nobis sic?
ecce pater tuus & ego dolentes quære-
49 bam⁹ te. ¶Et ait ad illos: Quid est quod
me quærebatis? nesciebatis quia in his
quæ patris mei sunt, oportet me esse?
50 ¶Et ipsi non intellexerunt verbũ quod
51 loquutus est ad eos. ¶Et descendit cum
eis, & venit Nazareth: & erat subditus
illis, & mater eius conseruabat omnia
52 verba hęc in corde suo. ¶Et Iesus profi-
ciebat sapientia & ætate & gratia apud
Deum & homines.

C A P. III.

1 Anno autẽ quintodecimo imperij
A Tyberij Cęsaris, procurante Pontio

‖Isa.8. c.14. Rom.9. g.33. 1.Petr.2. b.8.

*erat 5.

*Ierusalé 15.

*spiritu 1.

‖Exo.23. c.15. & 34. b.17. Deu.16. a.1.

Mat. 7. d.28. Marc. 6 b.22. Inf. 4. e.32. Iohã.7. b.15

1 Pilato Iudęá, tetrarcha auté Galileę He
rode, Philippo auté fratre eius tetrarcha
Ituraę, & Trachonitidis regionis, & Ly-
2 sania Abilinæ tetrarcha, ⁋sub principi-
bus sacerdotũ Anna & Caipha: fctũ est
verbũ Dñi sup Iohánem Zacharię filiũ,
3 in deserto. ⁋‖Et venit in oém regionem
Iordanis, pdicás baptismũ pœnitentiæ,
4 in remissioné pctórũ: ⁋ sicut scriptũ est
in libro sermonũ Isaię prophetæ: ‖Vox
clamãtis in deserto: Parate viá Dñi, re-
5 ctas facite semitas eius. ⁋ oís vallis im-
B plebit: & oís mós & collis humiliabit,
& erũt praua in directa, & aspera i vias
6 planas. ⁋& videbit omnis caro salutare
7 Dei. ⁋Dicebat ergo ad turbas q exibant
vt baptizarent ab ipso, Genimina vipe-
rarũ, qs ostédit vobis fugere à ventura
8 ira? ⁋Facite ergo fructus dignos pęnité-
tię, & ne cęperitis dicere: Patré habem⁹
Abrahá. Dico enim vobis quia potens
est De⁹ de lapidib⁹ istis suscitare filios
9 Abrahæ. ⁋Iá enim securis ad radicé ᵃar-
borũ posita est, Oís ergo arbor non fa-
ciés fructũ bonũ, ᵇexcidet, & in ignem
10 mittet. ⁋Et interrogabant eũ turbæ, di-
11 cétes: Quid ergo faciemus? ⁋Rñdens au
C té, dicebat illis: Qui habet duas tuni-
cas, det non habéti: & q habet escas, silr
12 faciat. ⁋Venerũt aũt & publicani vt ba
ptizarent, & dixerũt ad illũ: Magister,
13 qd faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil
amplius quàm quod constitutũ est vo-
14 bis, faciatis. ⁋Interrogabát auté eum &
milites dicétes: Quid faciem⁹ & nos? Et
ait illis: Neminé cócutiatis, neq; calum
niá faciatis: & cótenti estote stipendiis
15 vestris. ⁋Existimáte aũt pplo, & cogitan-
D tibus oíbus in cordib⁹ suis de Iohãne,
16 ne fortè ipse esset Christus: ⁋ rñdit Io-
hánes, dicés omnibus: ‖Ego quidé aqua
baptizo vos: veniet auté fortior me, cu-
ius nó sum dignus soluere corrigiá cal-
ceamétorũ eius, ‖ipse vos baptizabit in
17 Spiritu sancto, & igni. ⁋ cuius ventila-
brũ in manu eius, & purgabit areá suá,
& cógregabit triticũ in horreũ suũ, pa-
leas auté comburet igni inextinguibili.
18 ⁋Multa qdé & alia exhortás euágeliza-
19 bat pplo. ⁋‖Herodes aũt tetrarcha cùm
corriperet ab illo de Herodiade vxore
fratris sui, & de oibus malis q fecit He-
20 rodes: ⁋adiecit & hoc sup oía, & inclu-
21 sit Iohanné in carceré. ⁋ ‖Factũ est auté
E cùm baptizaret oís ppls, & Iesu bapti-

‖Matt. 3. a. 1. Mar. 1. a. 3. ‖Isa. 40. a. 3. Iohã. 1. c. 23. Matt. 3. b. 7 ᵃarboris. ᵇexciditur, & in igné mittitur 1. Iacob. 2. c. 15. 1. Ioh. 3. e. 17. ‖Matt. 3. a. 11. Mar. 1. a. 8. Iohã. 1. d. 26 Act. 1. a. 5. & 11. b. 16. & 19. a. 4. Mat. 3. c. 12. ‖Mat. 14 a. 3. Marc. 6. c. 17. ‖Matt. 3. c. 13.

22 zato & oráte, apertũ est cęlũ: ⁋& descen
dit Spiritus sanctus corporali specie si-
cut colũba in ipsum: & vox de cęlo fa-
cta est: Tu es filius meus dilectus, iñ te
23 cóplacuit mihi. ⁋Et ipse Iesus erat inci-
piens quasi annorũ triginta: vt putaba-
24 tur, filius Ioseph qui fuit Heli, ⁋qui fuit
Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi,
25 qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, ⁋ q fuit
Matthathię, qui fuit Amos, q fuit Naũ,
26 qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, ⁋qui fuit
Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit
27 Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, ⁋q
F fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zo-
robabel, qui fuit Salathiel, q fuit Neri,
28 ⁋qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit
Cosan, qui fuit Elmadam, qui fuit Her,
29 ⁋qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, q fuit Io-
30 rim, q fuit Matthat, qui fuit Leui, ⁋qui
fuit Simeó, q fuit Iuda, qui fuit Ioseph,
31 qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, ⁋qui fuit
Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mat-
thatha, q fuit Nathan, qui fuit Dauid,
32 ⁋qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit
Booz, q fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33 ⁋qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, q
G fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudę,
34 ⁋qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit
Abrahæ, qui fuit Thare, q fuit Nachor,
35 ⁋qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit
Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,
36 ⁋qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, q
fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech,
37 ⁋qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch,
qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, q fuit
38 Cainan, ⁋qui fuit Henos, qui fuit Seth,
qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAP. IIII.

1 IEsus autem plenus Spiritu sancto, re-
A gressus est à Iordane, & agebat in spi-
2 ritu in deserto, ⁋diebus quadraginta, &
tétabatur à diabolo. Et nihil máduca-
uit in dieb⁹ illis: & consummatis illis,
3 ᵃesuriit. ⁋Dixit autem illi diabolus, Si
fili⁹ Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.
4 ⁋Et rñdit ad illum Iesus, Scriptum est,
‖Quia nó in solo pane ᵇviuet homo, sed
5 in omni verbo Dei. ⁋ Et duxit illũ dia-
bolus in monté excelsum, & ostédit illi
oía regna orbis terrę in momento tpis:
6 ⁋& ait illi, Tibi dabo potestaté hác vni-
uersam, & gloriam illorum: quia mihi
7 tradita sunt, & cui volo, do illa. ⁋Tu er-
go si adoraueris corá me, erunt tua oía.
8 ⁋Et rñdit Iesus, dixit illi, Scriptum est,

Matt. 3. d. 9 Ioh. 1. d. 32. Isa. 42. a. 1. Mat. 4. d. 17. & 17 a. 5. Inf. 9. d. 35. 2. Pet. 1. c. 19. Matt. 13. g. 55. Mar. 6. a. 3. Inf. 4. d. 22. Iohá. 1. f. 45. & 6. e. 42. Matt. 1. a. 6. Mat. 4. a. 1. Mar. 1. b. 12 ᵃpostea e ‖Deut 8. a. 3. Mat. 4. a 4. ᵇviuit

Dñm

B ‖Dñm Deum tuum adorabis,& illi so-
9 li seruies.¶Et duxit illũ in Ierusalem,&
statuit eũ sup pinnam tépli:& dixit il-
li,Si filius Dei es, mitte te hinc deorsũ.
10¶Scriptũ est enim ꝙ‖Angelis suis man-
11dauit de te, vt cõseruent te:¶& quia in
manib⁹ tollent te, ne fortè offendas ad
12lapidé pedem tuũ. ¶Et rñdens Iesus,ait
illi, Dictum est, Non tétabis Dñm Deũ
13tuũ. ¶Et consummata omni tentatione
diabolus recessit ab illo vsq; ad temp⁹.
14¶‖Et regressus est Iesus in virtute Spiri-
C tus in Galilæam,& fama exiit p vniuer-
15sam regioné de illo.¶Et ipse docebat in
synagogis eorũ,& magnificabat͂ ab om
16nib⁹. ¶‖Et venit Nazareth vbi erat nu-
tritus:& intrauit ſm consuetudiné suá
die sabbathi in synagogá: & surrexit le-
17gere.¶Et traditus est illi liber Isaiæ pro-
phetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit
18locũ vbi scriptũ erat. ¶‖Spirit⁹ Dñi sup
me,pp quod vnxit me,euágelizare pau
perib⁹ misit me,sanare contritos corde,
19¶prędicare captiuis remissioné, & cæcis
visum, dimittere cõfractos in remissio-
né, prædicare annũ Dñi acceptũ, & dié
20retributionis. ¶Et cùm plicuisset librũ,
D reddidit ministro,& sedit. Et omniũ in
synagoga oculi erant intendétes in eũ.
21¶Cœpit autem dicere ad illos,Quia ho-
die impleta est hæc scriptura in aurib⁹
22 vřis. ¶Et oés testimoniũ illi dabant: &
mirabant͂ in verbis gratiæ, q̃ pcedebát
de ore ipsius,& dicebant,Nónne hic est
23filius Ioseph? ¶Et ait illis, Vtiq; dicetis
mihi hanc similitudiné, Medice, cura
teipsum: quáta audiuimus facta in Ca-
24pharnaum,fac & hîc in patria tua.¶Ait
auté,Amé dico vobis,‖quia nemo pro-
25pheta acceptus est in patria sua. ¶In ve-
ritate dico vobis,‖multæ viduæ erát in
diebus Eliç in Israël,quando‖clausum
est cęlum annis tribus & mensibus sex,
cùm facta esset fames magna in omni
26terra: ¶& ad nullam illarum missus est
E Elias, nisi in Sarepta Sidoniç,ad mulie-
27ré viduá. ¶ Et‖multi leprosi erant in Is-
raël sub Elisæo propheta:& nemo eorũ
28mundatus est nisi Naaman Syrus. ¶Et
repleti sunt oés in synagoga ira,hęc au-
29dientes. ¶Et surrexerũt, & eiecerũt illũ
extra ciuitaté, & duxerunt illũ vsq; ad
supercilium mõtis,sup qué ciuitas illorũ,
30erat ædificata, vt pcipitarent eum.¶Ipse
aũt transiens per medium illorũ, ibat.

‖Deut. 6. c. 13. & 10. d. 20.
‖Psal. 90. c. 11.
‖Deut. 6. c. 16.
‖Matt. 4. b. 12 Marc. 1 b. 14 Iohan. 4 f. 45.
‖Matt. 13 g. 54 Marc. 6. a. 1.
‖Isa. 61 a. 1.
‖Ioh. 4. f. 44.
‖3. Reg. 17. b. 9. ‖Iaco. 5. d. 18.
‖4. Reg. 5. d. 14.

31¶‖Et descédit in Capharnaũ ciuitatem
Galilææ: ibiq; docebat illos sabbathis.
32¶‖Et stupebát in doctrina eius: quia in
33potestate erat sermo ipsius. ¶ ‖Et in sy-
nagoga erat homo habens dæmonium
F immundũ,& exclamauit voce magna,
34¶dicés,Sine,q̃d nobis & tibi Iesu Naza-
rene?venisti pdere nos? scio te q̃ sis,San
35ctus Dei.¶Et increpauit illum Iesus,di-
cens, Obmutesce, & exi ab eo. Et cùm
proiecisset illũ dęmoniũ ĩ mediũ,exiit
36ab illo,nihilq; illũ nocuit. ¶Et fact⁹ est
pauor in oibus,& colloquebant͂ ad in-
uicé,dicétes,Quod est hoc verbum,quia
in potestate & virtute imperat immun
37dis spiritibus,& exeũt? ¶Et diuulgabat͂
fama de illo in omné locum regionis.
38¶Surgés aũt Iesus de synagoga,introiuit
ĩ domũ Simônis. ‖ Socrus aũt Simônis
tenebat͂ magnis febrib⁹: & rogauerunt
39illũ ꝓ ea. ¶ Et stans sup illá imperauit
febri:& dimisit illá. Et cõtinuò surgés,
40ministrabat illis.¶Cùm autem sol occi-
G disset,oés q̃ habebát infirmos variis lan
guoribus,ducebát illos ad eum. At ille
singulis manus imponens curabat eos.
41 ¶‖Exibant aũt dæmonia à multis, cla-
mátia & dicétia, Quia tu es fili⁹ Dei:&
increpás nõ sinebat ea loqui, quia scie-
42bant ipsum esse Christũ.¶Facta aũt die,
‖egressus ibat in desertũ locũ: & turbæ
requirebant eum, & venerunt vsq; ad
ipsum:& detinebant illũ ne discederet
43ab eis. ¶Quib⁹ ille ait, Quia & aliis ci-
uitatibus oportet me euangelizare re-
44gnum Dei: quia ideo missus sum. ¶Et
erat prædicans in synagogis Galilęæ.

CAP. V.

1 FActũ est aũt cùm turbæ irruerent in
A eũ vt audirét verbũ Dei, & ipse sta-
2 bat secus stagnũ Genezareth. ¶ Et vidit
duas naues státes secus stagnũ: piscato-
res aũt descenderant, & lauabát retia.
3 ¶ Ascendés aũt in vná nauim q̃ erat Si-
monis,rogauit eũ à terra reducere pusil
lũ. Et sedens,docebat de nauicula tur-
4 bas.¶Vt cessauit aũt loq, dixit ad Simo-
né:Duc in altũ, & laxate retia vřa in ca
5 pturá. ¶Et rñdés Simõ, dixit illi: Præce-
ptor,p totá nocté laborantes nihil cepi-
mus: in verbo autem tuo laxabo rete.
6 ¶Et cũ hoc fecissent, cõcluserũt piscium
B multitudiné copiosam,rũpebat͂ aũt re-
7 te eorũ.¶Et annuerũt sociis q̃ erát ĩ alia
naui, vt venirét & adiuuarét eos. Et ve-

‖Marc. 1. b. 21
Marc. 1. b. 22
‖Matt. 7. d. 28.
‖Marc. 1. c. 23.
‖Matt. 8. b. 14 Marc. 1. c. 30.
‖Marc. 1. c. 34.
‖Marc. 1. d. 45.
Mat. 4. c. 18. Marc. 1. b. 16

nerũt & impleuerũt ambas nauiculas:
8 ita vt*mergerétur. ⁋Quod cùm videret
*penè.
Simon Petrus, procidit ad genua Iesu
dicens: Exi à me, quia homo peccator
9 sum Dñe. ⁋Stupor enim circundederat
eũ & oés qui cũ illo erát, in captura pi-
10 sciũ quá ceperant. ⁋Similiter aũt & Ia-
cobũ & Iohánem filios Zebedæi, q erát
socij Simonis. Et ait ad Simoné Iesus:
Noli timere: ex hoc iam hoíes eris ca-
11 piés, ⁋Et subductis ad terrá nauib⁹, reli-
12 ctis oíbus secuti sunt eum. ⁋Et fctm̃ est:
Matt. 8. a. 2. Marc. 1 d. 40
C cùm esset in vna ciuitatum, & ecce vir
plen⁹ lepra, & vidés Iesum, & pcidés
in faciem, rogauit eũ, dicés: Dñe, si vis,
13 potes me mundare. ⁋Et extendens ma-
nũ tetigit eũ, dicens, Volo, Mundare: &
14 cõfestim lepra discessit ab illo, ⁋ & ipse
pcepit illi vt nemini diceret: sed, Vade
ostende te sacerdoti, & offer p emũda-
tione tua ‖sicut pcepit Moyses, in testi-
‖Leu. 14 a. 4.
15 moniũ illis. ⁋Perambulabat aũt magis
sermo de illo, & cõueniebát turbæ mul
tę vt audirét, & curarent̃ ab infirmita-
16 tib⁹ suis. ⁋Ipse aũt secedebat in desertũ
17 & orabat, ⁋Et fctm̃ est in vna dierũ, &
D ipse sedebat docens. Et erát Pharisęi se-
dentes & legis doctores q venerant ex
omni castello Galilææ & Iudææ & Ie-
rusalé: & virtus Dñi erat ad sanádũ eos.
18 ⁋‖Et ecce viri portátes in lecto hominé
‖Matt. 9. a. 2. Marc. 2 a. 3.
q erat paralyticus: & q̃rebát eũ inferre,
19 & ponere ante eũ. ⁋Et non inuenientes
qua parte illũ inferrét præ turba, ascen
derũt supra tectũ, & p tegulas summi-
serũt eũ cũ lecto in mediũ, ante Iesum.
20 ⁋Quorum fidé vt vidit, dixit, Homo, re-
21 mittunt̃ tibi peccata tua. ⁋Et cœperunt
cogitare Scribæ & Pharisęi, dicétes, Quis
est hic qui loq̃t blasphemias? qs potest
22 dimittere peccata, nisi solus Deus? ⁋Vt
cognouit auté Iesus cogitationes eorũ,
E rñdens, dixit ad illos, Quid cogitatis* in
*mala.
23 cordib⁹ vestris? ⁋Quid est facilius dice-
re, Dimittuntur tibi peccata: an dicere,
24 Surge & ambula? ⁋Vt auté sciatis quia
filius hoís habet potestaté in terra di-
mittédi pctã (ait paralytico) Tibi dico,
surge, tolle lectũ tuũ, & vade in domũ
25 tuá. ⁋Et cõfestim cõsurgens coram illis,
tulit* in quo iacebat: & abiit in domũ
*lectum.
26 suá, magnificás Deum. ⁋Et stupor appre-
hendit oés: & magnificabát Deum. Et
repleti sunt timore, dicétes, Quia vidi-
27 m⁹ mirabilia hodie. ⁋Et post hęc exiit,
F & vidit publicanũ noíe Leui, sedentem
Matt. 9. a. 9. Marc. 2. b. 14
28 ad Teloniũ, & ait illi, Sequere me. ⁋Et
29 relictis oíbus, surgés secutus est eũ. ⁋ &
fecit ei conuiuiũ magnũ Leui in domo
sua: & erat turba multa publicanorũ,
& aliorũ, q cũ illis erant discũbentes.
30 ⁋‖Et murmurabant Pharisæi & Scribæ
Matt. 9. b. 11 Marc. 2. b. 16
eorũ, dicẽtes ad Discipulos eius, Quare
cũ publicanis & pctõribus manducatis
31 & bibitis? ⁋Et rñdens Iesus, dixit ad il-
los, Nõ egét q sani sunt, medico: sed q
32 malè habét. ⁋‖Non veni vocare iustos,
‖1. Tim. 1. c. 15.
33 sed pctõres ad pęnitentiá. ⁋At illi dixe-
Matt. 9. b. 14 ‖Marc. 2. c. 18.
rũt ad eũ, ‖Quare Discipuli Iohánis ie-
iunát frequẽter, & obsecrationes faciũt,
similiter & Pharisęorũ: tui aũt edũt &
34 bibũt? ⁋Quib⁹ ipse ait, Nunqd potestis
G filios spõsi, dum cũ illis est spõsus, fa-
35 cere ieiunare? ⁋Veniét aũt dies: & cùm
ablatus fuerit ab illis spõsus, tunc ieiu-
36 nabũt in illis dieb⁹. ⁋Dicebat aũt & si-
militudiné ad illos, Quia nemo cõmis
surá à nouo vestiméto immittit in vesti
mentũ vetus: alioquin & nouũ rũpit, &
veteri nõ cõuenit commissura à nouo.
37 ⁋‖Et nemo mittit vinũ nouum in vtres
‖Matt. 9. b. 17 Marc. 2. c. 20.
veteres: alioquin rũpet vinum nouum
vtres, & ipsum effundetur, & vtres pe-
38 ribũt. ⁋Sed vinũ nouum in vtres nouos
mittendũ est: & vtraq; conseruantur.
39 ⁋Et nemo bibens vetus, statim vult
nouum. dicit enim, Vetus melius est.

CAP. VI.

1 A FActum est aũt in ‖Sabbatho secũdo
‖Mat. 12. a. 1. Marc. 2. d. 23
primo, cùm trásiret p sata, vellebát
Discipuli eius spicas, & manducabant
2 cõfricátes manib⁹. ⁋Quidá auté Phari-
sæorũ, dicebát illis, Quid facitis qđ non
3 licet in sabbathis? ⁋Et rñdens Iesus ad
eos, dixit, Nec hoc legistis quod fecit
Dauid, cùm esurisset ipse & q cum illo
4 erát: ⁋‖quõ intrauit in domũ Dei, & pa
‖1. Re. 21 b. 6
nes ppositionis sumpsit, & máducauit,
& dedit his q cũ ipso erát, quos nõ licet
5 máducare ‖nisi tm̃ sacerdotibus? ⁋Et di-
‖Exo. 29. c. 32. Leui. 8. f. 31. & 24. b. 9.
cebat illis, Quia Dñs est filius hoís, etiá
6 sabbathi. ⁋Fctm̃ est auté & in alio sab-
batho vt intraret in synagogá, & doce-
ret. ‖Et erat ibi homo, & manus eius
‖Mat. 12 a. 10. Marc. 3 a. 1.
7 dextra erat arida. ⁋Obseruabát autem
Scribæ & Pharisæi si in sabbatho cura-
ret: vt inuenirent vnde accusarent eũ.
8 ⁋Ipse verò sciebat cogitationes eorũ: &
ait hoí q habebat manũ aridá, Surge,
9 & sta in medium. Et surgens stetit. ⁋Ait

autem

autem ad illos Iesus, °Interrogo' vos, si
B licet sabbathis benefacere an malè: ani
10 má saluá facere an pdere? ¶Et circũspe-
ctis oĩbus, dixit homini, Extende manũ
tuá. Et extẽdit: & restituta est man⁹ ei⁹.
11 ¶Ipsi aũt repleti sunt insipientia: & col-
loquebant adinuicẽ quidnã facerẽt *Ie-
12 su. ¶Factũ est aũt in illis diebus, exiit in
mõtẽ orare, & erat pernoctãs in oratio-
13 ne Dei. ¶‖Et cùm dies factus esset, vo-
cauit Discipulos suos: & elegit duode-
14 cim ex ipsis, quos & Apl̃os noĩauit. ¶Si-
monẽquẽ cognominauit Petrũ & An-
dreã fratrẽ eius, Iacobũ & Iohannem,
15 Philippũ & Bartholomeũ, ¶Matthęũ &
Thomã, Iacobũ Alphęi & Simõnẽ qui
16 vocat Zelotes, ¶& Iudã Iacobi, & Iudã
17 Ischariotẽ, q fuit proditor. ¶Et descẽdẽs
C cũ illis, stetit in loco cãpestri, & turba
discipulorũ eius, & multitudo copiosa
plebis ab omni Iudęa & Ierl̃m: & mari-
18 tima- & Tyri & Sidõnis, ¶q venerãt vt
audirent eum, & sanarent à languorib⁹
suis. Et qui vexabant à spiritibus immũ
19 dis, curabant. ¶Et oĩs turba quęrebat eũ
tangere: q̃a virtus de illo exibat, & sana
20 bat oẽs. ¶‖Et ipse eleuatis oculis in Disci
pulos suos, dicebat, Beati pauperes quia
21 vrm̃ est regnũ Dei. ¶‖Beati q nũc esu-
ritis: quia saturabimini. ‖Beati qui nũc
22 fletis: quia ridebitis. ¶‖Beati eritis cùm
vos oderint hoĩes & cùm separauerint
vos, & exprobrauerint, & eiecerint no-
men vestrũ tanq̃ malũ, pp filium hoĩs.
23 ¶Gaudete in illa die & exultate: ecce
enim merces vr̃a multa est in cęlo. Sm̃
hęc enim faciebãt Prophetis pr̃es eorũ.
24 ¶‖Veruntñ vę vobis diuitib⁹, °quia' ha-
25 betis consolationẽ vestrã. ¶‖Vę vobis q
D saturati estis: quia esurietis. Vę vobis q
ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.
26 ¶°Vę cũ benedixerint vobis' oẽs hoĩes.
Sm̃ hęc enim faciebãt °pseudoprophe-
27 tis' pr̃es eorũ. ¶Sed vobis dico q auditis,
‖Diligite inimicos vr̃os, benefacite his
28 q oderũt vos. ¶Benedicite maledicen-
tib⁹ vobis, & orate p calũniantib⁹ vos.
29 ¶‖Et qui te pcutit in maxillã, prębe *&
alterã. ‖Et ab eo q aufert tibi vestimen
30 tũ, etiã tunicã noli prohibere. ¶Omni
aũt petenti te, tribue: & qui aufert quę
31 tua sunt, ne repetas. ¶‖Et prout vultis
vt faciant vobis hoĩes, & vos facite illis
32 silr̃. ¶‖Et si diligitis eos q vos diligunt,
q̃ vobis est gratia? nam & pc̃tores, dili-
33 gẽtes se diligũt. ¶Et si benefeceritis his
E q vobis benefaciũt: q̃ vobis est gratia?
34 sũquidem & pc̃tores hoc faciunt. ¶‖Et si
mutuũ dederitis his à quibus speratis
recipere: quę gratia est vobis? nã & pec
catores peccatoribus fœnerantur, vt re-
35 cipiant ęqualia. ¶‖Veruntñ diligite ini
micos vestros: benefacite & mutuũ da-
te, nihil inde sperãtes, & erit merces ve
stra multa, & eritis filij Altissimi, quia
ipse benignus est super ingratos & ma-
36 los. ¶Estote ergo misericordes sicut &
37 pr̃ vester misericors est. ¶‖Nolite iudi-
care, & nõ iudicabimini. nolite cõdem
nare, & nõ condẽnabimini. Dimittite,
38 & dimittemini. ¶Date, & dabit vobis.
mensurã bonã, & cõfertã, & coagitatam
& supereffluentẽ dabũt in sinũ vestrũ.
‖Eadẽ qppe mẽsura qua mẽsi fueritis,
39 remetiet vobis. ¶Dicebat aũt illis & si-
F militudinẽ: ‖Nunquid potest cæcus cę-
cum ducere? nõnne ambo in foueam
40 °cadunt'? ¶‖Non est discipulus sup ma
gistrũ: perfectus aũt oĩs erit, si sit sicut
41 magister eius. ¶‖Quid aũt vides festucã
in oculo fratris tui: trabẽ autem quę in
42 oculo tuo est, nõ cõsideras? ¶Aut quo-
modo potes dicere fratri tuo, Frater, si-
ne eijciã festucam de oculo tuo: ipse in
oculo tuo trabẽ non videns? Hypocrita
eijce primũ trabẽ de oculo tuo: & tũc
pspicies vt educas festucã de oculo fra-
43 tris tui. ¶‖Nõ est enim arbor bona quę
facit fructus malos: neq; arbor mala,
44 faciens fructum bonũ. ¶‖Vnaquæque
enĩ arbor de fructu suo cognoscit. Ne-
que enim de spinis colligũt ficus: neq;
45 de rubo vindemiant vuam. ¶Bonus ho
G mo de bono thesauro cordis sui pfert
bonũ: & malus homo de malo thesau-
ro pfert malũ. Ex abundãtia enim cor
46 dis os loquit. ¶Quid autẽ vocatis me ‖
47 Dñe, Dñe & non facitis quę dico? ¶Oĩs
q venit ad me, & audit sermones meos
& facit eos: ostẽdã vobis cui similis sit.
48 ¶Similis est hoĩ ędificanti domum, qui
fodit in altum, & posuit fundamentũ
super petram. Inundatione autem fa-
cta, illisum est flumẽ domui illi, & non
potuit eam mouere: fundata enim erat
49 sup petram. ¶Qui autem audit, & non
facit: similis est homini ædificanti do-
mum suam sup terrã sine fundamẽto:
in quã illisus est fluuius & cõtinuo ceci
dit, & fc̃tã est ruina dom⁹ illi⁹ magna.

°interrogabo 3.
*de
‖Mat. 10 a.1. Mar. 3.b. 13. & 6. a.7. Ios. 9. a.1.
‖Matt. 5 a.2.
‖Isa. 65. b.1.
‖Isa. 61. a.3. & 66 b.10
Matt. 5 a.11.
‖Amos 6 a.1.
°qui.
Eccl. 31. a.8.
‖Isa. 65. c.13.
°Vę vobis cùm benedixerint vobis 3.
°prophetis 20.
Mat. 5. c.44.
‖Matt. 5. f.39.
‖1. Co. 6 b.7
*et.
‖Matt. 7. b.12.
Tob. 4. c.16.
Mat. 5 g.46

‖Matt. 5. g.42
Deut. 15. b.8.
‖Mat. 5. g.44.
‖Matt. 7. a.1.
‖Matt. 8. a.2.
Mar. 4. c.24.
‖Mat. 15 b.14
°cadẽt 5.
‖Matt. 10 c.24.
Ioh. 13 b.16
15. c.20.
‖Matt. 7. a.3.
‖Matt. 7. c.17.
‖Matt. 7. c.16. & 12. c.33.
‖Matt. 7. c.21.
Rom. 2. b.13.
Iaco. 1. d.22.

CAP. VII.

1 CVm autẽ impleſſet oĩa verba ſua ĩ
A aures plebis, ‖intrauit Capharnaũ.
2 ❡‖Centurionis aũt cuiuſdã ſeruus malè
habẽs, erat moriturus: q illi erat pretio-
3 ſus. ❡Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad
eũ ſeniores Iudæorũ, rogans eũ vt veni-
4 ret, & ˈſaluaretˈ ſeruũ eius. ❡At illi cùm
veniſſent ad Ieſum, rogabãt eũ ſolicitè,
dicẽtes ei, Quia dign⁹ eſt vt hoc illi præ-
5 ſtes: ❡Diligit enim gentẽ noſtram: & ſy-
6 nagogam ipſe ædificauit nobis. ❡Ieſus
aũt ibat cũ illis. Et cùm iam non longè
eſſet à domo, miſit ad eũ Cẽturio ami-
cos, dicens, ‖Dñe, noli vexari. Nõ enim
ſum dignus vt ſub tectum meũ intres.
7 ❡Propter quod & meipſum nõ ſum di-
gnũ arbitrat⁹ vt venirẽ ad te: ſed dic ver
8 bo, & ſanabit puer meus. ❡Nam & ego
homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, ha-
B bẽs ſub me milites: & dico huic, vade,
& vadit: & alij, veni, & venit: & ſeruo
9 meo, fac hoc, & facit. ❡Quo audito, Ie-
ſus miratus eſt: & conuerſus, ſequenti-
bus ſe turbis, dixit, Amen dico vobis,
10 nec in Iſrl tantã fidẽ inueni. ❡Et reuerſi
qui miſſi fuerãt, domũ: ‖inuenerũt ſer-
11 uũ, qui lãguerat, ſanũ. ❡Et factũ eſt, dein
ceps * ibat in ciuitatẽ q vocat Naim: &
ibãt cũ eo diſcipuli eius & turba copio-
12 ſa. ❡Cùm aũt appropinquaret portæ ci-
uitatis, ecce defunctus efferebatur, fili⁹
vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat: &
13 turba ciuitatis multa cũ illa. ❡Quam
cùm vidiſſet Dñs, miſericordia motus
14 ſup eã, dixit illi, Noli flere. ❡Et acceſſit,
C & tetigit loculũ. Hi aũt q portabãt, ſte-
15 terũt: ❡Et ait, Adoleſcẽs, tibi dico, ſurge.
Et reſedit q erat mortu⁹, & cœpit loq.
16 Et dedit illum matri ſuæ. ❡Accepit aũt
oẽs timor: & magnificabãt Deũ, dicen
tes, ‖Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in
nobis: & quia De⁹ viſitauit plebẽ ſuã.
17 ❡Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæã
18 de eo, & in oẽm circa regionẽ. ❡Et nun-
tiauerũt Iohãni diſcipuli eius de oĩbus
19 his. ❡‖Et cõuocauit duos de Diſcipulis
ſuis Iohãnes: & miſit ad Ieſum, dicẽs,
Tu es q vẽturus es: an aliũ expectam⁹?
20 ❡Cùm aũt veniſſent ad eũ viri, dixerũt,
Iohãnes Baptiſta miſit nos ad te dicẽs,
Tu es q vẽturus es: an aliũ expectam⁹?
21 ❡In ipſa aũt hora, multos curauit à lan
guorib⁹ & plagis, & ſpiritib⁹ malis: &
22 cæcis multis donauit viſum. ❡Et rñdẽs,
D dixit illis, Eũtes renũtiate Iohãni q̃ au-
diſtis, & vidiſtis: ‖Quia ceci vidẽt, clau-
di ambulãt, leproſi mũdant, ſurdi au-
23 diũt, mortui reſurgũt, ❡‖pauperes euan
gelizant: & beatus eſt qcunq; nõ fuerit
24 ſcãdalizatus in me. ❡‖Et cũ diſceſſiſſent
nũtij Iohãnis, cœpit de Iohanne dicere
ad turbas, Quid exiſtis in deſertũ vide-
25 re? arundinẽ vẽto * moueri? ❡Sed qd exi-
ſtis videre? hominẽ mollib⁹ veſtimẽtis
indutũ? Ecce, q in veſte pretioſa ſunt &
26 delitiis, in domib⁹ regũ ſunt. ❡Sed quid
exiſtis videre? Prophetã? Vtiq; dico vo-
27 bis: & pluſquã ꝓphetã. ❡Hic eſt de quo
ſcriptũ eſt: ‖Ecce mitto Angelũ meum
ante faciẽ tuam q ꝓparabit viã tuã ante
28 te. ❡Dico enim vobis, maior inter natos
mulierũ ꝓpheta Iohanne Baptiſta ne-
mo eſt, Qui autem minor eſt in regno
29 Dei, maior eſt illo. ❡Et oĩs ppl's audiens
E & publicani, iuſtificauerũt Deũ, bapti-
30 zati baptiſmo Iohannis. ❡Phariſæi autẽ
& legis periti conſiliũ Dei ſpreuerũt in
31 ſemetipſos, non baptizati ab eo. ❡–Ait
aũt Dñs, Cui ergo ſimiles dicam hoĩes
32 gñationis hui⁹, & cui ſimiles ſunt? ❡Si-
miles ſunt pueris ſedentib⁹ in foro, &
loquentib⁹ adinuicẽ, & dicẽtib⁹, Cãta-
uimus vobis tibiis, & non ſaltaſtis: la-
33 mẽtauimus, & nõ ploraſtis. ❡‖Venit aũt
Iohãnes Baptiſta ‖ neq; mãducãs panẽ,
neq; bibẽs vinũ, & dicitis, Dæmonium
34 habet. ❡Venit Filius hoĩs mãducans &
bibẽs: & dicitis, Ecce homo deuorator
& bibẽs vinũ, amicus publicanorum &
35 pctõrum. ❡Et iuſtificata eſt ſapiẽtia ab
36 oĩbus filiis ſuis. ❡Rogabat aũt illũ qdã
F de Phariſæis vt mãducaret * cum illo. Et
ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit.
37 ❡‖Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate pec-
catrix, vt cognouit q * accubuiſſet in do
mo Phariſæi, attulit alabaſtrũ vnguẽti:
38 ❡& ſtans retro ſecus pedes eius, lachry-
mis cœpit rigare pedes eius, & capillis
capitis ſui tergebat, & oſculabat pedes
39 eius, & vnguẽto vngebat. ❡Vidẽs autẽ
Phariſæus q vocauerat eũ, ait intra ſe,
dicens, Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtiq;
q̃ & qualis eſt mulier q̃ tangit eũ, quia
40 peccatrix eſt. ❡Et rñdẽs Ieſus, dixit ad
illũ, Simon, habeo tibi aliqd dicere. At
41 ille ait, Magiſter, dic. ❡Duo debitores
erãt cuidã fœneratori: vn⁹ debebat de-
narios quingẽtos, & alius quinquagin-
42 ta. ❡Nõ habẽtib⁹ illis vnde redderent,

Eſa. 29. 18. & 35. a. 5. Mat. 11. Eſa. 61. Mat. 11 7. * agitatũ

‖Mala. 3 a. 1. Marc. 1 a. 2. Mat. 11 b. 10

— 11. Mat. 11. b. 16

‖Mat. 3. a 4. Marc. 1. a. 6.

‖Mat. 26 a. 7. Mar. 14. a. 3. Iohã. 12. a. 3. * Ieſus.

donauit

donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus di
43 ligit? ❡ Rñdens Simon dixit, Æstimo
G quia is cui plus donauit. At ille dixit
44 ei, Rectè iudicasti. ❡ Et côuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domũ tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc aũt lachrymis rigauit pedes meos, & capillis
45 suis tersit. ❡ Osculũ mihi non dedisti: hæc aũt ex quo intrauit, non cessauit o-
46 sculari pedes meos. ❡ Oleo caput meũ non vnxisti: hæc aũt vnguento vnxit pe
47 des meos. ❡ Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, qm̃ dilexit multum. Cui aũt minus dimittitur, mi
48 nus diligit. ❡ Dixit aũt ad illã, ‖ Remit-
49 tuntur tibi peccata. ❡ Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimit-
50 tit? ❡ ‖ Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit, vade in pace.

‖ Matt. 9. a. 2.
‖ Marc. 5. e. 34.

CAP. VIII.

1 ET factũ est deinceps, & ipse iter fa-
A ciebat per ciuitates & castella prædicãs & euangelizans regnũ Dei: & duo
2 decim cũ illo, ❡ & mulieres aliquæ quę erãt curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, ‖ Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septẽ dęmonia exierãt,
3 ❡ & Iohanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multę quę ministrabant ei de facultatibus suis.
4 ❡ Cũ aũt turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eũ, di-
5 xit per similitudinẽ: ❡ Exijt q seminat, seminare semen suum. & dũ seminat, aliud cecidit secus viam, & côculcatum est, & volucres cœli comederunt illud.
6 ❡ Et aliud cecidit supra petrã: & natum
7 aruit, quia non habebat humorem. ❡ Et aliud cecidit inter spinas, & simul exor
8 tæ spinæ suffocauerunt illud. ❡ Et aliud cecidit in terrã bonam: & ortum, fecit
B fructum centuplũ. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat.
9 ❡ ‖ Interrogabant aũt eũ Discipuli eius,
10 quæ esset hæc parabola. ❡ Quibus ipse dixit, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei, cæteris autẽ in parabolis, ‖ vt videntes, non videant, & audiẽtes, non
11 intelligant. ❡ Est autem hæc parabola:
12 Semen, est verbũ Dei. ❡ Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbũ de corde
13 eorum, ne credentes salui fiant. ❡ Nam

‖ Mar. 16 c. 9.
Mat. 13. a. 3. Mr. 4. 82.
‖ Mat. 13 a. 10. Mar. 4. b. 10.
‖ Isa. 6. c. 9 Mat. 13. b. 14. Mar. 4. b. 12. Iohã. 12. f. 40.

q supra petrã: hi sũt q cũ audierint, cũ gaudio suscipiũt verbum: & hi radices non hñt: *quia ad tps credunt, & in tpe
14 tentationis recedunt. ❡ Quod aũt in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & nõ refe
15 runt fructũ. ❡ Quod aũt in bonã terrã: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbũ retinent, & fructũ af-
16 ferunt in patientia. ❡ ‖ Nemo aũt lucernam accendens, operit eã vase, aut sub-
C tus lectũ ponit: sed supra candelabrũ
17 ponit, vt intrantes videãt lumẽ: ❡ ‖ Non est enim occultũ qđ non manifestetur: nec absconditũ quod nõ cognoscatur,
18 & in palàm veniat. ❡ ‖ Videte ergo quõ audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicunq; nõ habet, etiã quod putat
19 se hre, auferetur ab illo. ❡ ‖ Venerũt aũt ad illum mater & fratres eius: & nõ po
20 terant adire eũ præ turba. ❡ Et nuntiatũ est illi, Mater tua & fratres tui stant fo-
21 ris, volentes te videre. ❡ Qui rñdens, dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi sunt qui verbũ Dei audiunt & faciunt.
22 ❡ ‖ Factũ est aũt in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculã, & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans sta-
23 gnũ. Et ascenderunt. ❡ Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella venti in stagnũ, & *côplebantur; & pe-
24 riclitabantur. ❡ Accedentes aũt suscitauerunt eũ, dicẽtes, Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit ventũ & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est
25 tranquillitas. ❡ Dixit aũt illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt ad
D inuicem, dicentes, Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obe-
26 diunt ei? ❡ ‖ Et nauigauerũt ad regionẽ Gerasenorum, quæ est contra Galilæã.
27 ❡ Et cũ egressus esset ad terrã, occurrit illi vir quidã qui habebat dæmoniũ iam tpibus multis, & vestimento nõ induebatur, neque in domo manebat, sed in
28 monumentis. ❡ Is vt vidit Iesum, procidit ante illũ: & exclamãs voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei Altissimi? obsecro te ne me torqueas.
29 ❡ Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab hoĩe. Multis enim tpibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserto.

Act. 18. f. 16.
Rom. 4. 28.
*qui; 2.
‖ Matt. 5. b. 15 Mar. 4. c. 21.
‖ Mat. 10 c. 26. Mar. 4. c. 22.
‖ Mat. 13 b. 12 & 25. c. 29. Marc. 4. c. 25.
‖ Mat. 12 d. 46. Mar. 3. d. 31.
‖ Matt. 8. c. 23. Mar. 4. d. 36.
*compellebantur
‖ Matt. 8. d. 28. Marc. 5. a. 1.

30 ¶Interrogauit autẽ illum Iesus, dicens,
E Quod tibi nomen est? At ille dixit, Le-
gio. quia intrauerant dęmonia multa
31 in eũ. ¶Et rogabant illũ ne imperaret il-
32 lis vt in abyssum irent. ¶ ‖Erat autẽ ibi ‖Matt. 8. d. 30. Marc. 5. a. 11.
grex porcorũ multorum pascentium in
mõte: & rogabant eũ, vt permitteret eis
33 in illos ingredi. Et pmisit illis. ¶ Exie-
runt ergo dæmonia ab hoĩe, & intraue
runt in porcos: & impetu abijt grex p
pręceps in stagnum, & suffocatus est.
34 ¶Quod vt viderunt factũ qui pascebãt,
fugerũt: & nuntiauerunt in ciuitatẽ &
35 in villas. ¶ Exierunt autẽ videre quod
factũ est: & venerunt ad Iesum, & in-
uenerunt hoĩem sedentẽ à quo dæmo-
nia exierant, vestitũ, ac sana mente ad
36 pedes eius, & timuerunt. ¶ Nnntiaue-
runt autẽ illis & qui viderant, quõ sa
37 nus factus esset à legione. ¶ Et rogaue-
runt illũ oĩs multitudo regionis Gera-
senorũ vt discederet ab ipsis: quia ma-
gno timore tenebant. Ipse autẽ ascen-
38 dens nauim, reuersus est. ¶ Et rogabat
F illũ vir à quo dęmonia exierant, vt cũ
eo esset. Dimisit autẽ eũ Iesum, dicens.
39 ¶Redi in domũ tuã, & narra quanta ti-
bi fecit Deus. Et abijt per vniuersam ci
uitatẽ, prędicans, quanta illi fecisset Ie-
40 sus. ¶ Factũ est autẽ: cũ redijsset Iesus,
excepit illũ turba. erant autẽ oẽs expe-
41 ctantes eum. ¶‖Et ecce vẽnit vir cui no- ‖Matt. 9. c. 18. Marc. 5. b. 22.
men Iairus, & ipse princeps synagogæ
erat: & cẽcidit ad pedes Iesu, rogans eũ
42 vt intraret in domũ eius, ¶quia vnica fi
lia erat ei ferè annorum duodecim, &
hæc moriebat. Et contigit dum iret, à
43 turbis comprimebat. ¶ Et mulier quę-
dã erat ĩ fluxu sanguinis ab annis duo-
decim, quę ĩ medicos erogauerat oẽm
substantiã suã, nec ab vllo potuit cura-
44 ri: ¶accessit retrò, & tetigit fimbriam ve
stimenti eius: & confestim stetit fluxus
45 sanguinis eius. ¶Et ait Iesus, Quis est q
me tetigit? Negantibus autẽ oĩbus dixit
Petrus, & qui cũ illo erant, Præceptor,
46 turbę te cõprimunt & affligunt, ¶& di-
cis, Quis me tetigit? Et dixit Iesus, Teti-
* & git me aliquis. nam *ego noui virtutem
47 de me exijsse. ¶ Videns autẽ mulier, qa
non latuit, tremens vẽnit, & procidit
ante pedes eius: & ob quã causam teti-
gerit eũ, indicauit corã omni populo:
& quemadmodũ confestim sanata sit.
48 ¶At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluã te
49 fecit: vade in pace. ¶Adhuc illo loquen
G te, venit quidã ad principem synagogę,
dicẽs ei, Quia mortua est filia tua, noli
50 vexare illũ. ¶Iesus autẽ audito hoc ver
bo, rñdit patri puellę, Noli timere: cre
51 de tantũ, & salua erit. ¶Et cùm venisset
domũ, nõ pmisit intrare secũ quenquã,
nisi Petrũ, & Iacobum, & Iohannẽ, &
52 patrem & matrẽ puellæ. ¶Flebant autẽ
omnes, & plangebant illam. At ille
dixit, Nolite flere, nõ est mortua puel-
53 la, sed dormit. ¶Et irridebant eũ, scien-
54 tes q mortua esset. ¶Ipse autẽ tenẽs ma-
nũ eius clamauit, dicens, Puella, surge.
55 ¶Et reuersus est spiritus eius, & surrexit
continuò. Et iussit illi dare mãducare.
56 ¶Et stupuerũt parentes eius, qbus prę-
cepit ne alicui dicerẽt quod factũ erat.

CAP. IX.

1 CONuocatis autẽ duodecim Aposto Matt. 10. a. 1.
A lis, dedit illis virtutẽ & potestatem Marc. 3. b. 13.
super oĩa dæmonia, & vt languores cu-
2 rarent. ¶ Et misit illos prędicare regnũ ‖Mat. 10. a. 9
3 Dei: & sanare infirmos. ¶‖Et ait ad illos, Marc. 6. a. 8.
Nihil tuleritis °in via', neq; virgam, ne- °in viã.
que peram, neq; panẽ, neq; pecuniam,
4 neq; duas tunicas habeatis. ¶Et in quã-
cunq; domũ intraueritis, ibi manete,
5 & inde ne exeatis. ¶Et quicunq; nõ re- ‖Act. 13. g. 51.
ceperint vos: exeuntes de ciuitate illa,
etiã puluerẽ pedũ vestrũ excutite in te-
6 stimoniũ supra illos. ¶ Egressi autẽ cir-
cuibant p castella euãgelizantes & cu-
7 rantes vbiq. ¶Audiuit aũt Herodes te- Matt. 14. a. 1.
trarcha oĩa quę fiebant ab eo: & hęsita- Marc. 6. b. 14.
bat eò q diceret à qbusdã, Quia Iohan
8 nes surrexit à mortuis: ¶à quibusdã ve-
rò, Quia Elias apparuit: ab alijs autem,
Quia ppheta vnus de antiquis surrexit.
9 ¶Et ait Herodes, Iohannẽ ego decolla-
ui: Quis est autem iste de quo ego talia
10 audio? & quęrebat videre eũ. ¶‖Et reuer ‖Mat. 14. b. 13.
si Apostoli, narrauerunt illi quęcunq; Marc. 6. d. 31.
fecerũt: & assũptis illis secessit seorsum
in locum desertum, qui est Bethsaidæ.
11 ¶Quod cũ cognouissent turbæ, secutæ
B sunt illũ: & excepit eos, & loquebatur
illis de regno Dei, & eos qui cura indi-
12 gebãt, sanabat. ¶ Dies autẽ cœperat de-
clinare. Et accedentes duodecim, dixe- ‖Mat. 14. b. 15.
runt illi, ‖ Dimitte turbas, vt euntes in
castella villasq;, q circa sunt, diuertant, Marc. 6. e. 36.
& inueniãt escas: qa hîc in loco deser-
13 to sumus. ¶Ait aũt ad illos, Vos date il ‖Iohã. 6. b. 9.
lis mãducare. At illi dixerũt, ‖Nõ sunt

nobis plus q̃ quinq; panes, & duo pi-
sces: nisi forte nos eamus, & emamus
14 oẽm hanc turbã escas. ¶Erant autẽ ferè
viri quinq; millia. Ait autẽ ad Discipu-
los suos, Facite illos discumbere per cõ
15 uiuia qnquagenos. ¶Et ita fecerunt. Et
16 discumbere fecerunt oẽs. ¶Acceptis aũt
quinq; panibꝰ & duobus piscibꝰ, respe
xit in cælũ, & bñdixit illis: & fregit, &
distribuit Discipulis suis, vt ponerent
17 ante turbas. ¶Et manducauerũt oẽs: &
saturati sunt. Et sublatũ est quod sup-
fuit illis, fragmentorũ cophini duode-
18 cim. ¶‖Et factũ est: cũ solus esset orãs,
erant cũ illo & Discipuli: & interroga-
uit illos, dicẽs: Quẽ me dicunt esse tur-
19 bę? ¶At illi rñderunt, & dixerunt, Iohã-
C nem Baptistã, alij autẽ Eliã, alij verò qa
20 vnus Propheta de priorибꝰ surrexit. ¶Di
xit autẽ illis, Vos autẽ quẽ me esse dici
tis? Rñdens Simon Petrus dixit, Chrm
21 Dei. ¶At ille increpãs illos, præcepit ne
22 cui dicerẽt hoc, ¶dicens, ‖Quia oportet
filiũ hoĩs multa pati, & reprobari à se-
niorибꝰ & principibꝰ sacerdotũ & scri-
bis, & occidi, & tertia die resurgere.
23 ¶‖Dicebat autẽ ad oẽs, Siquis vult post
me venire, abneget semetipsum, & tol
lat crucem suã quotidie, & sequat̃ me.
24 ¶ ‖Qui enĩ voluerit animã suam saluã
facere, perdet illã: nam qui perdiderit
aĩam suam ꝑpter me: saluam faciet il-
25 lam. ¶Quid enim proficit homo, si lu-
cret̃ vniuersum mundũ, se autẽ ipsum
26 perdat, & detrimentũ sui faciat? ‖Nam
q me erubuerit & meos sermones, hũc
filius hominis erubescet cũ venerit in
maiestate sua & patris, & sanctorũ an-
27 gelorũ. ¶ ‖Dico autẽ vobis verè, sunt
25stum' Dñm nostrum à mortuis, q tra
ditus est ꝓpter delicta nostra, & resur-
rexit propter iustificationem nostram.

CAP. V.

1 IVstificati ergo ex fide, pacẽ habeamꝰ
A ad Deum per Dñm nr̃m Iesum Chri
2 stum: ‖per quẽ & habemus accessum ‖Ephe. 2 d. 18
per fidẽ in gratiam istam, in qua stamꝰ
& gloriamur, in spe gloriæ filiorũ Dei.
3 Non solũ aũt. ‖sed & gloriamur in tri ‖Iacob. 1 a 3
bulationibus, scientes q tribulatio pa-
4 tientiam operat'. patientia aũt proba-
5 tionem, probatio verò spem. spes aũt ‖Hebr. 6
non cõfundit: ‖quia charitas Dei diffu d. 4

sa est in cordibus nostris, per Spm̄ scm̄
6 q dat us est nobis. ❡Vt qd enim Chr̄s,
B cum adhuc infirmi essem⁹, s̄m tempus
7 pro impiis mortuus est? ❡Vix enim pro
iusto quis moritur: nam pro bono forsi-
8 tan quis audeat mori. ❡Cómendat aūt
charitaté suam Deus in nobis: qm̄ *cú
adhuc peccatores essemus, *Christus p
9 nobis mortu⁹ est. ❡Multò igitur magis
nunc iustificati in sanguine ipsius, sal-
10 ui erimus ab ira p ipsum. ❡Si enim cú
inimici essemus, reconciliati sum⁹ Deo
per morté Filij eius: multò magis recon
11 ciliati, salui erimus in vita ipsius. ❡Nō
solú aūt: sed & gloriamur in Deo per
Dn̄m nostrum Iesum Chr̄m, per quem
12 nunc reconciliationé accepimus. ❡Pro-
C pterea sicut p vnum hoiem pcm̄ in húc
múdum intrauit, & p pcm̄ mors: & ita
in oēs hoíes mors pertrāsiit, in quo oés
13 peccauerūt. ❡Vsq; ad legem enim pcm̄
erat in mundo: pcm̄ aūt non *imputa-
14 batur, cū lex non esset. ❡Sed regnauit
mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam
in eos qui non peccauerūt in similitu-
diné præuaricationis Adæ, q est forma
15 futuri. ❡Sed nō sicut delictum, ita & do
num. si enim vnius delicto multi mor
tui sunt: multò magis gratia Dei & do
num, in gratia vnius hoīs Iesu Christi
16 in plures abundauit. ❡Et non sicut per
D vnum *pcm̄, ita & donū. nam iudiciū
quidem ex vno, in condemnationem:
gratia aūt ex multis delictis, in iustifi-
17 cationé. ❡Si enim in vni⁹ delicto mors
regnauit p vnum, multò magis abun-
dantiam gratiæ & donationis & iusti-
tiæ accipiētes in vita regnabunt p vnū
18 Iesum Christum. ❡Igitur sicut per vni⁹
delictum in oēs hoīes in condemnatio
nem: sic & p vnius iustitiā, in oés hoīes
19 in iustificationem vitæ. ❡Sicut enim p
inobedientiam vnius hoīs, peccatores
constituti sunt multi: ita & p vni⁹ obe-
20 ditioné iusti constituentur multi. ❡Lex
aūt subintrauit vt abundaret delictū.
Vbi aūt abundauit delictū, superabun
21 dauit gratia. ❡vt sicut regnauit peccatū
*in mortem, ita & gratia regnet per iu
stitiam in vitam æternam, per Iesum
Christum Dominum nostrum.

CAP. VI.

Quid ergo dicemus? Permanebim⁹
1 in peccato vt gratia abundet? ❡Ab
2 sit. Qui enim mortui sumu⁹
3 pcō, qūo adhuc viuemus in illo? ❡An
ignoratis, *quia ‖qcūq; baptizati sum⁹
in Christo Iesu, in morte ipsius baptiza
4 ti sumus? ❡Consepulti enim sumus cū
illo per baptismum in mortem: vt qūo
Christus surrexit à mortuis p gloriam
patris, ‖ita & nos in nouitate vitæ am-
5 bulemus. ❡Si enim complantati facti
sumus similitudini mortis eius: simul
6 & resurrectionis erimus. ❡Hoc scientes
q̄a vetus homo noster simul crucifixus
est, vt destruat̄ corpus peccati, vt vltra
7 non seruiam⁹ pcō. ❡Qui enim mortuus
8 est, iustificat⁹ est à peccato. ❡Si aūt mor
B tui sumus cum CHRISTO: credimus
quia simul etiam viuemus cū Christo:
9 ❡scientes q̄ Christus resurgens ex mor-
tuis iam non moritur, mors illi vltra
10 non dn̄abit̄. ❡Quòd enim mortuus est,
peccato mortuus est semel: qd̄ aūt vi-
11 uit, viuit Deo. ❡Ita & vos existimate vos
mortuos quidem esse peccato: viuentes
aūt Deo in Christo Iesu Dn̄o nostro.
12 ❡Non ergo regnet pcm̄ in vestro morta
li corpe, vt obediatis concupiscentiis
13 eius. ❡Sed neq; exhibeatis membra ve-
stra arma iniquitatis peccato: sed exhi-
bete vos Deo, tanq̄ ex mortuis viuētes:
& membra vestra arma iustitiæ Deo.
14 Pcm̄ enim vobis nō dn̄abitur non em̄
C sub lege estis, sed sub gratia. ❡Quid er-
15 go? peccabimus, qm̄ nō sumus sub lege,
16 sed sub gratia? Absit. ❡‖Nescitis qm̄ cui
exhibetis vos seruos ad obediendum,
serui estis eius cui obeditis, siue peccati
ad morté, siue obeditionis ad iustitiā?
17 ❡Gratias aūt Deo q̄ fuistis serui pecca-
ti, obedistis aūt ex corde in eam formā
18 doctrinæ in qua traditi estis. ❡Liberati
aūt à peccato, serui facti estis iustitiæ.
19 Humanum dico pp infirmitatem car-
nis vestræ, sicut enim exhibuistis mem
D bra vestra seruire immunditiæ & iniq-
tati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete
mēbra vestra seruire iustitiæ, in sanctifi
20 cationem. ❡Cū enim serui essetis pecca
21 ti, liberi fuistis iustitiæ. ❡Quē ergo fru-
ctum habuistis tunc in illis, in quib⁹
nunc erubescitis? Nā finis illorū mors
22 est. ❡Nunc verò liberati à peccato, serui
aūt facti Deo, habetis fructum vestrum
in sanctificationem, finem verò vitam
23 æternā: ❡Stipendia enim peccati, mors.
Gratia autem Dei, vita æterna in Chri-
sto Iesu Domino nostro.

Margin notes (left): Heb.9.d.15 g.28 1.Petr.3 d.18 — *secūdū tempus. — *imputatur cum lex non est 5. — *peccantem 5. — *in mortem 5

Margin notes (right): fratres. — ‖Galat.3 d.27 Colos.2 b.12 — ‖Ephe.4 f.23 Colos.3 b.10 Heb 9.d.14.12.a.2. 1.Petr.2 a.1 — ‖Ioh.8 d.34. 2.Petr.2 d.19 — sis

CAP. VII.

1 AN ignoratis fratres (scientib⁹ enim
A legē loquor) quia lex in hoīe dñat
‖1. Cor. 7 B 39 2 ‖quanto tpe viuit? ‖Nam quæ sub vi-
ro est mulier: viuente viro alligata est
legi. si aūt mortuus fuerit vir eius: so-
*liberata 2. 3 luta est à lege viri. Igitur viuēte viro:
vocabit adultera, si fuerit cū alio viro:
si aūt mortuus fuerit vir ei⁹, liberata est
à lege viri: vt non sit adultera si fuerit
4 cum alio viro. Itaq; fratres mei & vos
mortificati estis legi p corpus Christi: vt
sitis alterius q ex mortuis resurrexit, vt
5 fructificemus Deo. Cū enim essem⁹ in
carne, passiones pcōrum, quæ p legem
erant, operabant in membris nostris, vt
6 fructificarent morti. nunc aūt soluti
B sum⁹ à lege mortis, ī qua detinebamur:
ita vt seruiamus in nouitate spūs, & nō
7 in vetustate literæ. Quid ergo dicem⁹?
lex pcm̄ est? Absit. Sed pcm̄ non cogno-
ui, nisi per legē. nam concupiscentiam
‖Exo. 20 c. 19 Deute. 5 c. 21 nesciebā, nisi lex diceret: ‖Nō concupi-
8 sces. Occasione aūt accepta, pcm̄ p mā
datū operatum est in me oēm concupi
scentiam. Sine lege enim pcm̄ mortuū
9 erat. Ego aūt viuebam sine lege aliqn̄.
Sed cū venisset mandatū, pcm̄ reuixit.
10 Ego aūt mortuus sum, & inuētum est
mihi mandatum, qđ erat ad vitā, hoc
11 esse ad mortem. Nam pcm̄ occasione
accepta p mandatum, seduxit me, & p
‖1. Tim. 1 b. 8 12 illud occidit: Itaq; ‖lex qdem sancta,
& mandatum scm̄, & iustū, & bonum.
13 Qđ ergo bonum est, mihi factum est
mors? Absit. sed pcm̄, vt appareat pcm̄,
p bonum, operatum est mihi mortem,
vt fiat supra modū peccans pcm̄ per mā
14 datū. Scimus enim q lex spūalis est;
C ego aūt carnalis sum, venundatus sub
15 peccato, Quod enim operor, non intel
*bonum *malum ligo: non enim qđ volo*, hoc ago, sed
16 qđ odi*, illud facio. Si aūt quod nolo.
illud facio: cōsentio legi, qm̄ bona est.
17 Nunc aūt iam non ego operor illud,
18 sed qđ habitat in me pcm̄. Scio enim
qa nō habitat ī me, hoc est ī carne mea
bonum. Nam velle adiacet mihi: pfice
19 re aūt bonum, non inuenio. Nō enim
D quod volo bonum, hoc facio, sed quod
20 nolo malum, hoc ago. Si aūt quod no
lo, illud facio: iam nō ego operor illud,
21 sed quod habitat in me pcm̄. Inuenio
igitur, legē, volenti mihi facere bonum,
22 qm̄ mihi malum adiacet. Condelector
enim legi Dei sm̄ interiorem hoīem.
23 Video autē aliam legem in membris
meis, repugnantem legi mentis meę, &
captiuantē me in lege peccati, quæ est
24 in membris meis. (Infelix ego homo,
quis me liberabit de corpe mortis hu-
25 ius? Gratia Dei p Iesum Christū Dñm
nostrum.) Igitur ego ipse mente seruio
legi Dei: carne autem, legi peccati.

CAP. VIII.

1 NIhil ergo nūc damnationis est iis
A q sunt in Christo Iesū: qui non sm̄
2 carnem ambulant. Lex enim spūs vitę
in Christo Iesu, liberauit me à lege pec-
3 cati & mortis. Nam quod impossibile
erat legi, in quo infirmabat per carnē:
Deus filium suum mittens in similitu-
dinē carnis peccati, & de peccato dam-
4 nauit pcm̄ in carne, vt iustificatio legis
impleretur in nobis, q non sm̄ carnem
5 ambulam⁹, sed sm̄ spūm. Qui enim sm̄
carnē sunt, quæ carnis sunt sapiunt: q
verò sm̄ spūm sunt, q̄ sunt spūs sentiunt.
6 Nam prudentia carnis, mors est: pru-
B dentia aūt spūs, vita, & pax, qm̄ sapiē-
7 tia carnis, *inimica est Deo*: legi enim *inimicitia est in Deum 1.
Dei non *est subiecta*, nec enim potest. * subiicitur 3
8 Qui aūt in carne sunt, Deo placere nō
9 possunt. Vos aūt in carne nō estis, sed
in spū: si tn̄ spūs Dei habitat in vobis.
Siquis aūt spm̄ Christi non habet: hic
10 nō est eius. Si aūt Christus in vobis est,
corpus quidem mortuum est pp pcm̄,
spūs verò *viuit* pp *iustificationem*. *vita 1. *iustitiam 1.
11 Quòd si spūs eius qui suscitauit Iesum
C à mortuis, habitat in vobis, qui suscita-
uit Iesum Christum à mortuis, viuifica
bit & mortalia corpa vestra, pp inhabi
12 tātem spm̄ eius in vobis. Ergo fratres,
debitores sumus: non carni, vt sm̄ car-
13 nem viuamus. Si enim sm̄ carnem vi-
xeritis: moriemini. si aūt spū, facta car-
14 nis mortificaueritis: viuetis. Quicūq;
enim spū Dei aguntur, ij sunt filij Dei.
15 ‖Non enim accepistis spm̄ seruitutis ‖2. Tim. 1 b. 7
iterum in timore: ‖sed accepistis spūm ‖Gala. 4 a. 5
adoptionis filiorum, in quo clamamus
16 Abba, (Pater.) Ipse enim spūs, testi-
moniū reddit spiritui nostro, q sumus
17 filij Dei. Si aūt filij, & hęredes: hęredes
quidem Dei: cohęredes aūt Christi: si tn̄
compatimur, vt & conglorificemur.
18 Existimo enim q nō sunt condignæ
D passiones huius tpis, ad futurā gloriā,
19 quæ reuelabitur in nobis. Nam expe-

ctatio

ctatio creaturæ,reuelationem filiorum
20 Dei expectat. ¶ Vanitati enim creatura
ſubiecta eſt,non volens, ſed pp eum q
21 ſubiecit eam *in ſpe': ¶ quia & ipſa crea- *in ſpem 2.
tura liberabitur à ſeruitute corruptio-
nis in libertatem gloriæ filiorum Dei.
22 ¶ Scimus enim q oīs creatura ingemi-
23 ſcit,& parturit vſq; adhuc. ¶ Non ſolū
aūt illa, ſed & nos ipſi primitias ſpūs
habētes,& ipſi intra nos gemimus,ado
ptionem filiorum *Dei' expectantes,re- –5.
24 demptionem corpis noſtri. ¶ Spe enim
ſalui facti ſumus. Spes aūt quæ videt,
non eſt ſpes,nam quod videt quis,quid
25 ſperat? ¶ Si autem quod non videmus,
E ſperamus:per patientiam expectamus.
26 ¶ Similiter aūt & ſpūs adiuuat infirmi-
tatē nřam. nam qd orem⁹ ſicut oportet
neſcimus: ſed ipſe ſpūs poſtulat pro no
27 bis gemitibus inenarrabilibus. ¶ Qui
aūt ſcrutatur corda,ſcit quid deſideret
Spūs:quia ſm Deū poſtulat pro ſanctis.
28 ¶ Scimus aūt qm̄ diligentibus Deum,
oīa cooperantur in bonum, iis qui ſm
29 propoſitum vocati ſunt ſancti. ¶ Nam
F quos præſciuit,& prædeſtinauit confor-
mes fieri imaginis filij ſui: vt ipſe ſit
30 primogenit⁹ in multis fratribus. ¶ Quos
aūt pdeſtinauit,hos & vocauit:& quos
vocauit,hos & iuſtificauit.quos aūt iu-
31 ſtificauit: illos & *glorificauit'. ¶ Quid *magnificauit 19.
ergo dicemus ad hęc? ſi Deus pro nobis
32 quis contra nos? ¶ Qui etiā proprio filio
*non pepercit, ſed pro nobis oībus tra- *ſuo.
didit illum:qūo nō etiam cum illo oīa
33 nobis donauit? ¶ Quis accuſabit aduer-
34 ſus electos Dei? Deus q iuſtificat. ¶ Quis
eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus qui
mortuus eſt,imò,qui & reſurrexit, qui
*eſt ad dexteram Dei, qui etiam inter- *& 1 3 –3.
35 pellat pro nobis. ¶ Quis *ergo' nos ſepa-
G rabit à charitate Chriſti? tribulatio? an
anguſtia? an fames? an nuditas? an peri-
36 culum? an pſecutio? an gladius? ¶ (ſicut
ſcriptū eſt: ‖ Quia pp te mortificamur ‖Pſal. 43 d 23
tota die: ęſtimati ſumus ſicut oues occi
37 ſionis.) ¶ Sed in his oībus ſuperamus pp
38 eum qui dilexit nos. ¶ Certus ſum enim
quia neq; mors, neq; vita,neq; angeli,
neq; principatus, neq; virtutes, neque
inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo,
39 ¶ neq; altitudo, neq; profundum, ne-
que creatura alia poterit nos ſeparare à
charitate Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu
Domino noſtro.

C A P. IX.

1 VEritatē dico in Chriſto*, non men- *Ieſu
A tior, teſtimonium mihi perhibēte
2 conſcientia mea in Spū ſancto, ¶ qm̄ tri
ſtitia mihi magna eſt,& continuus do-
3 lor cordi meo. ¶ Optabā enim ego ipſe ‖Act. 9. 1.2,
anathema eſſe à Chriſto pro fratribus 1.Co. 15
meis,qui ſunt cognati mei ſm carnem, b. 9
4 ¶ qui ſunt Iſraëlitæ, quorū adoptio eſt
filiorum,& gloria,& *teſtm̄',& legiſla- *teſtamē
5 tio,& obſequium,& promiſſa, ¶ quorū ta 3.
B patres, & ex quibus eſt Chřs ſm carnē,
qui eſt ſuper oīa Deus benedictus in ſe-
6 cula. Amen. ¶ Non aūt quod exciderit
verbum Dei. Nō enim oēs qui ex Iſraël,
7 ij ſunt Iſraelitē: ¶ neq; *qui' ſemen ſunt *quia 15
Abrahæ,oēs filij: ‖ ſed in Iſaac vocabit' ‖Gen. 21
8 tibi ſemen: ¶ id eſt, non qui filij carnis, b. 12
hi filij Dei: ſed q ‖ filij ſunt pmiſſionis, Galat. 4.
9 æſtimantur in ſemine. ¶ Promiſſionis d.28
C enim verbum hoc eſt, ‖ Scdm hoc tēpus ‖Gen. 18
10 veniam: & erit Saræ filius. ¶ Non ſolū b 10
aūt *illa', ‖ ſed & Rebecca ex vno cōcu- –2.
11 bitu habens Iſaac *patris noſtri'. ¶ Cùm *illi 4
enim nondum nati fuiſſent, aut aliqd ‖Gen. 25
boni egiſſent aut mali (vt ſm electionē a.2
12 propoſitū Dei maneret,) non ex operi- *pře noſtro 5.
bus, ſed ex vocāte dictum eſt ei: ‖ Quia ‖Gen. 25
13 maior ſeruiet minori, ¶ ſicut ſcriptū eſt: c.23
‖ Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. ‖Mala. 1
14 ¶ Quid ergo dicemus? nunquid iniqtas a.2. a.3
15 apud Deum? Abſit. ¶ Moyſi enim dicit,
D ‖ Miſerebor cuius miſereor:& miſericor ‖Exo. 33
16 diam præſtabo cui miſerebor. ¶ Igitur c. 19
non volentis,neq; currentis,ſed miſerē
17 tis eſt Dei. ¶ Dicit enim ſcriptura Pharao
ni: ‖ Quia in hoc ipſum excitaui te, vt ‖Exod. 9
oſtendā in te virtutem meam:& vt an- d 16
nuntietur nomen meū in vniuerſa ter-
18 ra. ¶ Ergo cuius vult miſeretur, & quem
19 vult indurat. ¶ Dicis itaq; mihi: Quid
adhuc q̄ritur? voluntati enim eius quis
20 reſiſtit? ¶ O homo, tu quis es qui rñdeas
E Deo? ‖ Nunquid dicit figmentum ei q ‖Iſai. 45.
21 ſe finxit: Quid me feciſti ſic? ¶ An non b.9
habet poteſtatem figulus luti,ex eadem Iere. 18.
maſſa facere aliud quidē vas in hono- a 6.
22 rem,aliud verò in contumeliā? ¶ Quòd Sapiē. 15 b. 7
ſi Deus volēs oſtendere iram, & notam
facere potentiam ſuā, ſuſtinuit in mul
ta patientia, vaſa irę *apta' in interitum, *apta
23 ¶ vt oſtēderet diuitias glorię ſuę in vaſa
miſericordiæ quæ præparauit in gloriā.
24 ¶ Quos & vocauit nos: non ſolū ex Iu-
25 dęis,ſed etiā ex gentibus, ¶ ſicut in Oſee

dicit,‖Vocabo non plebé meam,plebé
meam:& non dilectam,dilectá : & nó
misericordiá consecutá,misericordiam
26consecutam.?‖Et erit in loco vbi dictű
F est eis,Non plebs mea vos:ibi vocabű-
27tur filij Dei viui:?Isaias aűt clamat pro
Israël : si fuerit numerus filiorum Is-
raël tanq̃ arena maris , reliquiæ saluę
28fient. ?Verbum enim consummans &
abbreuians in æquitate:qa verbű bre-
29uiatű faciet Dńs super terram.?& sicut
p̃dixit Isaias:‖Nisi Dńs sabbaoth reli-
G quisset nobis semé : sicut Sodoma facti
essem?, & sicut Gomorrha similes fuisse
30mus.?Quid ergo dicemus? Quòd Gétes
q̃ non sectabant' iustitiá, apprehéderűt
iustitiam,iustitiam aűt quæ ex fide est.
31?Israël verò°sectando' legem iustitię,in
32legem iustitiæ non peruenit . ?Quare?
Quia non ex fide,sed quasi ex operib?:
offenderunt enim in lapidem offensio
33nis,?sicut scriptű est:‖Ecce pono in Sió
lapidé offensionis,& petrá scandali: &
oís qui credit in eum, non confundet'.

CAP. X.

1 FRatres,volútas qdem cordis mei &
A obsecratio ad Deű,fit pro illis in sa-
2 lutem.?Testimonium enim phibeo il
lis q ęmulationem Dei habent,sed nó
3 s̃m scientiam. ?Ignoráte s enim iustitiá
Dei,& suam quærétes statuere, iustitiæ
4 Dei nó sunt subiecti . ?Finis enim legis
5 Christus,ad iustitiam oí credéti.?Moy-
ses enim scripsit, qm̃ iustitiam quæ ex
lege est‖qui fecerit homo, viuet in ea.
6 ?Quę aűt ex fide est iustitia , sic dicit:
‖Ne dixeris in corde tuo, Quis ascédet
7 in cęlű?id est,Christű deducere. ?Aut
B qs descendet in abyssum?hoc,est Chri
8 stum à mortuis reuocare.?Sed quid di
cit-scriptura'? ‖Prope est verbű in ore
tuo,& in corde tuo, hoc est verbum fi-
9 dei qđ p̃dicamus . ?Quia si confitearis
in ore tuo Dńm Iesum, & in corde tuo
credideris q Deus illű suscitauit à mor
10tuis:saluus eris. ?Corde enim creditur
ad iustitiam,ore aűt confessio fit ad sa-
11lutem.?Dicit enim scriptura : ‖Oís qui
C credit in illű,non cőfundetur. ?Nó eń
12est distinctio Iudęi & Gręci:ná idé Dńs
oíum,diues in oés qui inuocant illum
13?‖Oís enim quicunq; inuocauerit no-
14men Dńi,saluus erit.?Qűo ergo inuoca
bunt in quem nó crediderűt?Aut qűo
credent ei qué non audierűt? Qűo aűt
15audient sine p̃dicante? ?Qűo verò præ
dicabunt nisi mittant'? sicut scriptum
est. ‖Quàm speciosi pedes euangelizá-
16tium pacem,euágelizantiű bona. ?Sed
non oés°obediűt'Euangelio. Isaias ení
D dicit:‖Dńe , quis credidit auditui nro?
17?Ergo fides ex auditu : auditus aűt per
18verbum Christi.?Sed dico, Nunqd non
audierunt?Et quidem,‖in oém terram
exiuit sonus eorű : & in fines orbis ter-
19ræ verba eorum . ?Sed dico : Nunquid
Israël nó cognouit? Primus Moyses di-
cit, ‖Ego ad æmulationem vos adducá
in non gentem : in gentem insipienté,
20in iram vos mittam. ?Isaias aűt audet,
& dicit: ‖Inuentus sum à nó quęrenti-
bus me,palam apparui iis qui me non
21interrogabát.?Ad Israël aűt dicit:‖To-
ta die expádi manus meas ad ppl̃m nó
credentem,& contradicentem -mihi'.

CAP. XI.

1 DIco ergo: Nunqd Deus repulit po-
A pulű suum?Absit, Nam & ego Is-
raëlita sum,ex semine Abraham,de tri
2 bu Ben-iamin.?Nó repulit Deus plebé
suam quam p̃sciuit. An nescitis in Elia
qd dicit scriptura:quemadmodű inter-
3 pellat Deum aduersum Israël ? ?‖Dńe
prophetas tuos occiderunt , altaria tua
suffoderűt: & ego relictus sum solus,&
4 quærunt aíam meam . ?Sed quid dicit
illi diuinű rńsum ? ‖Reliqui mihi septé
millia virorum,qui nó curuauerűt ge-
5 nua -Baal'.?Sic ergo & in hoc tpe, rel̃i
quiæ s̃m electionem gratiæ-saluę'factę
6 sunt.Si aűt gratia, iam non ex operib?:
B alioquin gratia iam non est gratia.
7 Quid ergo?Quod q̃rebat Israël,hoc nó
est consecutus,electio aűt cősecuta est,
8 cæteri verò excæcati sunt.?sicut scriptű
est: ‖Dedit illis Deus spm̃ compunctio-
nis:oculos,vt non videant : & aures vt
non audiát vsq; in hodiernum diem.
9 Et Dauid dicit: ?Fiat mensa eorum°in
laqueum & in captionem, & in scanda
10lum,& in retributionem illis.?Obscu-
rentur oculi eorum ne videant: & dor
11sum eorum semp incurua.?Dico ergo,
nunquid sic offenderunt vt caderent?
Absit. Sed illorű delicto,salus est genti
12bus, vt illos æmulentur.?Quòd si deli-
ctű illorű diuitiæ sunt mundi; & dimi
nutio eorű diuitiæ Gentiű:quanto ma-
13gis plenitudo eorű ? ?Vobis enim dico
Gétibus,quádiu quidé ego sum gentiű

‖Osee 2. d.23. 1.Pet. 2. b.10.
‖Osee 1. d.10.
‖Isa. 10. c.22. Osee 1. d.10.
‖Isaia 1. c.9.
°sectãs 6.
‖Isai. 8 c.14.d 16 1.Pet. 2. b.7
‖Leuit. 18 a 5. Ezec. 20. b.11.
‖Deu. 30 c.12. —3.
‖Deu. 30 c.14.
‖Isa 28 d.16.
‖Ioel 2. g.32. Act. 2.c. 21.

‖Isa. 52 b 7. Nah. 1. d.15.
°obediunt 1.
‖Isai 53. a.1. Ioh. 12. f.38.
‖Psal.18. a.5
‖Deu.32 c.21.
‖Isai 65. a.1.
‖Isa 65. a 2. —6.
‖3.Re.19 b.10.
‖3.Re.19 b 18. —4. ante —5.
‖Isaia 6 c 9. Matt. 13 b 14 Ioh. 12 f 40. Act.28. f.26
‖Psa. 68. c.23.
°in ipsis.

Apostolus

Apostolus, ministerium meũ honorifi
14 cabo, si quo ad æmulandũ prouocem
carnẽ meam, & saluos faciam aliquos
15 ex illis. Si enim amissio eorũ, reconci-
liatio est mundi: quæ assumptio, nisi vi
16 ta ex mortuis? Quòd si delibatio sctã
est, & massa: & si radix sancta, & rami.
17 Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu
C aũt cũ oleaster esses, insertus es in illis,
& socius radicis & pinguedinis oliuæ
18 fact⁹ es, noli gloriari aduersus ramos.
Quòd si gloriaris, non tu radicẽ portas,
19 sed radix te. Dicis ergo: Fracti sunt ra-
20 mi, vt ego inserar. Bene: ꝓp incredulĩ
tatẽ fracti sunt, tu aũt fide stas, noli al-
21 tum sapere, sed time. Si enim De⁹ natu
ralibus ramis nõ pepercit: ne fortè nec
22 tibi parcat. Vide ergo bonitatem & se
ueritatem Dei: in eos quidẽ qui ceciderunt, seueritatem: in te autẽ bonitatem
Dei, si permanseris in bonitate, alioqñ
23 & tu excidẽris. Sed & illi, si non ꝑman
serint in incredulitate, inserẽtur: potẽs
est enim Deus iterum inserere illos.
24 Nã si tu ex naturali excisus es oleastro,
& contra naturam insertus es in bonã
oliuam: quantò magis ij qui ſm natu-
25 ram, inserentur suæ oliuæ? Nolo enim
vos ignorare fratres mysterium hoc (vt
nõ sitis vobis ipsis sapientes) quia cæci-
tas ex parte cõtigit in Israël, donec ple-
26 nitudo Gentium intraret: & sic oĩs Is- Isai. 59 d. 20
D raël saluus fieret, sicut scriptũ est: Ve-
niet ex Sion, q eripiat & auertat impie-
27 tatem à Iacob. Et hoc illis à me testm̃:
28 cũ abstulero peccata eorũ. Scdm Euã
gelium quidem, inimici ꝓp vos: ſm ele
29 ctionem aũt, carissimi ꝓp patres. Sine
pœnitentia enim sunt dona & vocatio
30 Dei. Sicut enim aliqñ & vos non cre-
didistis Deo, nunc autem misericordiã
consecuti estis propter incredulitatem
31 illorum: ita & isti nunc non credide-
runt in vestram misericordiam, vt & ip
32 si misericordiam consequantur. Con-
clusit enim Deus oĩa in incredulitatẽ,
33 vt oĩum misereat᷑. O altitudo diuitia-
rum sapientiæ & scientię Dei: q̃ incom
prehensibilia sunt iudicia eius, & inue-
34 stigabiles viæ eius? Quis enim cogno- Sapiẽ. 9 c. 13.
uit sensum Domini? Aut quis consilia Isai. 40. c. 13.
35 rius eius fuit? Aut quis prior dedit illi,
36 & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & 1. Cor. 2. d. 16
per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi
gloria in secula. Amen.

C A P. XII.

1 OBsecro itaq; vos fratres ꝑ misericor
A diam Dei, vt exhibeatis corpa ve- Phil. 4. d. 18
stra hostiam viuentẽ, sanctam, Deo pla
centẽ, rationabile obsequium vestrum.
2 Et nolite conformari huic seculo: sed
reformamini in nouitate sensus vestri,
vt probetis q̃ sit voluntas Dei bona, & Ephe. 5. d. 17
3 beneplacens, & perfecta. Dico enim ꝑ 1. Thes. 4 a. 3.
gratiam quę data est mihi, oĩbus q̃ sunt
inter vos, Non plus sapere q̃ oportet sa-
pere, sed sapere ad sobrietatẽ, vnicuiq; 1. Co. 12 b. 11.
4 sicut Deus diuisit mensurã fidei. Sicut Ephes. 4. b. 7
B enim in vno corpe multa membra ha-
bemus, oĩa aũt membra non eundem
5 actum habẽt: ita multi vnum corpus Amos 5 d. 15
sumus in Christo, singuli aũt alter alte Ephe 4 a. 3
6 rius membra. Habentes aũt donatio-
nes, ſm gratiã q̃ data est nobis, differen 1. Pet. 2. d. 22. c. 17
tes: siue ꝓphetiam ſm rationem fidei,
7 siue ministerium in ministrando, siue Hebr. 13 a. 1.
8 q docet in doctrina, q exhortatur in
exhortãdo, qui tribuit in simplicitate, 1. Petr. 3 b. 5
q præest in solicitudine, q miseretur in
9 hilaritate. Dilectio sine simulatione, Heb. 13 a. 2
Odientes malum, adhærentes bono. 1. Petr. 4 b. 9
10 Caritatẽ fraternitatis inuicẽ diligen-
11 tes. Honore inuicem præuenientes. So Matt. 5. g 44
C licitudine non pigri. Spũ feruẽtes. Dño 1. Cor. 3. c 13
12 seruientes. Spe gaudẽtes. In tribulatio-
13 ne patientes. Orationi instãtes. Necessi Prou. 3. a 7
tatibus sanctorum cõicantes. Hospita- Esa. 5. c. 21
14 litatem sectantes. Benedicite ꝑsequen Pro. 20. d 22.
tibus vos: benedicite, & nolite maledi- 1. Pet. 3 b. 9
15 cere. Gaudete cum gaudentibus, flete 1. Cor. 4. d. 12.
16 cum flentibus. Idipsum inuicẽ sentien Heb. 12 d. 14.
D tes. Non alta sapientes, sed humilibus Eccl. 28 a. 1.
consentientes. Nolite esse prudentes Matt. 5. f 39
17 apud vosmetipsos. Nulli malum pro Deut. 32 e. 35
malo reddentes. Prouidentes bona nõ Hebr. 10 f. 30
tm̃ coram Deo, sed etiam coram oĩbus Pro 25 c. 21
18 hoĩbus. Si fieri potest, quod ex vobis ᵃ vindicta 1.
est, cum oĩbus hoĩbus pacem habẽtes, ᵇ &
19 Non vosmetipsos defendentes carissi Sap. 6 a 4
mi, sed date locum iræ: scriptum est Tit. 3. a. 1
enim: Mihi ᵃ vindictã ᵇ: ego retribuã, 1. Petr. 2 c. 13
20 dicit Dñs. Sed si esurierit inimicus tu⁹,
ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc
enim faciens, carbones ignis congeres
21 super caput ei⁹. Noli vinci à malo: sed
vince in bono malum.

C A P. XIII.

1 OMnis aĩa potestatib⁹ sublimiorib⁹
A subdita sit. Nõ est enim potestas ni
si à Deo. quæ aũt sunt, à Deo ordinata

2 sunt. Itaq; q resistit potestati, Dei ordi
nationi resistit. Qui aūt resistunt, ipsi si
3 bi damnationem acquirūt. nam prin-
cipes non sunt timori boni operis, sed
mali. Vis aūt non timere potestatē? Bo-
4 num fac, & habebis laudē ex illa. Dei
enim minister est tibi in bonum. Si aūt
malum feceris, time: nō enim sine cau
sa gladiū portat. Dei enim minister est:
5 vindex in irā, ei qui malum agit. Ideo
B necessitate subditi estote: non solū pp
6 iram, sed etiam pp conscientiam. Ideo
enim & tributa p̄statis, ministri enim
7 Dei sunt, in hoc ipsum seruiētes. ‖Red
dite ergo oībus debita, cui tributū, tri-
butum: cui vectigal, vectigal: cui timo-
rem, timorem: cui honorem, honorē.
8 Nemini quicq̄ debeatis: nisi, vt inuicē
C diligatis, q enim diligit proximū, legē
9 impleuit. Nā, ‖Non adulterabis, Non
occides, Non furaberis, Nō falsum testi
monium dices, Non concupisces, & si
qđ est aliud mandatum: in hoc verbo
instaurat. ‖Diliges proximum tuum si-
10 cut te ipsum. Dilectio proximi, malū
non operat. Plenitudo ergo legis est di
11 lectio. Et hoc scientes tēpus, quia hora
D est iā nos de somno surgere. Nūc enim
propior est nostra salus, q̄ cum credidi
12 mus. Nox praecessit, dies aūt appropin-
quauit. Abiiciamus ergo opera tenebra
13 rum, & induamur arma lucis. Sicut
in die honestè ambulemus: ‖non in co
messationibus & ebrietatibus, non in
cubilibus & impudicitiis, non in contē
14 tione & aemulatione: sed ‖induimini
Dominum Iesum Christum, & carnis
curam ne feceritis in desideriis.

CAP. XIIII.

1 INfirmū aūt in fide assumite: non in
A disceptationibus cogitationū. Alius
2 enim credit se manducare oīa: qui autē
3 infirmus est, olus manducet. Is q̄ mā
ducat, non manducantem nō spernat:
& q non manducat, manducantē non
4 iudicet. De9 enim illū assumpsit. ‖Tu
qs es, qui iudicas alienum seruū? Dño
suo stat aut cadit. stabit aūt: potens est
5 enim Deus statuere illum. Nā alius iu
dicat diē inter diem: alius aūt iudicat
oēm diem: vnusquisq; in suo sensu abun
6 det. Qui sapit diē, Dño sapit. Et q man
B ducat, Dño mādūcat: gratias enim agit
Deo. Et qui non manducat, Dño nō mā
7 ducat, & gratias agit Deo. Nemo enim
nrm sibi viuit: & nemo sibi moritur.
8 Siue enim viuimus, Dño viuimus: siue
morimur, Dño morimur. Siue ergo viui
9 mus, siue morimur: Dñi sum9. In hoc
enim Christus mortuus est, & resurre-
xit: vt & mortuorū & viuorū dñetur.
10 Tu aūt quid iudicas fratrē tuum? aut
tu quare spernis fratrē tuū? ‖Oēs enim
11 stabimus ante tribunal Christi. scriptū
est enim: ‖Viuo ego, dicit Dñs, qm mi-
hi flectetur oē genu: & oīs lingua confi
12 tebitur Deo. Itaq; vnusquisq; nrm p
C se rationem reddet Deo. Non ergo am-
13 plius inuicem iudicemus, sed hoc iudi
cate magis, ne ponatis offendiculum
14 fratri vel scandalum. Scio, & confido
in Dño Iesu, quia nihil cōmune per ip-
sum, nisi ei qui existimat, quid cōe esse,
15 illi cōe est. Si enim pp cibum frater
tuus contristatur: iam non ꝑm charita-
tem ambulas. ‖Noli cibo tuo illum p-
16 dere pro quo Chrs mortuus est. Non
ergo blasphemetur bonum nostrum.
17 Non est enim regnum Dei esca & po-
D tus: sed iustitia, & pax, & gaudium in
18 Spiritu sancto. qui enim in hoc seruit
Christo, placet Deo, & probatus est hoī
19 bus. Itaq; quae pacis sunt, sectemur: &
quę aedificationis sunt, inuicem custo
20 diamus. Noli pp escam destruere
opus Dei. ‖oīa quidem sunt mūda: sed
malum est homini qui per offendicu-
21 lum manducat. ‖Bonum est non man
ducare carnem, & non bibere vinum,
neq; in quo frater tuus offenditur aut
22 scandalizatur, aut infirmatur. Tu fi-
dem habes? penes temetipsum habe co
ram Deo. Beatus qui nō iudicat semet-
23 ipsum in eo quod probat. Qui autem
discernit, si manducauerit, damnatus
est: quia nō ex fide. Omne autem quod
non est ex fide, peccatum est.

CAP. XV.

1 DEbemus aūt nos firmiores, imbe-
A cillitates infirmorum sustinere, &
2 non nobis placere. Vnusquisq; vestrū
proximo suo placeat in bonū, ad aedifi
3 cationē. Etenim Christus non sibi pla
cuit, sed sicut scriptū est, ‖Improperia
improperātiū tibi, ceciderūt super me,
4 Quaecunq; enim scripta sunt, ad no-
stram doctrinam scripta sunt: vt per pa
tientiam & cōsolationē scripturarum,
5 spem habeamus. Deus autē patientiae
& solatii ‖det vobis idipsum sapere in al

terutrum

Marginal notes: Exo. 20 b. 14. Deut. 5. b. 18. Matt. 19 c. 18. Leuit. 19 d. 18. Mat. 22 d. 39. Marc. 12 c. 31. Gala. 5. c. 14. Iac. 2. b. 8. * proximo i. Luc. 21. f. 34. Galat. 5 c. 16. 1. Pet. 2. c. 11. * induite 4. * manducat i. Iacob 4 c. 12. — * x 4. 1. Cor. 5 b. 10. Isa. 45. d. 23. Philip. 2 b. 10. * flectet 5. 1. Cor. 8 b. 12. Tit. 1. d. 15. 1. Cor. 8 d. 13. Psal. 68 b. 10. 1. Cor. 1 b. 10.

6 terutrum sm Iesum Christum: ꝰvt vna-
B nimes, vno ore honorificetis Deũ & pa
7 trem Dñi nostri Iesu Christi. ꝰPropter
qđ suscipite inuicem: sicut & Christus
8 suscepit vos in honorem Dei. ꝰDico enĩ
Christũ Iesum, ministrum fuisse circun
cisionis pp veritaté Dei, ad cõfirmãdas
9 promissiones patrum. ꝰGentes auté su-
per misericordia honorare Deum, sicut
C scriptum est: ‖Propterea confitebor tibi
in Gẽtibus Dñe, & nomini tuo cãtabo. Psal. 17 d.50 2.Re 22. d.50.
10 ꝰEt iterum dicit, Lætamini Gentes cum
11 plebe eius. ꝰEt iterum, ‖Laudate oẽs Gẽ Psal. 116 a.1.
tes Dñm: & magnificate eum oẽs ppli.
12 ꝰEt rursus Isaias ait, ‖Erit radix Iesse: & Isaia 11. c.10.
qui exurget regere Gentes, in eum Gen-
13 tes sperabunt. Deus autem spei repleat
vos oĩ gaudio & pace in credendo: vt a-
bundetis in spe, *& virtute Spiritus san- *in 1.
14 cti. ꝰCertus sum aũt fratres mei & ego
ipse de vobis, qm̃ & ipsi pleni estis dile-
ctione, repleti oĩ scientia, ita vt possitis
15 alterutrum monere. ꝰAudacius autem
scripsi vobis fratres ex parte, tanquã in
D memoriam vos reducens: propter gra-
16 tiam quæ data est mihi à Deo, ꝰvt sim
minister Chri Iesu in Gentibus: sancti-
ficans Euangelium Dei, vt fiat oblatio
Gentium accepta & sanctificata in Spi-
17 ritu sctõ. ꝰHabeo igitur gloriam in Chri
18 sto Iesu ad Deũ. ꝰNon enĩ audeo aliqd
loqui eorũ quæ per me non *efficit Chri *efficit
stus in obedientiam Gentium, verbo &
19 factis, ꝰin virtute signorum & prodigio
rũ, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Ie
E rusalé p circuitũ vsq; ad Illyricũ reple-
20 uerim Euangeliũ Chri. ꝰSic aũt pdicaui
Euangeliũ hoc, non vbi nominatus est
Chrs, ne sup alienũ fundamentũ ędifi-
21 carẽ: ꝰsed sicut scriptũ est, ‖Quibus non Isa 52 d.13.
est annunciatũ de eo, videbũt, & q non
22 audierũt intelligent. ꝰPropter qđ & im
23 pediebar plurimũ venire ad vos. ꝰNũc
verò vlterius locũ nõ habens in his re- *& phi bit* sim vsque ad huc.
gionibus, cupiditaté aũt habẽs veniẽdi
ad vos ex multis iam pręcedẽtibus an-
24 nis: cũ in Hispaniã proficisci cœpero,
spero q pręteriens videam vos, & à vo-
bis deducar illuc, si vobis primũ ex par
25 te fruitus fuero. ꝰNũc igitur proficiscar
26 in Ierlm ministrare sãctis. ꝰProbauerũt
F enim Macedonia & Achaia collationẽ
aliquam facere in pauperes sanctorum
27 qui sunt in Ierlm. ꝰPlacuit enim eis: &
debitores sunt eorum. ‖Nam si spiritua 1.Co. 2. b.11
lium eorum participes facti sunt genti-
les: debent & in carnalibus ministrare
28 illis. ꝰHoc igitur cùm consummauero,
& assignauero eis fructum hunc: per vos
29 proficiscar in Hispaniam. ꝰScio aũt qm̃
veniens ad vos, in abundantia benedi-
30 ctionis Christi veniam. ꝰObsecro ergo
vos fratres per Dñm nostrũ Iesum Chri
stum, & per charitatem sancti spiritus,
vt adiuuetis me in orationibus pro me
31 ad Deum, ꝰvt liberer ab infidelibus qui
sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio
accepta fiat in Ierlm sanctis, vt veniam
32 ad vos in gaudio per voluntatem Dei,
33 vt refrigerer vobiscum. ꝰDeus aũt pacis
sit cũ omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

1 Commendo aũt vobis Phœben so-
A rorem nostram, quæ est in ministe
2 rio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris: ꝰvt eã
suscipiatis in Dño dignè sanctis: & assi-
statis ei in quocunq; negotio vestri indi
guerit. etenim ipsa quoq; astitit multis,
3 & mihi ipsi. ꝰSalutate ‖Priscam & Aqui Act. 18. a.2 g.26.
lã adiutores meos in Chro Iesu (q p aia
4 mea suas ceruices supposuerunt: quibus
non solus ego gratias ago, sed & cũctæ
5 Ecclesiæ Gentium) ꝰ& domesticã Eccle-
siam eorum. Salutate Ephænetum dile
ctũ mihi: q est primitiuus Asię in Chri
6 sto*. ꝰSalutate Mariã, q̃ multũ laborauit *Iesu
7 in *nobis. ꝰSalutate Andronicũ & *Iu- *vobis *Iuniã
liam cognatos & concaptiuos meos, q
B sunt nobiles in Apostolis, q & ante me
8 fuerunt in Chro. ꝰSalutate Ampliatum
9 dilectissimũ mihi in Dño. ꝰSalutate Vr-
banum adiutorem nostrum in Christo
10 Iesu, & Stachyn dilectũ meum. ꝰSaluta
11 te Apellen probum in Chro. ꝰSalutate
eos q sunt ex Aristoboli*. Salutate He- *domo
rodionem cognatum meũ. Salutate eos
qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in
12 Dño. ꝰSalutate Tryphænam & Trypho
sam: quæ laborant in Dño. Salutate Per
sidem carissimam, quæ multum labo-
13 rauit in Dño. ꝰSalutate Rufum electũ
14 in Dño, & matrẽ eius & meam. ꝰSaluta
te Asyncritum, Phlegontem, Hermam,
Patrobam, Hermen: & qui cum eis sũt,
15 fratres. ꝰSalutate Philologum & Iuliã,
Nereum & sororẽ eius & Olympiadẽ:
16 & oẽs qui cum eis sunt, sanctos. ꝰSalu-
tate inuicem in osculo sancto. Salutant
17 vos omnes Ecclesiæ Christi. ꝰRogo aũt
C vos fratres, vt obseruetis eos qui dissen-

siones

ſiones & offendicula præter doctrinã,
quã vos didiciſtis, faciunt, & declinate
18 ab illis. Huiuſcemodi enĩ Chro Dño
noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & p
dulces ſermones & benedictiones ſedu
19 cunt corda innocentium. Veſtra enĩ
obedientia in oẽm locũ diuulgata eſt.
Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos ſa-
pientes eſſe in bono. & ſimplices in ma
20 lo. Deus autẽ pacis conterat Satanam
ſub pedibus veſtris velociter. Gratia Do
21 mini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcũ. Sa-
lutat vos Timotheus adiutor meus, &
Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati
22 mei. Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi
23 epiſtolam, in Dño. Salutat vos Caius
D hoſpes me⁹, & vniuerſa Eccleſia. Salu-
tat vos Eraſt⁹ arcarius ciuitatis, & Quar
24 tus, frater. Gratia Dñi nři Ieſu Chriſti
25 cũ oĩb⁹ vobis, Amẽ. Ei aũt q potens eſt
vos cõfirmare iuxta Euãgeliũ meũ & p̃-
dicationẽ Ieſu Chriſti, ſm reuelationẽ
26 miſterij tpibus ęternis taciti, (qđ nunc
patefactũ eſt p ſcripturas pphetarũ ſm
pceptũ æterni Dei, ad obeditionẽ fidei)
27 in cunctis Gentib⁹ cogniti, ſoli ſapienti
Deo per Ieſum Chriſtũ, cui honor, &
gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI Ad Corinthios I.



CAPVT PRIMVM.



1
A PAVLVS vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti, p volũtatem Dei,
2 & Soſthenes frater, Eccleſię Dei quę eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſãctis, cũ oĩbus qui inuocant no-
mẽ Dñi noſtri Ieſu Chriſti in oĩ loco ip
3 ſorum & noſtro. Gratia vobis & pax à
4 Deo pře nřo & Dño Ieſu Chriſto. Gra-
tias ago Deo meo ſemper pro vobis in
gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto
5 Ieſu, quod in oĩbus diuites facti eſtis
6 in illo, in oĩ verbo, & in oĩ ſcientia, (ſi
cut teſtimonium Chriſti confirmatum
7 eſt in vobis,) ita vt nihil vobis deſit in
vlla gratia, expectantibus reuelationẽ
8 Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui & cõfirma-
B bit vos vſq; in finẽ ſine crimine, in die
9 aduentus Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Fi-
delis Deus: per quem vocati eſtis in ſo
cietatem filij eius Ieſu Chriſti Dñi nři.
10 Obſecro aũt vos fratres, per nomẽ Dñi
noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis
oẽs, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis
aũt perfecti in eodem ſenſu, & in eadẽ
11 ſcientia. Significatum eſt enim mihi
de vobis fřes mei, ab ijs q ſunt Chloes,
12 quia contentiones ſunt inter vos. Hoc
autem dico, q vnuſquiſq; veſtrum di-
cit, Ego quidem ſum Pauli, ego autem
Apollo, ego verò Cephæ, ego aũt Chri-
13 ſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Pau
lus crucifixus eſt pro vobis? aut in noĩe
14 Pauli baptizati eſtis? Gratias ago Deo
q neminem veſtrum baptizaui, niſi
15 Criſpum & Caium: ne quis dicat q in
16 noĩe meo baptizati eſtis. Baptizaui au
C tem & Stéphanę domũ. Cæterùm ne-
17 ſcio ſi quem alium baptizauerim. Nõ
enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed
euangelizare: non in ſapientia verbi,
18 vt non euacuetur crux Chriſti. Verbũ
enim crucis pereuntibus quidem ſtulti
tia eſt: ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt
19 nobis, Dei virtus eſt. Scriptum eſt enĩ,
Perdam ſapientiam ſapiẽtium: & pru-
20 dentiam prudentiũ reprobabo. Vbi
ſapiens? vbi ſcriba? vbi conquiſitor hu-
ius ſeculi? Nõnne ſtultam fecit Deus ſa
21 pientiam huius mũdi? Nã quia in Dei
ſapientia non cognouit mundus per ſa-
pientiam Deum: placuit Deo per ſtulti
D tiã prędicationis ſaluos facere credẽtes.
22 Qm̃ & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſa-
23 pientiam quærunt: nos autem prędica
mus Chriſtum crucifixum: Iudæis, qui-
dem ſcandalum, Gentibus autem ſtul-
24 titiam, ipſis autẽ vocatis Iudæis atque
Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſa
25 pientiam. quia quod ſtultum eſt Dei,
ſapientius eſt hoĩbus: & qđ infirmum

1. Th. 5. d. 24
* eadẽ mẽ te & eadem ſententia ſ.
Act. 18. f. 24.
* meo
Act. 18. c. 8
* veſtrũ
1. Pet. 2. c. 16
Iud 2. a 4
Rom. 1. 16
Iſ. 9. c. 14
Eſa. 33. c. 18

26est Dei, fortius est hominibus. ¶ Videte
eni vocationé vestram fratres, quia non
multi sapientes sm carnem, non multi
27potentes, non multi nobiles: ¶ sed quæ
stulta sunt mundi elegit Deus, vt cõfun
dat sapientes: & infirma mundi elegit
28Deus, vt cõfundat fortia: ¶ & ignobilia
mundi, & contemptibilia elegit Deus,
& ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt de-
29strueret: ¶ vt non glorietur ois caro in con
30spectu eius. ¶ Ex ipso autem vos estis in
Christo Iesu, qui factus est nobis sapien
tia à Deo & ‖ iustitia & sanctificatio &
31redéptio: ¶ vt quemadmodum scriptum
est: ‖Qui gloriatur, in dño glorietur.

‖Iere. 23 a 5. & 6
‖Iere. 9. f. 23. g. 23
2. Co. 10 d. 17.
‖Suprà 1 c. 17

CAP. II.

1 ET ego cũ venissem ad vos fratres, ve
A ni ‖ nõ in sublimitate sermonis aut
sapientiæ, annũtians vobis testimoniũ
2 Christi. ¶ Non enim iudicaui me scire
aliqd inter vos, nisi Iesum Christum, &
3 hunc crucifixum. ¶ Et ‖ ego in infirmita-
te & timore & tremore multo fui apud
4 vos: ¶ & ‖ sermo meus & prædicatio mea
nõ in persuasibilibus humanę sapiẽtię
B verbis, sed in ostẽsione spiritus & virtu-
5 tis: ¶ vt fides vestra non sit in sapientia
hominũ, sed in virtute Dei. Sapientiam
6 autem loquimur inter perfectos. ¶ Sapiẽ
tiam vero non huius seculi, neq; princi
7 pum huius seculi, qui destruuntur: ¶ sed
loquimur Dei sapientiam in mysterio,
quæ abscõdita est, quam prędestinauit
Deus ante secula in gloriam nostram,
8 ¶ quam nemo principũ huius seculi co-
gnouit: si enim cognouissent, nunquã
9 Dñm gloriæ crucifixissent. ¶ Sed sicut
C scriptum est, ‖Quod oculus non vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit quæ pręparauit Deus ijs qui di
10ligunt illum: ¶ Nobis aũt reuelauit Deus
per spiritũ suũ. Spiritus eni oia scrutatur,
11ẽt profunda Dei. ¶ Quis eni hominum
scit quæ sunt hominis, nisi spiritus ho-
minis qui in ipso est? ita & quæ Dei sũt
12nemo cognouit, nisi spiritus Dei. ¶ Nos
autem non spiritum huius mundi ac
cepimus, sed spiritum qui ex Deo est:
vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.
13¶ ‖ Quę & loquimur nõ in doctis huma
nę sapientię verbis: sed in doctrina Spi-
ritus, spiritualibus spiritualia cõparan-
14tes. ¶ Animalis aũt homo nõ percipit ea
D quæ sunt spiritus Dei. stultitia eni est illi,
& non põt intelligere: quia spiritualiter

‖Act. 17 a 1.
‖Suprà 1 c. 17
‖Isai. 64 a 4
‖2. Pet. 1 c. 16

15 examinatur. ¶ Spiritualis autẽ iudicat
16oia: & ipse à nemine iudicatur. ¶ ‖Quis
eni cognouit sensum Dñi qui instruat
eũ? Nos aũt sensum Christi habemus.

examinatur
‖Isai. 40. c. 13
Sapiẽ. 9. c. 13
Rom. 11 d. 34
dñi? aut, quis instruxit eum?

CAP. III.

1 ET ego fratres non potui vobis loq
A quasi spiritualibus, sed quasi carna
2 libus. Tãquam paruulis in Christo, lac
vobis potum dedi, non escam: nondum
eni poteratis. sed nec nũc qdẽ potestis:
3 adhuc eni carnales estis. ¶ Cũ eni sit in-
ter vos zelus & cõtentio, nõne carnales
4 estis, & sm hoiem ambulatis? ¶ Cũ eni
quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius
aũt, Ego Apollo: nónne homines estis?
Quid igitur est Apollo, qd verò Paulus?
5 ¶ Ministri eius cui credidistis, & vnicui-
6 que sicut Dñs dedit. ¶ Ego plãtaui, Apol
lo rigauit: sed Deus incrementũ dedit.
7 ¶ Itaq; neq; q plantat est aliquid, neq;
qui rigat: sed qui incrementũ dat, Deus.
8 ¶ ‖Qui aũt plantat & qui rigat, vnum
sunt. ‖ Vnusquisq; aũt propriam merce-
9 dem accipiet sm suum laborem. ¶ Dei
enim sumus adiutores: Dei agricultura
10estis, Dei ædificatio estis. ¶ Secundũ gra-
tiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens
architectus fundamentum posui: alius
11aũt superædificet. ¶ Fundamentũ enim
aliud nemo potest ponere, præter id qđ
positum est: quod est Christus Iesus.
12¶ Siquis autem superædificat super fun-
C damentum hoc, aurum, argentum, la-
pides preciosos, ligna, fœnum, stipulã,
13¶ vniuscuiusque opus manifestum erit:
Dies eni Dñi, declarabit, quia in igne
reuelabitur: & vniuscuiusque opus qua
14le sit, ignis probabit. ¶ Si cuius opus mã
serit quod superædificauit: mercedem
15accipiet. ¶ Si cuius opus arserit, detrimẽ
tum patietur: ipse autem saluus erit:
16sic tamen quasi per ignem. ¶ Nescitis qa
templum Dei estis: & Spiritus Dei ha-
17bitat in vobis? ¶ Si quis autem templũ
D Dei violauerit, disperdet illũ Deus. ‖Tẽ
plum enim Dei sanctũ est: qđ estis vos.
18¶ Nemo se seducat: si quis videtur inter
vos sapiens esse in hoc seculo, stultus
19fiat vt sit sapiẽs. ¶ Sapiẽtia eni huius mũ
di, stultitia est apud Deum. Scriptũ est
enim. ‖Cõprehendam sapientes in astu
20tia eorum. ¶ Et iterum, ‖Dñs nouit cogi-
tationes sapientium, quoniam vanæ
21sunt. ¶ Nemo itaq; glorietur in homini-
bus.

carnales 2.
‖Psal. 61 b 13
‖Galat. 6 b. 5
‖Infrà 6 d 19
2. Co. 6 d. 16
‖Iob 5. a. 13
‖Psal. 93 b. 11

22 bus. Omnia enim veſtra ſunt: ¶ ſiue Pau
lus, ſiue Apollo, ſiue Cephas, ſiue mun-
dus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue p̄ſentia, ſi-
23 ue futura, omnia enĩ veſtra ſunt: ¶ vos
autem Chriſti: Chriſtus autem Dei.

CAP. IIII.

1 SIc nos exiſtimet homo vt ‖ miniſtros
A Chriſti, & diſpenſatores myſteriorũ
2 Dei. ¶ Hîc iam quæritur inter diſpenſa-
3 tores vt fidelis q̃s inueniatur. ¶ Mihi au
tẽ ꝓ minimo eſt vt à vobis iudicer, aut
ab humano die: ſed neq; me ipſum iu-
4 dico. ¶ Nihil enĩ mihi conſcius ſum: ſed
nõ in hoc iuſtificatus ſum: qui autẽ iu-
5 dicat me, Dñs eſt. ¶ Itaq; nolite ante tẽ-
pus iudicare: quoadusq; veniat Dñs, q
& illuminabit abſcondita tenebrarũ,
& manifeſtabit cõſilia cordium: & tũc
6 laus erit vnicuiq; à Deo. ¶ Hæc aũt frẽs
transfiguraui in me & Apollo, ꝑp vos:
vt in nobis diſcatis, ne ſuprà q̃ ſcriptũ
eſt, vnus aduerſus alterum infletur pro
7 alio. ¶ Quis enim te diſcernit? Quid aũt
B habes qđ nõ accepiſti? Si aũt accepiſti,
8 quid gloriaris quaſi nõ acceperis? ¶ Iam
ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſi-
ne nobis regnatis: & vtinam *regnetis' vt
9 & nos vobiſcum *regnemus'. ¶ Puto enĩ
C ꝙ Deus nos Apl̃os nouiſſimos oſtendit
tanquam morti deſtinatos: quia ſpecta
culũ facti ſumus mundo, & Angelis &
10 hoĩbus. ¶ Nos ſtulti ꝑp Chriſtũ: vos autẽ
prudentes in Chriſto. nos infirmi: vos
aũt fortes. vos nobiles: nos aũt ignobi-
11 les. ¶ Vſq; in hãc horã & eſurimus, & ſi-
timus, & nudi ſumus, & colaphis cędi-
12 mur, & inſtabiles ſumus, ¶ ‖ & labora-
mus operantes manibus noſtris. male-
dicimur: & benedicimus. pſecutionẽ pa
13 timur: & ſuſtinemus. ¶ blaſphemamur:
& obſecramus, tãquã purgamẽta huius
mũdi facti ſumus, oĩum peripſêma vſq;
14 adhuc. ¶ Nõ vt cõfundam vos hæc ſcri-
bo: ſed vt filios meos cariſſimos mo-
15 neo. ¶ Nam ſi decem millia pædagogo-
rum habeatis in Chr̃o: ſed non multos
patres. Nam in Chr̃o Ieſu, per euange-
16 lium ego vos genui. ¶ Rogo ergo vos imi
17 tatores mei eſtote*. ¶ Ideo miſi ad vos
D Timotheum, qui eſt filius meus cariſſi-
mus & fidelis in Dño: qui vos cõmone-
faciet vias meas quę ſunt in Chriſto Ie-
ſu, ſicut vbiq; in omni Eccleſia doceo.
18 ¶ Tanquam nõ venturus ſim ad vos, ſic
19 inflati ſunt quidam. ¶ Veniam autẽ ad
vos citò, ſi Dñs voluerit: & cognoſcam
non ſermonem eorum qui inflati ſunt,
20 ſed virtutem. ¶ Non enim in ſermone
21 eſt regnũ Dei, ſed in virtute. ¶ Quid vul-
tis? in virga veniam ad vos: an in chari-
tate, & ſpiritu manſuetudinis?

CAP. V.

1 OMnino audit̃ inter vos fornicatio,
A & talis fornicatio, qualis nec inter
Gentes, ‖ ita vt vxorem patris aliquis ha ‖ Leui. 18 b. 8. 20. b. 12.
2 beat. ¶ Et vos inflati eſtis: & nõ magis lu
ctum habuiſtis, vt tollatur de medio ve
3 ſtrum qui hoc opus fecit? ¶ ‖ Ego quidẽ ‖ Colo. 2. a. 5.
abſens corpore, pręſens aũt ſpiritu, iam
B iudicaui vt præſens, eum qui ſic* opera *hoc t.
4 tus eſt, ¶ in noĩe Dñi nr̃i Ieſu Chriſti, cõ
gregatis vobis & meo ſpiritu, cũ virtute
5 dñi nr̃i Ieſu* tradere huiuſmodi homi- *Chri ſo.
nẽ Satanæ in interitũ carnis, vt ſpũs ſal
uus ſit in die Dñi- noſtri' Ieſu- Chriſti'. -2.
6 ¶ Non eſt bona gloriatio veſtra. ‖ Neſci- ‖ Gala. 5. b. 9
C tis quia modicũ fermentum totã maſ-
7 ſam corrumpit? ¶ Expurgate * vetus fer- *igitur 4.
mentum, vt ſitis noua cõſperſio, ſicut e-
ſtis azymi. Etenim Paſcha noſtrũ immo
8 latus eſt Chriſtus. ¶ Itaq; epulemur: nõ
in fermẽto veteri, neq; in fermento ma
litię & nequitię: ſed in azymis ſyncerita
9 tis & veritatis. ¶ Scripſi vobis in ep̃la, ne
10 cõmiſceamini fornicarijs. ¶ non vtique
D fornicarijs huius mũdi, aut auaris, aut
rapacibus, aut idôlis ſeruientib⁹: alio-
quin debueratis de hoc mundo exiſſe.
11 ¶ Nunc aũt ſcripſi vobis non cõmiſceri,
ſi is qui frater nominat̃, eſt fornicator,
aut auarus, aut idôlis ſeruiens, aut ma-
ledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cũ eiuſ
12 modi nec cibũ ſumere. ¶ Quid enĩ mihi
de ijs q foris ſunt iudicare? Nõne de ijs
13 qui intus ſunt vos iudicatis? ¶ nam eos
qui foris ſunt, Deus iudicabit? Auferte
malum ex vobis ipſis.

CAP. VI.

1 AVdet aliquis veſtrum habens nego
A tiũ aduerſus alterũ, iudicari apud
2 iniquos, & nõ apud ſctõs? ¶ An neſcitis
qm̃ ſancti de* mũdo iudicabũt? Et ſi in *hoc
vobis iudicabit̃ mũdus: indigni eſtis q
3 de minimis iudicetis? ¶ Neſcitis qm̃ An
gelos iudicabimus? quãtò magis ſecula
4 ria? ¶ Secularia igit̃ iudicia ſi habueritis
cõtẽptibiles q ſũt in eccleſia, illos cõſti
5 tuite ad iudicandũ. ¶ Ad verecundiã ve
B ſtrã dico. Sic nõ eſt inter vos ſapiẽs quiſ
quã, q poſſit iudicare inter fratrẽ ſuũ?

Sed

6 ꝰSed frater cùm fratre iudicio cōtēdit:
7 & hoc apud infideles? ꝰIā quidē oīno de-
lictū est in vobis, ꝙ iudicia habetis in-
ter vos. ‖Quare nō magis iniuriā accipi-
tis? quare non magis fraudem patimini?
8 ꝰ‖Sed vos iniuriā facitis & fraudatis: &
9 hoc fratribus. ꝰAn nescitis q̄ iniqui re-
gnū Dei nō possidebūt? Nolite errare,
Neq; fornicarij, neq; idôlis seruientes,
neq; adulteri, neq; molles, neq; mascu
10 lorū cōcubitores, ꝰneq; fures, neq; aua-
C ri, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; ra-
11 paces regnū Dei possidebūt. ꝰEt hęc* qui
dā fuistis: sed abluti estis, sed sanctifica
ti estis, sed iustificati estis in noīe Dñi
nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nři.
12 ꝰOīa mihi licēt, sed non oīa expediunt.
Oīa mihi licēt: sed ego sub nullius redi
13 gar potestate. ꝰEsca vētri, & vēter escis:
Deus aūt & hunc & *has destruet. cor-
pus aūt nō fornicationi, sed Dño: & Do
14 minus corpori. ꝰDeus verò, & Dñm su-
scitauit & nos suscitabit per virtutem
15 suam. ꝰNescitis qm̄ corpora vestra mē-
D bra sunt Christi? Tollēs ergo membra
Christi, faciam mēbra meretricis? Absit.
16 ꝰAn nescitis, qm̄ q adhæret meretrici,
vnum corpus efficitur? ‖Erunt enim (in
17 quit) duo in carne vna. ꝰQui aūt adhæ
18 ret Dño: vnus spiritus est. ‖Fugite forni-
cationē. Oē* peccatū quodcunq; fecerit
homo, extra corpus est: q aūt fornicat̃,
19 in corpus suū peccat. ꝰAn nescitis qm̄
membra vestra, templum sunt spiritus
sancti, qui in vobis est, quem habetis à
20 Deo, & non estis vestri? ꝰ ‖ Empti enim
estis pretio magno. Glorificate & por-
tate Deum in corpore vestro.

CAP. VII.

1 DE quibus aūt scripsistis mihi: Bo-
A num est homini mulierem nō tā-
2 gere. ꝰPropter fornicationē aūt vnusq;-
que suam vxorē habeat, & vnaquæque
3 suum virum habeat. ꝰ‖Vxori vir debitū
4 reddat: similiter autē & vxor viro. ꝰMu
lier sui corporis potestatē nō habet sed
vir. Similiter autē & vir, sui corporis po
5 testatem non habet: sed mulier. ꝰNoli-
te fraudare inuicem, nisi fortè ex cōsen-
su ad tp̄s, vt vacetis *orationi: & iterū re-
uertimini in idipsum, ne tentet vos Sa-
6 tanas pp̄ incontinentiā vestrā. ꝰHoc au-
tem dico s̃m indulgentiam, non s̃m
7 imperium. ꝰVolo aūt oēs hoīes esse si-
cut me ipsum: sed vnusquisq; propriū

‖Matt. 5. g. 39 Luca 6. d. 29. ‖Ro. 12. d 19. 1. The. 4. a. 6.
*quidā 1
Eccle. 37 d. 31. Infra 10 f. 23 *hanc *hæc.
‖Gene. 2. d 24 Matt. 19 a. 5. Marc 10 a. 8.
*enim
Ephe. 5. g. 31. Suprà 3 d. 17. 2. Cor. 6. d. 17.
‖Infrà 7 d. 23. 1. Pet. 1. c. 18.
1. Petr. 3. b. 7.
*ieiunio & 1

donum habet ex Deo: alius quidē sic,
8 alius verò sic. ꝰDico autē non nuptis &
B viduis: bonum est illis si sic *p̄maneant
9 sicut & ego. ꝰQuod si non se continent
nubant. Melius est enim nubere, quā
10 vri. ꝰIis aūt qui matrimonio iuncti sūt,
præcipio non ego, sed Dñs, ‖ vxorem à
11 viro non discedere: ꝰꝙ si discesserit, ma
nere innuptam, aut viro suo reconcilia
12 ri. Et vir vxorem non dimittat. ꝰNam
cæteris, ego dico, non Dñs. Si quis frater
vxorem habet infidelem, & hæc cōsen-
tit habitare cùm illo: non dimittat illā.
13 ꝰEt si qua mulier habet virū infidelem,
C & hic consentit habitare cū illa: non di
14 mittat virum. ꝰsanctificatus est enī vir
infidelis per mulierem fidelem: & san-
ctificata est mulier infidelis per virum
fidelem. alioquin filij vestri immundi
15 essent: nunc autem sancti sunt. ꝰQuòd
si infidelis discedit: discedat. non enim
seruituti subiectus est frater aut soror in
huiusmodi. in pace autem vocauit nos
16 Deus. ꝰVnde enim scis mulier, si virum
saluū facies? aut vñ scis vir, si mulierem
17 saluam facies? ꝰnisi vnicuiq; sicut diui-
sit Dñs, vnumquemque sicut vocauit,
Deus, ita ambulet, & sicut in oībus ec-
18 clesijs doceo. ꝰCircuncisus aliquis voca
D tus est? non adducat p̄putium. In p̄pu-
tio aliquis vocatus est? nō circuncidat̃.
19 ꝰCircuncisio nihil est, & præputiū nihil
20 est: sed obseruatio mādatorū Dei. ꝰ ‖V-
nusquisq; in qua vocatione vocatus est,
21 in ea permaneat. ꝰSeruus vocatus es? nō
sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber,
22 magis vtere. ꝰQui enim in Dño vocatus
est seruus, libertus est Dñi: similiter q
23 liber vocatus est, seruus est Christi. ꝰPrę
E tio empti estis, nolite fieri serui homi-
24 nū. ꝰVnusquisq; in quo vocatus est, *fra
25 ter in hoc *p̄maneat apud Deū. ꝰDe vir-
ginibus autē p̄ceptum Dñi non habeo:
consiliū autem do, tanquā misericordiā
26 consecutus à Dño vt sim fidelis. ꝰExisti-
mo *ergo hoc bonum esse pp̄ instantē
necessitatem, qm̄ bonum est homini sic
27 esse. ꝰAlligatus es vxori? noli quærere so
lutionem. Solutus es ab vxore? noli quæ
28 rere vxorem. ꝰSi autem acceperis vxo-
rem: non peccasti. Et si nupserit virgo,
non peccauit. tribulationem tamen car
nis habebunt huiusmodi. Ego autem
29 vobis parco. ꝰHoc itaque dico fratres,
tempus breue est, Reliquum est, vt & q

*maneant 12.
‖Matt 5. c. 32. 19. b. 9 Marc. 10 b. 9. 10. 11. Luce 16. d. 18.
‖Ephe. 4 a. 2.
Suprà 6. d. 20 1. Pet. 1. c 18. *fratres 2. *maneāt *enim *autē 6

habent

habent vxores, tanquã nõ habẽtes sint:
30 ¶& qui flent, tanquã non flentes: & qui
gaudent, tanquam non gaudentes: & q
31 emunt, tanquam non possidẽtes: ¶& q
F vtuntur hoc mundo, tanquam non vtã
tur: præterit enim figura huius mundi.
32 ¶Volo autem vos sine solicitudine esse.
Qui sine vxore est: solicitus est quę Dñi
33 sunt, quõ placeat Deo. ¶Qui aũt cũ vxo-
re est, solicitus est quæ sunt mũdi, quõ
34 placeat vxori: & diuisus est. ¶Et mulier
innupta & virgo, cogitat q̃ Dñi sunt: vt
sit sctã & corpore & spiritu. Quæ autẽ
nupta est, cogitat quæ sunt mundi: quõ
35 placeat viro. ¶Porrò hoc ad vtilitatẽ ve-
stram dico: non vt laqueũ vobis injiciã,
sed ad id quod honestum est, & quod
facultatem præbeat sine impedimento
36 Dñm *obseruandi*. ¶ Si quis autẽ turpẽ
se videri existimat super virgine sua, q
G sit superadulta, & ita oportet fieri: qđ
37 vult faciat. non peccat, -si* nubat. ¶Nã
qui statuit in corde suo firmus, non ha-
bens necessitatem, potestatem autẽ ha-
bens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in
corde suo, seruare virginem suam: bene
38 facit. ¶ Igitur & qui matrimonio iungit
virginem suam, bene facit: & qui non
39 iungit, melius facit. ¶ ‖ Mulier alligata
est legi quanto tempore vir eius viuit.
quòd si dormierit vir eius, liberata est:
40 cui vult nubat: tantum in Dño. ¶ Bea-
tior autem erit, si sic permanserit secun
dùm meum consilium. puto autem q
& ego spiritum Dei habeam.

CAP. VIII.

1 DE ijs aũt quæ idôlis sacrificant, sci-
A mus quia oẽs scientiam habemus.
Scientia inflat: caritas verò ædificat.
2 ¶Si quis aũt se existimat scire aliquid,
nondũ cognouit, quemadmodum opor
3 teat eum scire. ¶Si quis aũt diligit Deũ,
4 hic cognitus est ab eo. ¶De escis aũt quę
idôlis immolant, scimus quia nihil est
B idôlum in mundo, & quod nullus est
5 Deus, nisi vnus. ¶Nam etsi sunt qui di-
cantur dij, siue in cælo, siue in terra (si-
quidem sunt dij multi, & Dñi multi)
6 ¶nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo
oĩa & nos in *illũ*: & vnus Dñs, Iesus
Christus per quem oĩa, & nos per ipsũ.
7 ¶Sed non in oĩbus est scientia. Quidàm
autem *conscientia vsq; nunc idôli, qua
C si idôlothytum manducant: & cõsciẽ
tia ipsorum cùm sit infirma, polluitur.

8 ¶Esca aũt nos non commendat Deo. Ne-
que enĩ si manducauerimus, abundabi
mus: neq; si nõ manducauerimus, defi-
9 ciemus. ¶Videte aũt ne fortè hęc licen-
10 tia vestra offendiculũ fiat infirmis. ¶Si
enĩ qs viderit eũ q habet sciẽtiã, in idô
D lio recumbentẽ: nõne cõsciẽtia eius, cũ
sit infirma, ędificabit̃, ad mãducandũ
11 idôlothyta? ¶Et peribit infirmus in tua ‖Ro. 14. c. 15
sciẽtia frẽr, pp quem Chrs mortuus est? *conscien-tia
12 ¶Sic aũt peccãtes in frẽs, & pcutiẽtes con
scientiã eorũ infirmam: in Christũ pec-
13 catis. ¶‖ Quapp si esca scandalizat fra- ‖Ro. 14. d. 21
trem meum: non manducabo carnem
in æternũ, ne fratrẽ meum scandalizẽ.

CAP. IX.

1 NOn sum liber? Non sum Apls? Nõ-
A ne Christum Iesum Dñm nostrũ
vidi? Nõne opus meũ vos estis in Dño?
2 ¶-Et* si alijs non sum Apls: sed tñ vobis -1.
sum. Nam signaculũ Apostolatus mei
3 vos estis in Dño. ¶ Mea defensio apud
4 eos q me interrogãt, hæc est: ¶Nunquid
non habemus potestatẽ manducãdi &
5 bibendi? ¶ Nunquid non habemus po-
testatem mulierẽ sororem circunducẽ-
di, sicut & cæteri Apli & fratres Dñi, &
6 Cephas? ¶Aut ego solus & Barnabas, nõ
7 habemus potestatẽ hoc operãdi? ¶ Quis
militat suis stipendijs vnquã? Quis plã-
tat vineam: & de fructu eius non edit?
Quis pascit gregẽ: & de lacte gregis non
8 manducat? ¶ Nunquid fm hoĩem hæc
9 dico? An & lex hęc non dicit? ¶ Scriptũ
B est enĩ in lege Moysi, ‖Non alligabis os ‖Deu. 25. a. 4
boui trituranti. Nunquid de bobus cu 1. Tim. 5 c. 18.
10 ra est Deo? ¶An pp nos vtiq; *dicit? Nã *hoc
pp nos scripta sunt. qm debet in spe q
arat, arare: & qui triturat, in spe fructus
11 percipiendi. ¶ ‖Si nos vobis spiritualia ‖Rom. 15 f. 27
seminauimus: magnũ est si nos carna-
12 lia vestra metamus? Si alij potestatis ve
stræ participes sunt: quare non potius
nos? Sed non vsi sumus hac potestate:
sed oĩa sustinemus, ne quod offendicu-
13 lum demus Euangelio Christi. ¶ ‖ Ne- ‖Deu. 18 a. 1
scitis qm qui in sacrario operantur: quę
de sacrario sunt edunt: -& qui altari -8.
14 deseruiunt, cũ altari participant? ¶Ita &
Dñs ordinauit ijs qui Euangelium an-
15 nuntiant, de Euangelio viuere. ¶ Ego
autem nullo horum vsus sum. Nõ autẽ
scripsi hæc, vt ita fiat in me: bonum est
C enim mihi magis mori, q̃ vt gloriam
16 meam quis euacuet. ¶ Nam & si euan-

gelizauero.

gelizauero, non est mihi gloria: necessi-
tas eni mihi incumbit: væ eni mihi est,
17 si nõ euangelizauero. ¶Si eni volẽs hoc
ago: mercedem habeo. si aũt inuitus: di
18 spẽsatio mihi credita est. ¶Quæ est ergo
merces mea? Vt Euangeliũ prædicans, sine
sumptu ponam Euangeliũ, vt non abu-
19 tar potestate mea in Euangelio. ¶Nã cũ
liber essem ex oĩbus, oĩum me seruum
20 feci: vt plures lucrifacerem. ¶Et factus
sum Iudæis tanquã Iudæus: vt Iudæos
21 lucrarer. ¶iis qui sub lege sunt: quasi
sub lege essem (cũ ipse nõ essem sub le-
ge) vt eos q sub lege erant lucrifacerẽ.
D ijs qui sine lege erant, tanquam sine le
ge essem (cũ sine lege Dei nõ essem: sed
in lege essem Christi) vt lucrifacerẽ eos
22 q sine lege erãt. ¶Factus sum infirmis in
firmus: vt infirmos lucrifacerẽ. Oĩbus
oĩa factus sum: vt oẽs facerem saluos.
23 ¶Oĩa aũt facio pp Euangeliũ: vt parti-
24 ceps eius efficiar. ¶Nescitis q ij q in sta-
dio currũt, oẽs qdẽ currũt: sed vnus ac-
cipit brauium? Sic currite vt cõprehen-
25 datis. ¶Oĩs aũt q in agone cõtendit ab
oĩbus se abstinet, & illi quidẽ vt corru p
tibilẽ coronam accipiant: nos autẽ in-
26 corruptã. ¶Ego igitur sic curro, nõ quasi
in incertum: sic pugno, non quasi aërẽ
27 verberans: ¶sed castigo corpus meũ, &
in seruitutem redigo, ne forte cũ alijs
prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

C A P. X.

1 NOlo enim vos ignorare fratres, qm̃
A patres nostri oẽs ‖sub nube fuerũt,
2 & oẽs ‖mare transierunt, ¶& oẽs in Moy
3 se baptizati sunt in nube & in mari: ¶&
‖oẽs eandẽ escã spiritalem manducaue
4 runt, ¶& ‖oẽs eũdẽ potũ spiritalẽ bibe-
B runt: (bibebant aũt de spiritali, conse-
quẽte eos, petra: petra aũt erat Christus.)
5 ¶sed non in pluribus eorũ beneplacitũ
est Deo. nam ‖prostrati sunt in deserto.
6 ¶Hæc aũt in figura facta sunt nostri, vt
nõ simus cõcupiscentes malorũ, ‖sicut
7 & illi cõcupierũt. ¶Neq; idôlolatræ ef-
ficiamini, sicut quidã ex ipsis: quemad-
modũ scriptũ est: ‖Sedit pp̃ls manduca
8 re & bibere, & surrexerunt ludere. ¶Ne-
que fornicemus, ‖sicut quidam ex ipsis
fornicati sunt, & ceciderũt vna die vigi
9 ti tria millia. ¶Neq; tẽtemus Christum:
C sicut quidam eorũ tentauerũt, & à ser-
10 pentibus perierunt. ¶Neq; murmuraue
ritis: ‖sicut quidã eorũ murmurauerũt

‖Exo. 13 d. 21
‖Num. 9 c. 18
‖Exo. 14 e. 22
Exod. 16 d. 15
Exod. 17 b. 6
‖Num. 20 b. 10 b. 11
‖Num. 26 g. 65
‖Num. 11 a. 4. b 5
Psal. 105 b. 14
‖Exo. 32 b. 6
‖Nu. 25 a. 1
‖Num. 21 b. 5. b. 6

11 & perierunt ab exterminatore. ¶Hæc au
tẽ oĩa in figura contingebant illis: scri-
pta sunt aũt ad correptionẽ nostram, in
12 quos fines seculorũ deuenerũt. ¶Itaq; q
13 se existimat stare, videat ne cadat. ¶Ten
tatio vos non apprehendat, nisi huma
na. fidelis aũt Deus est, qui nõ patietur
D vos tentari supra id qđ potestis: sed fa-
ciet etiã cũ tẽtatione prouentum, vt possitis
14 sustinere. ¶Propter qđ carissimi mihi,
15 fugite ab idôlorũ cultura. ¶Vt pruden-
tibus loquor: vos ipsi iudicate qđ dico.
16 ¶Calix bñdictionis cui bñdicimus: nõ-
ne cõmunicatio sanguinis Christi est? &
panis quẽ frãgimus, nõnne participatio
17 corporis Dñi est? ¶Qm̃ vnus panis, & vnũ
E corpus multi sumus. oẽs qui de vno pa
18 ne participamus. ¶Videte Isrl' sm carnẽ
nõnne qui edunt hostias, participes sũt
19 altaris? ¶Quid ergo? dico qđ idôlis im-
molatum sit aliquid? aut q idôlum sit
20 aliquid. ¶Sed quæ immolant Gentes, dæ
monijs immolant, & nõ Deo. Nolo au
21 tem vos socios fieri dæmoniorũ. ¶Non
potestis calicem Dñi bibere, & calicẽ dæ
moniorum: non potestis mensæ Dñi par
22 ticipes esse, & mensæ dæmoniorũ. ¶An
æmulamur Dñm? Nunquid fortiores il
F lo sumus? ‖Oĩa mihi licent, sed nõ oĩa
23 expediunt. ¶Oĩa mihi licẽt, sed non oĩa
24 ædificant. ¶Nemo quod suũ est quærat,
25 sed quod alterius. ¶Oẽ quod in macel-
lo vænit manducate, nihil interrogan-
26 tes propter cõscientiam. ¶‖Domini est
27 terra & plenitudo eius. ¶Si quis vocat
vos infidelium, & vultis ire: oẽ qđ vo-
bis apponitur manducate, nihil inter-
28 rogantes pp conscientiam. ¶Siquis autẽ
G dixerit, Hoc immolatum est idôlis, no
lite manducare propter illum qui indi-
29 cauit, & propter conscientiam: ¶conscien
tiam autem dico nõ tuam, sed alterius.
Vt quid enim libertas mea iudicatur ab
30 aliena conscientia? ¶Si ego cum gratia
participo: quid blasphemor pro eo q
31 gratias ago? ¶‖Siue ergo manducatis, si-
ue bibitis, siue aliud quid facitis, oĩa in
32 gloriã Dei facite. ¶Sine offensione esto-
33 te Iudæis & Gẽtibus, & ecclesiæ Dei: ¶si-
cut & ego per omnia omnibus placeo,
non quærens quod mihi vtile est, sed
quod multis; vt salui fiant.

C A P. X I.

1 IMitatores mei estote, sicut & ego
A Christi. ¶Laudo aũt vos fratres, q per

Num. 16 g. 32. 14. f. 37
apprehẽdit 1.
g.
nã oẽs & de vno calice
‖Eccl. 35 d. 38
Supra c. 6
‖Psal. 23 a. 1. 49. b 12
enim 1.
ad cænã
immolatitium 2.
alia 3.
‖Coloss. 3 c. 17

2 omnia mei memores estis: & sicut tradi
3 di vobis, præcepta mea tenetis. ¶ Volo
aūt vos scire, quod oīs viri caput Christus
est: caput aūt mulieris, vir: caput vero
4 Christi, Deus. ¶ Oīs vir orans aut prophe
tans velato capite, deturpat caput suū.
5 ¶ Oīs autem mulier orans aut prophetās
non velato capite, deturpat caput suū,
6 vnum enim est ac si decaluetur. ¶ Nam
B si non velatur mulier, *tondeatur. Si ve-
rò turpe est mulieri tonderi aut decal-
7 uari: velet caput suum. ¶ Vir quidē non
debet velare caput suum: qm̄ imago
& gloria Dei est: mulier aūt gloria viri
8 est. ¶ Non enim vir ex muliere est, sed
9 mulier ex viro. ¶ Etenim nō est creatus
vir pp mulierem, sed mulier pp virū.
10 ¶ (Ideo debet mulier *potestatē habere
C supra caput* pp angelos.) ¶ Veruntā ne
11 que vir sine muliere: neq; mulier sine
12 viro in Dn̄o. ¶ Nā sicut mulier de viro,
ita & vir p mulierē: oīa autē ex Deo.
13 ¶ Vos ipsi iudicate, decet mulierē nō ve-
14 latam orare Deū? ¶ Nec ipsa natura do-
cet vos, quod vir quidem si comam nutriat
15 ignominia est illi: ¶ mulier verò si comā
D nutriat, gloria est illi, qm̄ capilli pro ve
16 lamine ei dati sunt. ¶ Siquis aūt videtur
contentiosus esse: nos talem consuetu-
dinem non habemus, neque *ecclesia
17 Dei. ¶ Hoc autem præcipio non laudans
quod non in melius, sed in deterius con-
18 uenitis. ¶ Primùm quidem conuenienti
bus vobis in ecclesiam audio scissuras
19 esse inter vos, & ex parte credo. ¶ Nam
oportet & hæreses esse: vt & qui proba
20 ti sunt, manifesti fiant in vobis. ¶ Con-
uenientibus ergo vobis in vnum, iam
non est dominicam cœnam manduca-
21 re. ¶ Vnusquisq; enim suam cœnam præ
sumit ad manducandum. Et alius qui-
22 dem esurit: alius autem ebrius est. ¶ Nū
E quid domos non habetis ad manducā-
dum & bibendum? aut ecclesiā Dei cō-
temnitis: & confunditis eos q non ha-
bent? Quid dicam vobis? Laudo vos in
23 hoc? non laudo. ¶ Ego enim accepi à Do-
mino quod & tradidi vobis, qm̄ Dn̄s Ie-
sus in qua nocte tradebatur, accepit pa
24 nem: ¶ & gratias agens fregit, & dixit:
¶ Accipite & manducate, hoc est corpus
meum quod pro vobis tradetur: hoc fa-
25 cite in meam commemorationē. ¶ Simi
F liter & calicem, postquā cœnauit, dicēs:
Hic calix, nouū testamentū est in meo
sanguine: hoc facite, quotiescunq; bibe
26 tis, in meā cōmemorationē. ¶ Quotiescū
que enī manducabitis panē hunc, & ca
licē bibetis: mortem Dn̄i annūciabitis,
27 donec veniat. ¶ Itaq; quicunq; manduca
uerit panē hunc, vel biberit calicē Dn̄i
indignè: reus erit corporis & sanguinis
28 Dn̄i. ¶ Probet aūt seipsum homo: & sic,
de pane illo edat, & de calice bibat.
29 ¶ Qui enī manducat & bibit indignè:
G iudicium sibi manducat & bibit, non
30 diiudicans corpus Dn̄i. ¶ Ideo inter vos
multi infirmi & imbecilles, & dormiūt
31 multi. ¶ Quòd si nosmetipsos diiudica-
32 remus: non vtique iudicaremur. ¶ Dum
iudicamur autē, à Dn̄o corripimur: vt
33 nō cū hoc mūdo damnemur. ¶ Itaque
fratres mei, cùm cōuenitis ad manducā
34 dum, inuicem expectate. ¶ Siquis esurit,
domi manducet: vt nō in iudiciū cōue
niatis. Cętera aūt, cū venero disponam.

CAP. XII.

1 DE spiritualibus aūt, nolo vos igno-
A rare fratres. ¶ Scitis qm̄ cū Gentes
2 essetis, ad simulachra muta prout duce
3 bamini euntes. ¶ Ideo notū vobis facio,
quod nemo in spiritu Dei loquēs, dicit ana
thema *Iesu. Et nemo pōt dicere, Dn̄s
4 Iesus, nisi in Spiritu sctō. ¶ Diuisiones
verò gratiarū sunt: idem autē Spiritus.
5 ¶ Et diuisiones ministrationū sunt, idē
6 aūt Dn̄s. Et diuisiones operationū sūt,
idem verò Deus, q operatur oīa in oib⁹.
7 ¶ Vnicuiq; aūt datur manifestatio Spiri
8 tus ad vtilitatem. ¶ Alij quidē p Spiritū
datur sermo sapientiæ: alij autē sermo
scientiæ, secundùm eundem Spiritum:
9 ¶ alteri fides in eodem Spiritu: alij gra-
10 tia sanitatum, in vno Spiritu: ¶ alij ope-
B ratio virtutū, alij prophetia, alij discre-
tio spirituū, alij genera linguarum, alij
11 interpretatio sermonum. ¶ Hæc aūt oīa
operatur vnus atq; idem spiritus, diui-
12 dens singulis prout vult. ¶ Sicut enim
corpus vnum est, & membra habet mul
ta, omnia autem membra corporis cū
sint multa, vnum tamen corpus sunt,
13 ita & Christus. ¶ Etenim in vno spiritu
omnes nos in vnum baptizati sumus, si
ue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue li
beri: & oēs in uno Spiritu potati sumus.
14 ¶ Nam & corpus non est vnum mem-
15 brum, sed multa. ¶ Si dixerit pes, qm̄
non sum manus, non sum de corpore,
16 nū ideo nō est de corpore? ¶ Et si dixe-

Ephe. 5. c. 23.
*& 21.
*5.
Gene. 2. d. 21 d 22
*velamē *suū &
*ecclesię
Mat. 26 c. 26. Marc. 14 c. 22. Luca 22. b. 19.
Iohā. 6. f. 59. 2. Co. 13 b. 5.
Mar. 9 f. 36.
*Iesū.
Ro. 12. b. 6. 1. Pet. 4. c. 10.
Ro. 12. a. 3. Ephe. 4. b. 7. Rom. 12. a. 4.

C rit auris, Quĩ non sum oculus, non sum
17 de corpe: nõ ideo non est de corpe? ¶Si
totum corpus oculus, vbi auditus? Si to
18 tum auditus, vbi odoratus? ¶Nunc aũt
posuit Deus membra, vnumquodq; eo
19 rum in corpe sicut voluit. ¶Quòd si es-
sent oĩa vnum membrum, vbi corpus?
20 Nunc aũt multa q̃dem membra, vnũ
21 aũt corpus. ¶Nõ potest aũt oculus dice-
re manui: Opera tua non indigeo: aut
iterũ caput pedibus, Non estis mihi ne-
22 cessarij. ¶Sed multò magis q̃ videntur
membra corpis infirmiora esse, necessa
23 riora sunt: ¶& q̃ putamus ignobiliora
membra esse corpis, his honorem abũ-
dantiorem circundamus: & q̃ inhone-
sta sunt nr̃a abundantiorẽ honestatem
24 habent. ¶Honesta aũt nr̃a, nullius egẽt:
sed Deus tẽperauit corpus, ei cui deerat
25 abundantiorẽ tribuendo honorem, ¶vt
non sit schisma in corpe, sed idipsum
26 pro inuicẽ solicita sint mẽbra, ¶Et siq̃d
D patitur vnum membrum: compatiunt̃
oĩa membra, siue gloriat̃ vnũ mẽbrũ:
‖Ro. 12. b. 5 — 27 congaudent oĩa membra. ¶‖Vos autẽ
estis corpus Christi, & membra de mẽ-
Ephe. 4. b. 12 — 28 bro. ¶Et quosdam quidem posuit Deus
in ecclesia, primum Apostolos, secũdò
prophetas, tertiò doctores, deinde virtu
tes, exinde gratias curationũ, opitula-
Interpretationes sermonum. — tiones, gubernatiões, genera linguarũ.
29 ¶Nunquid oẽs Apostoli? Nunquid oẽs
30 prophetę? nunquid oẽs doctores? ¶nun-
quid oẽs virtutes (nunqnid oẽs gratiam
habent curationum? nunquid omnes
linguis loquuntur? nunquid omnes in-
31 terpretantur? ¶Æmulamini autem cha-
rismata meliora. Et adhuc excellentio
rem viam vobis demonstro.

CAP. XIII.

1 SI linguis hoĩum loquar & angelorũ,
A charitatem aũt non habeam: factus
sum velut ęs sonans, aut cymbalum tin
2 niens. ¶Etsi habuero prophetiam, & no-
uerim mysteria oĩa, & oẽm sciẽtiã, &
si habuero oẽm fidẽ ita vt montes trãs-
feram, charitatẽ aũt nõ habuero: nihil
3 sum. ¶Et si distribuero in cibos paupe-
rum oẽs facultates meas, & si tradidero
corpus meũ ita vt ardeam, charitatem
aũt non habuero: nihil mihi prodest.
4 ¶Charitas patiens est, benigna est Cha-
ritas non æmulatur, non agit perperã,
5 non inflatur, ¶non est ambitiosa, non
quærit quę sua sunt, non irritatur, non
6 cogitat malũ: ¶non gaudet sup iniquita
7 te, congaudet aũt veritati: ¶oĩa suffert,
8 oĩa credit, oĩa sperat, oĩa sustinet. ¶Cha-
C ritas nunq̃ excidit: siue prophetiæ eua-
cuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue
9 sciencia destruetur. ¶Ex parte enim co-
gnoscimus, & ex parte prophetamus.
10 Cũ aũt venerit quod pfectum est, eua-
11 cuabit̃ quod ex parte est. ¶Cũ essem par
uulus, loquebar vt paruulus, sapiebam
vt paruulus, cogitabam vt paruul⁹. Qñ
aũt factus sum vir, euacuaui quæ erant
12 paruuli. ¶Videmus nũc p speculum in
D ęnigmate: tunc aũt facie ad faciẽ. Nunc
cognosco ex parte, tunc aũt cognoscam
13 sicut & cognitus sum. ¶Nunc aũt ma-
nent, fides, spes, charitas, tria hæc: ma-
ior autem horum est charitas.

CAP. XIIII.

1 SEctamini charitatẽ, æmulamini spi-
A ritalia, magis autem vt prophetetis.
2 Qui enim loquitur lingua, non hoĩbus
loquitur, sed Deo: nemo enim audit.
3 *Spũ aũt loquitur mysteria, ¶nam q̃ p- — *Spiritu –1.
phetat hoĩbus loquitur ad ędificatio-
nẽ, & exhortationẽ, & consolationem.
4 Qui loquitur lingua, semetipsum ędifi
cat: qui aũt prophetat ecclesiam ædifi-
5 cat. Volo aũt oẽs vos loqui linguis, ma
gis aũt prophetare. Nam maior est qui
prophetat, q̃ qui loquitur linguis, nisi
forte interpretetur vt, ecclesia ędifica-
6 tionem accipiat. ¶Nũc aũt fratres, si ve-
B nero ad vos linguis loquens, q̃d vobis
prodero, nisi vobis loquar aut in reue-
latione, aut in sciẽtia, aut in prophetia,
7 aut in doctrina? ¶Tñ quę sine aĩa sunt
vocẽ dantia, siue tibia, siue cithara, nisi
distinctionem sonituũ dederint, qũo
scietur id q̃d canit̃, aut q̃d citharizat̃?
8 Etenim si incertam vocẽ det tuba: q̃s
9 parabit se ad bellum? ¶Ita & vos p lin-
guam nisi manifestũ sermonem dede-
ritis: qũo scietur id q̃d dicit̃? eritis enim
10 in aëra loquẽtes. ¶Tam multa, vtputa,
C genera linguarũ sunt in hoc mundo, — –1.
11 & nihil sine voce est. ¶Si ergo nesciero
virtutẽ vocis, ero ei cui loquor barbar⁹,
12 & q̃ loquit̃ mihi barbarus. ¶Sic & vos,
qm̃ æmulatores estis spirituũ: ad ædifi-
13 cationẽ ecclesię q̃rite vt abundetis. ¶Et
ideo q̃ loquit̃ lingua oret vt interprete
14 tur. ¶Nã si orem lingua, spũs me⁹ orat,
15 mens aũt mea sine fructu est. ¶Quid er
go est? Orabo spũ, orabo & mente: psal-

16 lam spũ, psallam & mente. ¶Ceterum si
benedixeris spũ: *qui supplet locũ idio
D tę', quõo dicet: Amen super tuam bene-
17 dictionem ¶qm̃ quid dicas, nescit. ¶nam
tu quidem bene gratias agis, sed alter
18 non ædificatur. ¶Gratias ago Deo meo,
19 q̄ omnium vr̃m lingua loquor. ¶Sed in ec
clesia volo quinq; verba sensu meo lo-
qui, vt & alios instruã: q̄ decem millia
20 verborũ in lingua. ¶Fratres nolite pue-
ri effici sensib⁹, sed malitia paruuli esto
21 te, sensibus aũt perfecti estote. ¶In lege*
scriptum est, ‖Qm̃ in aliis linguis & la-
biis aliis loquar pp̃lo huic, & nec sic ex-
22 audiẽt me, dicit Dñs. ¶Itaq; linguę in si
gnum sunt non fidelibus sed infideli-
bus: *prophetiæ' aũt, non infidelibus,
23 sed fidelibus. ¶Si ergo cõueniat vniuer-
E sa ecclesia in vnũ, & oẽs linguis loquan
tur, intrent aũt idiotæ aut infideles, nõ
24 ne dicẽnt* q̄ insanitis? ¶Si aũt oẽs pphe
tent, intret aũt quis infidelis vel idiota
cõuincitur ab oĩbus, diiudicatur ab oi-
25 bus. ¶occulta cordis ei⁹ manifesta fiũt:
& ita cadẽs in faciem adorabit Deum,
pronuntians q̄ verè Deus in vobis sit.
26 ¶Quid ergo est fratres? Cùm cõuenitis,
vnusquisq; vestrûm psalmum habet,
doctrinam habet, apocalypsim habet,
linguam habet, interpretationẽ habet,
27 oĩa ad ędificationem fiãt. ¶Siue lingua
quis loquitur, sẽm duos, aut vt multum
tres, & p partes, vnus & interpretetur.
28 ¶Si aũt non fuerit interpres, taceat in ec
F clesia, sibi aũt loquatur & Deo. ¶Pro-
29 phetæ aũt duo aut tres dicant, & cæte-
30 ri diiudicent. ¶Quòd si alij reuelatum
31 fuerit sedenti, prior taceat. ¶Potestis enĩ
oẽs per singulos pphetare, vt oẽs discãt,
32 & oẽs exhortentur. ¶& spũs propheta-
33 rum, prophetis *subiecti sunt'. Nõ enim
est dissensionis Deus, sed pacis: sicut &
in oĩbus ecclesiis sanctorum - doceo'.
34 ¶Mulieres in ecclesiis taceãt, nõ enim p
G mittitur eis loqui, ‖sed subditas esse, si-
35 cut & lex dicit. ¶‖Siquid aũt volunt di-
scere, domi viros suos interrogent. Tur-
pe est enim mulieri loqui in ecclesia.
36 ¶An à vobis verbum Dei processit? aut
37 in vos solos peruẽnit? ¶Siquis videtur
propheta esse, aut spritualis, cognoscat
quæ scribo vobis, quia Dñi sunt manda
38 ta. ¶Siquis autem ignorat, ignorabitur.
39 ¶Itaq; fratres æmulamini prophetare,
40 & loqui linguis nolite prohibere. ¶Om-

‖ qui supplet locũ idiotæ
*enim
‖ Esai. 28. c. 11.
*prophetiæ
*quid
*subiecti est.
‖ 1. Ti. 2 d. 11.
‖ Gen. 3. c. 16.

nia autem honestè & secundùm ordi-
nem fiant in vobis.

CAP. XV.

1 NOtum aũt vobis facio fratres Euã-
A gelium qđ prædicaui vobis, quod
2 & accepistis, in quo & statis, ¶per qđ &
saluamini, qua ratione p̃dicauerim vo-
bis, si tenetis, nisi frustra credidistis.
3 ¶Tradidi enim vobis in primis quod &
accepi, qm̃ Chrs mortuus est pro pecca-
4 tis nris ‖sẽm scripturas: ¶& ‖quia sepult⁹
est, & quia resurrexit tertia die, ‖sẽm scri
5 pturas. ¶Et quia visus est Cephæ, & post
6 hoc vndecĩ. ¶Deinde visus est plus quã
quingẽtis fratribus simul: ex q̃bus mul
ti manent vsq; adhuc, quidam aũt dor-
7 mierũt. ¶Deinde visus est Iacobo, dein
8 de Apostolis oĩbus. ¶Nouissimè autem
B oĩum tanq̃ abortiuo, visus est & mihi.
9 ¶‖Ego enim sum minimus Apostolorũ,
qui non sum dignus vocari Apostolus,
10 qm̃ persecutus sum ecclesiam Dei. ¶Gra
tia aũt Dei sum id quod sum: & gratia
eius in me vacua non fuit, sed abundã-
tius illis oĩbus laboraui: non ego aũt,
11 sed gratia Dei mecum. ¶Siue enim ego,
siue illi: sic prædicamus, & sic credidi-
12 stis. ¶Si aũt Chrs prędicatur q̄ resurre-
xit à mortuis: quomodo quidam di-
cunt in vobis, qm̃ resurrectio mortuo-
13 rum nõ est? ¶Si aũt resurrectio mortuo
14 rum non est: neq; Chrs resurrexit. ¶Si
aũt Chrs non resurrexit, inanis est ergo
p̃dicatio nr̃a, inanis est & fides vestra.
15 ¶Inuenimur aũt & falsi testes Dei: qm̃
C testimonium diximus aduersus Deũ,
q̄ suscitauerit Chrm̃, quem non suscita
16 uit, si mortui non resurgunt. ¶Nam si
mortui non resurgunt, neq; Chrs resur
17 rexit. ¶Quòd si Chrs non resurrexit: va-
na est fides vestra, adhuc enim estis in
18 peccatis vestris. ¶Ergo & qui dormierũt
19 in Chro, perierunt. ¶Si in hac vita tm̃,
in Chro spetãtes sumus: miserabiliores
20 sumus oĩbus hoĩbus. ¶Nunc aũt Chrs
resurrexit à mortuis primitiæ dormien
21 tium, ¶‖qm̃ *quidem' per hoĩem mors:
& per hoĩem resurrectio mortuorum.
22 ¶Et sicut in Adam oẽs moriuntur: ita &
23 in Chro oẽs viuificabuntur. ¶‖Vnusq̃s-
que aũt in suo ordine, primitiæ Chrs:
deinde ij qui sunt Chri, - qui' in aduen
24 tum eius - crediderunt'. ¶Deinde finis:
D cùm tradiderit regnum Deo & patri, cũ
euacuauerit oẽm principatum & pote-

Gal. 1. b. 11.
‖ 1. Pet. 2 d. 24.
‖ Isa. 53. b. 5. c. 8.
‖ Ioh. 2. a. 2.
Mat. 12. e 40.
Matt. 28 a. 6.
Marc. 6. a. 6.
Luc. 24. a 6. e. 34.
Ioh. 20. c. 19.
‖ Act. 9. a. 3.
‖ Ephe. 3 b. 8.
‖ Apoc. 1. b 5.
Colos. 1. c. 18.
*enim 1.
Ge. 3. a. 6
Rom. 5 c. 12. 6. d. 23.
1. Th. 4. d. 15.
—1.
—2.

statem

Psal. 109 a.1. Heb.1.d. 11.10 c. 13.
°Nouissime
Ps.8.b.8. Hebre.2. b.8.

25statem & virtutem.¶Oportet aũt illum
regnare.‖donec ponat oẽs inimicos sub
26pedibus eius.¶°Nouissima⁾aũt inimica
destruet mors. ‖Oĩa enim subiecit sub
27pedibus eius. Cũm aũt dicat: ¶Oĩa sub-
iecta sunt ei: sine dubio, præter eum q
28subiecit ei oĩa.¶Cũm aũt subiecta fue-
rint illi oĩa: tunc & ipse filius subiectus
erit ei qui subiecit sibi oĩa, vt sit Deus
29oĩa in oĩbus. ¶Alioquin quid facient q
baptizantur pro mortuis, si oĩno mor-
tui non resurgunt? vt quid & baptizan
30tur pro illis? ¶vt quid & nos periclita-
31mur oĩ hora? ¶Quotidie morior °per⁾ve
stram gloriam fratres, quam habeo in
32Chro Iesu Dño nr̃o. ¶Si(sm hoiem)ad
bestias pugnaui Ephesi, quid mihi pro-
dest, si mortui non resurgunt? ‖mandu
cẽmus & bibamus, cràs enim morie-
33mur. ¶Nolite seduci, ¶Corrumpunt mo
34res bonos colloqa mala.¶Euigilate° iu-
E sti⁾& nolite peccare, ignorantiam enim
Dei quidam habent, ad reuerentiã vo-
35bis loquor.¶Sed°dicit⁾aliquis: Quõ re-
surgunt mortui? quali aũt corpore °ve-
36nient⁾?Insipiens, tu quod seminas non
37viuificatur, nisi prius moriatur. ¶Et qđ
seminas, non corpus quod futurum est
seminas, sed nudũ granũ, vt puta, triti-
38ci, aut alicuius cæterorũ. ¶Deus aũt dat
illi corpus sicut°vult⁾, & vnicuiq; semi-
39num proprium corpus. Non oĩs caro,
eadẽ caro: sed alia hoĩum, alia pecorũ,
40alia volucrum, alia piscium. ¶Et corpa
cęlestia, & corpa terrestria: sed alia qui-
dem cęlestiũ gloria, alia aũt terrestriũ.
41¶Alia claritas solis, alia claritas lunę, &
alia claritas stellarũ. Stellã enim à stel-
42la differt in claritate: ¶sic & resurrectio
mortuorũ. Seminatur in corruptione,
43surget in incorruptione. ¶Seminatur in
F ignobilitate: surget in gloria. Seminatr
44in infirmitate, surget in virtute. ¶Semi-
natr corpus aĩale, surget corpus spirita-
45le. ¶Si est corpus aĩale, est & spiritale, si-
cut scriptum est: ‖Factus est primus ho
mo Adã in aĩam viuentem: nouissim⁹
46Adã in spm viuificantẽ. ¶Sed non prius
qđ spiritale est, sed qđ aĩale, deinde qđ
47spiritale. ¶Primus homo de terra terre-
nus: secundus homo de cęlo, cęlestis.
48Qualis terrenus, tales & terreni: & qua
49lis cęlestis, tales & cęlestes. ¶Igitur sicut
portauimus imaginẽ terreni: portemus
50& imaginem cęlestis. ¶Hoc aũt dico fra

°propter
Isa.22.d. 13. 56.d. 12.
Sapiẽ. 2. b 6.
°iustè 4
°dicet 4.
°veniũt 8.
°voluit 8
Ge.2.b.7 -8.

tres, qa caro & sanguis regnũ Dei possi-
dere nõ possunt, neq; corruptio, incor-
51ruptelã possidebit. ¶Ecce mysteriũ vo-
G bis dico. Oẽs quidẽ resurgemus, sed non
52oẽs immutabimur. ¶In momento, in ictu
oculi, i nouissima tuba (canet enim-tu
ba⁾) & mortui resurgent incorrupti: &
53nos immutabimur. ¶Oportet enim cor
ruptibile hoc induere incorruptionẽ,
& mortale hoc induere immortalitatẽ.
54¶Cũ aũt °mortale hoc induerit immor-
talitatẽ, tunc fiet sermo qui scriptus est.
55‖Absorpta est mors in victoria. ¶Vbi est
mors victoria tua? vbi est mors stimul⁹
56tuus? ¶Stimulus aũt mortis pcm̃ est: vir-
57tus verò peccati, lex. ¶Deo aũt grãs q de
dit nobis victoriã per Dñm nr̃m Iesum
58Chr̃m. ¶Itaq; fratres mei dilecti, stabi-
les estote, & immobiles, abundantes in
opere Domini semper, scientes quòd la
bor vester non est inanis in Domino.

°corruptũ hoc induerit incorruptionẽ & 2.
Osee 13. d.14. Hebre.2. d.14. 1.Ioh.3. a.5.


CAP. XVI.

1 DE collectis aũt q̃ fiunt in sanctos,
A sicut ordinaui ecclesiis Galatię, ita
2 & vos facite. ¶Per vnam sabbathi vnus-
quisq; vestrum apud se seponat, recon-
dens quod ei bene placuerit, vt non cũ
3 venero, tunc collectæ fiant. ¶Cũm autẽ
præsens fuero: quos probaueritis p epi-
stolas, hos mittam perferre gratiam ve-
4 stram in Ier̃m. ¶Quod si dignum fue-
5 rit vt & ego eam, mecum ibunt. ¶Veniã
aũt ad vos, cũm Macedoniam pertran-
siero: nam Macedoniam pertransibo.
6 ¶Apud vos aũt forsitã manebo, vel etiã
B hyemabo, vt vos me deducatis quocũn
7 que iero. ¶Nolo enim vos modò in trã-
situ videre, spero enim me aliquantulũ
temporis manere apud vos, si Dñs per-
8 miserit. ¶Permanebo aũt Ephesi, vsque
9 ad Pẽtecosten. ¶Ostium enim mihi ap-
tum est magnum & euidens, & aduer-
10sarij multi. ¶Si aũt venerit Timotheus,
videte vt sine timore sit apud vos: opus
enim Domini operatur, sicut & ego.
11¶Nequis ergo illum spernat, deducite
autem illum in pace: vt veniat ad me,
12expecto enim illum cum fratrib⁹. ¶De
Apollo autem fratre, vobis notum fa-
C cio, quoniam⁾ multum rogaui eum, vt
veniret ad vos cum fratribus: & vtique
non fuit voluntas eius, vt nũc veniret:
13veniet aũt cũ ei vacuum fuerit. ¶Vigi-
late, state in fide, viriliter agite, & con-
14fortamini. ¶Omnia vestra in charitate

15 fiat.¶Obsecro aũt vos fratres, nostis do
mum Stéphanę & Fortunati * qm̃ sunt
primitiæ Achaię,& in ministerium san
16 ctorum ordinauerũt se ipsos: ¶vt & vos
subditi sitis eiusmodi,& oĩ cooperanti
17 & laboranti.¶Gaudeo aũt in præsentia
G Stéphanę & Fortunati & Achaici,qm̃ id
18 qđ vobis deerat,ipsi suppleuerunt. ¶re-
fecerunt enim & meum spm̃ & vestrũ.
19 Cognoscite ergo q̃ huiusmodi sunt.¶Sa
lutant vos *ecclesiæ Asiæ . Salutant vos
in Dño multum,Aquila & Priscilla cũ
20 domestica sua ecclesia * . ¶Salutant vos
oés fratres . Salutate inuicem in osculo
21 sancto.¶Salutatio mea manu Pauli. ¶Si
22 quis non amat Dñm nostrum Iesum
Christum, sit anathema Maranatha.
23 ¶Gratia Dñi nostri Iesu-Christi' vobi-
24 scum.¶Charitas mea cum omnibꝰ vo-
bis in Christo Iesu. Amen.

*& Achaici
*omnes
*apud quos & hospitor
+3.

EPISTOLA
PAVLI APOSTOLI
Ad Corinthios II.



CAPVT PRIMVM.

1 PAVLVS Apostolus
A Iesu Christi p̃ volũ
tatẽ Dei, & Timo-
theus frater: eccle-
siæ Dei q̃ est Corin
thi cum oĩbus san-
ctis qui sunt in vni
2 uersa Achaia.¶Gra
tia vobis & pax à Deo Patre nr̃o, & dño
3 Iesu Christo.¶‖Benedictus Deꝰ & Pater
Dñi nostri Iesu Christi, pater misericor
diarum, & Deus totius consolationis,
4 q̃ consolatur nos in oĩ tribulatione no
stra, vt possimus & ipsi consolari eos q̃
in oĩ pressura sunt : per exhortationem
5 qua exhortamur & ipsi à Deo, quoniã
sicut abundant passiones Christi in no
bis,ita & per Christum abundat conso
6 latio nr̃a. ¶Siue aũt tribulamur, pro ve
stra exhortatione &salute:*siue exhor
B tamur,pro vestra exhortatione & salu

‖Ephe.1 a.3 1.Petr.1 a.3
*siue consolamur pro vestra consolatione +6.

te,quę operatur* tolerantiam' earundẽ
7 passionũ quas & nos patimur: ¶*& spes
nostra firma est pro vobis:scientes q̃ si
cut socij passionũ estis, sic eritis & cõso
8 lationis.¶Non enim volumus ignorare
vos fratres, de tribulatione nostra,quæ
facta est in Asia,qm̃ supra modum gra
uati sumus supra virtutem,ita vt tęde-
9 ret nos etiã viuere . ¶Sed ipsi in nobis-
metipsis rñsum mortis habuimꝰ, vt nõ
simus fidentes in nobis, sed in Deo qui
10 suscitat mortuos, ¶qui de tantis pericu-
lis nos eripuit & eruit, in quem spera-
11 mus qm̃ & adhuc eripiet. ¶adiuuanti-
bus & vobis in oratione p̃ nobis, vt ex
multarum personis facierum, eius q̃ in
nobis est donationis, per multos gratię
12 agantur pro nobis.¶Nam gloria nostra
C hæc est testimoniũ conscientię nostrę,
q̃ in simplicitate & synceritate Dei, &
non in sapientia carnali, sed in gratia
Dei conuersati sumus, in hoc' mundo:
13 abundãtius aũt ad vos. ¶Nõ enim alia
scribimꝰ vobis, q̃ quæ legistis &*cogno
scitis'.¶Spero aũt q̃ vsq; in finẽ cogno-
14 scetis, ¶sicut & cognouistis nos ex par-
te, q̃ gloria vestra sumꝰ, sicut & vos no-
15 stra in die Dñi nostri Iesu Christi . ¶Et
hac confidentia volui prius venire ad
16 vos, vt secũdam gratiam haberetis : ¶& p̃
vos transire in Macedoniam, & iterum
à Macedonia venire ad vos , & à vobis
17 deduci in Iudæam.¶Cùm ergo hoc vo-
luissem, nũquid leuitate vsus sum? Aut
quę cogito, s̃m carnẽ cogito, vt sit apud
18 me EST, & NON?¶Fidelis aũt Deus, q̃a
D sermo noster qui*fuit'apud vos, non est
19 in illo EST, & NON. Dei enim filius Ie
sus Christus, qui in vobis per nos prædi
catꝰ est, p̃ me & Syluanũ & Timotheũ,
non fuit in illo EST & NON, sed EST
20 in illo fuit.¶Quotquot enim promissio
nes Dei sunt, in illo EST: ideo & p̃ ip-
sum, Amen Deo, ad gloriam nostram.
21 ¶Qui aũt cõfirmat nos vobiscũ in Chri
22 sto, & qui vnxit nos, Deus: ¶qui & signa
uit nos, & dedit pignus Spũs in cordibꝰ
23 nostris. ¶Ego aũt testem Deum inuoco
in animam meam, q̃ parcens vobis, nõ
24 veni vltrà Corinthum , ¶non quia do-
minamur fidei vestrę, sed adiutores su
mus gaudij vestri: nam fide statis.

*in tolerantiã +.
*vt spes nostra firma sit
+3.
*cognouistis
*fit in

CAP. II.

1 STatui aũt hoc ipsum apud me, ne ite
A rum in tristitia venirem ad vos . ¶Si

enim

O

enim ego contristo vos: & qs est qui me
3 lętificet, nisi qui contristatᷓ ex me? ¶Et
hoc ipsum scripsi vobis, vt non cũ vene
ro, tristitiam sup tristitiam habeam, de
qbus oportuerat me gaudere: confidẽs
in oĩbus vobis, quia meum gaudium,
4 oĩum vestrum est. Nam ex multa tribu
latione & angustia cordis scripsi vobis
p multas lachrymas: non vt contriste-
mini, ‖sed vt sciatis quã charitatẽ habeã
5 abundantius in vobis. ¶Si qs aũt contri
stauit, non me cõtristauit: sed ex parte,
6 vt non onerem oẽs vos. ¶Sufficit illi qui
B eiusmodi est, obiurgatio hęc q̃ fit à plu
7 ribus: ¶ita vt econtrario magis donetis
& consolemini, ne fortè abundantiori
8 tristitia absorbeatᷓ q eiusmodi est. ¶Pro
pter qđ obsecro vos vt confirmetis in il
9 lum charitatem: ¶Ideo enim & scripsi,
vt cognoscã experimentum vestrum an
10 in oĩbus obedientes sitis. ¶Cui aũt ali-
C quid °donastis': & ego. Nã & ego qđ do- °donatis 3.
naui, siquid donaui, pp vos in persona
11 Christi, ¶vt non circumueniamur à sa-
tana: nõ enim ignoramus cogitationes
12 eius. ¶Cũ venissem aũt Troadẽ pp Euã-
gelium Christi, & ostium mihi apertũ
13 esset in Dño, ¶non habui requiẽ spiritui
meo, eò ꝙ nõ inuenerim Titum fratrẽ
meum, sed valefaciens eis profectus sum
14 in Macedoniam. ¶Deo aũt gratias, qui
D semper triumphat nos in Christo Iesu,
& odorẽ notitiæ suę manifestat per nos
15 in oĩ loco. ¶quia Christi bonus odor su
mus Deo in iis qui salui fiunt, & in iis
16 qui pereunt. ¶aliis quidem odor mortis
in mortem: aliis aũt odor vitæ in vitã.
17 Et ad hęc qs tam idoneus? ¶Non enim
sumus sicut plurimi, adulterantes ver-
bum Dei, sed ex synceritate, sed sicut ex
Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

CAP. III.

1 INcipimus iterũ nosmetipsos commẽ
A dare? aut nunquid egemus (sicut qui-
dam cõmẽdatitiis epistolis ad vos, aut
2 ex vobis? ¶Epla nostra vos estis, scripta
in cordibus nostris, q̃ scitur & legitur
3 ab oĩbus hoĩbus: ¶manifestati ꝙ episto-
la estis Chri, ministrata à nobis, & scri-
pta non atramento, sed Spũ Dei viui:
non in tabulis lapideis, sed in tabulis
4 cordis carnalibus. ¶Fiduciam aũt talẽ
5 habemus per Chrm ad Deum: ¶non ꝙ
sufficiẽtes simus cogitare aliquid à no-
bis, quasi ex nobis: sed sufficientia nra
6 ex Deo est. ¶q & idoneos nos fecit mi-
B nistros noui testamẽti: non °litera, sed °literę, sed Spiritus.
Spũ': litera enĩ occîdit, Spũs aũt viuifi-
7 cat. ¶Quòd si ministratio mortis, literis
deformata in lapidibus, fuit in gloria,
ita vt non possent intendere filij Israël
in faciem Moysi, pp gloriã vultus eius,
8 quæ euacuatur, ¶qũo non magis mini-
9 stratio Spũs erit in gloria? ¶Nã si mini-
stratio damnationis °in 'gloria est, mul °8.
tò magis abundat ministerium iustitię
10 in gloria. ¶Nam nec glorificatũ est, qđ
C claruit in hac parte, pp excellentem glo
11 riam. ¶Si enim quod euacuatur per glo-
riam est, multò magis qđ manet in ‖glo ‖Exo. 34 d. 33
12 ria est. ¶Habentes igitur talẽ spem, mul
13 ta fiducia vtimur: ¶& nõ ‖sicut Moyses
ponebat velamen sup faciẽ suam, vt nõ
intenderent filij Israël in faciem eius
14 quod euacuatᷓ, ¶sed obtusi sunt sensus
eorum. Vsq; in hodiernum enim diẽ,
D idipsum velamen in lectione veteris
testamenti manet nõ reuelatũ (°qm̃' in °quod 6.
15 Chro euacuatur, ¶) sed vsq; in hodiernũ
diẽ, cũ legitur Moyses, velamen positũ
16 est super cor eorum. ¶Cũ aũt conuersus
17 fuerit ad Dñm: auferetur velamẽ. ¶Dñs Iohan. 4. d. 24
aũt Spũs est. Vbi aũt Spũs Dñi: ibi liber
18 tas. ¶Nos verò oẽs, reuelata facie gloriã
Domini speculantes, in eandem imagi
nem transformamur à claritate in cla-
ritatem, tanq̃ à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

1 IDeo habentes hanc ministrationem:
A iuxta qđ misericordiam cõsecuti su-
2 mus, nõ deficimus, ¶sed abdicamus oc-
culta dedecoris, non ambulãtes in astu
tia, neq; adulterantes verbum Dei, sed
in manifestatione veritatis commẽdan
tes nosmetipsos ad oẽm conscientiam
3 hoĩum coram Deo. ¶Quòd si etiam op-
tum est Euãgelium nrm, in iis qui per-
4 eunt est opertum, ¶in quibus Deus huius
sęculi excæcauit mentes infidelium, vt
non fulgeat° illuminatio Euangelij glo °eis 2.
5 riæ Chri, qui est imago Dei. ¶Nõ enim
B nosmetipsos pdicamus, sed Iesum Chrm
Dñm °nrm': nos aũt seruos vestros per °1.
6 Iesum, qm̃ Deus qui dixit de tenebris lu
cem splendescere, °ipse' illuxit in cor- °11. 'qui 6
dibus nris ad illuminationem scientię
7 claritatis Dei, in facie Chri Iesu. ¶Habe
mus aũt thesaurum istum in vasis ficti
libus: vt sublimitas sit virtutis Dei, &
8 non ex nobis. ¶In oĩbus tribulationem

patimur, sed non angustiamur: aporia-
9 mur, sed non destituimur: ¶persecutio-
nem patimur, sed non derelinquimur:
C *deijcimur, sed non perimus: ¶ semper
10 mortificatioñe Iesu in corpore nño cir-
cũferentes, vt & uita Iesu manifestetur
11 in corporibus nñis. ¶ Semper enim nos
q viuimus, in mortem tradimur pp Ie-
sum: vt & vita Iesu manifestetur in car-
12 ne nña mortali. ¶Ergo mors ĩ nobis ope
13 ratur, vita aũt in vobis. ¶ Habentes aũt
eundem spm̃ fidei, sicut scriptum est:
‖Credidi pp quod locutus sum, & nos
14 credimus pp quod & loquimur: ¶scien-
tes qm̃ qui suscitauit Iesum, & nos cum
Iesu suscitabit & constituet vobiscum.
15 Omnia enim pp vos, vt gratia abundãs
D per multos in gratiarum actione, abun-
16 det in gloriam Dei. ¶Propter quod non
deficimus: sed licet is qui foris est no-
ster homo corrumpitur, tamen is qui
17 intus est renouatur de die in diem. ¶Id
enim quod in presenti est momẽtaneũ
& leue tribulationis nostræ, supramo
dum in sublimitate æternum gloriæ
18 pondus operatur in *nobis. ¶ non con-
templantibus nobis quæ videntur, sed
quæ non videntur. Quæ enim viden-
tur, temporalia sunt: quæ autem non
videntur, æterna sunt.

* humiliamur sed non cõfundimur.
‖Psa. 115 a. 10
* 2.

CAP. V.

1 SCimus enim quoniã si terrestris do-
A mus nostra huius habitationis dissol
uatur, q̃ ædificationem ex Deo habem⁹
domum non manufactam æternam in
2 cœlis. ¶Nam & ĩ hoc ingemiscimus, ha
bitationem nñam quæ de cęlo est, su-
3 perindui cupientes: ¶si tamẽ vestiti, nõ
4 nudi inueniamur. ¶Nam & qui sumus
in hoc tabernaculo, ingemiscimus gra-
uati: eò q̃ nolum⁹ expoliari, sed super-
uestiri, vt absorbeatur quod mortale est
5 à vita. ¶Qui aũt efficit nos in hoc ipsũ,
6 Deus qui dedit nobis pignus spũs. ¶Au-
dentes igitur semper, & scientes qm̃ dũ
sum⁹ in corpore, peregrinamur à Dño,
7 (per fidẽ enim ambulamus, & nõ p spe
8 ciem) ¶audemus aũt, & bonã voluntatẽ
B habemus magis peregrinari à corpore,
9 & p̃sentes esse ad dñm. ¶Et ideo conten-
dimus, siue absentes, siue p̃sentes pla-
10 cere illi. ¶ ‖ Oẽs enim nos manifestari
oportet ante tribunal Christi, vt referat
vnusquisq; ꝓpria corporis, prout gessit,
11 siue bonum, siue malum. ¶Scientes er-

Apoc. 16 c. 13
‖Ro. 14. b. 10.

go timorem Dñi hominibus suadem⁹:
Deo aũt manifesti sumus. Spero aũt &
in conscientijs vñis manifestos nos esse.
12 ¶Non iterum commendamus nos vo-
bis, sed occasionem damus vobis gloriã
di pro nobis, vt habeatis ad eos qui in
13 facie gloriantur, & non in corde. ¶Siue
C enim mẽte *excedimus, Deo: siue sobrij *excidimus
14 sumus, vobis. Charitas enim Chri vrget
nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus
pro omnibus mortuus est, ergo omnes
15 mortui sunt. ¶& pro omnibus mortuus
est Chr̃s, vt & qui viuunt, iam non si-
bi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus
16 est & resurrexit. ¶Itaque nos ex hoc ne-
minem nouimus s̃m carnem. Et si co-
gnouimus s̃m carnem Chr̃m: sed nunc
17 iam non nouimus. ¶Siqua ergo in Chr̃o
D noua creatura, ‖vetera transierunt, ec- ‖Isa. 43. c. 19 Apoc. 21 b. 5
18 ce facta sunt omnia noua. ¶Omnia au-
tem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi
per Chr̃m: & dedit nobis ministerium
19 reconciliationis. ¶quoniam quidẽ Deus
erat in Chr̃o mundum reconcilians si-
bi, non reputans illis delicta ipsorum,
& posuit in nobis verbum recõciliatio-
20 nis. ¶ Pro Christo ergo legatione fungi-
mur, tanquam Deo exhortante p nos.
Obsecramus pro Chr̃o, reconciliamini
21 Deo. ¶Eum qui non nouerat peccatum,
pro nobis peccatum fecit: vt nos effice-
remur iustitia Dei in ipso.

CAP. VI.

1 ADiuuantes autẽ *exhortamur, ne in *& 7.
A vacuum gratiã Dei recipiatis. ¶(Ait
2 enim: ‖Tẽpore accepto exaudiui te: & ‖Isai. 49 c. 8.
in die salutis adiuui te. Ecce, nũc tẽpus
acceptabile: ecce, nunc dies salutis.)
3 ¶‖nemini dantes vllam offensionẽ, vt ‖i. Co. 10 g. 32.
4 nõ vituperet ministerium nñm: ¶sed in
oĩbus exhibeamus nosmetipsos ‖sicut ‖i. Co. 4 a. 1.
Dei ministros, in multa patientia, in tri
bulationibus, in necessitatibus, in angu
5 stijs, ¶in plagis, in carceribus, in seditio-
nibus, in laborib⁹, ĩ vigilijs, in ieiunijs,
6 ¶in castitate, in sciẽtia, in longanimita-
B te, in suauitate, in Spiritu sancto, in cha-
7 ritate non ficta, ¶ in verbo veritatis, in
virtute Dei, p arma iustitiæ à dextris, &
8 à sinistris, ¶per gl̃iam & ignobilitatem,
p infamiã & bonã famam: vt seducto-
res & veraces, sicut q ignoti & cogniti:
9 ¶quasi morientes, & ecce viuimus: vt ca
10 stigati, & non mortificati: ¶quasi tristes,
semper autem gaudentes; sicut egentes,

multos

C multos autem locupletantes: tanquam
10 nihil habentes, & oĩa possidentes. ¶ Os
nr̃m patet ad vos ô Corinthij, cor nr̃m
12 dilatatũ est. ¶ Non angustiamini in no-
bis: angustiamini aũt in visceribus vr̃is.
13 ¶ eandem aũt habentes remunerationẽ
(tanquã filijs dico) dilatamini & vos.
14 ¶ Nolite iugum ducere cum infidelib⁹:
Quæ enim participatio iustitię cũ iniq-
tate? Aut quæ societas luci ad tenebras.
15 Quæ aũt cõuentio Chr̃i ad Belial? Aut
D quę pars fideli cum infideli? ¶ Qui aũt
16 consensus templo Dei cum idolis? ‖ Vos
enim estis templum Dei viui: sicut di-
cit De⁹. ‖ Qm̃ inhabitabo ĩ illis: & inam
bulabo, & ero illorũ Deus: & ipsi erunt
17 mihi ppl̃s. ¶ ‖ Propter qđ exite de medio
eorũ, & separamini dicit Dñs: & immũ-
18 dũ ne tetigeritis: & ego recipiã vos: ¶ ‖ &
ero vobis in patrem: & vos eritis mihi ĩ
filios & filias, dicit Dñs omnipotens.

‖ 1. Cor. 3 d. 17. 6. d. 19
‖ Leui. 26 b. 12
‖ Isa. 52. a 1. b. 9
‖ Iere. 31 [illegible]. b. 19.

CAP. VII.

1
A HAs ergo habentes promissiones ca-
rissimi, mundemus nos ab omni
inquinamento carnis & spiritus, perficiẽ
2 tes sanctificationem in timore Dei. ¶ Ca-
pite nos. Neminem lęsimus, neminem
corrupimus, neminem circumuenim⁹.
3 ¶ Non ad condemnationem* dico, præ-
dixi enim quòd in cordibus nr̃is estis
ad commoriendum & ad cõuiuendũ.
4 ¶ Multa mihi fiducia est apud vos, mul-
ta mihi gloriatio ꝓ vobis: repletus sum
consolatione: superabũdo gaudio in oĩ
5 tribulatione nr̃a. ¶ Nã & cũ venissemus
in Macedoniã, nullã reqem habuit caro
B nr̃a, sed oẽm tribulationẽ passi sumus,
6 foris pugnæ, intus timores. ¶ Sed q con-
solat̃ humiles, consolatus est nos Deus,
7 in aduẽtu Titi. ¶ Non solùm aũt in ad-
uentu eius, sed etiam in consolatione,
qua cõsolatus est in vobis, referẽs nobis
vr̃m desideriũ, vr̃m fletũ, vr̃am æmu-
lationẽ ꝓ me, ita magis vt gauderem.
8 ¶ Qm̃ & si cõtristaui vos in epistola, nõ
C me pœnitet: & si pœniteret, videns ꝙ epi
stola illa (& si ad horam) vos contrista-
9 uit, ¶ nunc gaudeo: nõ qa cõtristati estis,
sed qa contristati estis ad pœnitẽtiam.
Contristati enim estis ſm Deum, vt in
nullo detrimentũ patiamini ex nobis.
10 ¶ ‖ Quæ enim ſm Deum tristitia est, pœ-
nitentiã in salutem stabilem operatur:
11 seculi aũt tristitia mortẽ operat̃. ¶ Ecce
enim hoc ipsum, ſm Deum contristari

* vestram
‖ 1. Pet. 2. d. 19

vos, quantã in vobis operatur solicitu-
dinem: sed defensionẽ, sed indignatiõ-
nẽ, sed timorẽ, sed desideriũ, sed æmu-
lationem, sed vindictam, in oĩbus exhi
buistis vos, incõtaminatos esse negotio.
12 ¶ Igitur etsi scripsi vobis, non ꝑꝑ eum q
fecit iniuriam, nec ꝑꝑ eum qui passus
est: sed ad manifestandam solicitudi-
nem nr̃am quam habemus pro vobis*
13 coram Deo, ¶ Ideo cõsolati sumus. In cõ
D solatione aũt nr̃a, abundantius magis
gauisi sumus super gaudio Titi, quia re-
14 fectus est spũs eius ab oĩbus vobis. ¶ &
siquid apud illũ de vobis gloriat⁹ sum,
non sum confusus: sed sicut oĩa vobis
in veritate locuti sumus, ita gloriatio
nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta
15 est, ¶ & viscera eius abundanti⁹ in vobis
sunt: reminiscentis omnium vestrum
obedientiam, quomodo cum timore &
16 tremore excepistis illũ. ¶ Gaudeo ꝙ in
omnibus confido in vobis.

* ad vos 6.

CAP. VIII.

1
A NOtam aũt facim⁹ vobis fratres gra-
tiam Dei quę data est in ecclesiis
2 Macedoniæ, ꝙ in multo experimẽto tri
bulationis abundãtia gaudij ipsorum
fuit, & altissima paupertas eorum abũ-
3 dauit in diuitias simplicitatis eorũ, ¶ qa
ſm virtutem (testimonium illis reddo)
& supra virtutem voluntarij fuerunt,
4 ¶ cum multa exhortatione obsecrantes
nos gratiam & cõicationem ministerij
5 qđ fit in Sanctos. ¶ Et non sicut sperau-
mus, sed semetipsos dederunt, primùm
Dño, deinde nobis per volũtatem Dei;
6 ita vt rogaremus Titum, vt quemadmo
dum cępit, ita & ꝑficiat in vobis etiam
7 gratiam istam. ¶ Sed sicut in oĩbus abũ-
datis fide & sermone, & scientia, & oĩ
B solicitudine, - insuper' & charitate vr̃a
8 in nos, vt & in hac gratia abũdetis. ¶ Nõ
quasi imperans dico. sed per aliorum so
licitudinem, etiam vr̃æ charitatis inge-
9 nium bonũ comprobans. ¶ Scitis enim
gratiam Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, qm̃ ꝑꝑ vos
egenus factus est, cùm esset diues, vt il-
10 lius inopia vos diuites essetis. ¶ Et consi
lium in hoc do: hoc enim vobis vtile
est, qui non solùm facere, sed & velle
11 cœpistis ab anno priore: ¶ nunc verò &
facto perficite: vt quemadmodum prõ-
ptus est animus voluntatis, ita sit & per
12 ficiẽdi ex eo quod habetis. ¶ Si enim vo-
C luntas prompta est, secundum id quod

- 6.

habet,accepta eſt, non ſm id qđ nõ ha
13bet.Non enim vt aliis ſit remiſſio vo-
bis auté tribulatio : ſed ex ęqual itate.
14In pſenti tpe veſtra abundantia illorũ
inopiam ſuppleat: vt & illorũ abundã
tia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt
15ſiat ęqualitas, ſicut ſcriptum eſt : Qui
multũ,non abundauit:& q modicum,
16nõ minorauit.Gratias aũt Deo, qui de
dit eandem ſolicitudiné pro vobis in
17corde Titi, qm̃ exhortationem qdem
ſuſcepit: ſed cũ ſolicitior eſſet ſua volũ
18tate profectus eſt ad vos. Miſimus etiã
cũ illo fratré, cuius laus eſt in Euãgelio
19per oẽs Eccleſias: non ſolũ aũt, ſed & or
D dinatus eſt ab Eccleſijs comes peregri-
nationis nr̃æ : in hanc gratiã quæ mi-
niſtrat à nobis ad Dñi gl̃iam,& deſtina
20tam voluntatem nr̃am. deuitãtes hoc,
ne qs nos vituperet in hac plenitudine
21quę miniſtrat à nobis. Prouidemus
enim bona non ſolùm coram Deo, ſed
22etiam corã hominibus. Miſimus aũt
cum illis & fratrem noſtrum, quem ꝓ-
bauimus in multis ſępè ſolicitum eſſe:
nunc aũt multò ſolicitiorem, confiden-
23tia multa in vos. ſiue pro Tito qui eſt
ſocius meus & in vos adiutor ſiue fra-
tres nr̃i Apoſtoli eccleſiarum gloriæ
24Chriſti. Oſtenſionem ergo quę eſt cha-
ritatis veſtrę & noſtræ gloriæ pro vobis,
in illos oſtendite in facię Eccleſiarum.

CAP. IX.

1 NAm de miniſterio ꝙ fit in ſanctos
A ex abundanti eſt mihi ſcribere vo
2 bis. Scio enim promptũ animum vr̃m
ꝓ quo de vobis glorior apud Macedo-
nes. Qm̃ & Achaia parata eſt ab anno
p̃terito, & vr̃a ęmulatio ꝓuocauit plu-
3 rimos. Miſi aũt fratres vt ne quod glo-
riamur de vobis euacuet in hac parte,
4 vt(quemadmodũ dixi) parati ſitis: ne
cùm venerint Macedones mecũ, & in-
B uenerint vos imparatos, erubeſcamus
nos, vt nõ dicamus vos in hac ſubſtãtia.
5 Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fra
tres vt ꝓueniant ad vos, & præparent re
promiſſam benedictionem hanc paratã
eſſe ſic, quaſi benedictioné, non tanquã
6 auaritiã. Hoc aũt dico, Qui parcè ſemi
nat, parcè & metet: & q ſeminat in be-
nedictionibus, de bñdictionibus & me
7 tet. Vnuſquiſq; ꝓut deſtinauit in cor-
C de ſuo: nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate.
8 hilaré enim datoré diligit De⁹. Potés

eſt aũt Deus oém gr̃am abũdare facere
in vobis : vt in oĩbus ſemper oẽm ſuffi-
cientiam habẽtes, abundetis in oẽ opus
9 bonum, ſicut ſcriptum eſt: Diſperſit,
dedit pauperib⁹: iuſtitia eius manet in
10 æternũ. Qui aũt adminiſtrat ſemẽ ſe-
minanti : & panẽ ad mãducandũ p̃ſta-
bit: & multiplicabit ſemen vr̃m, & au-
11gebit incrementa frugũ iuſtitię vr̃ę: vt
in oĩbus locupletati abundetis in oẽm
D ſimplicitatem, quę operat p nos gratia-
12rũ actioné Deo. Qm̃ miniſteriũ huius
officij nõ ſolùm ſupplet ea quæ deſunt
ſanctis: ſed etiam abũdat p multas gra-
13tiarũ actiones ĩ Dño: p probationẽ mi-
niſterij huius, glorificãtes Deum in obe-
dientiam confeſſionis vr̃æ in Euangeliũ
Chr̃i, & ſimplicitate communicationis
14in illos, & in oẽs, & in ipſorum obſe-
cratione ꝓ vobis, deſiderãtium vos pp
15eminentem gratiam Dei in vobis. Gra-
tias Deo ſuper inenarrabili dono eius.

CAP. X.

1 IPſe auté ego Paulus obſecro vos per
A manſuetudiné & modeſtiam Chr̃i, q
in facie quidem humilis ſum inter vos,
2 abſens aũt confido in vobis. Rogo aũt,
ne p̃ſens audeã p eam confidentiã qua
exiſtimor audere ĩ quoſdã : q arbitrant
nos tanquam ſecũdùm carné ambule-
3 mus. In carne enim ambulantes, non
ſm carné militamus. Nã arma militiæ
4 nr̃æ non carnalia ſunt: ſed potẽtia Deo
ad deſtructionem munitionũ, conſilia
5 deſtruentes, & oém altitudiné extollen-
tem ſe aduerſus ſcientiã Dei, & in capti-
uitaté redigẽtes oém intellectũ in obſe-
B quium Chr̃i, & in promptu habentes
6 vlciſci oém inobedientiã, cùm impleta
7 fuerit vr̃a obedientia. Quæ ſm faciem
ſunt, videte. Si quis cõfidit ſibi, Chr̃i ſe
eſſe: hoc cogitet iterum apud ſe, qa ſicut
8 ipſe Chr̃i eſt: ita & nos. Nam & ſi am-
plius aliquid gloriat⁹ fuero de poteſta-
te nr̃a, quàm dedit nobis Dñs in ædifi-
cationem, & non in deſtructioné vr̃am,
9 non erubeſcam. Vt aũt non exiſtimer
C tanquam terrere vos p epiſtolas, (qm̃
10quidem epiſtolę, inquiunt, graues ſunt
& fortes : præſentia autem corporis in-
11firma, & ſermo contemptibilis) hoc co
gitet qui eiuſmodi eſt, quia quales ſu-
mus verbo per epiſtolas abſentes, ta-
12les & præſentes in facto. Non enim
audemus inſerere aut comparare nos

Pſa. 11. b. 9.
ſeculũ ſeculi.

quibuſdá,q ſeipſos cómendant:ſed ipſi
in nobis,noſmetipſos metiétes,& cópa-
13 tantes noſmetipſos nobis. Nos aút nó
[Epheſ.4 b.8] in imméſum gloriabimur: ‖ſed ſm mé
ſurá regulæ,qua menſus eſt nobis Deus,
14 menſurá pertingendi vſq; ad vos. Non
D enim quaſi non pertingentes ad vos, ſu
perextendimus nos. Vſq; ad vos ení per
15 uénimus in Euangelio Chriſti. Non in
imméſum gloriátes in alienis laborib⁹:
ſpé aút habentes creſcentis fidei veſtrę,
in vobis magnificati ſm regulá noſtrá
16 in abúdantia. etiá in illa quę vltra vos
ſunt,euangelizare, nó in aliena regula,
[Iere. 9. g.25] 17 in ijs quæ pparata ſunt gloriari. ‖Qui
[1.Cor.1 d.31] 18 aût gloriatur:in Dño glorietur. Non
enim qui ſeipſum commendat, ille pro
[*Dñs 3.] batus eſt:ſed quem *Deus' commendat.

CAP. XI.

1 VTinam ſuſtineretis modicú qd in-
A ſipiétię meę: ſed & ſupportate me.
2 Æmulor ení vos Dei æmulatione. De-
ſpondi ení vos vni viro, virginé caſtam
[Gene. 3 a.4] 3 exhibere Chřo. Timeo auté ne ‖ ſicut
ſerpés Heuá ſeduxit aſtutia ſua: ita cor-
rumpant̃ ſenſus veſtri,& excidát à ſim-
4 plicitate q̃ eſt in Chřo Ieſu. Ná ſi is qui
venit,aliú Chriſtú pdicat qué nó pdica-
uimus,aut aliú ſpm̃ accipitis qué nó ac
cepiſtis:aut aliud Euágeliú qđ nó rece-
5 piſtis:rectè pateremini. Exiſtimo enim
nihil me minus feciſſe à magnis Apl̃is.
6 Ná etſi imperitus ſermone,ſed nó ſcié-
B tia. In oíbus aút manifeſtati ſumus vo-
7 bis. Aut nunquid pctm̃ feci,meipſum
humilians,vt vos exaltemini? qm̃ gratis
8 Euágeliú Dei euágelizaui vobis? Alias
Eccleſias expoliáui, accipiés ſtipendiú
9 ad miniſteriú veſtrú. Et cú eſſem apud
vos, & egerem: nulli oneroſus fui: nam
quod mihi deerat, ſuppleuerút fratres
qui venerunt à Macedonia: & in oíbus
ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo.
10 Eſt veritas Chriſti in me, qm̃ hæc glo-
C riatio non infringetur in me in regioni-
11 bus Achaiæ. Quare? quia nó diligo vos?
12 Deus ſcit. Quod auté facio: & faciam,
vt amputem occaſionem eorum qui vo
lunt occaſionem: vt in quo gloriantur,
13 inueniantur ſicut & nos. Nam eiuſmo
di pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſubdo
li, transfigurantes ſe in Apl̃os Chriſti.
14 Et nó mirum: ipſe enim Satanas tráſ-
15 figurat ſe in Angelum lucis. non eſt
D ergo magnum ſi miniſtri eius tráſfigu-
rent̃ velut miniſtri iuſtitię: quorú finis
16 erit ſm opera ipſorum. Iterú dico, (ne
quis me putet inſipientem eſſe: alioquí
velut inſipiété accipite me, vt & ego mo
17 dicú quid glorier): quod loquor, non
loquor ſm *Deum', ſed quaſi in inſipié [*Dñm 1.]
18 tia, in hac ſubſtantia glorię. Qm̃ multi
gloriantur ſm carné: & ego gloriabor.
19 Libenter ení ſuffertis inſipiétes: cú ſitis
20 ipſi ſapiétes. Suſtinetis ení ſi quis vos
E in ſeruituté redigit, ſiquis deuorat, ſi qs
accipit, ſi quis extollit̃, ſi qs in facié vos
21 cędit. Secúdú ignobilitaté dico, quaſi
nos infirmi fuerimus- in hac parte'. In [–1.]
quo quis audet (in inſipientia dico) au-
22 deo & ego. Hebręi ſunt: & ego. Iſraëli-
tę ſunt: & ego. Semé Abrahę sút, & ego.
23 Miniſtri Chriſti ſunt:- & ego' (vt min⁹ [–2.]
ſapiés dico) plus ego: in laboribus pluri
F mis, in carceribus abúdantiùs, in plagis
24 ſupra modú, in mortibus frequéter. A
Iudæis quinquies, ‖ quadragenas, vna [Deu. 25 a.3]
25 minus accepi. ‖ Ter virgis cæſus ſum, [Act.16. c.22]
‖ſemel lapidatus ſum, ‖ter naufragium [Act 14. c.18]
feci, nocte & die in pfundú maris fui, [Act.27. a.g.41]
26 in itineribus ſæpe, periculis fluminú,
periculis latronú, periculis ex genere,
periculis ex Gétibus, periculis in ciuita-
te, periculis in ſolitudine, periculis in
27 mari, periculis in falſis fratribus, in la
bore & ęrúna, in vigilijs multis, in fame
& ſiti, in ieiunijs multis, in frigore &
28 nuditate, pter illa q̃ extrinſecus ſunt:
inſtátia mea quotidiana, ſolicitudo o-
29 mniú eccleſiarú. Quis infirmat̃, & ego
G nó infirmor? qs ſcandalizat̃, & ego non
30 vror? Si gloriari oportet: q̃ infirmitatis
31 meę ſunt, gloriabor. Deus & pater Dñi
noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in
32 ſecula, ſcit q̧ non mentior. ‖Damaſci [Act. 9. d.24]
prępoſitus Gétis Aretę regis, cuſtodiebat
ciuitaté Damaſcenorú, vt me cóprehen
33 deret: & p feneſtrá in ſporta dimiſſus
ſum per murú, &- ſic' effugi manus ei⁹. [–4.]

CAP. XII.

1 SI gloriari oportet, non expedit qui-
A dem? veniá autem ad viſiones & re-
2 uelationes Domini. ‖Scio hominem in [Act 9 / 11. d.17]
Chriſto ante annos quatuordecim (ſi-
ue in corpore: ſiue extra corpus, ne-
ſcio: Deus ſcit) raptum huiuſmodi vſ-
3 que ad tertium cælú. Et ſcio huiuſmo-
di hominem (ſiue in corpore, ſiue extra
4 corpus, neſcio: Deus ſcit) qm̃ raptus eſt
in Paradiſum: & audiuit arcana verba,

5 quæ non licet homini loqui. ¶ Pro hu-
B iuſmodi gloriabor: pro me autẽ nihil
gloriabor, niſi in infirmitatibus meis.
6 ¶ Nã & ſi voluero gloriari, non ero inſi-
piens: veritatẽ enĩ dicã. parco aũt: ne qs
*me exiſtimet ſuper id qđ videt in meˡ,
7 aut aliquid audit ex me. ¶ Et ne magni-
tudo reuelationum extollat me, datus
eſt mihi ſtimulus carnis meæ angelus
8 Satanę, vt me colaphizet. ¶ Propter qđ
C ter Dñm rogaui, vt diſcederet à me: ¶ &
9 dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam
virtus in infirmitate perficitur. Libẽter
igitur gloriabor in infirmitatibus meis,
10 vt inhabitet in me virtus Chri. ¶ Propter
qđ placeo mihi in infirmitatibus, in cõ
tumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutio
nibus, in anguſtijs pro Chro. Cũ enim
11 infirmor, tũc potẽs ſum. ¶ Factus ſum in
D ſipiens: vos me coëgiſtis. Ego enĩ à vo-
bis debui cõmẽdari: nihil enĩ minꝰ fuiˡ
ab ijs q ſunt ſupra modũ Apli, tametſi
12 nihil ſum. ¶ Signa tñ Apſatus mei ˡfacta
ſunt ſup vos in oĩ patientia, in ſignis &
13 prodigijs & virtutibus. ¶ Quid eſt enim
qđ minus habuiſtis p̃ cæteris eccleſijs:
niſi ꝙ ego ipſe nõ grauaui vos? Donate
14 mihi hãc iniuriã. ¶ Ecce, tertiò hoc para-
E tus ſum venire ad vos: & nõ ero grauis
vobis. Nõ enĩ q̃ro q̃ veſtra ſunt: ſed vos.
Nec enĩ debẽt filij parẽtibꝰ theſauriza-
15 re, ſed parẽtes filijs. ¶ Ego aũt libẽtiſſimè
impẽdã & ſuperimpendar ego ipſe ꝓ aĩabꝰ
vr̃is: licet plus vos diligẽs minꝰ diligar.
16 ¶ Sed eſto: ego vos nõ grauaui: ſed cũ eſ-
17 ſem aſtutus, dolo vos cepi. ¶ Nũqd p ali
quẽ eorũ quos miſi ad vos, circumueni
18 vos? ¶ Rogaui Titũ: & miſi cũ illo fratrẽ.
F Nũqd Titus vos circũuenit? nõne eodẽ
ſpũ ambulauimus? nõne ijſdẽ veſtigijs?
19 Olĩ putatis ꝙ excuſemus nos apud vos?
Corã Deo in Chro loqmur: oĩa aũt ca-
riſſimi pp ędificationẽ vr̃am. ¶ Timeo e-
nĩ ne fortè cũ venero, nõ quales volo, in
ueniã vos: & ego inueniar à vobis, qualẽ
nõ vultis: ne fortè cõtẽtiones, ęmulatio
nes, aĩoſitates, diſſenſiões, detractiones,
ſuſurratiões, inflationes, ſeditiones ſint
21 inter vos. ¶ ne iterũ cũ venero, humiliet
me Deꝰ apud vos: & lugeã multos ex ijs
q añ peccauerũt, & nõ egerũt pęnitẽtiã
ſup immũditia & fornicatione & impu
dicitia quã geſſerũt. CAP. XIII.


1 A ECce tertiò hoc venio ad vos: ‖In ore
duorum vel triũ teſtiũ ſtabit omne
2 verbũ. ¶ Prędixi & p̃dico vt præſens*, &
nũc abſens ijs q añ peccauerũt, & cęte-
ris oĩbꝰ, qm̃ ſi venero iterũ, nõ parcam.
3 ¶ An experimẽtũ q̃ritis eiꝰ q in me loq
tur Chrs: q in vobis nõ infirmat̃, ſed po
4 tẽs eſt in vobis? ¶ Nã etſi crucifixus eſt ex
B infirmitate: ſed viuit ex virtute Dei. Nã
& nos infirmi ſumus in illo: ſed ᵃviue-
5 musˡ cũ eo ex virtute Dei in vobis. ¶ ‖Voſ
metipſos tẽtate ſi eſtis in fide: ipſi vos ꝓ
bate. An nõ cognoſcitis voſmetipſos q̃a
Chrs Ieſus in vobis eſt, niſi fortè repro-
6 bi eſtis. ¶ Spero aũt ꝙ ᵃcognoſcitisˡ quia
7 nos nõ ſumus reprobi. ¶ Oramus autem
Deũ, vt nihil mali faciatis, nõ vt nos ꝓ-
bati appareamus, ſed vt vos qđ bonum
C eſt, faciatis, nos autẽ vt reprobi ſimus.
8 ¶ Nõ enĩ poſſumus aliqd aduerſus veri-
9 tatẽ: ſed ꝓ veritate. ¶ Gaudemus enim,
qm̃ nos infirmi ſumus, vos aũt potẽtes
eſtis. Hoc & oramus, veſtrã cõſumma-
10 tionẽ. ¶ Ideo hæc abſens ſcribo. vt nõ prę
ſens durius agã ſm poteſtatẽ quam Dñs
D dedit mihi in ędificationẽ, & nõ in de-
11 ſtructionẽ. ¶ De cætero fratres, gaudete,
perfecti eſtote: exhortamini. idẽ ſapite:
pacem habete, & Deus pacis & dilectio
12 nis erit vobiſcum. ¶ Salutate inuicem in
oſculo ſc̃tõ. Salutant vos omnes ſancti.
13 ¶ Gratia Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & cha-
ritas Dei, & communicatio ſancti Spiri
tus ſit cũ omnibus vobis. Amen.

Ioan. 8.17. Hebr. 10. c. 28
ᵃbis
ᵃ viuim
9. ii. Co. 12. f. 28
ˡcognoſceti s 8

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI Ad Galatas.



CAPVT PRIMVM.



1 A AVLVS Apoſtolus
non ab hominibus,
neq; per hominem,
ſed per Ieſum Chri-
ſtum, & Deum pa-
trem qui ſuſcitauit
2 eum à mortuis, ¶ &
qui mecum ſunt oẽs
3 fratres: eccleſijs Galatiæ. ¶ Gratia vobis
& pax à Deo patre & Dño noſtro Ieſu

ii. Co. 1. 1.
Ephe. 4. 5.

4 Christo, ¶q dedit semetipsum pro pec-
catis nostris. vt eriperet nos de presenti
seculo nequam, ſm voluntatem Dei &
5 patris nostri:¶cui est gloria in secula se-
6 culorum. Amen.¶Miror, q sic tam citò
B transferimini ab eo qui vos vocauit in
gratiam Christi, in aliud Euangelium:
7 ¶quod non est aliud: nisi sunt aliqui q
vos conturbant, & volunt conuertere
8 Euangelium Christi.¶Sed licet nos, aut
Angelus de cælo euágelizet vobis pter-
quã quod euangelizauimus vobis, ana-
9 thema sit.¶Sicut prediximus, & núc ite
rum dico: Si quis vobis euangelizauerit
præter id quod accepistis, anathema sit.
10 ¶Modò eni hominibus suadeo, an deo?
An quero hominibus placere? Si adhuc
hoíbus placerem, Christi seruus nõ es-
11 sem.¶||Notú enĩ vobis facio fratres Euá- ||1.Co 15 a.2.
gelium quod euangelizatú est à me, qa
12 non est ſm hoíem.¶||neq; enim ego ab ||Ephe.3 a.3.
C hoíe accepi illud, neq; didici: sed p re-
13 uelationẽ Iesu Christi.¶Audistis eni cõ
uersationẽ meã aliqñ in Iudaismo, qm
supra modú persequebar ecclesiá Dei,
14 & expugnabam illam, ¶& proficiebam
in Iudaismo supra multos coætaneos
meos in genere meo, abúdátius ęmula-
tor existẽs paternarú mearú traditionú
15 ¶Cùm autem placuit ei qui me segrega-
uit ex vtero matris meæ, & vocauit per
16 gratiá suá, ¶vt reuelaret filiú suú in me,
vt euangelizarem illú in Gentibus, con
tinuò non acquieui carni & sanguini,
17 ¶neque veni Ierosolymam ad antecesso
D res meos Apostolos: sed abij in Arabiá,
18 & iterú reuersus sum Damascú.¶Dein-
de post annos tres veni Ierosolymá vi-
dere Petrum: & mansi apud eú diebus
19 quindecim.¶Aliú aút Apľorum vidi ne
20 minẽ: nisi Iacobú fratrẽ Dñi.¶Quę autẽ
scribo vobis: ecce coram Deo, quia non
21 mentior.¶Deinde veni in partes Syriæ
22 & Ciliciæ.¶Eram aút ignotus facie ec-
23 clesijs Iudææ, quę erant in Chro:¶tñ
autem auditum habebant, Qm qui per
sequebatur nos aliquando, nunc euan-
gelizat fidem, quá aliquando expugna-
24 bat, ¶& in me clarificabant Deum.

CAP. II.

1 DEinde post annos quatuordecí, ite
A rum ascendi Ierosolymam cú Bar
2 naba, assumpto & Tito.¶Ascendi autem
ſm reuelationẽ· & contuli cú illis Euá-
gelium quod prædico in Gentibus, seor
sum autem ijs qui videbãtur- 'aliquid -7.
esse': ne fortè in vacuú currerem aut cu 'maior. esse 3.
3 currissem.¶Sed neque Titus q mecum
erat, cú esset Gentilis, compulsus est cir-
4 cuncidi: ¶-sed' pp subintroductos fal- -3.
sos fratres q subintroierunt explorare
libertatẽ nostrá, quá habemus in Chro
5 Iesu, vt nos in seruitutẽ redigerẽt.¶Qui
bus neq; ad horá cessimus 'subiectioni': 'subie-ctione 3.
vt veritas Euangelij pmaneat apud vos.
6 ¶Ab ijs aút q videbant esse aliquid (qua
les aliquãdo fuerint, nihil mea interest.
B ||Deus psoná hoís nõ accipit) mihi enĩ ||Deu. 10 d.17
q videbantur esse- aliquid', nihil cõtu- 2.Para.9
7 lerút.¶Sed ecõtra cú vidissent q creditú c.17
est mihi Euangelium præputij, sicut Pe Iohã. 34
8 tro circuncisionis (¶qui enim operatus b.11
est Petro in Apľatú circuncisionis: ope- Suprà 6. b.8
9 ratus est & mihi inter Gẽtes) ¶& cú co- Eccle. 35
gnouissent gratiam quę data est mihi, b.16
Iacobus & Cephas & Iohannes q vide- Roma.2.
bantur columnæ esse, dextras dederút b.11
mihi & Barnabæ societatis: vt nos in Ephe.6. b.9
10 Gẽtes, ipsi aút in circúcisionẽ: ¶tantùm Colos.3.
vt pauperum memores essemus, qđ etiá d.25
11 solicitus fui hoc ipsum facere.¶Cú aút Act.10.
C venisset 'Cephas' Antiochiá: in faciẽ ei e 34
12 restiti, qa reprehensibilis erat.¶Prius e- 1.Petr.1
nim q venirent quidam à Iacobo, cum c.17.
Gentibus edebat: cú aút venissent, sub- -6.
trahebat & segregabat se, timens eos q 'Petrus
13 ex circuncisione erant.¶Et simulationi
eius consenserunt cæteri Iudæi, ita vt &
Barnabas duceretur ab eis in illam si-
14 mulationem.¶Sed cú vidissem q non
rectè ambularent ad veritatem Euange
lij, dixi Cephæ coram oíbus: Si tu cùm
Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iu-
daicè: quomõ Gentes cogis Iudaizare?
15 ¶Nos natura Iudęi, & non ex Gentibus
16 peccatores.¶||Scientes aút q non iusti- ||Rom 3 c.19.e.28
ficatur homo ex operibus legis, nisi per
fidem Iesu Christi: & nos in Chro Iesu
'credimus', vt iusticemur ex fide Chri- 'credidi-mus 1.
sti, & non ex operibus legis: pp quod
||ex operibus legis non iustificabitur oís ||Rom.3. c.20
17 caro.¶Quod si quærentes iustificari in
D Christo, inuenti sumus & ipsi peccato-
res: nunquid Christus peccati minister
18 est? Absit.¶Si enim quæ destruxi, iterú
hæc ædifico· præuaricatorem me cõsti-
19 tuo.¶Ego enim per legem, legi mortuus
sum, vt Deo viuam: Chro cõfixus sum
20 cruci.¶Viuo autem, iam nõ ego: viuit ve
rò in me Christus. Quod autem nunc

viuo in carne: in fide viuo filij Dei, q di
lexit me, & tradidit semetipsum p me.
21 Nõ abijcio gratiam Dei. Si enĩ p legem
iustitia, ergo gratis Chrs mortuus est.

CAP. III.

1 O Insensati Galatæ, qs vos fascinauit
A non *obedire veritati, ante quorũ
oculos Iesus Chrs proscriptus est, & in
2 vobis crucifixus? Hoc solũ à vobis volo
discere, Ex operib[9] legis Spm accepistis,
3 an ex auditu fidei? Sic stulti estis, vt cũ
spũ cœperitis, nũc carne cõsũmamini?
4 Tãta passi estis sine causa? si th sine cau
5 sa. Qui ergo tribuit vobis Spm, & ope
rat virtutes in vobis: ex operibus legis,
6 an ex auditu fidei? Sicut *, ‖ Abraham
credidit Deo, & reputatũ est illi ad iu
7 stitiam. *Cognoscite ergo qa q ex fide
8 sunt, ij sunt filij Abrahę. Prouidens au
té scriptura qa ex fide iustificat Gentes
B Deus, pnuntiauit Abrahę, ‖ Quia bñdicé
9 tur in te oés gétes. Igit q ex fide sunt,
10 benedicent cũ fideli Abrahã. Quicun-
que enĩ ex operibus legis sunt, sub ma-
ledicto sunt. Scriptũ est enĩ, ‖ Maledict[9]
oĩs q nõ permanserit in oĩbus q̃ scripta
11 sunt in libro legis, vt faciat ea. Qm aũt
in lege nemo iustificatur apud Deũ, ma
nifestum est: ‖ quia iustus ex fide *viuit.
12 Lex auté nõ est ex fide: sed ‖ q fecerit ea
13 viuet in illis. Chrs nos redemit de ma
ledicto legis, factus p nobis maledictũ
(qa scriptũ est: ‖ Maledictus oĩs q pédet
14 in ligno) vt in Gétibus bñdictio Abra-
hę fieret in Christo Iesu: vt pollicitatio-
15 né Spiritus accipiamus per fidem. Fra-
C tres (sm hoĩem dico) ‖ tñ hominis con-
firmatum testamentum nemo spernit,
16 aut superordinat. Abrahę dictę sunt p
missiones: & semini eius. Non dicit, Et
seminibus, quasi in multis: sed quasi in
17 vno, Et semini tuo q est Chrs. Hoc aũt
dico, testamentũ cõfirmatũ est à Deo: q̃
post quadringétos & triginta annos fa-
cta est lex, nõ irritũ facit ad euacuandã
18 promissioné. Nã si ex lege hęreditas, iá
non ex pmissione. Abrahę aũt p repro-
19 missioné donauit Deus. Quid igit lex?
Propter *transgressiones posita est, do-
nec veniret semen cui promiserat: ordi
nata per angelos in manu mediatoris.
20 Mediator aũt, vnius non est: Deus aũt
21 vnus est. Lex ergo aduersus promissa
D Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ
posset viuificare: verè ex legè esset iusti-
22 tia. Sed ‖ cõclusit scriptura oĩa sub pec-
cato: vt pmissio ex fide Iesu Christi da-
23 retur credentibus. Prius aũt, q̃ veniret
fides: sub lege custodiebamur conclusi,
24 in eam fidé quæ reuelanda erat. Itaq;
lex pædagogus noster fuit in Chro: vt
25 ex fide iustificemur. At vbi venit fides,
26 iam nõ sumus sub pędagogo. Oés enĩ
filij Dei estis per fidem in Christo Iesu.
27 ‖ Quicunq; enim in Christo baptizati
28 estis: Christũ induistis. Nõ est Iudæus,
neq; Grecus, non est seruus, neq; liber,
non est masculus, neq; fœmina. Oés
29 enim vos vnũ estis in Chro Iesu. Si aũt
vos Christi: ergo semen Abrahę estis, se
cundùm promissionem hęredes.

CAP. IIII.

1 DIco aũt, quãto tpe hęres paruulus
A est, nihil differt à seruo, cũ sit Dñs
2 oĩum, sed sub tutoribus & actoribus
3 est vsq; ad pfinitũ tps à pře: ita & nos,
cũ essemus paruuli, sub elementis mũ-
4 di eramus seruientes. At vbi venit ple
nitudo tpis, misit Deus filiũ suũ factũ
5 ex muliere, factũ sub lege: vt eos q sub
lege erant, redimeret, vt adoptionem fi
6 liorũ reciperemus. Qm aũt estis filij *:
misit Deus Spm filij sui in corda vestra
7 clamanté: Abba Pater. Itaq; iam nõ est
seruus, sed filius. Quòd si filius: & hrs
8 p Deũ. Sed tũc qdé ignorãtes Deũ, ijs
9 q natura nõ sunt dij, seruiebatis. Nũc
B aũt cũ cognoueritis Deũ, imò cogniti si
tis à Deo: qũo cõuertimini iterũ ad in-
firma & egena elementa, qbus denuò
10 seruire vultis? Dies obseruatis, & men-
11 ses, & tpa, & annos. Timeo vos, ne for-
12 tè sine causa laborauerim ĩ vobis. Esto-
te sicut ego, qa & ego sicut vos fratres,
13 obsecro vos. Nihil me lęsistis. Scitis au
tem quia per infirmitaté carnis euãgeli-
zaui vobis iampridé: & tentationé *ve-
14 stram in carne mea, nõ spreuistis neq;
respuistis, sed sicut angelũ Dei excepi-
15 stis me, sicut Christum Iesum. Vbi est
ergo beatitudo vestra? Testimoniũ enĩ
perhibeo vobis quia si fieri posset, ocu-
los vestros eruissetis, & dedissetis mihi.
16 Ergo inimicus vobis factus sum verũ
17 dicens vobis? Æmulant vos nõ bene:
C sed excludere vos volũt, vt illos æmule
18 mini. Bonũ auté æmulamini in bono
semper: & non tantùm cũ præsens sum
19 apud vos. Filioli mei, quos iterũ partu
rio, donec formetur Christus in vobis.

Vellem

*credere 6.
* scriptũ est 6
‖ Gen. 15 b. 6
Roma. 4. a. 3. c. 18
Iacob. 2. d. 23
*Cognoscitis 4.
‖ Gen. 12 a. 3. 22. d 18. 16.
a. 4
Eccle. 44 d. 20
‖ Deu. 27 d. 25
‖ Aba. 2. a. 4
Roma. 1 b. 17
*viuet 3
‖ Leui. 18 a. 5.
‖ Deu. 21 d 23
‖ Hebr. 9 c. 17
* trãsgressionem
‖ Rom. 8 b. 9
‖ Rom. 6 a. 3
*Dei
*meã

20 ¶Vellē aūt esse apud vos modò, & mu-
tare vocē meā: qm̄ confundor in vobis.
21 ¶Dicite mihi qui sub lege vultis esse, le-
22 gem non legistis? ¶Scriptū est enim, qm̄
‖Gen. 16 d. 15 Abrahā duos filios habuit: ‖vnū de an-
23 cilla, & ‖vnū de libera. ¶Sed q de ancil- ‖Gen. 21 a. 8
la, ſm carnē natus est: q aūt de libera, p
24 repromissionē. ¶ quę sunt per allegoriā
D dicta. ¶Hęc enim sunt duo testamenta.
*in Vnum quidem *à monte Sina, in serui-
25 tutē generans: quæ est Agar. ¶(Sina enī
mons est in Arabia: qui coniunctus est
ei, quæ nunc est Ierl'm) & seruit cū filijs
26 suis. ¶Illa autem quæ sursum est Ierl'm,
27 libera est: quę est mater nostra. ¶Scriptū
‖Isai. 54 a. 1 est enim: ‖Lætare sterilis, q̄ non paris:
erumpe & clama, quę non parturis: q̄a
multi filij desertę, magis q̄ eius quę ha-
28 bet virū. ¶‖Nos aūt fratres ſm Isaac pro ‖Rom. 9 b. 8
29 missionis filij sumus. ¶Sed qūo tunc is,
qui ſm carnem natus fuerat, psequeba-
30 tur eū qui ſm spm̄: ita & nunc. ¶Sed qd
‖Gen. 21 a. 10 dicit scriptura? ‖Eijce ancillam & filiū
eius. non enim hæres erit filius ancillæ
31 cum filio liberæ. ¶Itaque fratres, non su
mus ancillæ filij, sed liberæ: qua liber-
tate Christus nos liberauit.

CAP. V.


1 STate: & nolite iterum iugo seruitutis ‖Act. 15 a. 1. a. 2.
A contineri. ¶‖Ecce ego Paulus dico vo
2 bis, qm̄ si circūcidamini, Chrs vobis ni-
3 hil proderit. ¶ Testificor autē rursus oī
homini circūcidenti se, qm̄ debitor est
4 vniuersæ legis faciendę. ¶Euacuati estis
à Chro, qui in lege iustificamini: à gr̄a
5 excidistis. ¶Nos enī spiritu, ex fide, spē
6 iustitiæ expectamus. ¶ Nā in Chro Iesu
B neq; circuncisio aliquid valet, neq; prę
putium: sed fides quæ per charitatem
7 operatur. ¶Currebatis bene: qs vos im-
8 pediuit veritati nō obedire? * ¶ Persua- *Nemini consenseritis hæc
9 sio, *non est ex eo q vocat vos. ¶‖Modi-
cum fermentum totam massam corrū- ‖1. Cor. 5 b. 6
10 pit. ¶Ego confido in vobis in Dn̄o: q̄p ni
hil aliud sapietis: qui autem conturbat
vos, portabit iudicium, quicunq; est il-
11 le. ¶Ego autem fratres, si circūcisionem
adhuc prædico: quid adhuc persecutio-
nem patior? Ergo euacuatum est scan-
12 dalum crucis. ¶ Vtinam & abscindātur
13 qui vos conturbant. ¶Vos enim in liber
tatem vocati estis fratres: tantùm ne li
bertatem in occasionem detis carnis, *spiritus
14 sed p charitatē * seruite inuicem. ¶ Oīs ‖Leui. 19 d. 16
C enim lex in vno sermone impletur: ‖Di
liges proximum tuum sicut teipsum. Matt. 22 d 39
15 ¶Quòd si inuicem mordetis & comedi- Marc. 12
tis: videte ne ab inuicem consumami- d. 31
16 ni. ¶Dico aūt: ‖Spiritu ābulate, & ‖de ‖Ro. 13. c 8
17 sideria carnis non perficietis. ¶Caro enī Iacob. 2. b. 8
concupiscit aduersus spm̄: spiritus autē
aduersus carnem. hæc enim sibi inuicē ‖Ro. 13. d 14
aduersantur: vt non quæcunque vultis,
18 illa faciatis. ¶Quòd si spiritu ducimini: 1. Petr. 2
19 non estis sub lege. ¶Manifesta sunt aūt c. 11
opera carnis, quæ sunt, fornicatio, im-
20 munditia, impudicitia*, luxuria, ¶idô *9.
lorum seruitus, veneficia, inimicitię, cō
tentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissen
21 siones, sectæ, ¶inuidię, homicidia, ebrie
D tates, comessationes, & his similia. quæ
prædico vobis, sicut prædixi, qm̄ qui ta-
lia agunt, regnum Dei nō consequent̄.
22 ¶Fructus autē Spiritus est: charitas, gau-
diū, pax, patientia, benignitas, bonitas,
23 longanimitas, ¶mansuetudo, fides, mo
destia, continentia, castitas. Aduersus
24 huiusmodi non est lex. ¶ Qui aūt sunt
Christi, carnē suam crucifixerunt cū vi-
25 tijs & cōcupiscentijs. ¶Si viuimus spiri
26 tu: spiritu & ambulemus. ¶Non efficia-
mur inanis gloriæ cupidi, inuicem pro-
uocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

1 FRatres, & si præoccupatus fuerit ho-
A mo in aliquo delicto, vos qui spiri-
tuales estis, huiusmodi instruite in spū
lenitatis, considerans teipsum, ne & tu
2 tenteris. ¶Alter alterius onera portate:
3 & sic adimplebitis legē Christi. ¶ Nā si
quis existimat se aliquid esse, cum nihil
4 sit: ipse se seducit. ¶Opus autē suū pbet
B vnusquisq;, & sic in semetipso tm̄ glo-
5 riam habebit, & non in altero. ¶‖Vnus- ‖1. Cor. 3 b. 8
6 quisq; enī onus suum portabit. ¶ Com-
municet aūt is qui catechizatur *verbo, *verbū
7 ei q se catechizat, in oībus bonis. ¶Noli
8 te errare: Deus non irridetur. ¶Quæ enī
seminauerit homo: hæc & metet. Qm̄
q seminat in carne sua: de carne & m e-
tet corruptionē. q aūt seminat ī spū: de
9 spiritu metet vitā ęternā. ¶‖Bonū aūt fa ‖2. Thes. 3
C cientes, non deficiamus. tempore enim c. 13
10 suo metemus non deficientes. ¶Ergo dū
tempus habemus, operemur bonū ad
oēs, maxime autē ad domesticos fidei.
11 ¶ Videte qualibus literis scripsi vobis
12 mea manu. ¶Quicunque *volunt place- *enim
re in carne: hi cogunt vos circuncidi,
tantùm vt crucis Christi persecutionē

13 non patiantur. ❡ Neq; enim qui circun-
ciduntur, legem cuſtodiunt. ſed volũt
vos circuncidi: vt in carne veſtra glorié
14 tur. ❡ Mihi aũt abſit gloriari, niſi in cru
D ce Dñi noſtri Ieſu Chriſti: per quem mi
hi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo.
15 ❡ In Chro eni Ieſu neq; circũciſio aliqd
valet, neq; ꝑputium: ſed noua creatura.
16 ❡ Et quicunq; hãc regulã ſecuti fuerint,
pax ſuper illos, & miſericordia, & ſup
17 Iſrl Dei. ❡ De cętero nemo mihi moleſt⁹
ſit: ego enĩ ſtigmata Dñi Ieſu in corpo-
18 re meo porto. ❡ Gratia Dñi noſtri Ieſu
Chriſti, cum ſpiritu veſtro frẽs. Amen.

EPISTOLA
PAVLI APOSTOLI
Ad Epheſios.



CAPVT PRIMVM.



1 PAVLVS Apoſtolus
A Ieſu Chriſti ꝑ
voluntatẽ Dei,
oĩbus ſanctis
qui ſunt Ephe
ſi: & fidelibus
in Chro Ieſu.
2 ❡ Gratia vobis
& pax à Deo
patre noſtro,
& Dño Ieſu
3 Chriſto. ❡ ‖ Be-
nedictus De⁹
& pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui be-
nedixit nos in oĩ benedictione ſpiritua
4 li, in cœleſtibus, in Chro: ❡ ſicut elegit
nos in ipſo ante mundi conſtitutionẽ,
vt eſſemus ſancti & immaculati in con-
5 ſpectu eius in charitate. ❡ Qui prædeſti-
nauit nos in adoptionẽ filiorũ, ꝑ Ieſum
B Chriſtũ, in ipſum: ſm ꝑpoſitũ volũtatis
6 ſuę: ❡ in laudẽ glorię grãæ ſuę, in qua gra
7 tificauit nos in dilecto filio ſuo. ❡ In
quo habemus redemptionẽ ꝑ ſanguinẽ
eius (remiſſionem peccatorum) ſm di-
8 uitias gratiæ eius, ❡ quæ ſuperabũdauit
in nobis in omni ſapientia & prudẽtia,

‖ 1. Cor. 2 b. 3. 1. Pet. 2. a. 3.

9 ❡ vt notum faceret nobis ſacramentum
voluntatis ſuæ, ſm beneplacitum eius,
10 quod ꝑpoſuit in eo, ❡ *in diſpẽſatione
plenitudinis temporum, inſtaurare oĩa
in Chro, quæ in cœlis & q̃ in terra ſunt,
11 in ipſo. ❡ In quo & nos ſorte vocati ſu-
mus: prædeſtinati ſm ꝑpoſitum eius q
operatur oĩa, ſm conſilium voluntatis
12 ſuæ: ❡ vt ſimus in laudem gloriæ ei⁹ nos,
13 qui antè ſperauimus in Chro: ❡ in quo
& vos, cũ audiſſetis verbũ veritatis, (E-
C uangeliũ ſalutis veſtrę,) in quo & credẽ
tes ſignati eſtis Spũ ꝑmiſſionis ſancto,
14 ❡ qui eſt pignus hæreditatis nr̃æ, in re-
demptionẽ acquiſitionis, in laudẽ glo-
15 riæ ipſius. ❡ Propterea & ego audiẽs fidẽ
vr̃am quæ eſt *in Dño Ieſu, & dilectionẽ
16 in oẽs ſanctos: ❡ non ceſſo gratias agens
pro vobis, memoriam vr̃i faciens in ora
17 tionibus meis, ❡ vt Deus, Dñi nr̃i Ieſu
Chriſti pater gloriæ, det vobis ſpiritum
ſapientiæ & reuelationis, in *agnitione
18 eius, ❡ illuminatos oculos cordis vr̃i, vt
ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, &
quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in
19 ſanctis, ❡ & quæ ſit ſupereminẽs magni
D tudo virtutis eius in nos, qui credimus,
‖ ſm operationem potentiæ virtutis ei⁹,
20 quam operatus eſt in Chro, ſuſcitans il
lum à mortuis, & conſtituens ad dexte-
21 ram ſuam in cœleſtibus; ❡ ſupra omnẽ
principatum & poteſtatem & virtutẽ,
& dominationem, & oẽ nomen quod
nominatur non ſolùm in hoc ſeculo,
22 ſed etiam in futuro. ❡ ‖ Et oĩa ſubiecit
ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput
23 *ſupra omnem eccleſiam, ❡ quæ eſt cor-
pus ipſius, *plenitudo eius, qui omnia
in omnibus adimpletur.

CAP. II.

1 ET ‖ vos * cùm eſſetis mortui delictis
A & peccatis vr̃is, ❡ in qbus aliquãdo
2 ambulaſtis ſm ſeculum mundi huius,
ſm principẽ poteſtatis aëris huius, ſpi-
ritus, qui nunc operatur in filios diffi-
3 dentiæ, ❡ in quibus & nos oẽs aliquãdo
conuerſati ſumus in deſiderijs carnis
noſtræ, facientes volũtatẽ carnis & co-
gitationum, & eramus natura filij irę ſi
4 cut & cæteri. ❡ Deus autẽ (qui diues eſt
in miſericordia) ꝑp nimiam charita-
5 tem ſuam qua dilexit nos, ❡ & cùm eſſe-
mus mortui peccatis, cõuiuificauit nos
6 Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati,) ❡ &
E conreſuſcitauit, & cõſedere fecit in cę-

*in diſpẽſationẽ
* Chriſto
* agnitionem
‖ Infrà 3. b. 7.
‖ Pſal 8 b 8
* ſuper omnia ipſi eccleſiæ
* &
‖ Colo. 2. c. 13. 3. a. 3.
* cõuiuificauit

leſtibus

7 lestibus in Chro Iesu, vt ostéderét in se-
culis superuenientibus abũdantes diui
tias gratiæ suę, in bonitate super nos in
8 Chro Iesu. ¶ Gratia enĩ estis saluati per
fidẽ(& hoc nõ ex vobis, Dei enĩ donum
9 est) ¶ nõ ex operibus, vt ne quis gloriet.
10 ¶ Ipsius enĩ sum* factura, creati in Chro
Iesu in operibus bonis, quæ præparauit
11 Deus vt in illis ambulemus. ¶ Propter
qd memores estote q aliquando vos
*eratis Gentes in carne, qui dicebamini
præputium ab ea quæ dicitur circunci-
12 sio in carne, manu facta: ¶ *qui eratis il-
lo in tpe sine Chro, alienati à cõuersa-
C tione Israël, & hospites testamentorũ,
promissionis, spem non habentes, & si-
13 ne Deo in hoc mundo. ¶ Nũc autem in
Chro Iesu vos qui aliquando eratis lon
gè, facti estis propè in sanguine Christi.
14 ¶ Ipse enim est pax nra, qui fecit vtraq;
vnum, & medium parietem maceriæ
15 solués, *inimicitias in carne sua: ¶ legé
mandatorũ decretis euacuans: vt duos
condat in semetipso in vnum nouum
16 hominem, faciens pacem, ¶ * & reconci-
liet ambos in vno corpore, Deo per cru
cé, interficiés *inimicitias in semetipso.
17 ¶ Et veniés euangelizauit pacé vobis qui
18 lõgè fuistis, & pacé ijs qui propè, ¶ ‖ qm
D per ipsum habemus accessum ambo in
19 vno Spiritu ad patré. ¶ Ergo iã non estis
hospites & aduenæ, sed estis ciues san-
20 ctorũ & domestici Dei, ¶ superędificati
super fundamentum Apłorum & Pro-
phetarum, ipso summo angulari lapide
21 Iesu Chro, in quo oís ędificatio constru-
cta, crescit in templum sanctũ in Domi
22 no, ¶ in quo & vos coędificamini in ha
bitaculum Dei in Spiritu sancto.

*qui
*quòd 8.
*inimicitiam 4
*vt
*inimicitiam 8.
‖Rom.5. a.2.

CAP. III.

1 HVius rei gratia, ego Paulus vinct*
A Chri Iesu, pro vobis Gentibus: ¶ si
2 tñ audistis dispensationem gratiæ Dei
3 quæ data est mihi in vobis, ¶ qm ſm re-
uelationem notũ mihi factũ est sacra-
4 mẽtũ, sicut suprà scripsi in breui: ¶ put
potestis legẽtes intelligere prudentiam
5 meam in mysterio Christi, ¶ quod alijs
generationibus non est agnitum filijs
hominum, sicuti nunc reuelatum est
sanctis Apłis eius & Prophetis in spiri-
6 tu. ¶ Gentes esse cohæredes & cõcorpora
les, & cõparticipes pmissionis eius in
7 Chro Iesu per Euãgeliũ: ¶ ‖ Cuius factus
sum minister ſm donum gratiæ Dei,

‖Suprà 1 d.19
‖1.Co.13 b.9

B quæ data est mihi secundùm operatio-
8 nem virtutis eius. ¶ Mihi omniũ sancto
rum minimo, data est gratia hæc, in Gẽ
tibus euangelizare inuestigabiles diui-
9 tias Chri, ¶ & illuminare omnes quę sit
dispensatio sacramenti absconditi à se-
10 culis in Deo, qui oía creauit, ¶ vt innote-
scat ** principibus & potestatibus in cę-
lestibus, per ecclesiam, multiformis sa-
11 pientia Dei, ¶ secundùm præfinitionem
seculorum, quam fecit in Chro Iesu Do
12 mino nro. ¶ In quo habemus fiduciam
C & accessum in confidentia, per fidem
13 eius. ¶ Propter qd peto ne deficiatis in
tribulationibus meis pro vobis, quę est
14 glia vra. ¶ Huius rei gratia flecto genua
15 mea ad Patrem Dñi nri Iesu Chri, ¶ ex
quo omnis paternitas in *cælis & in ter
16 ra nominatur, ¶ vt det vobis secundùm
diuitias gloriæ suæ, *virtutem corrobo-
rari per Spiritum eius in interiori hoíe:
17 ¶ Chrm habitare per fidem in cordibus
vris, in charitate radicati & fundati,
18 ¶ vt possitis comprehendere cum omni-
D bus sanctis, quæ sit latitudo, & longitu-
19 do, & sublimitas, & profundum, ¶ scire
etiam supereminentem scientiæ chari-
tatem Christi, vt impleamini in omnẽ
20 plenitudinem Dei. ¶ ‖ Ei autem qui po-
tens est oía facere superabundanter q̃
petimus aut intelligimus, ſm virtutem
21 quæ operatur in nobis: ¶ ipsi gloria in ec
clesia, & in Christo Iesu in omnes gene
rationes seculi seculorum. Amen.

*nunc 10.
*principatib. 3.
*in cęl 9.
*virtute 3.
‖Ro.16, d.25
‖Ro 16, d.27.

CAP. IIII.

1 OBsecro itaq; vos ego vinctus in Do
A mino, vt dignè ambuletis vocatio-
2 ne qua vocati estis, ¶ cùm omni humili-
tate & mansuetudine, cum patientia,
3 supportantes inuicem in charitate, ¶ ‖ so
liciti seruare vnitatem spiritus in vincu
4 lo pacis. ¶ Vnum corpus & vnus spiritus
sicut *vocati estis in vna spe vocationis
5 vræ. ¶ Vnus Dñs, vna fides, vnum baptis
6 ma. ¶ ‖ Vnus Deus & Pater omnium, q
est super omnes, & per omnia, & in oí-
7 bus nobis. ¶ Vnicuique ‖ autem nostrum
data est gratia ‖ secundum mensurã do-
8 nationis Christi. ¶ Propter quod dicit,
B ‖ Ascendens in altum, captiuam duxit
captiuitatem: dedit dona hominibus.
9 ¶ (Quod autem ascendit, quid est, nisi
quia & descẽdit primũ in inferiores par
10 tes terræ? ¶ Qui descẽdit, ipse est, & q ascẽ
dit supra omnes cælos vt impleret oía.

‖Phil. 2 d.27.
Colos. 3 b.12.
1.Thes.5 c.13. 4.1.
‖Rom.12 c.16
1.Cor.7 b.10.
*&
‖Mal. 2. b.10
‖Deut. 6.
‖Ro. 12. a.3.
1 Cor. 12 b 11.
1 Cor. 10 d.13.
‖Psal. 67 c 17

11 Et ipse dedit quosdã qdẽ Apĺos, quos-
dã aũt Prophetas, alios verò Euangeli-
12 stas, alios aũt pastores, & doctores, ad cõ
summationẽ sanctorũ in opus ministe-
13 rij, in ædificationem corporis Chri: do
C nec occurramus oẽs in vnitatem fidei
& agnitionis filij Dei, in virum perfe-
ctum, in mensuram ætatis plenitudinis
14 Chri: vt iam nõ simus paruuli fluctuã
tes, & circumferamur oĩ vẽto doctrinæ
in nequitia hominũ, in astutia ad cir
15 cunuentionem erroris: veritatem autẽ
facientes in charitate, crescamus in illo
16 per oĩa, qui est caput Chrs: ex quo totũ
corpus compactum & connexum per
oẽm iuncturam subministrationis, ſm
operationem in mensuram vniuscuius
que membri, augmentum corporis fa-
cit in ædificationem sui in charitate.
17 Hoc igitur dico & testificor in Dño, vt
D iam non ambuletis sicut & Gentes am-
18 bulant in vanitate sensus sui, tenebris
obscuratum habẽtes intellectum, alie-
nati à vita Dei per ignorantiam quę est
in illis, pp cæcitatem cordis ipsorum,
19 qui desperantes, semetipsos tradiderũt
impudicitię in operationem immun-
20 ditiæ oĩs, in auaritiam. Vos aũt nõ ita
21 didicistis Chrm: si tñ illũ audistis, & in
ipso edocti estis, (sicut est veritas in Ie-
22 su.) Deponite vos, ſm pristinã conuer
E sationẽ veterem hoĩem, q corrumpitur
23 ſm desideria erroris. Renouamini au
24 tem spiritu mentis vestræ, & induite
nouũ hoĩem q ſm Deum creatus est in
25 iustitia, & sanctitate veritatis. Propter
qđ deponẽtes mendaciũ, loquimini ve-
ritatẽ vnusquisq; cũ ꝓximo suo, qm su-
26 mus inuicem membra. Irascimini &
F nolite peccare: sol nõ occidat super ira-
27 cũdiã vestrã. Nolite locũ dare diabo-
28 lo. Qui furabatur, iam nõ furetur: ma
gis autẽ laboret, operãdo manibus suis
qđ bonũ est, vt habeat vnde tribuat ne
29 cessitatem patienti. Oĩs sermo malus
ex ore vr̃o non procedat, sed siquis bo-
nus ad ædificationẽ fidei, vt det gratiã
30 audientibus. Et nolite contristare Spi-
D ritũ sanctũ Dei, in quo signati estis in
31 die redemptionis. Oĩs amaritudo, &
ira, & indignatio, & clamor, & blasphe
mia tollat à vobis cum omni malitia.
32 Estote autem inuicem benigni, mise-
ricordes, donantes inuicem, sicut & De⁹
in Christo donauit vobis.

CAP. V.

1 A Estote ergo imitatores Dei, sicut filij
carissimi: & ambulate in dilectio
2 ne sicut & Chrs dilexit nos, & tradidit
semetipsum pro nobis oblationẽ & ho-
3 stiam Deo in odorem suauitatis. For-
nicatio aũt & oĩs immunditia, aut aua
ritia, nec nominetur in vobis, sicut de-
4 cet sanctos: aut turpitudo, aut stultilo-
quium, aut scurrilitas, quę ad rem non
5 ꝑtinet: sed magis gratiarũ actio. Hoc
enim scitote intelligentes, ꝙ oĩs fornica
B tor, aut immundus, aut auarus, (qđ
est idolorũ seruitus) nõ habet hęredita
6 tẽ in regno Chri & Dei. Nemo vos se-
ducat inanibus verbis: pp hęc enĩ venit
7 ira Dei in filios diffidentię. Nolite er-
8 go effici participes eorũ. Eratis enim ali
C quando tenebrę: nunc aũt lux in Dño.
9 Vt filij lucis ambulate, (fructus enĩ lu
cis est in oĩ bonitate, & iustitia, & verita
10 te,) ꝓbantes qđ sit bñplacitũ Deo: &
11 nolite cõmunicare operibus infructuo
sis tenebrarũ, magis autem redarguite.
12 Quę enĩ in occulto fiũt ab ipsis, turpe
13 est & dicere. Oĩa aũt q̃ arguũtur, à lu-
mine manifestãtur, omne enim quod
14 manifestatur lumen est. Propter quod
D dicit: Surge q dormis & exurge à mor-
15 tuis: & illuminabit te Chrs. Videte ita
que frẽs quõ cautè ambuletis, nõ quasi
16 insipiẽtes, sed vt sapiẽtes: redimẽtes tp̃s
17 qm dies mali sunt. Propterea nolite
fieri imprudẽtes, sed intelligentes q̃ sit
18 volũtas Dei. Et nolite inebriari vino in
quo est luxuria, sed implemini Spiritu,
19 loquentes vobismetipsis in psalmis &
E hymnis, & cãticis spiritualib⁹, cãtantes
20 & psallẽtes in cordib⁹ vr̃is Dño: grãs
agentes semper ꝓ oĩbus in noĩe Dñi no
21 stri Iesu Chri Deo & Patri. Subiecti in-
22 uicem, in timore Chri. Mulieres viris
23 suis subditę sint, sicut Dño. qm vir ca-
put est mulieris: sicut Chrs caput est ec
clesiæ. Ipse, saluator corporis eius.
24 Sed sicut ecclesia subiecta est Chrõ,
F ita & mulieres viris suis in omnibus.
25 Viri diligite vxores vestras, sicut &
Christus dilexit ecclesiam, & seipsum
26 tradidit pro ea: vt illam sanctificaret,
mundans eam lauacro aquę in verbo,
27 vt exhiberet ipse sibi gloriosam eccle-
siam, non habentem maculam, aut ru-
gã, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit san
28 cta, & immaculata. Ita & viri debẽt di

Ioh. 13 d 34. & 15 b.12 1. Ioh. 4 c.13
Colos. 3 a.5
*ptinẽt a
*q est idolorũ seruus 1.
Mat. 24 a 4. Marc. 13 a.5
Luca 21. b. 8
Colos. 2 d. 18
2 Thes. 2 a.3
*& 4.
Colos. 4 a. 5
Ro. 12 a. 2
1. Thes. 4 a.3.
*sanct
Gene. 3 c 16
Colos. 3. d.18
1 Petr. 3 a. 1
1. Co. 11 a. 3
Colos. 3 d.19
*vnæ
*ipsam 3

ligere vxores suas, vt corpora sua. Qui
29 suã vxorem diligit, seipsum diligit. ¶Ne
G mo enim vnquã carnẽ suã odio habuit:
sed nutrit & fouet eam, sicut & Chrs ec
30 clesiã. ¶quia mẽbra sumus corpis eius,
31 de carne eius & de ossibus eius. ¶‖Pro-
pter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ
suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt
32 duo in carne vna. ¶Sacramentum hoc
magnum est: ego aũt dico in Chro &
33 & in ecclesia. ¶Veruntñ & vos singuli,
vnusquisq; vxorẽ suam sicut seipsum di
ligat, vxor aũt *timeat virum-suum.

‖Gene. 2. d. 24 Matt. 19 a 5 Matt. 20 a. 7 1. Cor. 6 d. 16

*vt 7 -7.


C A P. V I.

1 Filij, obedite parẽtib⁹ vestris in Dño,
A hoc enim iustum est. ¶Honora patrẽ
2 tuum & matrem tuam: (‖quod est mã-
3 datum primũ in promissione,) ¶vt bene
4 sit tibi, & sis longęuus sup terram. ¶Et
vos patres, nolite ad iracundiã prouoca
re filios vestros: sed educate illos in di-
5 sciplina & correptione Dñi. ¶Serui obe-
dite dñis carnalib⁹, cũ timore & tremo
re, in simplicitate cordis vestri, sicut
6 Chro: ¶non ad oculũ seruientes, quasi
hoibus placẽtes, sed vt serui Chri, faciẽ-
7 tes volũtatẽ Dei ex animo. ¶cum bona
voluntate seruientes, sicut Dño & non
8 hoĩbus, ¶scientes qm vnusquisq; quod-
B cunq; fecerit bonũ, hoc recipiet à Dño,
9 siue seruus, siue liber. ¶Et vos dñi eadẽ
facite illis, remittentes minas: scientes
quia & illorũ & vester Dñs est in cælis:
& ‖psonarum acceptio non est apud eũ.
10 ¶De cętero fratres, cõfortamini in Dño,
11 & in potentia virtutis eius. ¶Induite vos
armaturam Dei: vt possitis stare aduer-
12 sus insidias diaboli. quoniã nõ est no-
bis colluctatio aduersus carnem & san
guinẽ: sed aduersus principes & potesta
tes, aduersus mũdi rectores tenebrarũ
harũ, cõtra spũalia nequitiæ, in cęlesti-
13 bus. ¶Propterea accipite armaturã Dei:
C vt possitis resistere in die malo, *& in oĩ
14 bus perfecti stare. ¶State ergo succincti
lumbos vestros in veritate, & induti lo-
15 ricam iustitiæ, & calceati pedes in ppa
16 rationem Euangelij pacis: ¶in oĩbus su
mẽtes scutum fidei, in quo possitis oĩa
17 tela nequissimi ignea extinguere. ¶& ‖ga-
leam salutis assumite: & gladium spũs
18 (qđ est verbum Dei,) ¶p oẽm orationẽ,
& obsecrationem orantes oĩ tpe in spũ:
& in ipso ‖vigilantes in oĩ instantia, &
19 obsecratione pro oĩbus sanctis, ¶& pro

Colos. 3. d. 20 Exod. 20 e. 12 Deute. 5. c. 16 Eccl. 3. b 9. 7 e. 29 Matt. 15 a 4 Marc. 7. b. 16. Colos. 3. d. 22 Tit. 2. b 9 1. Petr. 2. c. 18 ‖Deu. 10 d. 17 2. Par. 19 c. 7 Iob 34. b 19 Sap. 6. b 8 Eccle. 35 b. 16 Rom. 12 b 11 Galat. 2. b. 5 Colos. 3. d. 25 Act 10. d. 34 1. Petr. 1 c. 17 *& omnibus perfectis. 1. ‖Esa. 50. d. 17. 1 Thes. 5 b. 8 Luca 18. a. 1 ‖Colo. 4. a 2 2. Thes. 3 a. 1

me, vt detur mihi sermo in apertione
oris mei cũm fiducia, notum facere mi
20 nisterium Euãgelij, ¶pro quo legatione
fungor in catena, ita vt in ipso audeã,
21 prout oportet me loqui. ¶Vt aũt & vos
sciatis quę circa me sunt, quid agã: om-
nia vobis nota faciet Tychicus, carissi-
mus frater & fidelis minister in Domi-
22 no: ¶quem misi ad vos in hoc ipsum,
vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & cõ
23 soletur corda vestra. ¶Pax fratribus &
charitas cum fide à Deo Patre*, & Dño *nostro
24 Iesu Christo. ¶Gratia cum omnibus qui
diligunt Dominum nostrũ Iesum Chri
stum in incorruptione. Amen.

EPISTOLA PAVLI Ad Philippenses.



CAPVT PRIMVM.

1 PAVLVS & Timothe⁹
A serui Iesu Christi, oĩ
bus sanctis in Chro
Iesu, qui sunt Philip
pis cum epscopis &
2 diaconis. ¶Gratia vo-
bis & pax à Deo Pa-
tre nostro, & Dño Ie-
3 su Chro. ¶Gratias ago Deo meo ĩ omni
4 memoria vestri, ¶(semp in cunctis ora-
tionibus meis pro oĩbus vobis, cũ gau-
5 dio deprecationem faciẽs,) ¶super cõica
tione vestra in euangelio Chri à prima
6 die vsq; nunc. ¶cõfidens hoc ipsum qa
qui cępit in vobis opus bonum pficiet
7 vsq; in diem Chri Iesu. ¶sicut est mihi
B iustum, hoc sentire pro oĩbus vobis, eò
ꝙ habeã vos ĩ corde, & in vinculis meis,
& in defensione, & confirmatione Euã
8 gelij, socios gaudij mei oẽs vos esse. ¶Te
stis enim mihi est De⁹, quõ cupiam oẽs
9 vos in viscerib⁹ Iesu Chri. ¶Et hoc oro,
vt charitas vra magis ac magis abũdet
10 in sciẽtia & in oĩ sensu: ¶vt probetis po-
tiora, vt sitis syncẽri & sine offensa in

1 diem Chri, ¶repleti fructu iustitiæ per
Iesum Chrm, in gloriam & laudé Dei.
2 ¶Scire aũt vos volo fratres quia quæ cir
ca me sunt, magis ad profectũ venerũt
3 euágelij: ita vt vincula mea manifesta
fierent in Christo in oĩ prætorio, & in cęte
4 ris oibus, ¶vt plures è fratribus in Dño,
confidentes in vinculis meis, abun-
dantius auderent sine timore verbum
5 Dei loqui. ¶Quidam quidé & pp inui-
diam & contentioné: qdam aũt pp bo
6 nam voluntaté Chrm prædicant: ¶Qui
C dam ex Charitate scientes qm in defen-
7 sionem Euangelij positus sum. ¶Quidá
aũt ex cõtétione Chrm annuntiant non
syncerè: existimátes pressuram se susci-
8 tare vinculis meis. ¶Quid enim? Dum
oĩ modo, siue per occasionem, siue per
veritatem Chrs annuntietur: & in hoc
19 gaudeo, sed & gaudebo. ¶Scio enim qa
hoc mihi proueniet ad salutem, per ve-
stram orationem & subministrationé
20 Spũs Iesu Christi, ¶sm expectationé &
spem meam, quia in nullo confundar,
sed in oĩ fiducia sicut semper, & nunc
magnificabit' Chrs in corpe meo, siue
21 p vitam, siue p mortem. ¶Mihi enim vi
22 uere Chrs est, & mori lucrũ. ¶Quòd si
D viuere in carne *hic mihi fructus operis
23 est, & qd eligam ignoro. ¶Coarctor aũt
è duobus desiderium habens dissolui
& esse cũ Christo, multò magis meli⁹:
24 ¶permanere aũt in carne, *necessarium
25 pp vos. ¶Et hoc confidens, scio quia ma
nebo & pmanebo oibus vobis, ad pfe-
26 ctum vestrum & gaudiũ fidei: ¶vt gra-
tulatio vestra abundet in Chrõ Iesu in
me, p meum aduentum iterum ad vos.
27 Tm dignè Euangelio Chri conuersami
ni, vt siue cũ venero, & videro vos, siue
absens audiam de vobis quiá statis in
vno spũ, vnanimes collaborantes fidei
28 Euangelij. ¶Et in nullo terreamini ab
aduersariis: q̃ illis est causa perditionis,
29 vobis aũt salutis, & hoc à Deo: ¶Quia
vobis donatũ est pro Chro, non solũm
vt in eũ credatis, sed vt etiá pro illo pa-
30 tiamini, ¶idé certamen habentes quale
& vidistis i me, & nũc *audistis' de me.

CAP. II.

1 SI qua ergo consolatio in Chro, si qd
A solatiũ charitatis, si qua societas spũs,
2 si qua viscera *miserationis': iplete gau-
dium meum, vt idem sapiatis, eandem
charitaté habentes, vnanimes idipsum
3 sentientes. ¶nihil per contentioné, neq;
per inané gloriam: sed in humilitate,
4 superiores sibi inuicé arbitrantes: ¶non
quæ sua sunt singuli considerátes, sed
5 ea quæ aliorũ. ¶Hoc enim sentite in vo
6 bis, qd & in Chro Iesu: ¶qui cùm in for-
ma Dei esset, non rapinam arbitrat⁹ est
7 esse se æqualem Deo, ¶sed semetipsum
exinaniuit formam serui accipiens, in
similitudinem hoĩum factus, & habitu
8 inuétus vt homo. ¶‖Humiliauit semet-
B ipsum, factus obediés vsq; ad mortem:
9 mortem aũt crucis. ¶Propter qd & Deus
exaltauit illum: & donauit illi nomen
10 quod est super oé nomen: ¶‖vt in noĩe
Iesu oé genu flectatur, cęlestium, terre-
11 strium, & infernorum: ¶& oĩs lingua cõ
fiteatur quia Dñs Iesus Chrs in gloria
12 est Dei patris. ¶Itaq; carissimi mei, (si-
cut semper obedistis:) non vt in pręsen
tia mei tm̃, sed multò magis nũc in ab
sentia mea, cum metu & tremore vrãm
13 salutem operamini. ¶Deus est enim qui
operatur in vobis & velle & perficere, p
14 bona voluntate. ¶‖Oĩa aũt facite sine
murmurationibus, & hęsitationibus,
15 ¶vt sitis sine q̃rela, & simplices filij Dei,
sine reprehensione in medio nationis
prauę & puersę: inter quos lucetis sicut
16 luminaria in mundo: ¶verbum vitæ cõ
C tinétes ad gloriam meam in die Chri,
quia nõ in vacuum cucurri, neq; in va
17 cuum laboraui. ¶Sed & si immolor, su-
pra sacrificiũ & obsequium fidei vestrę,
18 gaudeo & cõgratulor oibus vobis. ¶Id-
ipsum aũt & vos gaudete, & congratu-
19 lamini mihi. ¶Spero aũt in Dño Iesu,
‖Timotheum me citò mittere ad vos, vt
& ego bono animo sim: cognitis q̃ circa
20 vos sunt. ¶Neminem enim habeo tam
vnanimem: qui syncera affectione pro
21 vobis solicitus sit. ¶‖Oés enim quæ sua
sunt q̃runt non quæ sunt Iesu Christi.
22 Experimentũm aũt eius cognoscite, qa
sicut patri filius, mecũ seruiuit in Euá-
23 gelio. ¶Hũc igitur spero me mittere ad
vos, mox vt videro quæ circa me sunt.
24 Confido aũt in Dño qm & ipse veniam
25 ad vos citò. ¶Necessarium aũt existima
ui, Epaphroditum fratré, & cooperato-
D rem & commilitonem meum, vestrum
aũt Apostolum, & ministrũ necessitatis
26 meæ, mittere ad vos. ¶qm quidem oés
vos desiderabat: & mœstus erat, pp ea
27 qd audieratis illum infirmatum. ¶Nã

1.Co. 1 f.24.3.b. 5.
‖Hebr. 2. b.9.
‖Esa. 45. d.23. Rom. 14 b.11.
1.Pet. 4 c.9.
‖Act. 16. a.1.
‖1.Co.10 f.24.13. b.5

&

& infirmatus eſt vſq; ad mortem : ſed
Deus miſertꝰ eſt eius : nō ſolū aūt eius,
verumetiā & mei, ne triſtitiam ſup tri-
28ſtitiam haberē. ⁋Feſtinantius ergo miſi
illum, vt viſo eo, iterum gaudeatis, &
29ego ſine triſtitia ſim. ⁋Excipite itaq; illū
cum omni gaudio in Dño: & eiuſmodi
30cum honore habetote, ⁋qm̄ pp opus
Chriſti, vſq; ad mortem acceſſit, tradēs
animam ſuam, vt impleret id quod ex
vobis deerat erga meum obſequium.

CAP. III.


1 DE cętero fratres mei gaudete in Do
A mino. Eadē vobis ſcribere, mihi q-
dem non pigrum, vobis aūt neceſſariū.
2 Videte canes, videte malos operarios,
3 videte conciſionem. ⁋Nos enim ſumus
circūciſio, qui ſpū ſeruimus Deo, & glo
riamur in Chro Ieſu, & non in carne
4 fiduciam habentes, ⁋quanq̄ & ego ha-
beam cōfidentiam in carne. Si qs alius
videtur confidere in carne: ego magis,
5 ⁋circunciſus octauo die, ex genere Iſra-
ël, de tribu Ben-iamin, Hebræus ex He-
2.Co.11 e 11. Act.23. b.6.
6 bræis, ⁋ſm legem Phariſæus, ⁋ſm æmu
lationem perſequēs eccleſiam Dei, ſm
iuſtitiam quæ in lege eſt conuerſatus ſi
7 ne quærela. ⁋Sed quæ mihi fuerunt lu-
cra, hęc arbitratus ſum pp Chrm̄ detri
8 menta. ⁋Veruntn̄ exiſtimo oia detrimē
B tum eſſe pp eminentem ſcientiā Ieſu
Chriſti Dñi mei: pp quem oia detrimē
tum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chri
9 ſtum lucrifaciā: ⁋& inueniar in illo nō
habēs meam iuſtitiam quę ex lege eſt,
ſed illā quę ex fide eſt Chriſti*, quę ex
*Ieſu.
10Deo eſt iuſtitia in fide: ⁋ad cognoſcēdū
illū, & virtutē reſurrectionis eius, &
ſocietatē* paſſionum illius: configuratꝰ
* paſſionis
11morti eius, ⁋ſi quo modo occurram ad
12reſurrectionē, quæ eſt ex mortuis. ⁋Nō
C qꝫ iā acceperim, aut iam perfectus ſim: ſe
quor aūt ſi comprehendam in quo &
13cōprehenſus ſum à Chro Ieſu. ⁋Fratres,
ego me non arbitror comprehendiſſe.
Vnum aūt, quæ quidem retro ſunt obli
uiſcens, ad ea verò quę ſunt priora extē
14dens meipſum, ⁋ad deſtinatum perſe-
quor, ad brauiū ſupnæ vocationis Dei
15in Chriſto Ieſu. ⁋Quicūq; ergo perfecti
ſumus, hoc ſentiamus: & ſiquid aliter
ſapitis, & hoc vobis Deus *reuelauit.
* reuelabit 6.
16Veruntn̄ ad quod peruēnimus, vt idē
ſapiamus, in eadem permaneamꝰ regu-
17la. ⁋Imitatores mei eſtote fratres: & ob-
D ſeruate eos qui ita ambulant, ſicut ha-
18betis formam *nrām. ⁋Multi enim am
*nos r.
bulant, quos ſæpè dicebam vobis (nūc
Ro.16. c.13.
aūt & flens dico) inimicos crucis Chri-
19ſti: quorum finis interitꝰ: ⁋quorum Deꝰ
venter eſt: & gloria in confuſione ipſo-
20rūm, qui terrena ſapiunt. ⁋Noſtra autē
cōuerſatio in cęlis eſt: vnde etiā Salua-
torem expectamus, Dñm nrm̄ Ieſum
21Chriſtū, ⁋qui reformabit corpꝰ humili
tatis noſtræ, configuratum corpori cla-
ritatis ſuæ, ſecundum operationē qua
etiam poſſit ſubiicere ſibi omnia.

CAP. IIII.

1 ITaq; fratres mei cariſſimi, & deſidera
A tiſſimi, gaudiū meū & corona mea,
—r.
2 ſic ſtate ī Dño cariſſimi. ⁋*Euchodiā ro
* Euodiā r.
go & Synthycen deprecor idipſum ſa-
3 pere in Dño. ⁋Etiam rogo & te germane
compar adiuua illas quæ mecū labora
uerunt in Euangelio cum Clemente,
& cęteris adiutoribus meis, quorū noīa
4 ſunt in libro vitæ. ⁋Gaudete ī Dño ſem-
5 per: iterum dico gaudete. ⁋Modeſtia ve
ſtra nota ſit oībus hoībus. Dñs propè
6 eſt. ⁋Nihil ſoliciti ſitis: ſed in oī oratio-
B ne & obſecratione cū gratiarum actio-
ne petitiones veſtræ innoteſcant apud
7 Deū. ⁋Et pax Dei quæ exuperat oēm ſen
ſum, cuſtodiat corda veſtra & intelligē
8 tias veſtras in Chro Ieſu. ⁋De cętero fra
tres, quæcunq; ſunt vera, q̄cunq; pudi-
ca, q̄cunq; iuſta, q̄cunq; ſancta, quęcū-
que amabilia, q̄cunq; bonę famę, ſiqua
virtus, ſiqua laus disciplinæ, hęc cogi-
—2.
9 tate. ⁋Quę & didiciſtis, & accepiſtis, &
audiſtis, & vidiſtis in me: hęc agite, &
10Deus pacis erit vobiſcū. ⁋Gauiſus ſum
C aūt in Dño vehemēter, qm̄ tandē aliqn̄
refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſen-
11tiebatis: occupati aūt eratis. ⁋Nō quaſi
pp penuriam dico, ego enim didici, in
12qbus ſum, ſufficiens eſſe. ⁋Scio & humi
liari, ſcio & abūdare: (vbiq; & in oībus
inſtitutus ſum) & ſatiari, & eſurire, &
13abūdare, & penuriam pati. ⁋oīa poſſum
14in eo qui me confortat. ⁋Veruntamen
bene feciſtis, communicantes tribula-
15tioni meæ. ⁋Scitis aūt & vos Philippen-
ſes, qꝫ in principio Euangelij, quando
ꝓfectus ſum à Macedonia, nulla mihi
eccleſia communicauit in ratione dati
16& accepti, niſi vos ſoli: ⁋quia & Theſſa
D lonicam, ſemel & bis in vſum mihi mi
17ſiſtis. ⁋Non quia quæro datum: ſed re-

quito fructũ abundãtem in ratione ve-
18ſtra. Habeo aũt oĩa,& abundo: replet⁹
ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ mi-
ſiſtis,odoré ſuauitatis, hoſtiã acceptã,
19placentem Deo. Deus aũt meus im-
pleat oẽ deſiderium veſtrum ſm̃ diui-
20tias ſuas, in gloria in Chr̃o Ieſu. Deo
aũt & patri noſtro gloria in ſecula ſecu
21lorum. Amen. Salutate oẽm ſanctum
22in Chriſto Ieſu. Salutant vos qui mecũ
ſunt fratres. Salutant vos oẽs ſancti: ma
ximè autem qui de Cęſaris domo ſunt.
23Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cũ
ſpiritu veſtro. Amen.

EPISTOLA PAVLI Ad Coloſſenſes.



CAPVT PRIMVM.

1 PAVLVS Apoſtol⁹
A Ieſu Chriſti p̃ vo-
luntatem Dei, &
Timothe⁹ frater:
2 iis qui ſunt Co-
loſſis ſanctis & fi
delibus fratribus
3 ĩ Chr̃o Ieſu. Gra-
tia vobis & pax à
Deo pr̃e nr̃o, & Dñ̃o Ieſu Chr̃o. Gratias
agimus Deo & Patri Dñi nr̃i Ieſu Chr̃i
4 ſemper pro vobis orãtes: audiẽtes fidẽ
veſtram in Chr̃o Ieſu, & dilectionem
5 quam habetis in ſanctos oẽs, p̃p̃ ſpem
quæ repoſita eſt vobis in cęlis: quã au-
6 diſtis in verbo veritatis Euãgelij, quod
p̃uenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mũ-
do eſt, & fructificat, & creſcit, ſicut ĩ vo
bis, ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis
7 gratiam Dei in veritate, ſicut didiciſtis
B ab Epaphra cariſſimo conſeruo nr̃o,
qui eſt fidelis p̃ vobis miniſter Chr̃i Ie
8 ſu, qui etiam manifeſtauit nobis dile-
9 ctionem veſtram in ſp̃ũ. ideo & nos ex
qua die audiuimus, nõ ceſſamus p̃ vo-
bis orantes & poſtulãtes, vt impleami-
ni agnitione volũtatis eius, in omni ſa
10pientia & intellectu ſpiritali: vt ambu
letis dignè, Deo p̃ oĩa placentes: in oĩ
opere bono fructificantes, & creſcentes
11in ſcientia Dei: in oĩ virtute confortati
ſm̃ potentiam claritatis eius, in oĩ pa-
12tientia & lõganimitate cũ gaudio, gra
tias agẽtes * Deo & patri qui dignos nos
fecit in partẽ ſortis ſanctorum, in lumi
13ne. q eripuit nos de poteſtate tenebra-
rum, & tranſtulit in regnum filij dile-
14ctionis ſuæ, in quo habemus redẽptio-
15nem, *remiſſionẽ peccatorũ, qui eſt ima
go Dei inuiſibilis, primogenit⁹ oĩs crea
16turæ; qm̃ in ipſo condita ſunt vniuer-
C ſa in cęlis, & in terra, viſibilia, & inuiſi-
bilia, ſiue throni, ſiue dñationes, ſiue
principatus, ſiue poteſtates: oĩa per ip-
17ſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt
18ante oẽs, & oĩa in ipſo cõſtant. Et ipſe
eſt caput corpis Eccleſiæ, qui eſt princi-
pium primogenitus ex mortuis: vt ſit
19in oĩbus ipſe primatum tenens: q̃a in
ipſo complacuit oẽm plenitudinem in
20habitare: & p̃ eũ reconciliare oĩa in ip-
ſum, pacificans per ſanguinẽ crucis ei⁹,
ſiue quæ in terris, ſiue q̃ in cælis ſunt.
21Et vos cũ eſſetis aliqñ alienati & ini-
22mici ſenſu, in operibus malis: nũc aũt
recõciliauit in corpe carnis eius p̃ mor
tem, exhibere vos ſanctos & immacula
23tos, & irreprehenſibiles coram ipſo, ſi
tñ permanetis in fide fundati & ſtabi-
D les, & immobiles à ſpe Euãgelij qđ au-
diſtis, qđ prędicatũ eſt in vniuerſa crea
tura q̃ ſub cęlo eſt, cuius fact⁹ ſum ego
24Paulus miniſter. Qui nunc gaudeo in
paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea
quę deſunt paſſionum Chr̃i, in carne
mea pro corpe eius, quod eſt Eccleſia:
25cuius factus ſum ego miniſter ſm̃ di-
ſpenſationem Dei, quę data eſt mihi in
26vobis, vt impleam verbum Dei, myſte
rium qđ abſconditum fuit à ſeculis &
generationibus, nunc aũt manifeſtatũ
27eſt ſanctis eius, quibus voluit Deus no
tas facere diuitias gloriæ Sacramenti
huius in Gentibus, quod eſt Chr̃s in vo
28bis ſpes gloriæ: quem nos annuntia-
mus, corripientes oẽm hoĩem, & docẽ-
tes oẽm hoĩem in oĩ ſapientia, vt exhi-
beamus oẽm hominem perfectum in
29Chriſto Ieſu. in quo & laboro, certan-
do ſecundum operationem eius quam
operatur in me virtute.

*Patri 2. *Deo patri 12.
*& *vel 1.
Iohã 1. a.4
1. Cor. 15 c. 31 Apoc. 1. b. 5

CAP. II.

1 A Volo enim vos scire qualē sólicitu-
dinē habeam ꝑ vobis & ꝑ iis qui
sunt Laodiceæ, & quicunq; nō viderunt
2 faciem meam in carne: vt consolentur
corda ipsorū, instructi in charitate, &
in oēs diuitias plenitudinis intellect⁹, [*& 2.]
in agnitionē mysterij Dei *Patris* Chri [*& 7]
3 Iesu, ¶in quo sunt oēs thesauri sapiētiæ
4 & scientiæ abscōditi. ¶Hoc aūt dico, vt
nemo vos decipiat i sublimitate sermo
5 num. ¶‖Nā etsi corpe absens sum, sed [‖1. Cor.5 a 3]
spū vobiscum sum: gaudens, & videns
B ordinem vrm, & firmamentum eius q
6 in Chro est, fidei vestræ. ¶Sicut ergo ac-
cepistis Iesum Chrm Dnm*, in ipso am [*nostrū]
7 bulate, ¶radicati & superædificati in ip
so, & confirmati fide sicut & didicistis,
abūdātes *in illo in gratiarū actione. [-4. *in ea 3.]
8 Videte ne quis vos decipiat per philoso
phiam, & inanem fallaciam, sm tradi-
tionem hoīum, sm elementa mūdi, &
9 non sm Chrm. ¶quia in ipso inhabitat
oīs plenitudo diuinitatis corporaliter:
10 ¶& estis in illo repleti, qui est caput oīs
11 principat⁹ & potestatis: ¶in quo & circū
C cisi estis circumcisione nō manufacta, in
expoliatione corporis carnis, *in circunci [*sed]
12 sione Chri, *consepulti ei in baptismo:
in quo & resurrexistis per fidem opera-
tionis Dei, q suscitauit illū à mortuis.
13 ‖Et vos cū mortui essetis in delictis & [‖Ephe.2. a.1]
pputio carnis vræ, conuiuificauit cum
14 illo: donans vobis oīa delicta, ¶delens
qđ aduersus nos erat, chirographū *de- [*decretis 5.]
creti. qđ erat contrarium nobis: & ip-
sum tulit de medio, affigēs illud cruci:
15 ¶& expolians principatus & potestates,
traduxit cōfidenter palam, triumphās
16 illos in semetipso. ¶Nemo ergo vos iudi
D cet in cibo aut in potu, aut i parte diei
*festi, aut neomeniæ, aut sabbathorū: [-5.]
17 ¶q sunt vmbra futurorum, corpus autē
18 Chri. ¶‖Nemo vos seducat, volēs in hu- [‖Mat.24 a 4.]
militate & religione angelorum, q non
vidit ambulans, frustra inflatus sensu
19 carnis suæ, & nō tenēs caput, ex quo to-
tum corpus p nexus, & cōiūctiones sub
ministratum & cōstructū, crescit in aug- [-2.]
20 mentum Dei. ¶Si ergo mortui estis cum [*Ne tetigeris neque gustaueris neq. contrectaueris.]
D Chro ab elementis huius mūdi: quid
adhuc tanq̄ viuētes in mundo decerni
21 tis? ¶*Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, ne
22 que cōtrectaueritis: ¶q sunt oīa i interi
tum ipso vsu, sm præcepta & doctrinas
23 hoīum. ¶quæ sunt rationē quidē haben
tia sapientiæ in superstitione & humili
tate, & nō ad parcendum corpi, non in
honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAP. III.

1 A Igitur si consurrexistis cum Chro: quę
sursum sunt quærite, vbi Chrs est in
2 dextera Dei sedens. ¶q sursum sunt sapi
3 te: non q super terram. ¶Mortui enim
estis, & vita vestra est abscondita cum [*autem *enim 18]
4 Chro in Deo. ¶Cum *Chrs apparuerit, vi [‖Ephe. x.3]
ta vra: tūc & vos apparebitis cum ipso
5 in gloria. ¶‖Mortificate ego mēbra vra
quæ sunt sup terram, fornicationē, im-
munditiam, libidinē, cōcupiscentiā ma
lam, & auaritiam, quæ est simulachro-
6 rum seruitus, ¶pp quę, venit ira Dei sup
7 filios incredulitatis. ¶In quibus & vos
ambulastis aliqñ, cū viueretis in illis. [‖Rom. 6 a.4 b.13]
8 ‖Nunc aūt deponite & vos oīa, iram, in [Ephes.4. f.23]
B dignationē, malitiam, blasphemiā, tur [Hebr. 12 a. 1]
9 pem sermonem de ore vestro. ¶Nolite
mentiri inuicem: expoliātes vos veterē
10 hoīem cū actibus suis, & induentes no [1.Petr.2 a.1.4.a.2]
uum, eum q renouatur in agnitionem,
sm imaginem eius qui creauit illum,
11 ‖vbi non est*, Gentilis & Iudæus, circū [*masculus & fœmina]
cisio & pputium, Barbarus & Scytha,
seru⁹: & liber, sed oīa, & in oībus Chrs. [‖Ephe.6. b.3 a]
12 ‖Induite vos ergo sicut electi Dei, san-
cti, & dilecti, viscera misericordię, beni
gnitatem, humilitatē, modestiā, patien
13 tiam, supportantes inuicem: & donan-
C tes vobismetipsis, siquis aduersus ali-
quem habet q̄relam. sicut & Dñs dona
14 uit vobis, ita & vos. ¶Super oīa aūt hęc, [-1.]
charitatem habete, quod est vinculū
15 pfectionis. ¶Et pax Chri exultet in cor-
dibus vestris, in qua & vocati estis in
16 vno corpe: & grati estote. ¶Verbū Chri
habitet in vobis abundanter, in oī sa-
pientia: docentes & commonentes vos- [*in]
metipsos, *psalmis, hymnis, & canticis [1.Cor.10 g.36.]
spūalibus, in gratia cantantes in cordi- [*facite]
17 bus vestris Deo. ¶‖Oē quodcunq; faci- [‖Ephe. 5]
D tis in verbo aut i opere, oīa in noīe Dñi [c. 22.]
Iesu Chri*, gratias agentes Deo & Patri [1. Petr. 3 a. 1]
18 per ipsum. ¶‖Mulieres subditę estote vi [Ephe. 5. f. 25]
19 ris sicut oportet in Dño. ¶‖Viri, diligite [*vestras]
vxores*: & nolite amari esse ad illas. [-4.]
20 ‖Filij, obedite parentibus per oīa, hoc [Ephes.6. a.5]
21 enim placitū est in Dño. ¶‖Patres, no- [Tit.2.c.9]
lite ad indignationem prouocare filios [1. Petr.2. c.18.]
22 vestros: vt non pusillo animo fiāt. ¶‖Ser
ui, obedite per oīa dñis carnalibus, non

ad oculum seruiétes, quasi hoĩbus placé
tes, sed in simplicitate cordis, timentes
23 Deum. Quodcunq; facitis, ex animo
operamini sicut Dño, & non homini-
24 bus: scientes q̃ à Dño accipietis retri-
butioné hæreditatis. Dño Christo ser-
25 uite. qui enim iniuriá facit, recipiet
id quod iniquè gessit, & non est perso-
narum acceptio apud Deum.

Rom. 2. b. 6. Act. 10. f. 34.

CAP. IIII.

1 A DOmini, quod iustũ est & æquum,
seruis præstate: scientes q; & vos
2 Dñm habetis in cęlo. Orationi insta-
tē: vigilantes in ea in gratiarũ actione.
3 Orantes simul & pro nobis, vt De⁹ ape-
riat nobis ostium sermonis ad loquen-
dum mysterium Christi (pp quod etiá
4 vinctus sum) vt manifestem illud ita
5 vt oportet me loqui. In sapientia am
bulate ad eos qui foris sunt, tempus re-
6 diméte. Sermo vester semp in gratia
B sale sit conditus: vt sciatis quõ oporteat
7 vos vnicuiq; rñdere. Quæ circa me
sunt, oĩa vobis nota faciet Tychicus ca-
rissimus frater & fidelis minister, & cõ
8 seruus in Dño: quem misi ad vos ad
hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos
9 sunt, & consoletur corda vestra, cum
Onesimo carissimo & fideli fratre q ex
vobis est. Oĩa quæ hîc aguntur, nota fa
10 cient vobis. Salutat vos Aristarchus cõ
captiuus meus, & Marcus consobrinus
Barnabę (de quo accepistis mandata. Si
11 venerit ad vos, excipite illum). & Iesus
C qui dicitur Iustus: qui sunt ex circunci-
sione. hi soli sunt adiutores mei ĩ regno
12 Dei: qui mihi fuerunt solatio. Salutat
vos Epaphras qui ex vobis est seru⁹ Chri
sti Iesu, semper solicitus p̃ vobis in ora
tionibus, vt stetis perfecti & pleni in oĩ
13 voluntate Dei. Testimonium enim il-
li perhibeo quòd habet multum labo-
rem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodi
14 ciæ, & qui Hierapoli. Salutat vos Lu-
15 cas medic⁹ carissimus, & Demas. Salu
D tate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nym-
pham, & quę in domo eius est ecclesiã.
16 Et cũ lecta fuerit apud vos epistola, faci
te vt & in Laodicensium ecclesia lega-
tur: & eam quę Laodicésiũ est, vos lega-
17 tis. Et dicite Archippo, vide ministe-
rium quod accepisti in Domino, vt il-
18 lud impleas. Salutatio mea manu Pau
li. Memores estote vinculorum meorũ.
Gratia vobiscum. Amen.

Luca 18. a. 1. 1. Th. 5. c. 17. Ephes. 6. c. 18. 2 The. 3. a. 1. Ephe. 5. d. 15.


qui gia

1. Ti 4. b. 11.

ex qua Laodicésiũ est vobis legaf

Dñi nostri Iesu Christi

EPISTOLA PAVLI Ad Thessalonicenses I.



CAPVT PRIMVM.

1 A

PAVLVS & Siluanus &
Timothe⁹ ec-
clesiæ Thessa
lonicensiũ in
Deo patre; &
Domino Iesu
Christo. Gña
vobis & pax.
2 Gratias agi-
mus Deo sem
per pro oĩbus
vobis: memo-
riam vestri fa
cientes in orationibus nr̃is sine inter-
3 missione, memores operis fidei vr̃æ, &
laboris, & charitatis, & sustinétiæ spei
B Dñi nr̃i Iesu Christi, ante Deum & pa-
4 trem nostrũ: scientes fratres dilecti à
5 Deo, electionem vestram: quia Euan-
gelium nr̃m non fuit ad vos in sermo-
C ne tñ, sed in virtute, & in spũ sancto,
& ĩ plenitudine multa, sicut scitis qua-
6 les fuerim⁹ in vobis pp vos. Et vos imi
tatores nostri facti estis, & Dñi: excipiẽ-
tes verbum in tribulatione multa cum
7 gaudio spũs sancti: ita vt facti sitis for-
ma oĩbus credétibus ĩ Macedonia & in
8 Achaia. A vobis enim diffamatus est
D sermo Dñi, non solùm in Macedonia
& in Achaia, sed in omni loco, fides ve
stra quæ est ad Deũ, profecta est, ita vt
non sit nobis necesse quicquam loqui.
9 Ipsi enim de nobis annũtiant qualé in-
troitũ habuerimus ad vos: & quõ con-
uersi estis ad Deũ à simulachris seruire
10 Deo viuo & vero, & expectare Filiũ ei⁹
de cęlis (quem suscitauit ex mortuis) Ie
sum, qui eripuit nos ab ira ventura.

à Deo patre nostro, & Dño Iesu Christo 2.

& 2.

CAP. II.

1 A NAm ipsi scitis fratres introitũ no-
strũ ad vos quia non inanis fuit:

sed

2 ¶sed antè passi, & cōtumeliis affecti (si-
cut scitis) in ‖Philippis, fiduciā habuimꝰ
in Deo nr̄o, loqui ad vos Euāgeliū Dei
3 in multa solicitudine. ¶Exhortatio enī
nr̄a non de errore, neq; de immūditia,
4 neq; in dolo: ¶sed sicut probati sumus
à Deo, vt crederetur nobis Euāgelium,
ita loquimur: non quasi hoībus placen
5 tes, sed Deo qui ꝓbat corda nr̄a. ¶Neq;
enim aliqn̄ fuimus in sermone adula-
tionis sicut scitis, neq; in occasione aua
6 ritię, Deus testis est: ¶nec quęrentes ab
hoībus gloriam, neq; à vobis, neque ab
7 aliis. ¶Cū possemus vobis oneri esset vt
Christi Apostoli: sed facti sumꝰ *paruu
li in medio vestrum, tanq̄ si nutrix fo-
8 ueat filios suos. ¶Ita desiderātes vos, cu
B pidè volebamus tradere vobis nō solū
Euangelium Dei, sed etiam aīas nr̄as,
9 qm̄ carissimi nobis facti estis. ¶Memo-
res enim estis fratres laboris nr̄i & fati
gationis, ‖nocte & die operātes, ne quē
vr̄m grauaremus, ꝑdicauimus in vobis
10 euangeliū Dei. ¶Vos testes estis & Deꝰ,
q̄ sanctè, & iustè, & sine querela, vobis,
11 q credidistis fuimus: ¶sicut scitis quali-
ter vnumquéq; vestrū (sicut pater filios
12 suos) ¶deprecantes vos & cōsolantes, te
stificati simꝰ vt ambularetis dignè Deo
q vocauit vos in suū regnum & gloriā.
13 Ideo & nos gratias agimus Deo sine in-
C termissione, qm̄ cū accepissetis à nobis
verbum auditus Dei, accepistis illud
non vt verbum hoīum, sed (sicut est ve
rè) verbum Dei, q operat̄ in vobis qui
14 credidistis. ¶vos enim imitatores facti
estis fratres ecclesiarū Dei quæ sunt in
Iudæa, in Chr̄o Iesu. quia eadem passi
estis & vos à cōtribulibus vestris, sicut
15 & ipsi à Iudæis, ¶q & Dn̄m occiderunt
Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sūt,
& Deo nō placent, & oībus hoībus ad-
16 uersantur, ¶prohibentes nos Gentibus
loqui vt saluæ fiant, vt impleant pecca
D ta sua semp, *præuenit enim *ira Dei su
17 per illos vsq; in finem. ¶Nos aūt fratres
desolati à vobis ad tempus horæ, aspe-
ctu, nō corde: abundātius festinauimꝰ
faciem vestram videre cum multo desi
18 derio, ¶qm̄ voluimus venire ad vos, ego
qdem Paulus, & semel & iterū: sed im-
19 pediuit nos Satanas. ¶Quæ est enim no
stra spes, aut gaudiū, aut corona gloriæ?
Nonne vos ante Dn̄m nostrum Iesum
20 Chr̄m estis in aduentu eius? ¶vos enim

‖Act. 16 d. 17. e. 22
*Genes. 2.
‖Act. 20. g. 34. 1. Cor. 4. c. 12 2. The. 3. b. 8.
*prævenit *ante 8.

estis gloria nostra & gaudium.

CAP. III.

1 PRopter qd̄ non sustinétes amplius,
A placuit nobis remanere Athenis, so
2 lis: ¶& ‖misimus Timotheū fratrē nr̄m,
& ministrum Dei in euangelio Christi,
ad cōfirmandos vos & exhortandos ꝓ
3 fide vestra: ¶vt nemo moueat̄ in tribu-
lationibus istis: ipsi enim scitis q̄ in
4 hoc positi sumus. ¶Nam & cū apud vos
essemus, ꝓdicebamꝰ vobis passuros nos
tribulationes, sicut & factum est, & sci-
5 tis. ¶Propterea & ego amplius nō susti-
B nens, misi ad cognoscēdā fidem vestrā:
ne fortè tentauerit vos is qui tentat, &
6 inanis fiat labor noster. ¶Nūc aūt venié
te Timotheo ad nos à vobis, & annun-
tiāte nobis fidem & charitatem vestrā,
& quia memoriam nostri habetis bonā
semper, desiderātes nos videre sicut nos
7 quoq; vos: ¶ideo cōsolati sumꝰ fratres,
C in vobis, in oī necessitate & tribulatio-
8 ne nr̄a, per fidem vestram, ¶qm̄ nūc vi-
9 uimus si vos statis in Dn̄o. ¶Quā enim
gratiarum actionem possumus Deo re-
tribuere ꝓ vobis, in omni gaudio quo
gaudemus ꝓp vos ante Deum nostrū,
10 ¶nocte ac die abundātius orantes vt vi-
deamus faciem vestram, & cōpleamus
11 ea quæ desunt fidei vestræ? ¶Ipse autem
D Deus, & Pater nr̄, & Dn̄s noster Iesus
Cristus dirigat viam nostram ad vos.
12 ¶Vos aūt Dn̄s multiplicet, & abundare
faciat charitatem *in inuicem, & in oēs,
13 quemadmodum & nos in vobis, ¶ad cō
firmanda corda vestra sine querela, in
sanctitate, ante Deum & Patrem nr̄m
in aduentu Domini nostri Iesu Christi
cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAP. IIII.

1 DE cętero ergo fratres rogamus vos
A & obsecramꝰ ī Dn̄o Iesu, vt queād
modū accepistis à nobis qūo oporteat
vos ambulare, & placere Deo, *sicut &
2 ambulatis, vt abundetis magis. ¶Scitis
enim quæ præcepta *dederim vobis ꝑ
3 Dn̄m Iesum. ¶‖Hęc est eīn volūtas Dei,
sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à
4 fornicatione, ¶vt sciat vnusquisq; vr̄m
vas suū possidere in sanctificatione &
5 honore: ¶nō in passione desiderij, sicut
6 & Gētes quæ ignorāt Deum, ¶& nequis
supgrediatur, neq; circumueniat in ne-
gotio fratrē suum: qm̄ vindex est Domi
nus de his omnibus, sicut *prædiximus

‖Act. 17. d. 1.
*vestram
*sic & ambuletis 8.
*dederimus 2.
‖Ro. 12 a. 2. Ephes. 5 d. 17.

7 vobis,& teſtificati ſumus. nõ enim vo-
cauit nos Deus in immũditiam : ſed in
8 ſanctificationem. Itaq; qui hæc ſper-
nit,non hoĩem ſpernit,ſed Deum , qui
etiam dedit Spm̃ ſuum ſcm̃ in nobis.
9 De charitate aũt fraternitatis nõ neceſſe
habemus ſcribere vobis: ‖ipſi enim vos
10 à Deo didiciſtis vt diligatis inuicẽ. Ete
nim illud facitis in oẽs fratres in vni-
C uerſa Macedonia. Rogamus aũt vos fra
11 tres vt abundetis magis: & operam de
tis vt quieti ſitis, & vt vr̃m negotium
agatis,& operemini manibus vr̃is,ſicut
12 pcepimus vobis: & vt honeſtè ambu-
letis ad eos qui foris ſunt: & nullius ali
13 qd deſideretis. Nolumus aũt vos igno
rare fratres de dormiẽtibus, vt nõ cõtri
ſtemini, ſicut & cęteri q ſpem non ha-
14 bẽt. Si enim credimus ꝙ Ieſus mortuꝰ
eſt & reſurrexit: ita & Deus eos qui dor
mierunt per Ieſum adducet cum eo.
15 Hoc enim vobis dicimꝰ in verbo Dñi,
D ‖quia nos q viuimus, qui reſidui ſumꝰ
°in aduentu' Dñi, non pueniemus eos
16 qui dormierunt. Qm̃ ipſe Dñs in iuſſu
& in voce Archangeli, & in tuba Dei, de
ſcendet de cęlo: & mortui qui in Chro
17 ſunt, reſurgent primi. Deinde nos q vi
uimus,qui relinquimur : ſimul rapie-
mur cũ illis in nubibꝰ obuiam °Chro'
18 in aëra, & ſic ſemper cum Dño erimus.
19 Itaq; cõſolamini inuicẽ in verbis iſtis.

Iohã. 13 d.34.15 c.17 1. Ioh. 2. b. 10. 4. c.13

1.Cor.14 c.13.g.51 °in aduẽtum 6.

°Dño 4

CAP. V.

1 A DE tpibus aũt & momentis fratres,
non indigetis vt ſcribamus vobis.
2 ‖Ipſi enim diligẽter ſcitis qa dies Dñi,
3 ſicut fur i nocte, ita veniet. cũ enim di
xerint pax, & ſecuritas : tunc repentinꝰ
eis ſuperueniet interitꝰ, ſicut dolorº in
4 vtero°habenti', & nõ effugiẽt. Vos aũt
fratres,non eſtis in tenebris: vt vos dies
5 illa tanq̃ fur comprehendat. oẽs enim
vos, filij lucis eſtis, & filij diei: nõ ſumꝰ
6 noctis neq; tenebrarũ. Igit̃ nõ dormia
mus ſicut & cæteri: ſed vigilemus & ſo-
7 brij ſimus. Qui enim dormiunt, nocte
B dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij
8 ſunt. Nos aũt qui diei ſumus, ſobrij ſi
mus, ‖induti loricam fidei & charita-
9 tis, & galeam ſpem ſalutis. qm̃ non po
ſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitio
nẽ ſalutis per Dñm nr̃m Ieſum Chr̃m:
10 qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigi
lemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo
11 viuamus. Propter quod cõſolamini in
uicem: & ædificate alterutrum, ſicut &
12 facitis. Rogamus aũt vos fratres vt no
ueritis eos qui laborãt inter vos, & præ
13 ſunt vobis in Dño , & monent vos: vt
habeatis illos abundãtius in charitate
pp opus illorum. pacem habete cũ eis.
14 Rogamus aũt vos fratres, corripite inqe
tos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite
15 infirmos, patientes eſtote ad oẽs. ‖Vi-
dete ne qs malum pro malo alicui red-
D dat: ſed ſemp qđ bonum eſt ſectamini
16 inuicẽ, & in oẽs. Semp gaudete. ‖Sine
17 intermiſſione orate. In oĩbus gratias
18 agite, hęc eſt enim volũtas Dei in Chro
19 Ieſu in oĩbus vobis . Spm̃ nolite extin-
20 guere. Prophetias nolite ſpernere. Oĩa
21 aũt probate : quod bonum eſt tenete.
22 Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.
23 Ipſe aũt Deꝰ pacis ſanctificet vos p oĩa:
vt integer ſpũs veſter, & aĩa & corpus ſi
ne querela, in aduentu Dñi noſtri Ieſu
24 Chriſti ſeruet̃. ‖Fidelis eſt qui vocauit
25 vos, qui etiam faciet . Fratres orate pro
26 nobis . Salutate fratres omnes in oſcu
27 lo ſancto. Adiuro vos per Dñm , vt le-
gatur Epiſtola hæc' omnibus ſanctis
28 fratribus . Gratia Domini noſtri Ieſu
Chriſti vobiſcum. Amen.

1. Pet.3 c.10 Ap.3.a 3 16.e.15 °parturienti 1. °habẽtis

Iſai. 39. c.19 Ephe. 6. c.17.

Pro. 17 b. 13.20. d 22 Rom. 12 d.17 1. Petr. 3 b 9 Eccle. 18 c.22 Luca 18. a. 1 Colo. 4 a.2

1. Cor. 1 b.9

EPISTOLA PAVLI Ad Theſſalonicẽſes II.



CAPVT PRIMVM.

1 A PAVLVS & Siluanus
& Timotheus : ec-
cleſiæ Theſſalonicẽ
ſium in Deo Patre
noſtro & Dño Ieſu
2 Chriſto. Gratia vo-
bis & pax à Deo pa
tre noſtro & Domi-
3 no Ieſu Chriſto . Gratias agere debe-
mus ſemper Deo pro vobis fratres, ita
B vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fi
des veſtra, & abundat charitas vniuſcu

4 iusq; vestrũ in inuicẽ: ¶ ita vt & nosipsi
in vobis gloriemur in ecclesijs Dei, ꝓ
patiẽtia vrã, & fide in oĩbus persecutio-
nibus vr̃is & tribulationibus, quas susti
5 netis¶in exemplum iusti iudicij Dei, vt
digni habeamini * regno Dei, ꝓ quo & *in
6 patimini. ¶ si tñ iustum est apud Deũ re
tribuere *tribulationẽ', ijs qui vos tribu *retributionem
7 lant: ¶ & vobis qui tribulamini requiẽ
C nobiscũ in reuelatione Dñi Iesu de cœlo
8 cũ angelis virtutis eius, ¶ in flãma ignis
dãtis vindictã ijs q nõ nouerũt Deũ, &
q nõ obediunt Euangelio Dñi nr̃i Iesu
9 Chr̃i: ¶ q̃ pœnas dabũt in interitu æter-
nas à facie Dñi & à gloria virtutis eius:
10 ¶cùm venerit glorificari in sanctis suis,
& admirabilis fieri in oĩbus q credide-
rũt, quia creditũ est testimonium nr̃m
11 super vos in die illo. ¶In quo ẽt oramus
semper ꝓ vobis: vt dignet̃ vos vocatione
sua Deus nr̃, & impleat oẽm voluntatẽ
12 bonitatis * & opus fidei in virtute, ¶ vt *suæ
clarificetur nomẽ Dñi nr̃i Iesu Chr̃i in
vobis, & vos in illo ſm gratiam Dei no-
stri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

1 ROgamus aũt vos fratres per aduen-
A tum Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, & nr̃æ cõ-
2 gregationis in ipsum: ¶vt nõ citò moueamini à vr̃o sensu, neque terreamini, ne
que per spĩm, neq; per sermonẽ, neque
per ep̃lam tanquã per nos missam, quasi
3 instet dies Dñi. ¶‖Ne quis vos seducat vl Ephe. 5 b. 6
lo mõ, qm̃ nisi venerit discessio primũ,
& reuelatus fuerit homo peccati, filius
4 perditionis, ¶qui aduersatur & extollit̃
supra oẽ qđ dicitur Deus, aut qđ colit̃,
ita vt in templo Dei sedeat, ostendẽs
5 se tanquã sit Deus. ¶ Num retinetis ꝙ
B cùm adhuc essem apud vos, hæc dicę-
6 bam vobis? ¶Et nunc quid detineat sci-
7 tis: vt reueletur in suo tp̃e. ¶Nam myste-
rium iam operatur iniquitatis: tãtùm
vt qui tenet nunc, teneat, donec de me-
8 dio fiat. ¶ Et tunc reuelabitur ille ini-
quus: ‖quem Dñs Iesus interficiet spiri- Isai 11 a. 4
tu oris sui: & destruet illustratione ad-
9 uentus sui eum, ¶cuius est aduentus se-
cundùm operationem Satanæ, in oĩ vir
10 tute, & signis & ꝓdigijs mẽdacibus, ¶&
C in oĩ seductione iniquitatis ijs qui pe-
reunt, eò ꝙ charitatem veritatis nõ re-
11 ceperunt vt salui fierent. ¶Ideo mittet il
lis De⁹ operationẽ erroris, vt credãt mẽ-
12 dacio: ¶vt iudicent̃ oẽs qui nõ credide-
runt veritati, sed cõsenserũt iniquitatĩ.
13 ¶Nos aũt debemus grãs agere Deo semꝑ
ꝓ vobis fratres dilecti à Deo, ꝙ elegerit
*vos' Deus primitias in salutem, in san *nos
14 ctificatione spũs & fide veritatis: ¶ *in *ad quã a.
D quã' & vocauit vos ꝑ Euangelium nr̃m,
in acquisitionẽ gl̃iæ Dñi nr̃i Iesu Chr̃i.
15 ¶Itaq;, fratres state & tenete traditiones
quas didicistis, siue per sermonem, siue
16 per ep̃lam nr̃am¶Ipse autem Dñs nr̃ Ie-
sus Chr̃s, & Deus & pr̃ nr̃ q dilexit nos,
& dedit cõsolationẽ æternã, & spẽ bonã
17 in gratia. ¶Exhortetur corda vestra, & cõ
firmet in oĩ opere & sermone bono.


CAP. III.

1 DE cætero fratres, ‖orate ꝓ nobis, vt Ephe. 6 d
A sermo dei currat & clarificet̃, sicut
2 & apud vos: ¶& vt liberemur ab impor
tunis & malis hominibus, nõ enĩ oĩum
3 est fides. ¶Fidelis aũt Dñs est, q cõfirma-
4 bit vos & custodiet à malo. ¶ Cõfidim⁹
aũt de vobis in Dño, qm̃ quę *ꝑcipimus' *præcepimus.
5 & facitis, & facietis. ¶ Dñs autẽ dirigat
corda vestra in charitate Dei, & patiẽtia
6 Chr̃i. ¶ Denuntiamus aũt vobis fratres
C in noĩe Dñi nr̃i Iesu Chr̃i, vt subtrahatis vos ab oĩ fratre ambulante inordi-
natè, & nõ ſm traditionẽ quã acceperũt
7 à nobis. ¶Ipsi enĩ scitis quemadmodum
oporteat imitari nos: qm̃ non inquieti
8 fuimus inter vos: ¶‖ neq; gratis panem Act. 20 g 34
manducauimus ab aliquo, sed in labo 1.Cor.4. c.12
re & in fatigatiõe nocte & die operãtes, 1.Thes.2. b 9
9 ne quem vestrum grauaremus. ¶ Non
C quasi non habuerimus potestatem: sed
vt nosmetipsos formam daremus vo-
10 bis ad imitandum nos. ¶ Nam & cùm
essemus apud vos, hoc denuntiabamus
vobis: qm̃ si quis non vult operari, nec
11 manducet. ¶ * Audiuimus' enim inter *Audiuimus
vos quosdam ambulantes inquietè, ni-
12 hil operantes, sed curiosè agentes. ¶ Iis
autem qui eiusmodi sunt, denuntia-
mus, & obsecramus in Dño Iesu Chr̃o,
vt cùm silentio operantes, suum panẽ
13 manducent. ¶‖Vos autem fratres nolite Gala. 6 c.9
D deficere benefacientes. ¶ Quòd si quis
14 non obedit verbo nostro, per episto-
lam hunc notate: & ne commisceamini
15 cùm illo. vt confundatur: ¶& nolite
quasi inimicum existimare, sed corri-
16 pite vt fratrem. ¶ Ipse autem Dñs pacis
det vobis pacem sempiternam in omni
loco. Dominus sit cùm omnibus vobis.
17 ¶Salutatio mea manu Pauli: quod est

signum

18 signum in oī epistola. ita scribo. Gratia
Domini nostri Iesu Christi cum omni-
bus vobis. Amen.

EPISTOLA PAVLI Ad Timotheum Prima.



CAPVT PRIMVM.

1 PAVLVS Apo-
A stolus Iesu Chri-
sti secundùm impe-
rium Dei saluatoris
nostri, & Christi Ie-
sus spei nostræ: Ti- (Act. 16. a. 1.)
2 motheo dilecto fi-
lio in fide. Gratia,
misericordia, & (-4.)
pax a Deo patre, &
3 Chrīo Iesu Dno nostro. Sicut rogaui te
vt remaneres Ephesi cū irē in Macedo-
niam, vt denūtiares quibusdam ne ali-
4 ter docerēt, neq; intēderent fabulis &
B genealogijs interminatis: quę quęstio-
stiones præstāt magis q̃ ædificationem
5 Dei quæ est in fide. Finis autē præcepti
est charitas de corde puro, & cōscientia
6 bona, & fide nō ficta. A quibus quidā
aberrātes, cōuersi sunt in vaniloquium,
7 volētes esse legis doctores, nō intelligē-
tes neque quæ loquuntur, neque de qui
8 bus affirmāt. Scimus autem quia bo- (Rom. 7. b 10.)
na est lex, si quis ea legitimè vtatur: (scientes)
9 sciēs hoc quia lex iusto nō est posita,
sed iniustis. & nō subditis, impijs & pec
catoribus, sceleratis & cōtaminatis, pa-
10 tricidis & matricidis, homicidis, forni
carijs, masculorū cōcubitoribus, pla-
giarijs, mendacibus, periuris, & si quid
11 aliud sanæ doctrinę aduersat̄, q̃ est se-
C cūdum Euāgeliū glorię beati Dei, qđ
12 creditum est mihi. Gratias ago ei q̄ me
cōfortauit in Christo Iesu Dño nřo qa
fidelem me existimauit, ponens in mi-
13 nisterio. qui prius blasphemus fui, &
persequutor & cōtumeliosus. sed mise-
ricordiam Dei cōsecutus sum, quia igno
14 rans feci in incredulitate. Superabūda
uit autem gratia Dñi nostri cùm fide &
15 dilectione, quæ est in Christo Iesu. Fi-
delis sermo, & oī acceptione dignus: ꝙ
Christus Iesus venit in hūc mūdum (Matt. 9. b. 13. Marc. 2. c. 17.)
peccatores saluos facere, quorum pri-
16 mus ego sum. Sed ideo misericordiā (-1.)
D cōsecutus sum: vt in me primò ostēde-
ret Christus Iesus oem patientiam, ad
informationem eorum qui credituri (deformationi 1.)
17 sunt illi in vitam æternam. Regi autē
seculorum immortali, inuisibili, soli
Deo honor & gloria in secula seculorū.
18 Amē. Hoc pceptū cōmēdo tibi fili Ti-
mothee: sm precedētes in te pphetias,
19 vt milites in illis bonam militiam, ha
bens fidem & bonam cōscientiam, quā
quidam repellentes, circa fidem naufra
20 gauerunt: ex quibus est Hymeneus &
Alexander: quos tradidi Satanæ, vt di-
scant non blasphemare.

CAP. II.

1 OBsecro igitur primùm oīum fieri
A obsecrationes, orationes, postula-
tiones, gratiarū actiones p oībus hoib⁹,
2 p regibus & oibus qui in sublimita-
te sunt: vt quietam & trāquillam vitā
agamus in omni pietate & castitate.
3 hoc enim bonum est & acceptum corā
4 saluatore nřo Deo, qui oēs hoīes vult
saluos fieri, & ad agnitionem veritatis
5 venire. Vnus enim Deus, vnus & me-
B diator Dei & hoium homo Christus
6 Iesus: qui dedit redemptionem seme-
tipsum pro oībus cuius testimoniū tē- (-7.)
7 poribus suis cōfirmatum est. In quo (2. Tim. 1. c. 11.)
positus sum ego prædicator & Aposto-
lus (veritatem dico, nō mentior) doctor
8 Gentium in fide & veritate. Volo ergo
C viros orare in omni loco: leuantes pu-
ras manus, sine ira & disceptatione.
9 Similiter & mulieres in habitu orna- (1. Pet. 3 a 3.)
to: cum verecundia & sobrietate ornā-
tes se, non in tortis crinibus, aut auro,
10 aut margaritis, vel veste pretiosa, sed
quod decet mulieres promittentes pie-
11 tatem per opera bona. Mulier in silen-
12 tio discat, cū oī subiectione. Docere (1 Co. 14 f. 14.)
autem mulieri non permitto, neq; do-
D minari in virum: sed esse in silentio. (Gene. 2. d. 27.)
13 Adā enī primus formatus est: deinde
14 Heua. & Adam nō est seductus: mu- (Gene. 3 b 6.)
lier aūt seducta, in preuaricatione fuit.

15 ¶Saluabitur autem per filiorum gene-
rationem: si permanserint in fide & di-
lectione, & sanctificatione cũ sobrietate.

CAP. III.

1 Fidelis sermo. Siquis episcopatum de
A siderat, bonũ opus desiderat. ¶Opor
2 tet *ergo episcopum irreprehẽsibilẽ es-
se, vnius vxoris virum, sobriũ, pruden-
tem, ornatum, pudicum, hospitalem,
3 doctorem, ¶nõ vinolẽtum, nõ percusso-
rem: sed modestum, nõ litigiosum, nõ
4 cupidum, ¶ *suæ domui bñ præpositum
filios habẽtem subditos cũ oi castitate.
5 ¶Siquis autem domui suę pręesse nescit:
B quõ ecclesię Dei diligẽtiã habebit? ¶Nõ
6 neophytum: ne in superbiã elatus, in
7 iudiciũ incidat diaboli. ¶Oportet autẽ
illum & testimoniũ habere bonum ab
ijs qui foris sunt: vt nõ in opprobriũ in
8 cidat & laqueũ diaboli. ¶Diaconos simi
C liter pudicos, nõ bilingues, nõ multò
vino deditos, nõ turpe lucrum sectãtes:
9 ¶habentes mysterium fidei in conscien
10 tia pura. ¶Et hi autẽ probentur primũ:
& sic ministrẽt, nullũ crimen habẽtes.
11 ¶ Mulieres similiter pudicas, nõ detra-
hentes, sobrias, fideles in omnibus.
12 ¶Diaconi sint vnius vxoris viri: qui fi-
lijs suis benè præsint, & suis domibus.
13 ¶Qui enim bene ministrauerint, gradũ
D bonũ sibi acquirent, & multam fiduciã
14 in fide quæ est in Christo Iesu. ¶Hęc ti-
bi scribo*: sperans me ad te venire citò.
15 ¶si autem tardauero: vt scias quomodo
oporteat te in domo Dei cõuersari, q̃
est ecclesia Dei viui, columna & firma-
16 mentum veritatis. ¶ Et manifestè ma-
gnum est pietatis sacramentum, quod
manifestatum est in carne, iustificatũ
est in spiritu, apparuit angelis, prædica-
tum est Gentibus, creditũ est in mũdo,
assumptum est in gloria.

CAP. IIII.

1 Spiritus autem manifestè dicit q̃a in
A nouissimis temporibus discedẽt qui-
dam à fide, attendentes spiritibus erro-
2 ris & doctrinis dæmoniorum, ¶in hypo
crisi loquentiũ mẽdaciũ, & cauteriatã
3 habentium suam cõscientiã, ¶prohiben
tium nubere, abstinere à cibis quos De
us creauit ad percipiẽdũ cum gratiarũ
actione fidelibus, & ijs qui cognouerũt
4 veritatem ¶Quia ois creatura Dei bona
B est, & nihil reijciendũ qđ cũ gratiarum
5 actione percipitur. ¶ sanctificatur enim
6 per verbum Dei & orationem. ¶Hæc p̃-
ponens fratribus, bonus eris minister
Christi Iesu, enutritus v̄bis fidei & bo
7 nę doctrinæ quã assecutus es. ¶Ineptas
aũt & aniles fabulas deuita: exerce au
8 tẽ teipsum ad pietatẽ. ¶Nã corporalis e-
C xercitatio, ad modicum vtilis est. pietas
aũt ad oĩa vtilis est, p̃missionẽ habẽs vi
9 tæ quæ nunc est & futuræ. ¶Fidelis ser-
10 mo, & oĩ acceptione dignus. ¶ In hoc e-
nim laboramus & maledicimur. *quia
speramus in Deum viuum qui est salua
tor oĩum hominum, maximè fideliũ.
11 ¶Præcipe hęc & doce. ¶Nemo adolescẽ-
12 tiam tuã cõtemnat: sed exemplũ esto fi-
deliũ in verbo, in cõuersatione, in cha-
13 ritate, in fide, in castitate. ¶Dum venio,
D attẽde lectioni, exhortationi *doctrinę.
14 Noli negligere gratiã quæ in te est: quæ
data est tibi per p̃phetiam, cũ imposi-
15 tione manuũ presbyterij. ¶Hęc medita-
re, i his esto: vt p̃fectus tuus manifestus
16 sit oĩbus. ¶Attẽde tibi & doctrinæ: insta
in illis. Hoc enim faciẽs, & teipsum sal-
uum facies, & eos qui te audiunt.

CAP. V.

1 Seniorem ne increpaueris: sed obse-
A cra vt patrẽ: iuuenes, vt fratres: ¶an*,
2 vt matres: iuuẽculas, vt sorores in oĩ ca
3 stitate. ¶Viduas honora: quę verè vidue
4 sunt. ¶Siqua autem vidua filios aut ne-
potes habet, *discat primũ domũ suam
regere, & mutuam vicem reddere parẽ-
tibus. hoc enim acceptũ est corã Deo.
5 ¶Quę autem verè vidua est & desolata:
*speret in Deũ, & *instet obsecrationib9
6 & orationibus nocte & die. ¶Nam quæ
7 in delitijs est: viuẽs mortua est. ¶Et hoc
8 p̃cipe vt irreprehensibiles sint. ¶ *Siquis
aũt suorũ, & maximè domesticorũ cu-
rã nõ habet: fidẽ negauit: & est infideli
9 deterior. ¶ Vidua eligatur nõ minus se-
B xaginta annorũ, quæ fuerit vnius viri
10 vxor, ¶in operib9 bonis testimoniũ ha-
bẽs, si filios educauit, si hospitio recepit,
si sanctorũ pedes lauit, si tribulationẽ
patiẽtibus subministrauit, si oẽ opus bo
11 nũ subsecuta est. ¶Adolescẽtiores aũt vi-
duas deuita. Cũ eni luxuriatę fuerint in
12 Chro, nubere volũt: ¶ habẽtes damna-
13 tionẽ, q̃a primã fidẽ irritã fecerunt. ¶ si-
mul aũt & otiosæ discunt circuire do-
mos: nõ solũ otiosę, sed & verbosę & cu
14 riosæ, loquentes quæ nõ oportet. ¶Volo
ergo iuniores nubere: filios p̃creare,

*permanserint.
‖Titi 1. b.7
*enim
‖Titi 1. b.6.
-5.
*sed
* fili Timothee hæc.
2.Tim.3 a.1. 2.Pet.3 a.1. Iudæ 1 d.18.
‖Tit. d.15. Ti 3. c 9 -13.
* qđ speraumus t.
*&
*discant 1.
*speret 1o.
*astat 10
*Siqs pro suq ...

matresfamiliâs esse: nullã occasionem
15 dare aduersario maledicti gratia. ¶Iam
enĩ quędã cõuersæ sunt retro *satanam.
16 ¶Siquis fidelis habet viduas, submini-
C stret illis, *& nõ grauet ecclesia: vt ijs q̃
17 verè viduę sunt, sufficiat. ¶Qui bene prę
sunt p̃sbiteri, duplici honore digni ha-
beant: maximè q̃ laborant in verbo &
18 doctrina. ¶Dicit enĩ scriptura: ‖Non *in
frænabis os bouis trituranti. &, Dignus
19 est operarius mercede sua. ¶Aduersus p̃-
sbyterũ accusationẽ noli recipere: nisi
20 sub duobus aut tribus testibus. ¶Peccan
tes, corã oĩbus argue: vt & cęteri timorẽ
21 habeant. ¶Testor corã Deo & Chŕo Iesu
D & electis Angelis, vt hæc custodias sine
præiudicio, nihil faciens in aliã partem
22 declinando. ¶Manus citò nemini impo
sueris, neq; cõmunicaueris peccatis alie
23 nis. Teipsum castum custodi. ¶Noli ad-
huc aquã bibere, sed modico vino vtere
pp stomachũ tuũ, & frequentes tuas in-
24 firmitates. ¶Quorundã hoĩum pc̃tã ma-
nifesta sunt, præcedentia ad iudicium:
25 quosdam autem subsequuntur. ¶Simi-
liter & facta bona, manifesta sunt: & q̃
aliter se habent, abscondi nõ possunt.

*post | *vi | ‖Deu.25 a.4 1.Cor.9. a.9 | *alligabis | Matt.10 b.10 Luca 10. b.7

CAP. VI.


1 QVicunq; sunt sub iugo serui, dños
A suos oĩ honore dignos, arbitren
tur: ne nomẽ Dñi & doctrina
2 blasphemetur. ¶Qui aũt fideles habent
dños, nõ cõtemnant, quia fratres sunt,
sed magis seruiant, quia fideles sunt &
dilecti, q̃ beneficij participes sunt. Hæc
3 doce, & exhortare. ¶Siquis aliter docet,
& nõ acquiescit sanis sermonib⁹ Dñi nr̃i
Iesu Chr̃i, & ei q̃ ſm pietatẽ est, doctri-
4 næ. ¶superbus est, nihil sciẽs, sed lãguẽs
circa q̃stiones & pugnas verborũ ex qui
bus oriuntur inuidię, cõtentiones, bla-
5 sphemię, suspiciones malę, ¶cõflictatio
nes hominũ mẽte corruptorũ, & q̃ veri
tate priuati sunt, existimãtiũ q̃stum esse
6 pietatem. ¶Est autem quæstus magnus,
B pietas cùm sufficiẽtia. ¶‖Nihil enĩ intu
7 limus in hunc mũdũ: haud dubium,
8 q̃ nec auferre quid possumus. ¶‖Haben
tes autẽ alimenta, & quibus tegamur,
9 his contenti simus. ¶Nam qui volunt
diuites fieri, incidunt in tẽtationẽ & la
queũ diaboli, *& desideria multa *inu-
tilia, & nociua, quæ mergunt homines
10 in interitũ & perditionẽ. ¶Radix enim
oĩum malorum est cupiditas: quam q-

‖Iob 1. d.21. Eccle. 5. c.14 | ‖Pro.27. d.26 Matt.6. d.25 | *&

dã appetẽtes errauerũt à fide, & inserue
11 rũt se doloribus multis. ¶Tu aũt ô ho-
C mo Dei, hęc fuge: sectare verò iustitiã,
pietatẽ, fidem, charitatẽ, patientiã, mã-
12 suetudinẽ. ¶Certa bonũ certamẽ fidei:
apprehẽde vitam ęternã, in qua vocatus
es, & cõfessus bonã cõfessionẽ corã mul
13 tis testibus. ¶Præcipio tibi corã Deo qui
viuificat oĩa, & ‖Chr̃o Iesu, qui testimo-
nium reddidit sub Põtio Pilato bonam
14 cõfessionẽ, ¶vt serues mãdatũ sine macu
la, irreprehẽsibile vsq; in aduentũ Dñi
15 nr̃i Iesu Chr̃i, ¶quẽ suis tp̃ibus ostendet
‖beatus & solus potẽs, Rex regũ, & dñs
16 dñantiũ, ¶q̃ solus habet immortalitatẽ,
& lucẽ inhabitat inaccessibilẽ, ‖quẽ nul
lus hoĩum vidit, sed nec videre potest,
cui honor & imperium *sempiternũ. A-
17 mẽ. ¶Diuitib⁹ huius seculi p̃cipe nõ subli
D me sapere, neq; sperare in incerto diui
tiarũ, sed in Deo viuo, (q̃ præstat nobis
18 oĩa abũdè ad fruendũ) ¶bene agere, di-
uites fieri in bonis operibus, facilè tri-
19 buere, cõmunicare, ¶thesaurizare sibi
fundamentũ bonũ in futurũ, vt appre-
20 hendãt verã vitã. ¶O Timothee, deposi-
tũ custodi: deuitans p̃phanas vocũ no-
uitates, & oppositiones falsi noĩs sciẽtię,
21 quam quidam promittentes, circa fidẽ
exciderunt. Gratia tecum. Amen.

‖Mat.27 b.11 Iohã.18 g.37 | Apoc.17 d.14 & 19.c.16. | Iohan.1 c.18 | ‖1.Ioh.4 c.12 | *in | ‖Luc.12 b.15.

EPISTOLA PAVLI Ad Timotheum Secũda.



CAPVT PRIMVM.

1 PAVLVS Apostolus Ie
A sus Christi per volun
tatẽ Dei ſm promissio
nem vitæ quæ est in
2 Christo Iesu. ¶Timo
theo carissimo filio,
gratia, misericordia,
*pax à Deo patre, & Christo Iesu domi-
3 no nostro. ¶Gratias ago Deo *, cui ser-
uio à progenitoribus * in conscientia

pura,

pura, quod sine intermissione habeam tui
memoriam in orationibus meis, nocte
4 ac die. desiderans te videre, memor la-
5 chrymarum tuarum, vt gaudio implear. re
cordationem accipiens eius fidei quæ est in
te non ficta, quæ & habitauit primùm in
auia tua Loide, & matre tua Eunice, cer
6 tus sum autem quod & in te. Propter quam cau
B sam admoneo te vt resuscites gratiam
Dei, quæ est in te per impositionem ma
7 nuum mearum. ‖Non enim dedit no
bis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & di
8 lectionis, & sobrietatis. Noli itaque eru-
bescere testimonium Domini nostri, neque me vin
ctum eius, sed collabora Euangelio secundum
9 virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit
vocatione sua sancta, ‖non secundum opera nostra,
sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data
est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.
10 Manifestata est autem nunc per illuminatio-
C nem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit
quidem mortem, illuminauit autem vitam
11 & incorruptionem per Euangelium: in quo
‖positus sum ego prædicator & Apostolus & ma
12 gister gentium. Ob quam caussam etiam
hæc patior: sed non confundor. Scio enim
cui credidi, & certus sum, quia potens est
depositum meum seruare in illum diem.
13 Formam habe sanorum verborum, quæ à me
D audisti in fide & in dilectione in Christo
14 Iesu. Bonum depositum custodi per spiri-
15 tum sanctum qui habitat in nobis. Scis *hoc,
quod auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt:
ex quibus est *Phigelus & Hermogenes.
16 Det misericordiam Dominus Onesiphori do-
mui, quia sæpè me refrigerauit, & catenam
17 meam non erubuit. sed cum Romam venis-
18 set, solicitè me quæsiuit & inuenit. Det
illi Dominus inuenire misericordiam à Do-
mino in illa die. Et quanta Ephesi mini
strauit, tu melius nosti.

CAP. II.

1 TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ
A est in Christo Iesu: & quæ audisti à
2 me per multos testes, hæc commenda fide
libus hominibus, qui idonei erunt & alios
3 docere. Labora sicut bonus miles Christi
4 Iesu. Nemo militans Deo implicat se
negotijs secularibus: vt ei placeat cui se
5 probauit. Nam & qui certat in agone, non
6 *coronatur nisi legitimè certauerit. La
borantem agricolam oportet primùm de
7 fructibus percipere. Intellige quæ dico,
dabit enim tibi Dominus in omnibus intelle-
8 ctum. Memor esto, Dominum Iesum Christum
B resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid
9 secundum euangelium meum, in quo laboro
vsque ad vincula quasi malè operans, sed
10 verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia su-
stineo propter electos: vt & ipsi salutem con-
sequantur, quæ est in Christo Iesu cum glo
11 ria cælesti. Fidelis sermo. Nam si commor-
12 tui sumus: & conuiuemus. Si sustinebi
mus: & conregnabimus. ‖si negauerimus:
13 & ille negabit nos. ‖si non credimus: il-
le fidelis permanet, negare seipsum non
14 potest. Hæc commone testificans coram
C *Domino. Noli contendere verbis (ad nihil e-
nim vtile est) nisi ad subuersionem au
15 dientium. Solicitè cura teipsum probabi
lem exhibere Deo, operarium inconfu-
sibilem, rectè tractantem verbum veritatis.
16 Prophana autem & inaniloquia deuita.
multum enim *proficiunt ad impietatem:
17 & sermo eorum vt cancer *serpit: ex quibus
18 est Hymenæus & Philetus: qui à veri-
tate exciderunt, dicentes resurrectionem
esse iam factam, & subuerterunt quorun-
19 dam fidem. Sed firmum fundamentum
D Dei stat, habens signaculum hoc, Cogno-
uit Dominus qui sunt eius, & discedat ab ini
quitate omnis qui nominat nomen Domini. In
20 magna autem domo, non solùm sunt vasa
aurea & argentea, sed & lignea & fictì-
lia: & quædam quidem in honorem, quæ-
21 dam autem in contumeliam. Siquis ergo
emundauerit se ab istis: erit vas in hono-
rem sanctificatum & vtile Domino, ad omne
22 opus bonum paratum. Iuuenilia autem desi
deria fuge: sectare verò iustitiam, fidem,
charitatem, & pacem, cum ijs qui inuocant
23 Dominum de corde puro. ‖Stultas autem & si-
ne disciplina quæstiones deuita: sciens quia
24 generant lites. Seruum autem Domini non
oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes,
25 docibilem, patientem, cum modestia corri
pientem eos qui resistunt veritati: ne-
quando Deus det illis pœnitentiam ad
26 cognoscendam veritatem. Et resipiscant
à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur
ad ipsius voluntatem.

CAP. III.

1 HOc autem scito, quòd ‖ in nouissi-
A mis diebus instabunt tempora periculosa.
suscipiunt, phibet & de ecclesia eijcit.
11 Carissime noli imitari malum, sed qđ
bonũ est. Qui bene facit ex Deo est: qui
12 malè facit, non vidit *Deũ. Demetrio
D testimoniũ reddit ab oĩbus, & ab ipsa
veritate, sed & nos testimoniũ perhibe
mus: & nosti qm testimoniũ nostrũ ve-
13 rum est. Multa habui tibi scribere, sed
nolui per atramentũ & calamum scri-
14 bere tibi. Spero autẽ protinus te vide-
re, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salu-
tant te amici. Saluta amicos noĩatim.

*Maius non habeo gaudium

*benefaciens deducta.

*eum



EPISTOLA IVDÆ APOSTOLI Catholica.



1 VDAS Iesu Chri
A sti seruus, frater
autẽ Iacobi, his q
sunt in Deo pre
dilectis, & Chr̃o
Iesu conseruatis,
2 & vocatis. Mise
ricordia vobis, &
pax & charitas
3 adimpleatur. Carissimi, omnem so-
licitudinem faciens scribendi vobis de
cómuni vestra salute, necesse habui scri
bere vobis, deprecans *supercertari se-
4 mel traditæ sanctis fidei. Subintroie-
runt enim quidam hoĩes (qui olim præ
scripti sunt in hoc iudiciũ) impij, Dei
nr̃i gratiã transferentes in luxuriam, &
solum Dominatorẽ, & Dñm nostrum
5 Iesum Christum negantes. Cõmonere
autem vos volo, scientes semel omnia,
quoniam Iesus, populum de Terra Æ-
gypti saluans, secundò eos qui nõ cre-
6 diderunt, perdidit. Angelos verò qui
non seruauerunt suũ principatum, sed
B dereliquerũt suũ domicilium, in iudi-
ciũ magni diei, vinculis æternis sub ca
7 ligine reseruauit. Sicut Sodoma &
Gomorrha, & finitimæ ciuitates simi mo
do exfornicatæ, & abeũtes post carnẽ al
terã, factæ sunt exemplum, ignis æterni
8 pœnã sustinentes. Similiter & hi car-
nẽ quidem maculant, dominationem
autẽ spernunt, maiestatem autem bla-
9 sphemant. Cùm Michaël archãgelus
cum diabolo disputans altercaretur de
Moysi corpore: nõ est ausus iudiciũ in-
ferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet ti-
10 bi Dñs. Hi autem quæcunque quidẽ
C ignorant, blasphemãt, quæcũque autẽ
naturaliter, tanquã muta animalia, no-
11 rũt, in his corrũpuntur. Væ illis, *qui
in via Cain abierunt, & errore Balaã,
mercede effusi sunt, & in cõtradictione
12 Core perierũt. Hi sũt ĩ epulis suis, ma-
culæ: cõuiuãtes sine timore, semetipsos
pascẽtes, nubes sine aqua quæ à ventis
circunferũtur, arbores autumnales, in-
13 fructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fru-
ctus feri maris, despumãtes suas cõfusio
nes, sydera errãtia: quib' procella tene-
14 brarũ seruata est in æternũ. Propheta-
uit autẽ de his septim' ab Adã, Enoch,
dicens, Ecce venit Dñs in sanctis mil-
15 libus suis, facere iudicium contra oẽs,
& arguere omnes impios, de omnib' o-
perib' impietatis eorũ quib' impiè ege
runt, & de omnib' duris quæ locuti sũt
16 cõtra *eũ peccatores impii. Hi sũt mur
muratores quærulosi, secũdũ desideria
sua ambulãtes, & os eorũ loquitur *su-
perbiã mirãtes personas quæst' causa.
17 Vos autem carissimi, memores estote
verborũ *quæ prædicta sũt ab Apostolis
18 Dñi nostri Iesu Christi, qui dicebãt
D vobis, quoniã in nouissimo tempore ve
niẽt illusores secũdũ desideria sua am
19 bulãtes *in impietatib'. Hi sunt qui se
gregant semetipsos, animales spiritũ nõ
20 habẽtes. Vos autẽ carissimi, superæ-

*supercertare.

Num. 14. f. 37

Gen. 19 e. 24.

Zach. 3. a. 2.


*quia 3 -5.
Gene. 4 b 8.
Num. 22. g. 23. 24.
Nu. 16. a. 1. e. 32.
27. a. 1
2. Pet. 2. d. 17.

Apoc. 1. b. 7

*Deum
Psal. 16 c. 10.
*superba 4
2. Tim. 4 a. 1.
2. Tim. 3 a. 1.
2. Petr. 3. a. 3.
*i nouissimis tẽporibus
*impietatum

dificantes vosmetipsos sanctissimæ no-
21 stræ fidei, in spiritu sancto orátes, ¶ vos-
metipsos in dilectione Dei seruate, ex-
pectátes misericordiá Dñi nr̃i Iesu Chri
22 sti in vitá æternã. ¶ Et hos quidé arguite
23 iudicatos: ¶ illos verò saluate, de igne ra
pientes. Aliis auté miseremini in timo-
re: odientes & eá quę carnalis est, macu
24 latá tunicá. ¶ Ei auté qui potens est vos
conseruare sine peccato, & constituere
ante conspectũ glorię suę immaculatos
in exultatione in aduétu Dñi nostri
25 Iesu Chr̃i, ¶ soli Deo saluatori nostro p
Iesum Christum Dñm nostrum gloria
& magnificétia, imperium & potestas
ante omne seculum, & nunc & in om-
nia secula seculorum. Amen.

APOCALYPSIS IOHANNIS Apostoli.



CAPVT PRIMVM



1 A Pocalypsis
A Iesu Chri-
sti quã dedit
illi Deus, pa-
làm facere ser
uis suis quæ
oportet fieri
citò: & signi-
ficauit mittés
per angelum
suũ seruo suo
2 Iohãni, ¶ qui
testimonium
perhibuit ver
bo Dei, & testimoniũ Iesu Christi, quę-
3 cunq; vidit. ¶ Beatus q legit & audit ver
ba pphetię huius: & seruat ea quę in ea
4 scripta sunt: tépus enim propè est. ¶ Io-
hannes septé ecclesijs quę sunt in Asia.
Gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui
erat, & qui venturus est: & à septem spi
ritibus qui in cóspectu throni ei⁹ sunt,
5 ¶ & à Iesu Christo qui est testis fidelis,
B primogenitus mortuorũ, & princeps
regum terrę, q dilexit nos, & lauit nos
6 à peccatis nostris in sanguine suo, ¶ &
fecit nos regnũ & sacerdotes Deo & pa
tri suo, ipsi gloria & imperiũ in secula
7 seculorum. Amen. ¶ Ecce venit cũ nu-
bibus, & videbit eũ omnis oculus, &
qui eum pupugerũt. Et plangent se su-
per eum oés tribus terræ, etiam. Amen.
8 ¶ Ego sum α, & ω principium & fi-
nis dicit Dñs Deus, qui est, & qui erat,
9 & qui venturus est, omnipotens. ¶ Ego
Iohãnes frater vester & particeps in tri-
bulatione, & regno, & patiétia in Chri
sto Iesu, fui in insula, quæ appellat̃ Pat-
mos, propter verbũ Dei & testimoniũ
10 Iesu. ¶ Fui in spiritu in dominica die, &
C audiui post me vocem magná tãquam
11 tubæ, ¶ dicentis. Quod vides scribe in li
bro, & mitte septé ecclesijs quæ sunt in
Asia, Epheso, & Smyrnę, & Pergamo, &
Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, &
12 Laodicię. ¶ Et conuersus sum vt viderē
vocem quæ loquebatur mecũ. Et con-
13 uersus vidi septé candelabra aurea: ¶ &
in medio septem candelabrorũ aureo
rum similem filio hominis, vestitũ po-
dére, & pręcinctum ad mamillas zona
14 aurea. ¶ caput autem eius & capilli erãt
candidi, tanquã lana alba, & tanquam
nix, & oculi eius tanquam flãma ignis:
15 ¶ & pedes ei⁹ similes aurichalcho, sicut
in camino ardenti: & vox illius tanquã
16 vox aquarũ multarum: ¶ & habebat in
D dextera sua stellas septé, & de ore eius
gladius vtraq; parte acutus exibat, &
17 facies ei⁹ sicut sol lucet i virtute sua. ¶ Et
cũ vidissem eum, cécidi ad pedes eius
tanquã mortuus. Et posuit dexteram
suam sup me, dicens: Noli timere, ego
18 sum primus & nouissimus, ¶ & viuus, &
fui mortuus, & ecce sum viuens in sc̃la
seculorũ, & habeo claues mortis & in-
19 ferni. ¶ Scribe ergo quę vidisti, & q̃ sunt,
20 & quę oportet fieri post hæc. ¶ Sacramẽ
tum septé stellarũ, quas vidisti in dex-
tera mea, & septé candelabra aurea. se-
ptem stellæ angeli sunt septé ecclesiarum:
& candelabra septé, septé ecclesiæ sunt.

CAP. II.

1 E T angelo Ephesi ecclesiæ scribe,
A Hęc dicit q tenet septé stellas i dex
tera sua, qui ambulat in medio septé
2 candelabrorũ aureorũ. ¶ Scio opera tua
& laboré, & patientiam tuá: & quia nó
potes sustinere malos, & tétasti eos qui

se

se dicunt Apostolos esse, & non sunt, &
3 inuenisti eos mẽdaces: ¶& patientiã ha
bes, & sustinuisti pp nomen meum, &
4 nõ defecisti. ¶ Sed habeo aduersum te
-pauca' quòd charitatẽ tuã primã reli- -9.
5 quisti. ¶Memor esto itaq; vnde excide-
B ris: & age pœnitentiã, & prima opera fac:
sin aũt, venio tibi, & mouebo candela-
brum tuũ de loco suo, nisi pœnitentiã
6 egeris. ¶Sed hoc habes, quia odisti facta
7 Nicolaitarũ, quę & ego odi. ¶Qui habet
aurẽ, audiat q̃d Spiritus dicat ecclesijs,
Vincenti dabo edere de ligno vitæ, q̃d
8 est ĩ Paradiso Dei mei. ¶Et angelo Smyr
nę ecclesiæ scribe, Hęc dicit primus &
nouissimus qui fuit mortuus, & viuit.
9 ¶Scio tribulationẽ tuam & paupertatẽ
tuam, sed diues es, & blasphemaris ab
his q̃ se dicũt Iudęos esse, & nõ sũt, sed
10 sunt synagôga satanę. ¶ Nihil horũ ti-
C meas quæ passurus es: Ecce missurus est
diabolus aliquos ex vobis in carcerẽ vt
tentemini: & habebitis tribulationem
dieb⁹ decem. Esto fidelis vsq; ad mortẽ:
11 & dabo tibi coronã vitę. ¶Qui habet au
rem, audiat q̃d Spiritus dicat ecclesijs,
Qui vicerit, nõ lędet à morte secunda.
12 ¶Et angelo Pergami ecclesię scribe. Hęc
dicit q̃ habet romphęã vtraq; parte acu
13 tam, ¶Scio vbi habitas, vbi sedes est sata
nę: & tenes nomen meũ, & nõ negasti
D fidẽ meã. Et in dieb⁹ illis Antipas testis
meus fidelis, q̃ occisus est apud vos, vbi
14 satanas habitat. ¶ Sed habeo aduersus
te pauca, q̃a habes illic tenẽtes doctrinã
‖Nu. 24. c. 14. 25. a. 2. 31. b. 16. Balaã, ‖q̃ docebat Balac mittere scanda
lum corã filijs Israël, edere & fornicari:
15 ¶ita habes & tu tenẽtes doctrinã Nico-
16 laitarum. ¶Similiter pœnitentiam age,
si quo minus: veniã tibi cito, & pugna-
17 bo cũ illis in gladio oris mei. ¶Qui ha-
bet aurẽ, audiat quid Spirit⁹ dicat eccle
E sijs. Vincẽti dabo mãna abscõditũ, &
dabo illi calculũ candidũ; & in calcu-
lo, nomẽ nouũ scriptũm q̃d nemo scit,
18 nisi q̃ accipit. ¶Et ãgelo Thyatiræ eccle
siæ scribe, Hęc dicit Fili⁹ Dei, qui habet
oculos tãquã flammã ignis, & pedes ei⁹
19 similes aurichalco. ¶Noui opera tua, &
-1. fidẽ, & charitatẽ tuã', & ministeriũ, &
patientiam tuam, & opera tua nouissi-
20 ma plura priorib⁹. ¶ Sed habeo aduer
F sus te pauca, q̃a permittis mulierẽ Ieza-
bel, quæ se dicit pphetẽ, docere & sedu
cere seruos meos, fornicari, & mãduca-

21 re de idolothytis. ¶Et ‖ dedi illi tẽpus vt ‖Iob 24. d. 23
pœnitentiã ageret: & nõ vult pœnitere à
22 fornicatione sua. ¶Ecce mittam eam in
lectum, & qui mœchãtur cum ea, in tri
bulatione maxima erunt, nisi pœniten
23 tiam ab operibus suis egerint: ¶& filios
eius interficiam *in mortẽ', & sciẽt om- *in morte 8
nes ecclesię quia ‖ego sum scrutãs renes ‖1. Re. 16. b. 7.
& corda, & dabo vnicuique vestrum se Psal. 7. b. 10
24 cũdum opera sua. ¶Vobis autem dico* Ier. 11. d.
cæteris qui Thyatiræ estis. Quicũq; nõ 20. 17. b.
habent doctrinã hanc, qui non cognos 10. 20. c.
G uerunt *altitudinem' satanæ, quemad- 12.
modum dicunt: nõ mittã sup vos aliud *&
25 pondus. ¶ tamen id quod habetis, te- *altitudines 5.
26 nete donec veniã. ¶Et qui vicerit & cu- Ps. 2. c. 8.
stodierit vsque ĩ finem opera mea: ‖da- -10
27 bo illi potestatẽ super Gentes, ¶& reget
eas in virga ferrea- &' tanquã vas figuli
28 cõfringẽtur, ¶sicut & ego accepi à patre
meo, & dabo illi stellã matutinã. ¶Qui
29 habet aurẽ, audiat q̃d Spirit⁹ dicat eccle
sijs.

CAP. III.

1 ET angelo ecclesiæ Sardis, scribe, Hæc
A dicit qui habet septẽ spiritus Dei, &
septem stellas, Scio opera tua, quia no-
men habes quòd viuas, & mortuus es.
2 ¶Esto vigilans, & confirma cætera quæ *inuenio
moritura erant. Nõ enim *inuenio' ope- 3.
3 ra tua plena coram Deo meo. ¶In men
te ergo habe qualiter acceperis & audie ‖Infr. 16
ris & serua, & pœnitentiam age. ‖Si er- c. 15
go nõ vigilaueris, veniam ad te tanquã 1. The. 5. a. 2.
fur, & nescies qua hora veniam ad te. 2. Pet. 3. c. 10.
4 ¶Sed habes pauca nomina in Sardis, q̃
non inquinauerunt vestimenta sua, &
ambulabunt mecũ in albis, quia digni
5 sunt. ¶Qui vicerit, sic vestietur vestimẽ
B tis albis, & non delebo nomen ei⁹ de li
bro vitæ, & confitebor nomẽ eius corã
6 patre meo, & coram angelis eius. ¶Qui
habet autem, audiat quid Spirit⁹ dicat
7 ecclesijs. ¶Et ãgelo Philadelphiæ eccle-
sią scribe, Hæc dicit sanct⁹ & Verus, ‖q̃ ‖Isai 22. f. 22.
habet clauẽ Dauid, qui aperit, & nemo Iob. 12.
8 claudit: claudit, & nemo apit. ¶Scio ope b. 14.
ra tua. Ecce dedi corã te ostium apertũ
quod nemo potest claudere: q̃a modi-
cam habes virtutem, & seruasti verbũ
meum, & non negasti nomen meum.
9 ¶Ecce dabo de synagoga satanę, q̃ dicũt
se Iudæos esse, & nõ sunt, sed mentiun-
tur. Ecce faciã illos vt veniant, & ado-
rent ante pedes tuos: & scient q̃a ego di
10 lexi te ¶quoniã seruasti verbũ patientiæ

C meæ, & ego seruabo te ab hora tẽtatio-
nis, quę ventura est in orbẽ vniuersum
11 tentare habitãtes in terra. ¶ Ecce venio
citò: tene qđ habes, vt nemo accipiat
12 coronã tuã. ¶ Qui vicerit, faciã illum co
lumnã in tẽplo Dei mei, & foras non e-
gredietur amplius, & scribã super eũ no-
men Dei mei, & nomen ciuitatis Dei
mei nouę Ierusalẽ, quę descẽdit de cælo
13 à Deo meo, & nomen meũ nouũ. ¶ Qui
habet aurẽ, audiat q̃d Spiritus dicat ec
14 clesijs. ¶ Et angelo Laodicię ecclesię scri
‖ Eccl. 24. a. 9. b. 14. Colos. 1. c. 15. be: Hæc dicit, ‖ Amen testis fidelis & ve
rus, qui est principium creaturæ Dei.
15 ¶ Scio opera tua, quia neque frigidus es,
D neq; calidus. vtinam frigid⁹ esses aut
16 calidus. ¶ Sed qa tepidus es, & nec frigi
dus nec calidus, incipiã te euomere ex
17 ore meo. ¶ Quia dicis, Quòd diues sum,
& locupletatus, & nullius egeo, & ne-
scis quia tu es miser, & miserabilis, &
18 paup, & cęcus, & nud⁹. ¶ Suadeo tibi e-
mere à me aurũ ignitũ probatũ, vt lo-
cuples fias: & vestimẽtis albis ĩduaris,
vt non appareat cõfusio nuditatis tuę:
& collyrio inũge oculos tuos vt videas.
‖ Prou. 3. b. 11. Hebr. 12. b. 6. 19 ¶ ‖ Ego quos amo, arguo & castigo. Æmu
20 lare ergo, & pœnitentiã age. ¶ Ecce sto
ad ostiũ & pulso. si quis audierit vocem
*mihi. meã, & aperuerit *ianuã, intrabo ad il-
lũ, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.
21 ¶ Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ ĩ thro
no meo: sicut & ego vici, & sedi cũ pa-
22 tre meo in throno ei⁹. ¶ Qui habet aurẽ
audiat quid Spiritus dicat ecclesijs.

CAP. IIII.

1 POst hæc vidi: & ecce ostiũ apertum
A in cælo, & vox prima quã audiui tã-
quam tubæ loquentis mecũ, dicens, A-
scende huc, & ostendã tibi quę oportet
*Post hæc statim. 3. *Et 5. 2 fieri *cito post hæc. ¶ *Statim fui ĩ spiri-
tu: & ecce sedes posita erat ĩ cælo, & su
3 pra sedẽ sedens. ¶ Et qui sedebat, similis
erat aspectu, lapidis iaspidis, & sardini:
& iris erat ĩ circuitu sedis, similis visio-
4 ni smaragdinæ. ¶ Et ĩ circuitu sedis sedi
lia vigintiquatuor: & sup thronos, vi-
B gintiquatuor seniores sedẽtes, circum-
amicti vestimẽtis albis, & ĩ capitib⁹ eo-
5 rũ coronæ aureæ. ¶ Et de throno ꝓcede-
bãt fulgura, & voces, & tonitrua: & se-
ptẽ lãpades ardentes ante thronũ, q sũt
6 septẽ Spiritus Dei. ¶ Et in conspectu se-
dis tanquã mare vitreum simile crystal
lo: & ĩ medio sedis & in circuitu sedis
quatuor animalia plena oculis ante, &
7 retrò. ¶ Et aĩal primũ, simile leoni, &
C secundum animal, simile vitulo: & ter
tium animal, habens faciẽ quasi homi-
nis: & quartũ animal, simile aquilæ vo
8 lanti. ¶ Et quatuor animalia, singula eo
rũ, habebant alas senas in circuitu: &
intus plena sunt oculis. & requiem nõ
habebãt die ac nocte, dicentia, Sanct⁹,
sanctus, sanctus Dominus De⁹ omnipo
tens, qui erat, & qui est, & qui ventur⁹
9 est. ¶ Et cum darent illa animalia gloriã
& honorẽ & benedictionẽ sedenti sup
10 thronũ, viuẽti in secula seculorũ: ¶ pro-
D cedebãt vigintiquatuor seniores ante se-
dentẽ in throno, & adorabant viuentẽ
in secula seculorũ, & mittebãt coronas
11 suas ante thronũ dicentes, ¶ Dignus es
Dñe Deus noster accipere gloriã & ho-
norẽ & virtutẽ: quia tu creasti oĩa, & ꝓ
pter voluntatẽ tuã erant & creata sunt.

CAP. V.

1 ET vidi in dextera sedẽtis supra thro
A nũ, librũ scriptũ intus & foris, *si-
2 gnatũ sigillis septẽ. ¶ Et vidi Angelũ for
tẽ, prædicantẽ voce magna, Quis est di-
gnus aperire librũ, & soluere signacula
3 eius? ¶ Et nemo poterat neq; in cælo, ne
que ĩ terra, neq; subtus terrã aperire li-
4 brũ, neque respicere illũ. ¶ Et ego flebã
multũ qm̃ nemo dign⁹ inuẽtus est ape-
5 rire librũ, nec videre eũ. ¶ Et vnus de se-
nioribus *dixit mihi, Ne fleueris: ecce *d
vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid,
aperire librũ, & soluere septẽ signacula
6 eius. ¶ Et vidi, & ecce in medio throni
B & quatuor animaliũ, & ĩ medio senio-
rũ, agnũ stantẽ tanquã occisum, habẽtẽ
cornua septẽ & oculos septẽ: qui sunt
septẽ Spiritus Dei, missi in omnẽ terrã.
7 ¶ Et venit, & accepit de dextera sedẽtis ĩ
8 throno librũ. ¶ Et cũ aperuisset librum,
quatuor animalia & vigintiquatuor se
niores ceciderunt corã agno, habẽtes
singuli citharas, & phialas aureas ple-
nas odoramentorũ, quę sunt orationes
9 sanctorũ: ¶ & cantabant canticũ nouũ,
C dicẽtes, Dignus es Dñe accipere librũ,
& aperire signacula eius: qm̃ occisus
es, & redemisti nos Deo ĩ sanguine tuo,
ex omni tribu, & lingua, & ꝑplo, & na-
10 tione: ¶ & fecisti nos Deo nostro regnũ
& sacerdotes, & *regnabimus sup terrã. *re... bu...
11 ¶ Et vidi, & audiui vocẽ Angelorũ mul-
torum in circuitu throni, & animaliũ

& senio-

& seniorũ:& erat numerus eorũ millia
Dan. 7. c. 10. 12 milliũ,dicentiũ voce magna: Dignus
est Agnus q occisus est,accipere virtuté,
D & diuinitaté, & sapientiã, & fortitudi-
né, & honoré, & gloriã, & bñdictioné.
13 Et oém creaturã quæ in cęlo est,& sup
terrã, & sub terra, & q̃ sunt in mari, &
quæ in eo: oés audiui dicétes, Sedéti in
throno,& Agno,benedictio & honor &
14 gloria & potestas in scl'a scl'orũ. Et qua
tuor aïalia dicebãt, Amé. Et vigintiqua
tuor seniores ceciderũt in facies suas: &
adorauerũt viuenté in scl'a scl'orum.

CAP. VI.

1 ET vidi q aperuisset Agnus vnũ de
A septé sigillis, & audiui vnũ de qua-
tuor aïalibus, dicens, tanq̃ vocem toni-
2 trui, Veni, & vide. Et vidi: & ecce equ⁹
albus, & q sedebat super illũ, habebat
arcũ, & data est ei corona, & exiuit vin-
3 cens vt vinceret. Et cũ aperuisset sigil-
lũ secundũ, audiui secundũ aïal, dicés,
4 Veni, & vide. Et exiuit alius equus ru-
fus: & q sedebat sup illum, datũ est ei
vt sumeret pacé de terra, & vt inuicé se
interficiant, & datus est ei gladius ma-
5 gnus: Et cũ aperuisset sigillũ tertiũ, au-
B diui tertiũ animal, dicés, Veni, & vide.
Et ecce equus niger: & q sedebat super
6 illũ, habebat statêrã in manu sua. Et
dicenté 6. audiui tanq̃ vocé in medio quatuor a-
nimaliũ dicentiũ: Bilibris tritici dena
rio, & tres bilibres hordei denario, & vi
7 num & oleũ ne lęseris. Et cũ aperuisset
sigillum quartũ, audiui vocé quarti ani
8 malis dicentis: Veni & vide. Et ecce e-
quus pallidus: & q sedebat super eũ, no
men illi Mors, & infernus sequebat eũ.
& data est illi potestas super quatuor
partes terræ, interficere gladio, fame, &
9 morte, & bestijs terrę. Et cũ aperuisset
C sigillũ quintũ: vidi subtus altare aïas
interfectorũ pp verbũ Dei, & pp testi-
10 moniũ quod habebant. & clamabant
voce magna, dicentes: Vsquequo Dñe,
(sanctus, & verus,) non iudicas & non
vindicas sanguiné nostrũ de ijs qui ha-
11 bitant in terra: Et datę sunt illis singu-
lę stolę albę: & dictũ est illis vt requie-
scerent adhuc tempus modicũ, donec
compleantur conserui eorũ, & fratres
eorũ qui interficiendi sunt sicut & illi.
12 Et vidi cũ aperuisset sigillum sextum:
D & ecce terræmotus magnus fact⁹ est, &
sol factus est niger tanquã saccus cili-
cinus: & luna tota facta est sicut sãguis:
13 & stellę de cælo ceciderũt super terrã,
sicut ficus emittit grossos suos cũ a ven
14 to magno mouetur: & cælũ recessit si-
cut liber inuolutus: & oïs mons, & in-
15 sulæ de locis suis motę sũt: & reges ter
ræ, & principes, & tribuni, & diuites, &
fortes, & oïs seruus, & liber absconde-
runt se i speluncis & in petris montiũ.
16 & dicũt mõtib⁹ & petris: Cadite sup
nos, & abscõdite nos à facie sedétis sup
17 thronũ, & ab ira Agni, qm̃ vênit dies
magn⁹ irę ipsorũ: & quis poterit stare?

CAP. VII.

1 POst hęc vidi quatuor Angelos stãtes
A sup quatuor angulos terræ, tenen-
tes quatuor ventos terræ ne flarent su-
per terram, neque super mare, neque in
2 vllam arborem. Et vidi alterum Ange
lum ascendentem ab ortu solis, habété
signũ Dei viui: & clamauit voce magna
quatuor Angelis, quibus datũ est noce
3 re terræ & mari, dicés: Nolite nocere
terrę & mari, neque arborib⁹, quoad-
usque signem⁹ seruos Dei nostri i fron
4 tibus eorũ. Et audiui numerum signa
torũ, centum quadragintaquatuor mil
lia signati ex omni tribu filiorũ Israël.
5 Ex tribu Iuda, duodecĩ millia signati.
Ex tribu Rubé, duodecĩ millia signati.
B Ex tribu Gad, duodecim millia signati.
6 Ex tribu Aser, duodecĩ millia signati.
Ex tribu Nephthali, duodecĩ millia si-
gnati. Ex tribu Manasse, duodecĩ millia
7 signati. Ex tribu Simeõ, duodecĩ mil-
lia signati. Ex tribu Leui duodecim mil
la signati. Ex tribu Issachar, duodecim
8 millia signati. Ex tribu Zabûlõ, duode
cim millia signati. Ex tribu Ioseph, duo
decĩ millia signati, Ex tribu Ben-iamĩ,
9 duodecĩ millia signati. Post hęc vidi
C turbã magnam quam dinumerare ne-
mo poterat, ex omnib⁹ gentibus, & tri-
bubus, & populis, & linguis: stãtes ãte
thronum, & in cõspectu Agni, amicti
stolis albis, & palmæ in manibus eorũ,
10 & clamabant voce magna, dicétes, Sa-
lus Deo nostro qui sedet super thronũ,
11 & Agno. Et omnes Angeli stabãt i cir-
cuitu throni & seniorũ & quatuor ani
maliũ: & ceciderunt in conspectu thro
ni in facies suas, & adorauerunt Deũ,
12 dicétes, Amé. Benedictio, & claritas, &
sapiétia, & gratiarũ actio, honor & vir-
tus, & fortitudo Deo nostro in secula se

13culorum. Amen. ¶Et respódit vnus de
D senioribus,& dixit mihi,Hi qui amicti
sunt stolis albis.qui sunt?& vnde vene-
14runt? ¶Et dixi illi, Dñe mi,tu scis:Et di-
xit mihi,Hi sunt q̃ venerũt de tribula-
tione magna, & lauerũt stolas suas , &
15dealbauerũt eas ĩ sanguine Agni.¶ideo
sũt ante thronũ Dei, & seruiũt ei die ac
nocte ĩ téplo eius : & q̃ sedet ĩ throno ,
Isai 49. c.10 16habitabit super illos. ¶nõ esurient ne-
que sitiét amplius,nec cadet super illos
Isai.25. c.8. 17sol, neq; vllus æstus: ¶quoniá Agn⁹ qui
in medio throni est,reget illos,& dedu
Infrà 21 cet eos ad vitæ fontes aquarũ, & abster
b.4 get De⁹ omné lachrymá ab oculis eorũ.

CAP. VIII.

1 ET cum aperuisset sigillũ septimũ,
A factũ est silétium in cælo,quasi me
2 dia hora.¶Et vidi septé Angelos stantes
in conspectu Dei:& datæ sunt illis septé
3 tubæ.¶Et alius angel⁹ venit,& stetit an
te altare, habens turibulum aureũ : &
2. data sũt illi incésa multa, vt daret de
orationib⁹ sanctorũ omniũ super alta-
7. re aureũ:quod est ante thronum Dei.
4 ¶Et ascédit fumus incensorũ de oratio-
*aureum nibus sanctorum de manu Angeli corá
5 Deo. ¶ Et accepit angelus turibulũ*, &
impleuit illud de igne altaris,& misit ĩ
terrá , & facta sunt tonitrua & voces &
6 fulgura,& terræmot⁹ magn⁹. ¶Et septé
B angeli qui habebant septé tubas,præpa
7 rauerũt se vt tuba canerent.¶Et primus
Angelus tuba cecinit, & facta est grãdo
& ignis,mista in sanguine, & missũ est
in terrá,& tertia pars terræ cõbusta est,
& tertia pars arborũ concremata est, &
8 omne fænũ viride combustũ est. ¶Et
secũdus Angelus tuba cecinit: & tãquã
C mons magnus igne ardens, missus est ĩ
mare,& facta est tertia pars maris, san-
9 guis:¶& mortua est tertia pars creaturæ
eorũ quæ habebát animas in mari , &
10tertia pars nauiũ interiit.¶Et tertius An
gel⁹ tuba cecinit, & cecidit de cælo stel
la magna,ardés tanq̃ facula, & cecidit ĩ
tertiá partẽ fluminũ,& in fontes aqua-
11rũ:¶& nomé stellæ,dicitur Absinthiũ.
& facta est tertia pars aquarũ in Absin-
D thiũ: & multi hominũ mortui sunt de
12aquis:quia amaræ factæ sũt. ¶Et quart⁹
Angel⁹ tuba cecinit: & percussa est ter-
tia pars solis,& tertia pars lunæ, & ter-
tia pars stellarũ, ita vt obscuraretur tertia
pars eorũ, & diei nõ luceret pars tertia,

13& *noctis* similiter. ¶Et vidi,& audiui *Ne *nc
vocé vnius aquilæ volantis per mediũ
cæli,dicétis voce magna: Væ,væ, væ ha
bitãtib⁹ in terra:de cæteris vocib⁹* triũ *tu
Angelorum qui erant tuba canituri.

CAP. IX.

1 ET quint⁹ Angel⁹ tuba cecinit,& vi-
A di stellá de cælo cecidisse ĩ terram ,
2 & data est ei clauis putei abyssi.¶Et ape
ruit puteum abyssi:& ascédit fumus pu
tei,sicut fum⁹ fornacis magnæ:& obscu
3 rat⁹ est sol & aër de fumo putei. ¶Et de
fumo putei exierũt locustæ in terrá: &
data est illis potestas, sicut habẽt pote-
4 staté scorpiones terræ : ¶& præceptũ est
illis ne læderent fænũ terræ, neque om
ne viride.neque omné arboré:nisi tan-
tũ homines qui nõ habent signũ Dei ĩ
5 frontibus suis. ¶& *datũ* est illis ne occi- *die
derent eos:sed vt cruciarentur mẽsibus
q̃nq;: & cruciat⁹ eorũ, vt cruciatus scor
6 pij cùm percutit hominé. ¶Et in dieb⁹ Isa
B illis quærent homines morté,& nõ inue 19
nient eá:& desiderabũt mori , & fugiet Ose b. a
7 mors ab eis. ¶Et similitudines locusta Luc
rũ,similes equis paratis in prælium:& su- d 3
per capita earũ tanquá coronæ, similes Sup d. I
auro:& facies earũ tanquá facies homi
8 nũ . ¶Et habebát capillos sicut capillos Sap b.9.
mulierũ:& détes earũ,sicut* leonũ erát. *de
9 ¶& habebant loricas sicut loricas fer-
reas,& vox alarũ earũ sicut vox curruũ
equorũ multorũ currentiũ in bellum.
10¶& habebát caudas similes scorpionũ,
& aculei erát in caudis earũ:& potestas
earũ nocere hominib⁹ m̃ensib⁹ quinq;.
11¶& habebát super se regé angelũ abyssi,
cui nomé Hebraicè Abaddõ,Græcè au-
té Apollyõ:Latinè habés nomen Exter-
12minans.¶Væ vnũ abiit, & ecce veniunt
13adhuc duo væ post hæc. ¶Et sextus An-
C gelus tuba cecinit, & audiui vocé vnam
ex quatuor cornibus altaris aurei,quod
14est ante oculos Dei,¶dicentem sexto An
gelo q̃ habebat tubá, Solue quatuor An
gelos, qui alligati sũt ĩ flumine magno
15Euphrate, ¶Et soluti sũt quatuor Ange
li,qui parati erant in horam , & dié, &
mensem,& annum: vt occiderent tertiá
16partem hominũ.¶Et numerus equestris
exercitus vicies millies dena millia. Et
17audiui numerũ eorũ.¶Et ita vidi equos
in visione:& qui sedebát sup eos, habe-
bát loricas igneas, & hyacithinas & sul
phureas,& capita equorũ erant tãquam

capita leonũ: & de ore eorum procedit
18 ignis, & fumus, & sulphur. ⁋ Et ab his
D tribus plagis occisa est tertia pars homi
num, de igne & ex fumo & sulphure, q̃
19 pcedebant de ore ipsorũ. ⁋ Potestas eni
equorũ ĩ ore eorũ est, & in caudis eorũ,
nã caudæ eorũ, similes serpẽtibus, habẽ
20 tes capita: & in his nocẽt. ⁋ Et cæteri ho
mines q̃ nõ sunt occisi in his plagis, ne
que pœnitẽtiã egerũt de operibus ma-
nuũ suarũ, vt non adorẽt dæmonia &
simulachra aurea & argentea & ęrea &
lapidea & lignea, q̃ neq; videre possunt,
21 neque audire, neque ambulare, ⁋ & nõ
egerunt pœnitentiã ab homicidijs suis,
neque à veneficijs suis, neque à fornica
tione sua, neque à furtis suis.

CAP. X.

1 ET vidi alium angelum fortẽ descẽ-
A dẽtem de cælo, amictũ nube, & iris
in capite eius, & facies eius erat vt sol, &
2 pedes eius tanquã 'columnæ' ignis. ⁋ Et
habebat in manu sua libellũ apertum:
& posuit pedem suum dextrũ super ma
3 re, sinistrũ aũt super terrã. ⁋ Et clamauit
voce magna, quemadmodũ cũ leo ru-
git. Et cũ clamasset, locuta sunt septem
4 tonitrua voces suas. ⁋ Et cũ locuta fuis-
B sent septẽ tonitrua voces suas, ego scrip
turus erã: & audiui vocẽ de cęlo dicẽtẽ
mihi: Signa quę locuta sunt septẽ toni-
5 trua: & noli ea scribere. ⁋ ‖ Et Angelus
quẽ vidi stantẽ super mare & super ter-
ram, leuauit manum suam ad cælum:
6 ⁋ & iurauit per viuentem in secula secu-
lorũ q̃ creauit cælũ & ea q̃ in eo sunt:
& terrã, & ea q̃ in ea sunt: & mare, & ea
q̃ in eo sunt: Quia tps nõ erit amplius,
7 ⁋ sed in diebus vocis septimi Angeli, cũ
C cœperit tuba canere, cõsummabit my-
sterũ Dei, sicut euãgelizauit p seruos
8 suo Prophetas. ⁋ Et audiui vocẽ de cęlo
iterũ loquẽtẽ mecũ. & dicentẽ: Vade, &
accipe librum apertũ de manu Angeli
9 stantis super mare & sup terrã. ⁋ Et abij
D ad Angelũ, dicẽs ei vt daret mihi librũ.
Et dixit mihi: ‖ Accipe librũ, & deuora
illũ: & faciet amaricari ventrẽ tuũ, sed
10 in ore tuo erit dulce tanquã mel. ⁋ Et ac
cepi librũ de manu Angeli, ‖ & deuoraui
illum: & erat in ore meo tanquam mel
dulce. Et cum deuorassem eum, amari-
11 catus est venter meus. ⁋ & dixit mihi,
Oportet te iterũ prophetare Gentibus,
& populis, & linguis, & regibus multis.

*columnæ.
‖ Dan. 12 c.7.
‖ Ezec. 3. a.1.

CAP. XI.

1 ET datus est mihi calamus similis
A virgæ: & dictũ est mihi, Surge, & me
tire tẽplũ Dei, & altare, & adorantes in
2 eo. ⁋ atrium aũt quod est foris templũ,
eijce foras, & ne metiaris illud: qm̃ da-
tũ est Gẽtibus, & ciuitatẽ sanctã calca-
3 bũt mẽsibus quadraginta duobus: ⁋ &
dabo duobus testibus meis, & pphetã-
bũt diebus mille ducentis sexaginta, a-
4 micti saccis. ⁋ Hi sunt duę oliuæ & duo
cãdelabra in cõspectu Dñi terrę stãtes.
5 ⁋ Et siq̃s voluerit eos nocere: ignis exiet
de ore eorũ, & deuorabit inimicos eo-
rũ: & siq̃s voluerit eos lædere: sic opor-
6 tet eũ occidi. ⁋ Hi habẽt potestatẽ clau-
B dẽdi cęlũ, ne pluat diebus pphetię ip-
sorũ: & potestatẽ habẽt sup aquas cõuer
tẽdi eas in sanguinẽ, & pcutere terrã oĩ
7 plaga quotiescunq; voluerint. ⁋ Et cũ fi-
nierint testimoniũ suũ: bestia quę ascẽ-
dit de abysso, faciet aduersum eos bel-
8 lũ, & vincet illos, & occidet eos. ⁋ Et cor
pora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis
magnę, q̃ vocat spiritualiter Sodoma &
Ægyptus, vbi & Dñs eorũ crucifixus est.
9 ⁋ Et videbũt de tribubus, & pplis, & lin-
guis, & Gẽtibus corpora eorum per tres
dies & dimidiũ: & corpora eorũ nõ si-
10 nẽt poni in monumẽtis. ⁋ & inhabitãtes
terrã gaudebũt sup illos, & iocũdabun-
tur: & munera mittẽt inuicẽ, qm̃ hi duo
pphetę cruciauerũt eos q̃ habitabãt su
11 per terrã. ⁋ Et post dies tres & dimidiũ,
C spũs vitę à Deo intrauit in eos. Et stete-
rũt sup pedes suos, & timor magnus cẽ
12 cidit sup eos q̃ viderũt eos. ⁋ Et audierũt
vocẽ magnã de cęlo, dicẽtem eis: Ascẽdi-
te huc. Et ascẽderũt in cęlũ in nube: &
13 viderũt illos inimici eorũ. ⁋ Et in illa ho
ra factus est terræmotus magnus: & de-
cima pars ciuitatis cẽcidit: & occisa sũt
in terra motu noĩa hominũ septẽ mil-
lia: & reliqui in timorẽ sunt missi, & de-
14 derũt gloriã Deo cęli. ⁋ Vę secũdũ abijt:
15 & ecce væ tertiũ veniet citò. ⁋ Et septi-
D mus Angelus tuba cecinit: & factæ sũt
voces magnę in cęlo dicẽtes, Factum est
regnum huius mundi Domini nostri &
Christi eius, & regnabit in secula secu-
16 lorum. Amen'. ⁋ Et viginti quatuor se-
niores qui in cõspectu Dei sedent in se-
dibus suis, ceciderunt in facies suas, &
17 adorauerunt Deũ, dicentes: Gratias agi-
mus tibi Domine Deus omnipotẽs, qui

es,& qui eras,& qui venturus es: qa ac-
cepisti virtutem tuam magnā, & regna
18 sti. ¶Et iratę sunt Gentes, & aduēnit ira
tua, & tps mortuorū iudicari,& redde-
re mercedē seruis suis Prophetis de san-
ctis,& timentibus nomē tuū pusillis &
magnis, & exterminādi eos q corrupe-
19 rūt terrā. ¶Et apertum est templum Dei
in cælo:& visa est arca testamenti eius
in templo eius,& facta sunt fulgura, &
voces,& terræmotus,& grando magna.

C A P. X I I.

1 ET signum magnū apparuit in cęlo;
A Mulier amicta sole, & luna sub pe-
dibus eius, & in capite eius corona stel
2 larū duodecim:¶& in vtero habens-&
*clamabat parturiēs,& cruciatur vt pa- *clamat
3 riat.¶Et visum est aliud signū in cęlo,&
ecce draco magnus rufus, habēs capita
septē,& cornua decē:& in capitib⁹ eius
4 diademata septem, ¶ & cauda eius tra-
hebat tertiā partē stellarū cęli, & misit
eas in terrā,& draco stetit ante mulierē
quæ erat paritura:vt cū peperisset, filiū
5 eius deuoraret. ¶Et peperit filiū mascu-
B lū, qui recturus erat oēs Gentes in virga
ferrea:& raptus est filius eius ad Deum
6 & ad thronū eius,& mulier fugit in so-
litudinē vbi habebat locū paratum à
Deo,vt ibi *pascāt eā diebus mille ducē *pascat
7 tis sexaginta.¶Et fc̄tm̄ est pręlium ma
gnū in cælo, Michaël & angeli eius prę
liabant cū dracone, & draco pugnabat
8 & angeli eius,¶& nō valuerūt, neq; lo-
cus inuentus est eorū amplius in cęlo.
9 ¶Et proiectus est draco ille magnus, ser
pēs antiquus, qui vocat diabolus & sa-
tanas,qui seducit vniuersum orbem:&
pjectus est in terrā,& angeli eius cū illo
10 missi sunt.¶Et audiui vocē magnā in cę
C lo dicentē: Nūc facta est salus,& virtus
& regnū Dei nr̄i, & potestas Chr̄i ei⁹:qa
pjectus est accusator fratrū nostrorū,q
accusabat illos añ cōspectū Dei nr̄i die
11 ac nocte. ¶Et ipsi vicerunt eum pp san-
guinem agni, & pp verbum testimonij
sui,& non dilexerunt animas suas vsq;
12 ad mortem. ¶Propterea lætamini cæli,
& qui habitatis in eis. Væ terræ & ma-
ri: quia descendit diabolus ad vos ha-
bens irā magnam, sciens φ modicū tē-
13 pus habet. ¶ Et postquā vidit draco φ
D proiectus esset in terram, psecutus est
14 mulierem quæ peperit masculū:¶& da
tæ sunt mulieri alæ duę aquilę magnę,
vt volaret in desertū in locū suum, vbi
alitur per tps & tpa,& dimidium tpis à
15 facie serpentis. ¶Et misit serpens ex ore
suo post mulierem, aquam tanquā flu-
16 men:vt eam faceret trahi à flumine ¶Et
adiuuit terra mulierē, & aperuit terra
os suum,& absorbuit flumē quod misit
17 draco de ore suo. ¶Et iratus est draco in
mulierem:& abijt facere pręliū cū reli-
quis de semine eius, qui custodiūt mā-
data Dei, & habent testimonium Iesu
18 Christi. ¶ Et stetit supra arenam maris.

C A P. X I I I.

1 ET vidi de mari bestiam ascendentē
A habentē capita septē, & cornua de-
cem, & super cornua eius decē diade-
mata, & super capita eius noīa blasphe
2 miæ.¶Et bestia quam vidi, similis erat
pardo,& pedes eius sicut *vrsi,& os eius
sicut os leonis. Et dedit illi draco virtu
3 tē suā & potestatē magnā. ¶ Et vidi vnū
de capitibus suis quasi occisum in mor
tē:& plaga mortis eius curata est. Et ad-
4 mirata est vniuersa terra post bestiā.¶Et
adorauerunt draconem qui dedit pote
statē bestię:& adorauerūt bestiā, dicen
B tes, Quis similis bestię?& qs poterit pu
5 gnare cū ea? ¶ Et datum est ei os loquēs
magna & blasphemias:& data est ei po
testas facere menses quadraginta duos.
6 ¶Et aperuit os suum in blasphemias ad
Deum, blasphemare nomen eius,& ta-
bernaculū eius,& eos q in cęlo habitāt.
7 ¶Et est datū illi bellū facere cū sanctis,
& vincere eos. ¶ Et data est illi potestas
in oēm tribū & pplm̄,& linguā, & gen-
8 tē,¶& adorauerūt eā oēs q inhabitant
terrā, quorū nō sunt scripta noīa in li-
bro vitę Agni, qui occisus est ab origine
9 mūdi. ¶Siquis habet aurē, audiat. ¶Qui
10 in captiuitatē duxerit, in captiuitatem
C *vadit: ¶q in gladio occiderit, oportet
eū gladio occidi. Hic est patientia & fi-
11 des sanctorū. ¶Et vidi aliā bestiā ascen-
dentē de terra:& habebat cornua duo,
similia Agni, & loquebat sicut draco.
12 ¶Et potestatē prioris bestię oēm faciebat
in cōspectu ei⁹:& fecit terrā & habitan-
tes in ea, adorare bestiā primā, cuius cu-
13 rata est plaga mortis. ¶Et fecit signa ma
gna, vt etiā ignem faceret de cælo descē
dere in terram in cōspectu hominum.
14 ¶Et seducit habitantes in terra pp signa
quæ data sunt illi facere in conspectu
bestię, dicēs habitantibus in terra, vt fa-

ciant imaginẽ beſtiæ, quæ habet plagã
15 gladij, & vixit. ¶Et datũ eſt illi vt daret
D ſpm̃ imagini beſtię, & vt loquatur ima
go beſtiæ: & *faciat vt quicunq; nõ ado
16 rauerint imaginẽ beſtię, occidãtur. ¶Et
faciet oẽs puſillos, & magnos, & diuites
& pauperes, & liberos & ſeruos habere
characterem in dextera manu ſua, aut
17 in frontibus ſuis. ¶Et ne quis poſſit eme
re, aut vendere, niſi qui habet characte-
rem, aut nomen beſtiæ, aut numerum
18 nominis eius. ¶Hic ſapientia eſt. Qui ha-
bet intellectũ, computet numerum be-
ſtiæ. Numerus enim hominis eſt: & nu
merus eius ſexcenti ſexaginta ſex.

*efficiet.

CAP. XIIII.

1 ET vidi, & ecce Agnus ſtabat ſupra
A montẽ Siõ, & cũ eo centũ quadragĩ
ta quatuor millia habẽtes nomẽ eius, &
nomẽ Patris eius ſcriptũ in frõtibus ſuis.
2 ¶Et audiui vocem de cęlo, tanquã vocẽ
aquarũ multarũ, & tanquã vocẽ toni-
trui magni: & vocẽ quã audiui, ſicut ci-
tharœdorũ citharizantium in citharis
3 ſuis. ¶Et cãtabant quaſi canticũ nouũ
añ ſedẽ & añ quatuor animalia, & ſe-
niores, & nemo poterat dicere canticũ,
niſi illa centũ quadragintaquatuor mil
4 lia, q empti ſunt de terra. ¶Hi ſunt q cũ
mulieribus nõ ſunt coinquinati. Virgi
nes eni ſunt. Hi ſequunt Agnũ quocũq;
ierit. Hi empti ſunt ex hominib9 primi-
5 tiæ Deo & Agno: ¶& in ore eorũ nõ eſt
inuentũ mendaciũ. ſine macula enim
6 ſunt añ thronũ Dei. ¶Et vidi alterũ an
gelũ volantẽ p mediũ cęli, habentẽ Euã
B geliũ ęternũ, vt euãgelizaret ſedẽtibus
ſup terrã & ſup oẽm gentẽ, & tribũ, &
7 linguam, & pplm: ¶ dicẽs magna voce,
‖Timete Dñm, & date illi honorẽ, quia
venit hora iudicij eius: & adorate eũ q
fecit cælum & terram, *mare & oĩa quę
8 in eis ſunt & fontes aquarũ. ¶Et alius
Angelus ſecutus eſt, dicens, Cẽcidit, cẽ-
cidit Babylon illa magna: q̃ à vino iræ
9 fornicationis ſuę potauit oẽs gẽtes. ¶Et
tertius Angelus ſecutus eſt illos, dicens
voce magna, Siquis adorauerit beſtiam
& imaginẽ eius, & acceperit characterẽ
10 in frõte ſua, aut in manu ſua: ¶& hic bi
bet de vino irę Dei, quod miſtũ eſt me-
ro in calice irę ipſius, & cruciabit igne
& ſulphure in cõſpectu angelorũ ſãcto-
11 rũ, & añ cõſpectu Agni. ¶& fumus tor-
mentorũ eorũ aſcẽdet in ſecula ſeculo-

4 Eſd. 16 d. 62
‖ Eccle. 12 d. 13
‖ Pſa. 145 a. 6
Act. 14. c. 15
*& mare
‖ Iſai. 24. c. 9.
Iere. 51. a. 8.
Infra 18 a. 2.

C rũ: nec habẽt requiẽ die ac nocte, q ado
rauerũt beſtiã & imaginẽ eius, & ſiquis
12 acceperit characterẽ nominis eius. ¶Hic
patiẽtia ſanctorũ eſt, qui cuſtodiũt mã-
13 data Dei & fidem Ieſu. ¶Et audiui vocẽ
de cælo dicentẽ mihi, Scribe, Beati mor
tui qui in Dño moriuntur. ¶Amodo iã
dicit Spũs, vt requieſcãt à laboribus ſuis
14 opera eni illorũ ſequunt illos. ¶Et vidi,
& ecce nubẽ candidã: & ſuper nubem
ſedentem ſimilem Filio hois, habẽtem
in capite ſuo coronã aureã, & in manu
15 ſua falcẽ acutã. ¶Et alius Angelus exiuit
D de templo, clamans voce magna ad ſe-
dentem ſuper nubem, ‖Mitte falcem
tuam & mete, quia venit hora vt meta-
16 tur, qm̃ aruit meſſis terrę. ¶Et miſit qui
ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in
17 terram: & demeſſa eſt terra. ¶Et alius
Angelus exiuit de templo quod eſt in
18 cęlo, habẽs & ipſe falcẽ acutã. ¶Et alius
Angelus exiuit de altari q habebat po-
teſtatẽ ſupra ignẽ: & clamauit voce ma
gna ad eũ qui habebat falcẽ acutam, di
cens, Mitte falcẽ tuam acutam, & vin-
demia botros vineæ terræ: qm̃ maturæ
19 ſunt vuæ eius. ¶Et miſit Angelus falcẽ
ſuam acutam in terrã, & vindemiauit
vineam terrę, & miſit in lacum irę Dei
20 magnum: ¶& calcatus eſt lacus extra ci
uitatẽ, & exiuit ſanguis de lacu vſq; ad
fręnos equorũ per ſtadia mille ſexcẽta.

‖ Ioel 3. c. 13
Mat. 13. c. 39

CAP. XV.

1 ET vidi aliud ſignũ in cælo magnũ
A & mirabile: Angelos ſeptẽ, habẽtes
plagas ſeptẽ nouiſſimas. Qm̃ in illis cõ-
2 ſummata eſt ira Dei. ¶Et vidi tanquam
mare vitreũ mixtum igne, & eos qui vi-
cerunt beſtiã & imaginẽ eius, & nume-
rũ nominis eius ſtãtes ſuper mare vitre-
3 um, habentes citharas Dei: ¶& cantãtes
canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum
B Agni, dicẽtes, Magna & mirabilia ſunt
opera tua Dñe Deus oĩpotẽs: iuſtę & ve
4 rę ſunt vię tuę *rex ſeculorum. ¶‖Quis
non timebit te Dñe, & magnificabit no
men tuũ? quia ſolus pius es, qm̃ oẽs gen
tes venient, & adorabunt in conſpectu
tuo, qm̃ iudicia tua manifeſta ſunt.
5 ¶Et poſt hęc vidi, & ecce apertum eſt tẽ
C plum tabernaculi teſtimonij in cęlo:
6 ¶& exierunt ſeptem Angeli, habentes
ſeptem plagas, de tẽplo: veſtiti *lapide
mundo & candido, & pręcincti circa pe
7 ctora zonis aureis. ¶Et vnũ de quatuor

*Dñe
‖ Iere. 10 a. 7
*lino

animalibus,

animalibus, dedit septem Angelis septẽ
phialas aureas, plenas iracũdiæ Dei vi-
8 uentis in secula seculorũ. ¶ Et impletum
D est templũ fumo à maiestate Dei, & de
virtute eius: & nemo poterat introire
in templum, donec consummarentur
septem plagæ septem Angelorum.

CAP. XVI.

1 ET audiui vocem magnã de templo,
A dicentem septẽ Angelis: Ite, & effun
2 dite septẽ phialas iræ Dei in terram. ¶ Et
abijt primus*, & effudit phialã suam in
terram, & factũ est vulnus sęuum & pes-
simũ in homines q habebãt characterẽ
bestiæ: & in eos q adorauerũt imaginẽ
3 eius. ¶ Et secũdus Angelus effudit phia
lã suã in mare, & factus est sanguis tan-
quam mortui: & oĩs aĩa viuẽs, mortua
4 est in mari. ¶ Et tertius effudit phialam
suã super flumina & super fontes aqua-
5 rũ: & factus est sanguis. ¶ Et audiui An-
gelũ aquarũ dicẽtẽ: Iustus es Dñe, q es,
& qui eras, sanctus, quia hęc iudicasti:
6 ¶ q a sanguinẽ sanctorũ & Prophetarũ
effuderũt, & sanguinẽ eis dedisti bibe-
7 re, digni eni sunt. ¶ Et audiui alterũ di-
centem: Etiã Dñe Deus omnipotens ve-
8 ra & iusta iudicia tua. ¶ Et quartus An
B gelus effudit phialã suã in solẽ, & datũ
9 est illi æstu affligere hoĩes & igni: ¶ &
æstuauerũt hoĩes ęstu magno, & bla-
sphemauerũt nomẽ Dei habẽtes potesta
tem super has plagas, neq; egerũt pœni
10 tentiam vt darẽt illi gloriam. ¶ Et quin-
tus Angelus effudit phialã suã sup se-
dem bestiæ: & factũ est regnũ eius tene
brosum, & cõmanducauerunt linguas
11 suas prę dolore: ¶ & blasphemauerunt
Deũ cæli præ doloribus & vulneribus
suis, & nõ egerũt pœnitentiam ex operi
12 bus suis. ¶ Et sextus Angelus effudit
phialã suã in flumen illud magnũ Eu-
C phrãten: & siccauit aquã eius, vt præpa-
13 raretur via regibus ab ortu solis. ¶ Et vi-
di de ore draconis, & de ore bestiæ, &
de ore pseudoprophetę* spũs tres immũ
14 dos in modũ ranarũ. ¶ Sũt eni spũs dę-
moniorum facientes signa, & procedũt
ad reges totius terræ congregare illos in
prælium ad diem magnum omnipotẽ-
15 tis Dei. ¶ ‖ Ecce venio sicut fur: Beatus q
vigilat, & custodit vestimẽta sua, ne nu
dus ambulet, & videant turpitudinem
16 eius. ¶ Et cõgregabit illos in locũ q voca
17 tur Hebraicè Armagedon. ¶ Et septimus

* Angel'
‑5.
* quartũ 7.
* qui
‑8.
‑?.
‑8.
* aliis
‖ Suprà 3 a. 3. Matt. 24 d. 43. d. 44. Luc. 12. e 39. 40

angelus effudit phialã suam in aërẽ:
D & exiuit vox magna de tẽplo à throno
18 dicẽs: Factum est. ¶ Et facta sunt fulgura
& voces, & tonitrua, & terræmotus fa-
ctus est magnus, qualis nunquã fuit ex
quo hoĩes fuerũt sup terrã, talis terræ-
19 motus, sic magnus. ¶ Et facta est ciuitas
magna in tres partes: & ciuitates Gẽtiũ
ceciderũt. Et Babylon magna venit in
memoriã añ Deum, dare illi calicem vi
20 ni indignationis irę eius. ¶ Et oĩs insula
21 fugit, & mõtes nõ sunt inuenti. ¶ Et grã
do magna sicut talentũ descẽdit de cæ-
lo in hoĩes: & blasphemauerũt Deum
homines ꝓpter plagam grandinis: qm̃
magna facta est vehementer.

CAP. XVII.

1 ET venit vnus de septẽ angelis q ha-
A bebant septẽ phialas, & locutus est
mecum, dicens, Veni, ostẽdam tibi dam
nationẽ meretricis magnæ, q sedet sup
2 aquas multas, ¶ cũ qua fornicati sunt
Reges terræ, & inebriati sunt q inhabi-
3 tãt terrã de vino ꝓstitutionis eius. ¶ Et
abstulit me in spũ in desertum. Et vidi
mulierẽ sedẽtẽ sup bestiã coccineã, ple-
nã nominib⁹ blasphemię, habentẽ capi
4 ta septẽ, & cornua decẽ. ¶ Et mulier erat
B circũdata purpura & coccino, & inau-
rata auro, & lapide pretioso, & margari
tis, habẽs poculũ aureum in manu sua
plenũ* abominatione, & immunditia
5 fornicationis eius. ¶ Et in frõte eius no-
mẽ scriptũ, Mysteriũ: Babylon magna,
mater fornicationũ & abominationum
6 terræ. ¶ Et vidi mulierem ebriam de sã-
guine sanctorum, & de sanguine marty
rũ Iesu. Et miratus sum cũ vidissem illã
7 admiratione magna. ¶ Et dixit mihi An
gelus: Quare miraris? Ego dicã tibi sacra
mentũ mulieris, & bestię quę portat eã,
quæ habet capita septẽ, & cornua decẽ.
8 ¶ Bestia quã vidisti fuit, & nõ est, & ascẽ
sura est de abysso, & in interitũ ibit: &
mirabunt inhabitãtes terrã (quorũ non
C sunt scripta noĩa in libro vitę à cõstitu-
tione mũdi) videntes bestiã q erat, &
9 nõ est. ¶ Et hic est sensus, q habet sapien
tiã: Septẽ capita: septẽ mõtes sunt, super
quos mulier sedet, & reges septẽ sunt.
10 ¶ Quinq; ceciderunt, vnus est, & alius
nondum venit: & cũ venerit, oportet il-
11 lum breue tp̃s manere. ¶ Et bestia quæ
erat & non est: & ipsa octaua est, & de
12 septem est, & in interitũ vadit. ¶ Et decẽ

12. 13 ‑5
* ab nat. 10.
‑7.

cornua

cornua quæ vidisti: decē reges sunt, qui regnū nondū acceperūt, sed potestatem tanquā reges vna hora *accipient* post
13 bestiā. ¶Hi vnū cōsiliū habēt & virtutē:
14 & potestatē suā bestiç tradēt. ¶ Hi cūm
D Agno pugnabūt, & Agnus vincet illos, ‖qm̄ Dn̄s dn̄orū est, & Rex regum, & q cū illo sunt vocati, & electi, & fideles.
15 ¶Et dixit mihi: Aquç quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & Gētes, & lin
16 guæ. ¶Et decē cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariā, & desolatā faciēt illam & nudam, & carnes eius mā ducabūt, & ipsam igni cōcremabūnt.
17 ¶Deus enī dedit in corda eorū, vt faciāt qd̄ placitū est illi, vt dent regnū suū bestiæ, donec consummentur verba Dei.
18 ¶Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, quç habet regnum sup reges terræ.

CAP. XVIII.

1 ET post hæc vidi aliū Angelū descen
A dentē de cælo, habentē potestatem magnā, & terra illuminata est à gloria
2 eius. ¶Et exclamauit in *fortitudine* dicēs. ‖Cecidit cecidit Babylō magna, & facta est habitatio dçmoniorū, & custodia oīs spūs immūdi, & custodia oīs volucris immūdç & odibilis: ¶qa de vino
3 iræ fornicationis eius biberūt oēs gētes, & reges terræ cū illa fornicati sunt, & mercatores terrç de virtute deliciarum
4 eius diuites facti sunt. ¶Et audiui aliam
B vocē de cçlo, dicentē: Exite de illa ppl's meus, vt ne participes sitis delictorum
5 eius, & de plagis eius nō accipiatis. ¶Qm̄ peruenerūt pc̄tā eius vsq; ad cælum, & recordatus est *Deus* iniquitatum eius.
6 ¶Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate duplicia s̄m opera ei⁹: In poculo quo miscuit, miscete illi du-
7 plum. ¶Quantū glorificauit se, & in delicijs fuit: tm̄ date illi tormentū & lu-
C ctū, qa in corde suo dicit: ‖ Sedeo regina, & vidua nō sum, & luctū nō videbo.
8 ¶Ideo in vna die venient plagæ ei⁹, mors, & luctus, & fames, & igne cōburetur: quia fortis est *Deus qui iudicabit illā.
9 ¶Et flebūt & plangēt se super illā reges terræ, q cū illa fornicati sunt, & in delicijs vixerūt, cū viderint fumū incendij
10 eius: ¶longè stantes pp timorē tormēto-
D rū eius, dicētes: Væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, qm̄ vna
11 hora venit iudiciū tuū. ¶Et negotiatores terrç flebūt, & lugebūt sup illam: qm̄
